PRACTICARVM
OBSERVATIONVM
FRANCISCI MARIAE PRATI
C E N T V R I A.


FRANCISCVS MARIA PRATVS IVRECONSVLTVS, PATRITIVS LICIENSIS, ADVOCATVS NEAPOLITAN.
PRACTICARVM
OBSERVATIONVM
CVM
DECISIONIBVS SVPREMORVM
REGNI NEAP. TRIBVNALIV
Authore
FRANCISCO MARIA PRATO
Aduocato in eisdem Tribunalib. celeberrimo.
TOMVS PRIMVS.
Neapoli apud
Secundinu Roncaliolu.
Anno 1650

PRACTICARVM OBSERVATIONVM

CVM

DECISIONIBVS SVPREMORVM Regni Neapolis Tribunalium.

AVTHORE

FRANCISCO MARIA PRATO


PATRITIO LICIENSE,
Inter Primarios Aduocatos Neapolitanos, tùm dicendi facundia, cùm legum peritia, celeberrimo.

CENTVRIA.

IN QVA MVLTIPLICES, AC SELECTIORES ANTINOMIAE in foro contingentes, disputantur, & enodantur, veroq; ac germano sensui ad praxim adaptantur, quidq; in foro sit tenendum, quaq; receptiori, ac veriori Scribentium calculo opiniones sint insectanda, summo labore, nec inconcinnè, recensentur, ac vnico sanè obtutu: quæ Tribunalium scita, Doctorumq; placita, Author approbauerit, & defenderit, Impugnauerit, & refellerit, quasque Iurium dispositiones, & Scribentium traditiones enucleauerit, quorũq; conciliauerit sensus, peculiari pagella, post Argumentorum Synopsim, apponenda, indicatur.


OPVS SANE OMNIBVS IVRIS STVDIOSIS PROFICVVM, Tribunalium verò subsellia sectantibus, non iniucundum, quinimò permaximè necessarium.

Cum gemino Indice locuplete, Vno nempè Argumentorum omnium, & Articulorum in singulis Capitibus contentorum; Altero verò Rerum, & verborum.



NEAPOLI, Ex Typographia Secundini Roncalioli. M.DC.L.

SVPERIORVM PERMISSV.


FOR
TITV
DO
PRV
DENTI
A

EXCELLENTISS.MO PRINCIPI

DON EMANVELI DE FONSECA, ET ZVNICA,

COMITI MONTIS REGII, ET FONTIVM, Hſpaniarum Magnati, Sacræ Catholicæ Maieſtatis Cubiculario, Status, Belliq; Conſiliario, apud Sanctiſs. Sedem Oratori, in Regno Neapolitano olim Proregi, & Capitaneo Generali vigilantiſs., Supremi Senatus Italiæ emeritiſſimo Præſidi, Domino ſuo

FRANCISCVS MARIA PRATVS Salutem exoratur.

PRacticarum Obſeruationum Opus, Quartum ingenij mei monumentum, craſſa licèt, vel pingui elaboratum Minerua, nondùm mente conceptam (Excell.me Princeps) cùm iam Tuis ſacra-

§ ueram

ueram aris; Tuis fortunandum commendaueram auſpicijs; Tuo protegendum deſtinaueram patrocinio; Sed prelo iam proximum, vt concrederem, vacillabat animus, ac propè immeritum, vt tanto dicarem Principi, perexiguum dijudicabam munus, ac exprobaturos mihi permultos in faciem prænoſcebam, Meque nimis gloriæ arrogantem, & appetentem eſſe dijudicaturos, quinimò tumidum, & elatum, quòd opellam hanc ſub magnitudinis Tuæ vmbra edere auſerim. Hæc tamen cum mente reuoluerim, & ſubdubius penſauerim, haud quaquã defecit animus, nã adiui fidenter, ac tanquã ad Aſylum, confugi, ad inſignem illum virum Reipublicæ noſtræ literariæ incrementum; Noſtrum Mæcenatem; Præcipuum Dominum, ac Præceptorem meũ, Sacri Conſilij Neapolitani emeritiſsimum Præſidẽ, qui poſt tot, tantaq; expleta Magiſtratuum munera, ingenijq; ſui gemina poſteritati tradita monumẽta, quorum lectione nihil dulciùs, nec quicquam eſt earum eruditione præſtantius, promeruit à Ser.mo Rege noſtro Marchionatus titulo decorari, dũ (Te Præſide in Supremo rerum Italicarum Conſilio) ille inibi Regentẽ agebat, cuiq; ſenſum adaperiens meum, ea qua præſtat benignitate, verecundiam, & timorem mihi excuſsit, adauxitq; animum, vt hoſcè

ſtudio-

ſtudiorum meorum exantalatos labores, ſub Tuæ Celſitudinis nomine, in publicum tranſmitterem, tuoque dicarem numini; ſuamq; mihi adſtrinxit fidem, è veritatis ſemita elongari quempiam, qui edixerit, Magnitudinem Tuam, literaria quælibet munera eſſe deſpecturum, quin potiùs, gratò illa te excepturum animo, affirmatè, ſolidèq; eſt pollicitus: Accipe igitur hilari fronte, Cauſarum Patroni in Supremis Regni Tribunalium ſubſellijs, elaboratum partum, ingenui hominis propenſum animũ; non muneris æqualitatem ſecernens; Hoc etenim exindè aſſecuturum contendo, vt me aduerſus inuidos, & detractores tueri velis, tuoq; ſub patrocinio commendatum habere ne dedigneris; Quòd ſi aſſequar, immenſum lucrum tot è laboribus meis, protinùs obtinuiſſe exiſtimabo; Id etenim Excellentiæ Tuæ dignitas, Dominatus amplitudo, Sanguinis Splendor, Gentilitiæ Familiæ gloria, Antiquiſsima Magnatum, & Optimatum Hiſpaniæ virorũ longa ſerie procedens, Iuſtitiæ, & Religionis cultus, Rerum omnium vſus, & experientia, Pacis, belliq; tempore prudentia, Dotes ſanè, & virtutes, quas in te vno, ab incunabulis prælucentes ſuſpexit Orbis, admirationi potius, quàm imitationi locum præbuerunt, quaſq;

temporum Patroni, Hiſtoriarum illi contextores indicarunt, & indicabunt; benè efficient, vt Magnum Alexandrum imitatus, non quid, ſed qua mente, tibi oblatum munus gradiaris. dum interim Excellentiam Tuam incolumem, vitaq; tranquilliori, & longæua fęlicisſimam, perennemq; ſalutem, ex animo exopto, voto præcor, voce deuoueo. Neapoli die 24. Iunij, Feſto Diui Præcurſoris, Anno ſalutis M. DC. L.

SIN-

SINCERI ANIMI,

L E C T O R I.

POllicitis iamdiù, quòd non annuam. Adſtrictam iamdudùm, quod non exoluam fidem. Mihi herclè conſciùs ſatis ſum Lector. Diſceptationum Forenſium volumẽ alterum, quod edendum paraueram, cuiq; ſubſiſtendum mihi erat, filo Aradnes abrupto, en cernis, quòd Practicarum Obſeruationum Centuria antecellit. Ità ſanè, vt Tribunalium ſubſellia ſectantibus morem gererem, inuertitur ordo. Sed quid rerum? obſtrictum adhùc me tenes, vt illum Diſceptationum Librum tantoties expectatum, ociùs edam. Vt ab inuidentibus oculis tuearis, verba non facio. In germanis etenim ingenij mei fœtibus, te ſum expertus; Tuam collaudo benignitatem. Erratis meis facilem, & benignum te exhibitum ſat ſcio. In hoc, lapſum ſi me videris, ne atrociùs obiurges. Frigas imò, & errantem, è ſemita, ad viam reducas. Non refractarium me, ſed paratum, rectis parere monitis, experieris. Multa animaduerſione digna ſunt; Non eſt quod abnuam? Suſcipio libens, ingenua tamen ſit cenſura, ſinceroq; promanet animo. Cur etenim me extra eam legem ponam, quam communem omnibus ſortiri Authoribus, edoctus ſum? Iudices multos ſumit, is qui ſcribit. Iſq; ſolus malignantium linguas euitat, qui nihil ſcribit. Vitio ergo nè mihi vertam, quòd plura ſcribere non erubuerim? Abſit. Procaces detractorum linguas me euitaturum, nunquam ſum arbitratus. Verùm nec extimui quidquam. Murmuratores ſuo inſipido iudicio, ſuoque animi morbo derelinquo. Pharmaca, quæ eiuſmodi curandæ ægritudini adhibeam, non habeo, nec noſtri habuere Anteceſſores. Peruerſa eorum iudicia contemnere potiùs, quàm deprecari, animo ſedet meo. Modò tu benè ſentias, Candide Lector, exq; vigilijs noſtris aliquis fructus tibi

obtingat. Illud te exoratum velim, pro Clientibus veritatem ſemper me inſectatum. Ambitioni nihil, nihil oſtentationi, aut obtrectationi, nihil nouitatis ſtudio dedit. Idq; tibi per meam fidem, affirmatè, ſolidèq; pollicearis velim. Si quid peccatum, illo fine peccatum. Error ingenij erit, non fidei. Nec me ſacrilega cupiditas, aut improbæ mentis calumnia ad hoc impegit, ſed quicquid feci, id candidè feci. Clientum commodi cauſa, quod vnicè me ſpectaſſe, priuatum omne poſtputaſſe, certus eſto? Noctes duxi inſomnes, Dies ſollicitos, meo muneri facerem vt ſatis. Rem grandem ſum aggreſſus. Quis inficiatur? Sin minus aſſecutum, condona. Conatus noſtros fauore proſequere, nec aure maleuola contemnas. Quid mihi & tibi, ò Zoile? Inuide? Calumniator? Para tua. Ede tua. Fac vt in tuis ſpatier & Ego. Aequo certemus Marte. Quòd me, meaq; ſcripta primo ſanè obtutu carpias, atq; laceſſes; ſuſque deque. Perlege (vti ratio expoſtulat) ad exodium, & vmbilicum vſque, vt edecumatæ ſcientiæ te præbeas virum. Alioquin? Putas nè ab inceptis pedem retraham? Vel calamum ſiſtam? Falleris. Annuat Deus; Vita ſit comes; plura à me alia iudiciarios inter anfractus (frequenteſq; iurgantium aditiones) concepta ſunt opera, propediem editura. Secundam Practicarum Obſeruationum partem ſub lima teneo. Præ manibus habeo tertium Diſceptationum Volumen, prælo haud diuculè concrediturum, ac germanis fratribus ſeſe aſſociaturum. Qualiacumq; mea ſint opera, digno Lectori caſtiganda ſubmitto. Momo denego. Maleuolo ſubtraho. Parcatur erratis (rogo) quæ in opere irrepſerunt. Plus enim Typographos, quàm Criticos timui ſemper: Induſtriam adhibui totam, vt hoc opus ſuo rederem typo. Propoſiti ſummum ſi non ſum aſſecutus, communi ſcribentium fato, adſcribendum. Vale beneuole Lector, meq; tui amantem, ama. Iterum vale, & benè vale.

FRAN-

FRANCISCO MARIAE PRATO
FLORIDISSIMO LEGVM CONSVLTORI,

Ori Melos,

Ingenio plumas, plumæ volum,

Aura contulit LICIENSIS,

Ensis Lingua,

Cuius ictibus Thessala cedat, cadat, occidat; Hasta,

Cuius medela insanæ Gorgonis sanat discrimina,

Crimina distinguit,

Extinguit.

Siste Fama, Tubam resonat sudore tincta Papyrus,

Lector Inuide,

Vide P R A T V M,

Ratum habent Leges;

Lege incolume, rudis Incola, quod coluit ingenij sanguis.

Anguis in P R A T O?

Haud lateat, pereat, parit Dapes;

Apes currite, Mel clamat.

Amat sub vmbra ridentis P R A T I,

Tuæ Prosperitatis Omen,

I O S E P H. G A S T A L D V S

Austriaci iussu Numinis

Astræa Duce,

Duci

Nomen ad Astra.

Elo-

ELOGIVM
D. IO. PETRI MASSARII,
Sanctæ Sedis Apost. Prothonot. I. V. D.
S. Theol. Profess. Oratinen. & Neap.

ERVDITISS. CAVSARVM PATRONO
DOM. FRANCISCO MARIAE PRATO
PATRITIO LICIENSI
INSIGNI ADVOCATO NEAPOLITANO.

QVI

Pius in magnum NICOLAVM BARENSEM, Myræ Episcopum
Inter obscura matris claustra ante ortum illustrem,
Quo mortuo, non sunt mortua miracula,
Sed viuunt illa, vt egenorum memor viueret NICOLAVS;
Myra tantum non vidit mira, sed vniuersus Orbis,
Nempè ex eius ossibus manare nectar, cunctis bonam
Aegrotis valetudinem, dulcè medicamen præbens,
Fœcundum adeptus ingenium, quod Isaac
Nempè fœlicitatis progeniem pariens,
Fælicia sæcula pollicetur, dum semper est in partu.
Quod enim ex virtute percipitur, fęlicitas est,
Qua quis vti non potest, nisi demisso cęlitus semine.
Nec tamen multiplici partu, quem gaudium comitatur,
Lassatur parturiens iste PRATVS,
Cui nec onerosa est multiplex soboles,
Eduntur, non edunt hi liberi, mentis fætus libri,
Quos editos nulla ætas, nullus Saturnus potest exedere
Immò hi patrios terminos despicientes non PLVS VLTRA;
Tamquàm angustos, VLTRA PLVS ab oriente ad occasum excurrent.
Est enim PRATVS iste humus, fæcunda à bobus Iustitiæ,
Et Iuris prudentiæ sulcata, manu culta,
Et arte Agricolæ exculta, viridi amictu sententiarum induta,
Floribus eloquentiæ ornata, fructibus coronata,
Spinas arcet à rosis, tribulos eliminat à plantis,
Et zizania elongatur à PRATO. Hic nullus adest Satan,

vastan-

vastantes bestiæ nullæ, feræ nullæ efferæ;
Præuaricatores quasi spinæ euellentur.
Flores pleni veris indicium, arborum gaudium,
Futurorum fructuum pignus præbent, ac signum.
Vnde sicut manet in corde hominis anima,
Per quam & homo viuit, & corpus mouetur,
Sic tribunalia sequentis in corpore ea mouere debet hic imbuta
Iustitia, quæ vita est, per quam & Regna
Conseruantur, & regitur populus.
Emittit quidem sanæ doctrinæ scripta ad iustitiam exercendam
Inflammantia. Dabit Deus erudito capiti augumenta
Gratiarum, & corona inclyta proteget
FRANCISCVM MARIAM PRATVM,
Multos erudientem ad iustitiam;
Ideo tanquàm Stella suprema procul
à terra eleuata, in arundineto
Discurret.



I N V I T A T O

Ad Celeberrima Nobiliss. Doctissimiq; Causarum Patroni

FRANCISCI MARIAE PRATI

Volumina Lectore in obtrectatores carmen intendit

A N O N Y M V S.

INgredere, ò, PRATI Lector studiose nouales;
Et nitidas cupido pollice sume Rosas.
Non lappæ, tribulique, interq; virentia culta
Nullus dumosa hic cuspide surgit apex;
Inuidiæ quantum est pereat, tetriciq; veneni,
Nec valeat PRATI noctua ferre faces.
De paleis loquitur, paleas qui scribit, at vnus
Quas loqueris potis es scribere, PRATE, Rosas!

SIN:

Al Reuerendiſs. Monſig. Vicario.

IL Dottor Franceſco Maria Prato fà intendere à V. S. Reuerendiſsima come hà da dare alle Stampe vn Tomo di Lege, intitolato PRACTICARVM OBSERVATIONVM, la ſupplica ſia ſeruita commettere la reuiſione di quello à chi meglio le pare, che lo riceuerà à gratia, vt Deus.

Al Signor Canonico Giouene.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Admodum Illuſtris, & Reuerendiſſime Domine.

ALterum Tomum PRACTICARVM OBSERVATIONVM Doctiſſimi, & vndique Eruditiſſimi Viri Domini FRANCISCI MARIAE PRATI V. I. D. ac Aduocati Primarij, perlegi, in quibus eruditè, & accuratè diſcutit ſingulares caſus, & difficultates, quæ in Tribunalibus eidem occurrunt, in quibus maxima cum prudentia, & dexteritate eligit doctrinam, & opiniones Iuribus, & Doctorum placitis magis conſentaneos, cum claritate, ſoliditate, & vbertate doctrinæ, & nil in illis reperi, quod Fidei Chriſtianæ, & pijs moribus conſonum non ſit, imò digniſſimas prælo, ad communē vtilitatem, & diſciplinam ſentio, ſi ità Dominationi veſtræ videbitur. Neapoli die vltima Ianuarij 1650.

Dominationis Veſtræ Adm. Ill. & Reuerendiſs.

Addictiſſimus ſeruus.

Joannes Vincentius Iuuenis Cimiliarca, et Canonicus Dep.

Imprimatur iuxta Relationem.

Gregorius Peccerillus Vic. Gen.

Fr. Ioſeph de Rubeis Ord. Min. Conu. S. T. D. Eminentiſs. Card. Archiep. Theol. & S. Officij Conſultor Reg. fol. 46.

Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore

IL Dottor Francesco Maria Prato fà intendere à V. E. come desidera dare alle Stampe il Quarto Tomo delle sue fatiche Legali intitolato PRACTICARVM OBSERVATIONVM, supplica V. E. sia seruita commettere la reuisione di quello à chi più resterà seruita, che lo riceuerà à gratia di V. E. quam Deus.

Mag. V. I. D. Ioannes Baptista de Thoro videat, & in scriptis referat S. E.

Capycius Latro Reg.

Prouisum per S. E. Neap. die 12. Septembris 1649.

Anastasius.

Illustriss. & Excellentiss. Domine.

LVculentissimas Obseruationes Legales Practicabiles mihi à V. E. perscrutandas demandatas, à Peritissimo I. C. Francisco Maria Prato Viro Patritio, ac Aduocato præstantissimo, summo ingenio congestas, alacri animo, vidi, perlegi, & consideraui, vtilissimas profuturasq; esse Reipublicæ, cum nihil continere videantur quin iuri publico, ac honestati præiudicent, quo circa, vt verum fatear, iustissimè arbitror illas quamprimum prælo dari posse, & summa commendatione referre, ità sanè accedente vestro beneplacito Regali, cui ex debito in omnibus me submitto, & precor Nestorios annos pro huius Reipublicæ subleuamine. Datum Neap. ex ædibus nostris die 13. Septembris 1649.

Excellentiæ Vestræ

Additissimus seruulus

Io. Baptista de Thoro I.C. Neap. Almi Collegij Neap. Senator.

Visa supradicta Relatione Imprimatur

Zufia R. Casanate R. Carracciolus R. Capycius latro R. Garcia R.

Prouisum per S. E. Neap. die 16. Septembris 1649. Anastasius.

Vidit Don Bernardinus Trelles Marchio Torraluæ Delegatus per S. E. pro Reuisione Librorum.

ARGVMENTORVM.

Quæ in hoc Practicarum Obſeruationum Opere continentur, ac articulorum omnium in eis contentorum.

SYNOPSIS.

Obſeruatio I.

BArone publicè excommunicato, an poſsint eius officiales ad iuſtitiam deputati, ius dicere in cauſis vaſſallorum ipſius Baronis? cuius quæſiti occaſione, inſinuatur vndè ortum habuerit praxis in Regno ſequeſtrandi iuriſdictionem Baroni cõtumaci ad inſtantiam creditorum, ſine, vel cum aſſenſu?

Obſeruatio II.

Prohibitio hominis, ſi concurrit cnm prohibitione legis in re feudali, quæ non poteſt operari inualiditatem actus, abſq; aſſenſu Domini directi. Vtrũ tribuat iuſtam cauſam denegandi aſſenſum? *ad doctrinam Ioann. Vincen. Ann. in repetit. Conſtitutionis Conſtitutionẽ Diuæ memoriæ, rubr. de reuocation. alieuation. rer. feudal. num.* 48. quam de iure ſubſiſtere non poſſe, pluribus inſinuatur.

Obſeruatio III.

Barones, an poſſint emanare banna pænalia, ne eorum ſubditi adeant regia Tribunalia per ſaltum omiſſo media? quiduè practicetur hodie in Supremo Collaterali

Consilio circa expeditionem prouisionum super eiusmodi materia? cuius occasione insinuatur Baronibus in Regno fuisse communicatum merum imperium (quod anteà non habebant) à Serenissimo Rege Alphonso I. quæque mala ex ipsa concessione cõtigerint.

Obseruatio IV.

Transactio sub prætextu læsionis enormis, vel enormissimę inspecto dubio litis euentu, an possit rescindi? quęuè verior, tutior, & receptior fuerit opinio in supremis Europæ Tribunalibus practicata? quiquè Doctores, vni, vel alteri, affirmatiuę, vel negatiuę inhæserint opinioni?

Obseruatio V.

Debitor, qui iussu Principis, vel Magistratus soluit alteri, quã vero creditori, an liberetur? & quæ debeant concurrere, vt nequeat amplius molestari? *Afflict.dec.*150.impugnatur à *Thesaur. iunior qq. forens.cap.* 54. *num.* 4. *lib.* 2. & qua ratione?

Obseruatio VI.

Debitor, vt censeatur liberatus ob solutionem factam alteri, quàm vero creditori, iussu Magistratus, quomodo, qualiterque, se gerere debeat in opponendo, replicando, & resistendo? quamq; nouam, & reiteratam prouisionem expetere debeat, adhoc vt securus existat, nè ad iteratam solutionem faciendam vrgeri possit? quęq; sit differentia inter debitorem morosum, & non morosum circa diligentias per ipsum adhibendas? Et an procedant in casu, quo Superior procedit iuris ordine seruato, vel sine ordine iuris? Cautelaq; ab Authore traditur nè debitor inquietetur ad iterum soluendum, secundum quam casus quoq; decisi adducuntur, pluraque ad praxim ordinata, nõ inordinatè recensentur?

Ob-

Obseruatio VII.

Iudex videns quem calumniosè petere terminum ad elongandam litem, an in eius impertitione possit præceptum pænale imponere, quod soluat pænam in casu quo non probauerit? Et an possit ad vlteriora procedere, nulla facta prouisione super exceptione petita?

Obseruatio VIII.

Releuium ob mortem feudatarij, qualiter fuit introductum in Regno? & an de iure communi Romanorum, vel ab vsibus feudorum, seu ab aliqua extrauaganti fuerit de eo quid dispositum? Prǽstatur ab hǽrede, & successore tātum, non autem à contrahentibus, nisi fuerit in vita facta donatio omnium feudorum, vel refutatio in proximiorē successurum, tunc etenim, quia alienatio prǽsumitur in fraudem, mortuo refutante soluitur à refutatario releuium: Ecclesia mortuo Prǽlato, an illud teneatur soluere, quibusquè in casibus practicetur? Quæque apponi soleat clausula à Cancellaria in expeditione assensus alienationibus feudorum factis personis Ecclesiasticis, nè Regia Curia defraudetur releuio, alijsq; iuribus illi competentibus.

Obseruatio IX.

Releuium vtrum releuet vassallum soluentem Domino medietatem fructuum illius anni, quo feudatarius diem suū obijt, ob renouationem, seu confirmationem inuestiturǽ, vel Dominum recipientem? quauè ratione *Author* recedat ab opinione *Andreæ de Isernia*, nempè quod ex solutione releuij Dominus releuetur, non Vassallus?

Obseruatio X.

Vulgatum illud Pragmaticorū Regni dicterium, *Potest quis torqueri ergo, & foriudicari*, an iure subsistat? cuius quæsiti occasione insinuatur

foriudicationis sententiã hodie nouissima praxi attenta; ac rerum iudicatarum authoritate pensitata, non posse proferri, nisi iis in criminibus, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis tantùm, quicquid retroactis temporibus aliter fuerit obseruatum, vt eiusmodi sententia foriudicationis proferretur, nedùm iis pro delictis, pro quibus vltimo supplicio condemnandus quis veniret, verùm etiã, si mortis ciuilis, mẽbri abscisionis, aut exilii perpetui, quiduè ĩ hoc fuerit immutatum post *cap. Regni, siue quis esset forbannitus, sub tit. de foriudication.*

Obseruatio X I.

Filii duorum fratrum cùm agitur de succesione patrui, succedunt in stirpes, non in capita, secundum receptam *Azonis* sententiam à pluribùs collaudatam Authoribus, exploso *Francisci Accursii Glosatoris* placito, qui tenuit succesionem eiusmodi esse deferẽdam in stirpes, nõ autem in capita: quò loci plures Doctores alterutram sustinentes opinionem quasi in acies diuisi, laboriosè, nec inscitè congesti, adducuntur; pluriumq; Europæ Senatuum determinationes pro *Azonis* sententia referuntur, ac insimul *Caroli V. Cæsaris* peculiaris Constitutio, ac Ducalis Constitutio Sabaudiæ in vim legis edictalis promulgatæ, de verbo ad verbum inseruntur.

Obseruatio X I I.

Interesse alterius interesse quãdo debeatur? quibusuè in casibus? quauè ratione in annuis introitibus sit debitum? quiduè dicendum in eo, qui annuum quid promisit, & interim satisfactione pendẽte interesse? ad cuius quęsiti enucleationem affertur pro singulari, determinatio facta per Sac. Consil. apud *Dom. Regen. Rouit. dec.* 9. & paritèr dispungitur intellectus *text. in l. fin. C. de vsur. & in l.* 3. *C. de vsur. reiiudic.* ac doctrina *Dom. Consiliar Scipionis Theodori, alleg.* 40. refelliturq; *Dom. Donatus Antonius de Marinis, quotidianar. resolut. lib.* 1. *cap.* 99. *num,*

num. 4. vers. *Sed de illo* Doctoresq; plures alterutram sectantes opinionem afferuntur, pluresque restrictiones enunciantur.

Obseruatio XIII.

Pragmatica 10. *de feud.* incip. *Quia in nouis*, qua disponitur Assensus præstitos contractibus faciendis, nullam vim obtinere, nulliusq; efficaciæ existere, nisi contractus ipsi celebrentur intra menses tres, An sit antiquata, siue abrogata, vel in viridi existat obseruantia? quiduè determinatum fuerit tùm antiquis, cùm modernis temporibus per Sac. Reg Neapolitanum Consiliũ? quo loci expendũtur dicta per *Io. Vinc. Ann. & DD. Regentes Io. Franciscum de Ponte, & Scipionem Rouitum, ac Dominum Consiliarium Scipionem Theodorum*, in sedibus indicatis, pariterq; demonstratur sibimetipsi contrarius *Dom. Reg. Rouitus* in consilijs enunciatis.

Obseruatio XIV.

Prag. 10. *de feud.* incip. *Quia in nouis*, de qua in *præcedent. Obseruat.* An procedat in expeditionibus emanatis à Sacra Catholica Maiestate? quiduè nuperrimè Sacrum Consilium determinauerit?

Obseruatio XV.

Textus in l qui autem 6. ff. *Quæ in fraud. creditor.* An procedat in Fisco, & dote? quiduè fuerit determinatũ per Sac. Consil. apud *Dom. Præsid. Vincent. de Franch. dec.* 101. respectu creditorũ tàm personalem obligationem habentium, quàm etiam hypothecariam? explosa *Anchar.* sententia *in cons.* 101. Fiscum, nullum habere priuilegiũ quin repudiatio hæreditatis, vel legati facta à condẽnato non teneat, ac cõprehẽsa dicatur in Edicto Pretoris, quo gesta in fraudẽ reuocantur, siuè cũ creditoribus obligationem tantùm personalem habentibus, siuè cum

hypo-

hypothecariis, pluribus oſtẽditur; ibique inſinuatur quid tenendum, ſiuè ante, ſiuè poſt cõdemnationem delinquentis diſputatio ſuboriatur? *Texx. in l. cum quidam* 26. ff. *de iur. fiſci, & in l. in fraudem*, ff. *eod.* inter ſe primo obtutu pugnantes, conciliantur: *Fabii Ann. Regii Conſiliarii* placitum *in conſ.* 76. exploditur; pluraq; alia in materia non inſcitè adducuntur.

Obſeruatio XVI.

Diſpoſitio *text. in l. qui autem* 6. ff. *quæ in fraud. creditor.* de qua in *anteceden. Obſeru.* An procedat etiam in foro conſcientię, vt tutus reddatur debiror nolens acquirere in pręiudicium creditorum? quæq; opinio fortioribus nitatur rationibus, & argumẽtis, affirmatiuà nè, vel negatiua? Recenſentur argumenta ad vtramq; partem adducta per eruditiſsimũ P. *Thomam Sanchez in abſoluto tract. de matrim. lib. 6. diſput.* 4. *tit. de donation. inter coniug. n.* 9. verſ. *His tamen*, & verſ. *Similiter*, eiuſq; opinio negatiua, nempè debitorem nolentem acquirere in præiudicium creditorum, ſiuè in actione perſonali, ſiuè cum hypotheca, non poſſe id efficere tuta conſcientia, quodq; teneatur ad reſtitutionem, in quam pęnam incidere quoque Aduocatos, ſiuè alios Cõſulentes non aditionem, eoſque ad reſtitutionem, & emendam damni teneri ab *Authore* reijcitur, veriorque inſimul commonſtratur opinio affirmatiua, ſinguliſque P. *Sanchez* argumentis occurritur; quo loci *Author* proteſtatur ſe ne latum quidem vnguem velle recedere à iudicio Sacroſanctę Matris Eccleſię. tàm in pręfato quęſito, quàm etiam omnibus alijs in caſibus, in quibus ſcripſit, ſcribit, & in futurum (Deo conſenſiente) ſcribet.

Obſeruatio XVII.

Vendita re feudali vrgentibus creditoribus poſterioribus cum aſſenſu, ac anterioribus abſque aſſenſu ſuper liberatione pecuniæ ex feudo peruentæ, ſi pecunia fuit liberata creditori poſteriori cũ aſſen-

assensu per verbum *fiat* obtento infrà biennium, excluso creditore anteriore absque assensu cum cautione tamen de restituendo cui, quibus, & quando, qui sanè posterior creditor amplius non curauit infra biennium expeditionẽ assensus in forma priuilegij, An posit conueniri super auocatione pecuniæ à creditore anteriore absque assensu, quasi quod assensu sublato in pari causa creditor remanserit, & vigeat regula; *Qui prior in tempore, potior in iure?* Expenditur opinio *Io. Franc. de Amic. in repetit. cap. 1. de his qui feud. dar. poss. pag. 16. & seqq.* ac determinatio Sacri Consilij per ipsum recensita in beneficiũ Fabritij Galeota creditoris anterioris absque assensu, quam obiurgat Author, & ab ea recedit articulo ad vtramque partem disputato, pluribusq; allatis argumentis, quibuscũ opinio pro creditoribus posterioribus cum assensu per verbum *fiat* suadetur, atque conuincitur.

Obseruatio XVIII.

Fiscus ex causa publicæ necessitatis, An valeat à debitore suo exigere ante diem, & pendente tempore solutionis deducere interesse medij temporis? quiduè dicendum sit in Vniuersitate respectu eius debitorum?

Obseruatio XIX.

Vxor, vt rescindat contractum propter metum sibi à viro illatum, an satis sit, si probet metum in genere, vel necessariò requiratur, quod edoceat de metu illato in specie ad illum contractum? *Affl. decis.* 246. referens Sacrum Consiliũ determinasse, quod metus oporteat probari in specie ad illum contractum, expenditur, & contra ipsum veriorem esse opinionem, ꝙ metus sufficit probari in genere, nedùm ob difficultatem probationis, verùm etiã ob quasi impossibilitatem, ac etiam ob præsumptionem, qua innuitur vxorem à viro

ver-

verberatam, vel comminatam, ſemper durante matrimonio exiſtere, ac perdurare; in cuius opinionis comprobationẽ adducit *Author* plures Doctores *Afflictum* obiurgantes, præſertim *Gaſparem Antoninum Theſaurum quæſtionum forenſium, lib.* 1. *cap.* 51. quem ſectatur Author, pluribus adductis, ac ponderatis.

Obſeruatio XX.

Pœna mortis ordinaria, vbi aliqua ex cauſa venit minoranda, an poſsit mitior imponi, quæ ſit pariter corporis afflictiua, veluti Exilij, Relegationis, Carceris, & ſimilis, vel pecuniaria tantùm? Expenditur placitum *Hypoliti de Marſilijs*, qui affirmatiuam ſuſtinet opinionem, quę ab *Authore* improbatur, ſingulis eiuſdem *Hypoliti* argumentis, Iuribus, Doctorumq; authoritatibus ſatisfaciendo, inſimulque negatiuam comprobat ſententiam, à quamplurimis amplexatam, pręſertim à *Petro Nuñez de Auendaño* in loco indicato, articulo de iuris cenſura ad partes diſputato, poſthabita Regionũ Conſuetudine aliàs dijudicandi; ea etenim cùm ſit localis, locum non egreditur, nec ad exteras nationes extendi queit.

Obſeruatio XXI.

Subſcribens folio albo, ſeu cedulę vacuę an teneatur ad obſeruantiam contentorum in ea? Et an ex ſubſcriptione pręſumatur notitia in ſubſcribente, vel potius ignorãtia? cuius quęſiti accepta occaſione, ethymologia verbi *Subſcribere* in iure pleniùs explicatur. Et tàm affirmantium, quàm negantium opinio ad partes diſputata, quę iura, quęq; rationes, ac Doctorum placita ſuadeant, non inſcitè demonſtratur, & negatiuam *Author* amplectitur ſententiam, vti veriorem, ac per claros iuris termiuos ſecuriorem Laudum inſertum in folio albo ſubſcripto à cõpromittentibus, ac poſtmodum ſtipulatum à Notario cum clauſulis pręgnantibus, non obligat compromittentes ad obſeruantiam, quin valeant de nullitate ipſius di-

ce-

cere, ac eius reductionem ad arbitrium boni viri petere, maximè si enormissima allegetur lęsio, quo casu difficile admodum fieri, imò impossibile, quòd cautela inueniatur, per quam lęsis in laudo os possit occlaudi, vel aditus iudicij inhiberi.

Obseruatio XXII.

Hypotheca pro dote, An incipiat à die promissionis ipsius in tabulis nuptialibus, siue capitulis matrimonialibus, vel à die sequutæ solutionis, ità vt mulier præferatur creditoribus viri, qui post promissionem prędictam contraxerunt? quęq; iura, & rationes ex vtraque parte adducantur, & ponderentur tàm Affirmantium, quàm Negātium? quibus mirificè *Author* occurrit, plures textus expendens, eorumque genuinum sensum adaperiens, dotis fauorem prospiciens, non paucas determinationes in fauorem vxoris adducens apud plura Europæ Prætoria, præsertim in Regno apud *Affl. Dom. de Franch.* & alios cuius disputationis occasione innuitur, quibus in conditionibus fiat retrotractio ad tempus actus. Potestatiuis scil. Casualibus, vel mixtis? qualisque generis reputanda sit conditio in viro non recipiente dotem sibi promissam?

Obseruatio XXIII.

Substitutus, An debeat citari in iudicio intentato cum instituto?

Obseruatio XXIV.

Hæres in vsufructu non dato alio hærede in proprietate post mortem, An valeat pręsentare, seu (vti Pragmatici inquiunt) liquidare instrumentum via Ritus Magnæ Curiæ Vicarię? Cuius thesis occasione desumpta, pluribus iuris communis dispositionibus, ac etiam peculiaribus Regni ordinationibus, demonstratur, hęredem in vsufructu non esse propriè, & verè hęredem, ideòque in eo non transire ius interrogandi debitorem super tenore instrumenti, sicuti nec in lega-

tarium, quia verè, & propriè hæres non dicitur, vndè verba ritus cùm sint naturaliter, non ciuiliter accipienda, id ipsum hęredem in vsufructu actio liquidandi minimè cõpetit, sicuti deficiunt pariter tria illa requisita, quę copulatiuè necessariò interuenire debent ad hoc, vt instrumentum via ritus liquidari possit, nempè instrumentum in forma probante reassumptum; Iuramentum in eodem instrumento contentum; & pęna ibi adiecta, nam iuramentum in hæredem in vsufructu, & legatarium minimè transit, vtpotè qui inter personas in instrumento nominatas, minimè compræhenduntur, sed vti extranei prorsus intelliguntur, in eo non subintellectæ, Authoritas *D. Regentis Scipionis Rouiti* in contrarium adducta *in decis.* 26. *num.* 3. expenditur, & enucleatur, adductisque per ipsum iuribus, & Doctorum placitis occurritur ab *Authore*, qui suam adstringit fidem tanti viri placita in maxima semper habuisse existimatione, ac ea (vti de *Bartolo* aiebat *Iason*) adorare, & venerari solitum esse, ibique innuit non contradicendi studio, sed pro indagine veritatis calamum arripuisse, quem de more Peritiorum censurę alacri submittit animo.

Obseruatio XXV.

Depositi faciendi materia, vt ex eo releuentur debitores, nè in periculum amissionis pecuniæ depositę incidant, ordinatè satis, ac vsui forensi accomodatissimè (quicquid alij permulti inuolutè eam olfecerint) pertractatur; pluraq; requisita ex iuribus ausa, & ex praxi deducta, ad hoc vt depositum rectè, ritèque factum dicatur; concinnè enumerantur, nempè, Primo, quod depositum fiat coram Iudice competente; Secundò, quod fiat creditore præsente, vel citato; Tertiò, quod sit liberum, & simplex non cautelatum, & conditionale; Quartò, quod sit integrum, & non diminutum; Quinto, quod fiat verè, & realiter, non verbalitèr; Sextò, vt fiat penès personam idoneam; Septimò, vt fiat congruo loco, & tempore, quæ requisita nonnullis ampliationibus, & restrictionibus exor-

exornat *Author*, ibique conditiones intrinsecas,& extrinsecas in depositis apponi solitas, quęq; de iure subintelliguntur, anucleat; earumque vim,& efficaciam,ex quibus depositan si casu penès Tabulas nummularias deperdi contingeret, damno cedunt debitorum, vel creditorum, siue satis sunt ad impediendum cursum vsurarum, vel ad pęnas euadendum, insinuat. Et quando creditor sit interpellandus antequam debitor depositum faciat, nè in moram incidat, & depositi lues ipsum tangat, non autem creditorem, distinctè exaratur.

Obseruatio XXVI.

Iudex competens pro faciendo deposito, An sit Iudex debitoris deponentis, vel Iudex creditoris depositum recipere debentis? Et quęnam causa attendi debeat, naturalis, scilicet, quę mouet deponentem ad deponendum, quę est, vt se liberet ab obligatione: vel potius accidentalis, quę est, quod ipse prius ad Iudicium venit, & prouocat ad finem vt dicatur quis Actor, vel Reus, vtq; secernatnr coram quo Iudice depositum facere debeat? Petens rescindi, seu annullari contractum tanquam meticulosum,aut per fraudem initum, siuè præter,vel contra ius celebratum, Vtrum Actoris partes,vel Rei sustineat? Quid uè dicendum in debitore annuorum introituum petente, & Iudicium instituente, vt eximat se,& bona sua à nexu, & obligatione soluendi annuum debitum, vel sortem principalem, Vtrum suum adire debeat Iudicem, vel Domini censꝰ, siue ann.redituum? Agens remedio *legis Diffamari, C. de ingen. manum.* vtrum dicatnr Actor, vel Reus.

Obseruatio XXVII.

Annus inceptus, An & quando habeatur pro completo, vel necesse sit, vt verè completus, & perfectus sit? quibus in casibus, fauorabilibus nè, vel odiosis, aut mixtis? Quibusque verbis concipienda sit dispositio ad hoc vt innotescat annum debere esse

completum, vel sufficere, quòd sit inceptus plena manu insinuatur: quo loci dissidētes Senatus Mātuani apud *Surd. decis. 75.* & S. C. Neapolit. apud *D. Reg. Sanfel. dec.* 209. determinationes afferuntur, huicq; postremæ opinioni tanquam veriori, ac in practica obtentæ *Author* se subscribit, pluribus ad materiam adductis iuribus, Doctorumque Authoritatibus, ac noua Rotæ Romanæ distinctione allata apud *Nouiss. diuersor. decis. 75. par. 2. nu. 41. cum seq.*

Obseruatio XXVIII.

Census si fuerit constitutus ad formam *Bullæ Nicolai V.* insertæ in *volumine Pragmaticarum Regni Sanctionum, pragm.* 1. *de censib.* super re, vel prædio, non omninò libero, sed quod alijs creditoribus repertum fuit obnoxium, Vtrum possit emptor census, rescissionem, seu resolutionem contractus obtinere, si prædium illud tam lati fundij, & amplum reperitur, vt nedùm emptori vno, sed etiam omnibus alijs creditoribus prędium ipsum hypothecatum habentibus sit consultum? non obstante assertione in ipso contractu venditionis census per venditorem facta, quod prędium ipsum fuerit francum, & liberum, alijs minimè obligatum, peculiariq; pacto fuerit venditori consultum, quod ei liceat, in casu prędij non liberi, aut alteri hypotecati contractum rescindere? quò loci; *Author* affirmatiuam pro emptoribus census adducta in medium opinione, cui ex pluribus subscribit *D. Reg. Scipio Rouit. in d. prag.* 1. *de censib. nu.* 34. multis iurium dispositionibus, nonnullisq; Doctorumplacitis eam conuallans, contrariam sustinet sententiam in beneficium venditorum censuum, singulis per eundem *Regen. Rouit.* excogitatis occurrens. Determinationes plures *Rotæ Romanæ* contra *Dom. Regen. Rouiti* placitum adducuntur; praxisq; Supremorum Regni Neapolis Tribunalium, qua passim condemnari consueuerunt venditores censuum super re, quæ non adeò ampla est, vt omnibus creditoribus super ea possit esse consultum, quod subrogēt aliud

cor-

corpus liberum; non obnoxium creditoribus, insinuatur; eandemq; praxim, nedùm iure sustineri, verùm etiam de æquitate suaderi commonstratur, *Texx. in l. 3. ff. de crim. stellionat. in l. 3. C. de seru. pignor. dat. manum. in l. si quis 36 §. fin. ff. de pignorat. action. in l. si tibi liberum, & in l. pen. & in l. ex empto 11. §. si quis virginem, ff. de actio. empt. et in l. qui vti optimè 90. ff. de verbor. signif.* explicãtur, eorumq; genuinus adducitur intellectus; quę sane iura *à D. Reg. Rou.* adducta, ad suæ opiniònis comprobationē, minimè applicari posse indicatur; sicuti nequidem collineare præposito Theoremati congestas Authoritates ab eodē *Reg. Rou.* nempè *Socc. cons. 26. 3. col. lib. 3. Pract. Papiens. in forma libell. in actio. hypothecar.* verb. *Sub eadem obligatione bonorum num. 19. et Gratian. dec. 13.* non sine ingenti labore, ab *Authore*, & fortassis non insulsè, adnotatur.

Obseruatio XXIX.

Clausula apponi solita in instrumentis ad beneficium creditorum, quibus omnia bona debitoris hypothecantur, *Quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra*, quid operetur? quiduè practicatum fuerit per *Sac. Consil. ac Senatum Pedemontanum* apud Authores indicatos, satis dilatatis fimbrijs insinuatur. *Dominus Præses de Franch. in dec. 5.* defenditur ab impugnationibus *Dominorum Consultorum Mediolanensium Iulij Cæsaris Caluini, & Pauli Flamenij Senatoris*, quibus *Author* plena manu singillatim occurrit, singulis argumentis per ipsos adductis satisfaciens; ac ad euadendū scopulos, qui in praxi contingere possent ob dissidentes Doctorum opiniones, nouam adhibet *Authormet* cautelam, ab ipso excogitatam, qua vti debent creditores, dum contrahunt cum debitoribus, qui passim consueuerūt apponere clausulam illam, *Quod specialitas generalitati non deroget, necè*

con-

contra; Et ad enucleationem *tex. in l. 2. C. de pignor.* plura adfert *Author* notabilia Curiarum praxi deseruientia, ampliationes itidem, & restrictiones, ex quibus materia apertè omnibus innotescat, & causarum Patroni valeant in casibus contingentibus, eorum Clientibus tutè responsa prȩstare.

Obseruatio XXX.

Procurator an admittatur ad defendendum eum, qui citatur, vt personaliter compareat ad videndum se declarari incidisse in pænam confiscationis bonorum ob delictum commissum? quod sanè theorema ex eo promptam recipere solutionem *Author* insinuat, si iudicium criminale, vel ciuile iudicatur, cuius occasione plura congeruntur ad probandum, quod iudiciũ potius ciuile, quàm criminale reputatur, quando pro delicto pæna pecuniaria potius, quàm corporalis imponitur, etiamsi pæna irrogetur priuationis omnium bonorum concomitante pæna infamię. Citatus vt legitimè cõpareat, ad dicendum causam quare non debeat condemnari ad pænam in mandato contentam, potest comparere per Procuratorem (quicquid in contrarium decreuit *Rota Magnæ Curiæ Vicariæ* vti delegata in casu relato per *Dom. Regent. Io. Francisc. Sanfelic. dec. 237. nu. 6.* vers. *Mihi autem*) quę determinatio minimè arrisit eidem *Regenti*, imò eam improbat, concordantemq; habet sententiam *Senatus Cathaluniæ* apud *Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 14. tit. de procurator. num. 168.* vers. *An in criminalibus. Ritus Magnæ Curiæ 269.* respectu exceptionum proponendarum ex parte inquisiti qualiter sit accipiendus, & vltra exceptiones inibi enumeratas quęnã alię practicentur, distinctè satis enarratur, quiduè per *rit. 108.* fuerit iuri communi derogatum, indicatur.

Obseruatio XXXI.

Articuli in causis summa diligentia sunt formandi; in articulis etenim causarum esse pericula, commũni quasi dicterio

ćterio Pragmatici tradiderũt, edocti à *Cæsare Vrsill. in Annotation. ad Affl. decis.* 7. *nu.* 8. Imò articulandi artem summum inter Causidicos gradum tenere, aduertit *Author*, exprobans nonnullos incautos procuratores, incautioresq; Aduocatos, qui articulos formare consueuerunt de ijs, super quibus testis non habet deponere, sed ex scripturis authenticis probatio emanat; Id etenim nihil aliud esse, quàm aduersę parti arcana reuelare, ac notam tradere, vt rebus suis consulat, atque prospiciat, ex *Dom. Regentis Scipionis Rouiti* placito *in commentar. ad prag.* 8. *de ordin. iudicior.* incip. *Quinta die, num.* 19. vers. *Et quia*, comprobatur; pluraque alia ad materiam adducuntur.

Obseruatio XXXII.

Interesse decursum creditoribus hæreditariis, pendente tempore restitutionis faciendę ab hęrede primo loco instituto, qui fructus hęreditatis percepit, An solui debeat ab hęrede ipso, siue eum repręsentantibus, vel à fideicommissario? Exornãtur *texx. in l. deducta* 58. §. *qui post* ff. *ad Trebell. & in l. postulante* ff. *eod.* pariterq; defenduntur Sacri Regij Consilij Neapolitani determinationes in materia iurium prędictorum, apud *D. Vincent. de Franch. dec.* 13. & 49. ab impugnationibus *Antonij de Ballis Consulti Siculi in eius Commentar. ad Prag. Regn.* super *Bulla de censib. quæst.* 34. *nu.* 9. qui paritèr ab *Authore* carpitur, dum probris verbis cõtra veneratam ab omnibus Europę Prętorijs eiusdem Sacr. Consil. Authoritatem insurrexerit, quod (vt omni pateat ęuo) non sine ingenti labore *Authormet* singula eius dicta recolens, iuraque adducta per ipsum perpendens, aliorumq; Doctorum cõsarcinatas Authoritates dispungens, occurrit; ac methodicè insinuat, qualiter sint accipienda assũpta ab ipsomet *de Ballis* sub aliorum fide, exarata; quemq; genuinum habeant sensum; adeò quod inconcussa secernatur, veritateq; comprobata elucescãt Sac. Reg. Consilij Neapolitani scita, siue (vti aiunt Decisiones, quę ex ponderatis, &

& adductis per *Authorem*; maiorem præbēt efficaciam, nec illepidè adducitnr, & ponderatur *Dom. Garsia Mastrill. in addition. ad Petr. de Gregor. de censibus, quæst. 5. num. 197.* vers. *Ex prædictis*, & vers. *Ego autem*, qui exprobato *Antonij de Ballis* placito in *Sede indicata*, veriorem Sacri Consilij sententiam recenset,eamque in praxi tutiorem designat; quo loci *Author* mellifluis sanè verbis. Scribētes exhortatur, vt in aliorum sententijs, siue referendis, siue confutandis modestè se gerant, nec aliud quàm veritatis indaginem perquirāt, alioquin summę crassitudinis, & inscitię argumentum fore, suadet.

Obseruatio XXXIII.

Decoctus, sicuti non tenetur ad inte resse eius creditoribus ob mutationem status, & interdictionem bonorum, siue iuris ministerio, ob detectam paupertatem, siue ex quotidiana, & inconcussa Regni Tribunalium praxi, qua eliguntur personæ pro administratione patrimonij ipsius, qui solum vertit, seu foro cessit, & deputatione prędicta peracta intelligitur interdicta administratio, An possit petere interesse ab eius debitoribus? Noua, & curiosa indagatio:quæ vsquemodò Rotalem nondùm recepit determinationem; ad cuius enucleationem *Author* negatiuam sustinēs opinionem, quamplura allegauit, & conuincentibus rationibus defendit; Resolutio, siue rescissio contractuum in Regno, superueniente debitoris decoctione, vndè ortum habuit, vt venditores ann. introituum teneantur ad sortem principalem, eiusq; interesse ad diem vsque decoctionis, non vltrà, & sic emptores eorūdem ano. introituum efficiantur expliciti creditores,adeò quod sortem illam principalem, seu capitale demortuum in terminis *Bullæ Nicolai V.* redactę in *volum. Pragmaticar. Regni, rubr. de censib. prag. 1.* iustè valeant consequi, inuito debitore,eodemque annuorum introituum vēditore? Quamuè vim, & efficaciam prębeat argumentum deductum ex natura correlatiuorum?

Ob-

Obſeruatio XXXIV.

Teſtator hęredi inhibens in teſtamento, ne legatario, aut cuipiam aliј moleſtiam inferat, de qua moleſtia intelligatur, de iure nè, vel de facto? quidque tenendum ſit, ſi prægnantibus verbis, & generalibus fuerit moleſtia vetita? & quando includatur moleſtia, ſi quis ad iudicium prouocauerit?

Obſeruatio XXXV.

Tranſactio, An, & quando ad incogitata extēdatur? & quibus verbis concipi debet cōtractus tranſactionis ad hoc, vt omnis tollatur ſcrupulus; vtrum tranſactio generalis contineat etiam incogitata, nec nè?

Obſeruatio XXXVI.

Pactum de retrouendendo in inſtrumento appoſitum, *Toties, quoties, & quandocumque emptor voluerit*, An poſsit exerceri poſt lapſum 30. annorum, vel poſsit emptor opponere exceptionem pręſcriptionis fundatam in lapſu tanti temporis? Excitatur ad partes controuerſia, pluribuſque hincindè adductis, & ponderatis, Affirmatiuam *Author* inſectatur ſententiā, eamque ſuſtinet, & defendit, contraria eneruans, omniaq; ex aduerſo excogitata reſoluens, ac rerum iudicatarum authoritatem expendens, nedùm in *Prætorio Burgundiæ*, verùm etiam *in Sacro Regio Conſilio Neapolitano* apud *Ioan. Vinc. Ann. allegat.* 11. *num.* 19. verſ. *Demum*; Vtq; omnis hæſitandi occaſio in eiuſmodi articulo, in poſterum tollatur, cautelam *Author* inſinuat contrahentibus proficuam, vt pręſcriptionis exceptio penitùs explodatur.

Obſeruatio XXXVII.

Incolæ Ciuitatis diuites, An poſſint cogi ad mutuandum pecunias tempore penuriæ ad hoc vt frumentum ematur, & panis fiat Ciuibus, & Incolis vendendus, ne fame opprimantur? quò loci inſinuatur, tempore neceſsitatis vrgente, nullam requiri, nec expetendam eſſe licentiam à Principe Superiore, quando ob eius aditionem impedimentum foret, nè ſuccurratur neceſſitati; Ea etenim neceſſitas, nulla continetur lege, nulliſque cancellis diſpoſitionem reſtringitur; quinimò neceſſitatis tempore omnia ſilent iura, omnia comprimuntur priuilegia, ex quibus alicui immunitas conceſſa reperitur; Idque procedere indicat *Author*, vt Ciues etiam cogi poſsint ad mutuandum, ac diſtrictione perſonali coerceantur, ad mutuum faciendum, etiam in caſu diſceſsionis exercitus à Prouincia ne Milites deprędent vicinos; Immunitates etenim omnes locum ſibi vindicare in tributis ordinarijs dumtaxat, at in pręſtationibus fauore publico introductis, omnem ceſſare immunitatem, etiamſi Imperiales domus, & Auguſiæ inhabitauerint, ex pluribus commonſtratur; Fames quantum vitanda à Rectoribus Ciuitatum, quæque pariat mala in Republica, non inconcinnè innuitur; quò loci *Excellentiſſimus Comes Ognate Regni Prorex, ac Moderator*, ob præclara eius geſta, extollitur, & collaudatur.

Obſeruatio XXXVIII.

De Magiſtratuum, & Officialium dignitate, Authoritate, & Præheminentia, quantiq; ij ęſtimandi, ac honoradi ſint à ſubditis, eò quod Principis eos eligentis Maieſtatem cōtineant, eiuſq; corporis pars ſint, ac etiam, quia publico rerum commodo, Ciuiumq; & Incolarum incolumitati proſpiciunt; deq; neceſſario eorum munere in Republica, nonnulla ſummatim, non tamen inordinatè, & incomptè, præludij vice ad theſim propoſitam adducuntur; Et Ciuitatis florentiſsimę Neapolis

polis Magistratibus, ob eorum peritiam, doctrinam, ac integritatem, dicta ab eloquentię Patre *Marco Tullio Cicerone*, relato *ab Isidoro*, quàm bellè collineant, itidem adnotatur. An autem Magistratus ab excubiis, & custodiis portarum, & murorum Ciuitatis sint immunes? curiosa indagatur, quęstio, quam (primo licèt obtutu) fauorabilem ictet aleam in beneficium ipsorum, vt excusentur, & immunes censeantur, immunitateq; & vacatione potiantur, secundum nonnullorum receptam opinionem, Attamen in contrarium plura alia vrgere, immunitatem prędictam denegantia, quę maximè innituntur necessitati, quę nullius diplomatis, legis, aut rescripti etiam Imperialis, & Regii limitibus constringitur, aut limitatur; (Tempore etenim necessitatis, aut publico suadente bono, nullam reperiri legem, siue permissiuam, siue prohibitiuam, siue consultoriam, quę à munerum pręstatione, vacationem aliquam admittat) diffuso sermone indicatur; ac punctuales determinationes *Senatus Parisiensis*, quibus primo loco de anno 1583. die 15. Martii, fuerunt exclusi, Magistratus à vacatione munerum prędictorum, & denegata illis immunitas; ac secundo loco de anno 1586. die 22. Decembris, quod nequidem illi liceat stipendiatum, vel ex eorum domesticis aliquem delegare; à quo munus illud personale Domini absentis vice pręstaretur, de quibus fidem pręstat eximius Doctor *Annæus Robertus lib. 2. rer. iudicatar. cap. 11.* vers. *Pro maior. et in fin.* referuntur, & enucleantur; eisq; *Author* vt occurreret, ingeniosè excogitat ad exemplum non esse illas trahēdas, sed locum sibi vindicare in Ciuitatibus seu Portibus limitaneis, quibus hostes propè imminent, vt irruptionem faciant, & Ciues, & Incolę, non satis sunt ad prędicta subeunda munera, secus verò in Ciuitatibus, & Portubus, quibus satis sunt homines ad custodias, & excubias faciendum, sicuti in Ciuitate Neapolis hominibus repleta, & ditissima, in qua *Senatus Parisiensis Arresta*, minimè possent procedere; & *Authormet* memoriam facit obseruantię habitę plebicularijs

Illis vigentibus commotionibus in Ciuitate Neapolis de anno 1647. & 1648. circa excubias, & custodias à Nobilibus faciendas, quo loci quid ipsimet *Authori* tunc contigerit, non sine animi dolore posteritati insinuat.

Obseruatio XXXIX.

Exequutores testamentarij, quibus certa pecuniæ quantitas distribuenda inter pauperes Religiosos commendata est, si in electione discordāt, vno ex eis Religiosos pauperes eligente. Altero verò pauperes Religiosas, eiusdem tamen Ordinis Sancti Francisci, cui potius adhęrendum in relicti distributione? quæque sit ratio, quod Monasterium Monialium reputatur à iure locus magis pius, & pauperior, quàm virorum?

Obseruatio XXXX.

Diem termini computandum esse in termino, necnè: famigerata est quęstio, adeò inter Scribentes controuersa, vt vix quæ verior, quæ tutior, quæque in praxi sectanda magis sit opinio, quamque Tribunalium consuetudo, & stylus admiserit, discerni possit; Ad eiusmodi quæsiti enucleationem *Author* Aientiū, & Negantium placita recolens, ac in medium afferens iura, Doctorum placita, & rationes, quibus vtraque sustinetur opinio, quicquid in materia, tùm Antiquiorum, cùm Recentium, expensis placitis dictum, scriptumuè fuerit, dilucidum tradit examen, siuè de iure communi quæstionis resolutio excogitetur, siuè de iure Cōsuetudinario, plurium Europæ Tribunalium; siuè terminus in actu fauorabili, siuè odioso impertiatur, siuè simplicitèr elargitus fuerit, siuè dictionibus præcedentibus *A. Ab. Ex*, quę suaptè natura, exclusiuæ an sint diei, vel inclusiuæ, fauorabili, aut odioso si apponatur actui, pleno cōmonstrat *Author* calamo, obliuioni minimè tradens quęstiones passim excitatas in materia statutorum, quę infrà diem pręfinitum quid fieri, vel permittunt, vel non fieri iubent, quando dies in termino computetur, necnè; quid-

quiduè dicendum sit si pęnã contineant, vel odium, aut si fauorabili super actu dispo-nere noscatur; Vtq; certam, nec variam, aut irresolutam quęstionis indaginem legentibus pręrermittat, toto ferè terrarum Orbe, consuetudine, approbatam esse opinionem, quod dies termini non computetur in termiuo, eãque veriorem, tutiorem, ac receptiorem fore in praxi, etiam iuris communis dispositione attenta *Author* insinuat; recolitq; memoria, in *statu Ecclesiastico, in Regno Aragoniæ, & Cathaluniæ*, *Parlamento Delphinali*, omnibusque *Prouinciæ Delphinalis Curijs, totiusq; Italiæ Tribunalium subsellijs*, pręsertim in *Regno Neapolitano*, eiusque *Supremis Prætorijs*, ità passim circumferri ex Pragmaticorum vulgari, frequentatoq; dicterio, Quod *Dies termini nunquam in termino computetur*, ac ità haud hęsitanter obseruari, & precticari.

Obseruatio XXXXI.

Damnati ad mortem, testamenti factionem actiuam, An habeant? curiosa, nec minus practicabilis, hominumq; commercio conducibilis insinuatur quęstio, cuius enucleatio, ac resolutio distinctionis cõciliata fędere, inter Scribentes passim obtinuit, vt veteri Pandectarum iure obseruato, ex quo damnatorum bona publicabantur, & confiscabantur, testamentum condere ijsdem damnatis esset inhibitum, eò fortiùs, quia nedùm Ciuitatem, & libertatem amittebant ex condemnatione sequuta, verùm etiam serui penę efficiebantur; Iure verò Nouissimo Codicis, & Nouellarum attento, de quo in *Auth. Bona damnatorum*, *C. de bon. damnator. & in Authen. Vt nulli liceat haber. loc. seruator.* cap. *Quia verò Nos* 13. §. *vt autem non solum*, & §. *seq.* & *Auth. Sed hodie, C. de donation. inter vir. & vxor.* quibus cautum est confiscationi, & publicationi bonorum aditum occlaudi quodcumq; committatur delictum

lictum (excepto tamen Maiestatis crimine) si ex eo damnatus ad mortem quis fuerit, posse testamentum condere, pluraque iura, Doctorumque placita, ac rationes adducuntur, ex quibus verior, & tutior eiusmodi dissidentium opinionum conciliatio comprobatur, ab *Authore* insinuantur, qui vt omni ex parte posteritati enucleatam quæstionem indicaret, ingeniosè *Matthiam Berlichium*, strenuū Iureconsultum, qui contrariæ sententię Antesignanus affertur in *lib. 3. practica. conclusion. lib. 3. concl.* 8. pugnantem introducit, tantique Athletę, rationes singulas dispungens, ex quibus fundare tentauit etiam num hodie Iure Nouissimo pensitato, damnatos ad mortem testamenti factionem non habere, eis mirificè occurrit, ac omninò affirmatiuam sententiam, iuxtà edictam conciliationem, sectandam esse, tàm in consulendo, quàm in iudicando, protenso quasi digito commonstrat, ac plures Senatuum determinationes enarrat, quibuscùm vndique conuallatum, Doctorum distinctum placitum pro testamenti validitate, haud obscurè, suam contra *Dom. Berlichium* adstringit fidem, pluraque alia non aspernenda *Author* ad eiusmodi thesim conuincendam palàm facit.

Obseruatio XXXXII.

Scripturæ an admittantur post conclusum in causa antequā sententia prolata fuerit? Et quid dicendum si priuatæ dumtaxat, vel etiam publicæ fuerint, vel semiplenem facerent probationem? quiq; in hoc sit stylus Sacri Consilij Neapolitani, & Senatus Cathaluniæ? Et vndè orta fuerit praxis admittendi probationes per scripturas post conclusum in causa in Prætorijs Supremis; denegandi verò per testes? Quiduè sit practicatum in petente concomitare per testes apocam priuatam trino teste notatā, post causam conclusam? & quid in petente terminum ad concomitantiam copiæ authoritate Notarij exemplatam? pluraque alia in materia adnotantur.

Obser-

Obſeruatio XXXXIII.

Exequutio facta non obſeruato ordine tradito *à Diuo Pio in* §. *In venditione*, *l. à Diuo Pio*, ff. *de re iud.* imò contra formam inibi traditam, vt prius exequantur mobilia, deindè immobilia, & deinceps iura debitorum, ſiue eorum nomina, an ſit nulla, vel ordo prędictus in vtilitatē potius debitoris inductus fuerit, itaut teneatur appellare, ſi pręponeretur? quo loci diſpungitur, vtrum pro forma modus exequendi fuerit introductus? quiduè forma operetur circa actus nullitatem, vel inualiditatē? Enucleantur diſſidentes Sacri Conſilii Neapolitani determinationes, quarum vnam recenſet *Afflict. dec.* 358. pro actus nullitate, Alteram verò refert *Dom. de Franchis dec.* 441. quod oporteat ab eo appellare, quorum fundamentis ponderatis, ac attentè diſpunctis per *Authorem*, cui magis inhęrendum, ſuum interponit iudicium, omnibus ex aduerſo adductis contra relatam ab *Afflicto* determinationem occurrens, exploſis ijs, quæ præſertim inſinuauit *Dom. de Franch: d. dec.* 441, alijq; eius Aſſeclæ; oſtendens pariter *Conſultum in d.* §. *In venditione*, non niſi conditionaliter fuiſſe loquutum per verbum Gerundij, quod de ſui natura conditionem importare, inſinuatur, ad quod comprobādum, ſingula textus verba perpendit, Quiduè dicendum, in caſu quo debitor plura habet mobilia diuerſarum ſpecierum, An creditor teneatur accipere illa pignora, quę ipſi debitor, vel Iudex tradere intendit, creditore ipſo etiam inuito, & cōtradicente, An verò liceat ipſi ex his eligere vnum, vel alterum genus, aut ſpeciem mobilium, ſuper quibus fiat exequutio? Et an in hoc ſit aliquis ordo ſeruādus? Quoq; in caſu, quibuſuè in terminis diſsidentes Sacri Conſilii deciſiones poſsint conciliari, non inſcitè *Author* adducit, poſt reiectas nonnullorum Authorū traditiones, pręſertim *Ioannis Petri Surdi, et Io. Bernardini Muſcatelli*, & aliorum.

Obſer-

Obſeruatio XXXXIV.

Dę ſtylo Curiarum obſeruando tàm quo ad ordinationem cauſarum, quàm ad earum deciſionem plura adducuntur, ex quibus originem ſtylus, & vndè traxerit, quibuſq; iuribus comprobetur, quantique ſit faciendus. Et qualiter cum conſuetudine conueniat, & an licitum ſit Iudici ab eo recedere in iudicando, & vtrum debeat admittere libellum contra ſtylum, vel conſuetudinem, quidq; operetur opinio, licèt communis, quando ſtylus vrget in contrarium, haud obſcurè inſinuatur, pleraque alia plura minimè negligenda quò ad ſtylum compendii vice recenſentur.

Obſeruatio XXXXV.

Pręſcriptio an detur in Regno, in quo ex peculiari iuris municipalis diſpoſitione proceditur ſola facti veritate inſpecta? cuius quæſiti occaſione pugnantium Noſtratum placita afferuntur, & enucleantur; nempè *Dom. Reg. Rouit. in conſ.* 40. *num.* 14. verſ. *Item ſumus lib.* 2. qui eius opinamenti Anteſignanum extollit *Cæſarem Vrſillum in Annotation. ad deciſſ. Afflict. dec.* 13. *num.* 9. verſ. *Quid dicendum*, & *dec.* 329. *circa fin.* aientis in Regno pręſcriptionem minimè dari, & *Dom. Pæſid. Regiæ Cameræ Amati in conſ.* 96. *num.* 20 verſ. *Nec præmiſſis*, qui affirmatiuam ſententiam ibi apertè ſuſtinet, & iterum *in conſ.* 38. cuius placito inhęret *Author*, eique ſe ſubſcribit, pluribus abundè adductis, in eius confirmationem, ac lato ſanè calamo omnibus ex aduerſo congeſtis, & trutinatis, occurrens, inſinuat nequidem per ſomnium in ea opinione perſtitiſſe *Vrſillum*, vt deneget in Regno pręſcriptionē; eò quod ſola facti veritate inſpecta proceditur, ſed tantùm eius mentis fuiſſe conuincitur, quod nunquam vidit cauſam in Supremis Regni Pretoriis ob pręſcriptionem determinari ea, expenſa ratione, quia raro, aut nunquam requiſita neceſſaria, à iure prodita interueniunt; Nec obſcurè demonaſtrat,

Au-

Authores à *Dom. Reg. Rou.* adductos nempè *Guidonem Pap. & Nvtt.* minimè ad materiam esse applicandos, ac verus eorum, sensus, & genuinus traditur. Vndè *Author* recolens praxim Supremorum Regni Tribunalium prouidendi, quod exceptio præscriptionis si liquida fuerit, admittatur; sin autem illiquida, & altiorem exquirat indaginem, vt in promptu determinari nequeat, ad merita reseruetur, vti veriorem, & tutiorem comprobat opinionem, quod præscriptio cum requisitis apposita, omninò procedat, iis autem deficientibus, nequaquam, idquè etiam in foro canonico, vbi ęquitas superabundat, inconcusśè obseruari testatum facit.

Obseruatio X LVI.

Acta facta tempore inuasionis Regni, Reipublicę, vel Imperii, decreta interposita, & sententię prolatę, an aliquam habeant subsistentiam, inuasione cessante? vel potius pro nullis, cassis, & irritis habeantur? Et affirmatiuam sustinēs *Author* sententiam, disertè tradit, vndè ortum habuerit Ethymologia Tyrāni, quisq; propriè Tyrannus dicatur, quæq; mala ingerat, quosq; tetros pariat effectus Tyrannides, & quantum omni iure detestabilis fuerit? Hinc quid fuerit determinatum per Sacrum Consilium tempore inuasionis Regni Caroli VIII. Francorum Regis circa annullationem actorum, processuum, & sententiarum; tunc factorum, & interpositarum, cessante postmodum inuasione, per extensum insinuatur, quidquè durantibus plebicularijs commotionibus de anno 1647. fuerit peractum, ijsq; cessantibus, quæ emanauit determinatio à Supremo Collaterale Consilio, paritèr insinuatur; & pluriū Authorum repetitiis placitis nonnulla de Tyrannis congeruntur, ac de gestis per Officiales Baronum deputatorum ad iustitiam, tempore Tyrannidis, quæ sit habenda ratio de iure, demonstratur, Et qualiter vassallorum fidelitas, inuasione recedente dignoscatur, non inconcinnè expenditur.

Obseruatio XXXXVII.

De ferijs: tùm inductis in honorem Dei, cum repentinis, ac ad vtilitatem hominum introductis, pleno agitur calamo; Deq; earũ origine, Ethymologia, & diuersitate è veterum, & recentiorum repetitis calculis, non iniucundè adnotatur; qualiter practicẽtur toto terrarum Orbe? quęque peculiaris sit obseruantia procedendi earum durante tẽpore in Tribunalibus Regni Neapolis, & Vrbis Romę? Quæque necessaria sit dispẽsatio in Regno ad finem vt procedi possit ad actus incũbentes pro instructione Iudicij, siuè processus? Et an ferijs prorogatis, necesse sit nouam obtinere dispensationẽ, vltrà primam obtentã, quod *Procedatur feriis non obstantibus*? Et an terminus prorogatus sit idem cum primo, vel diuersus? & à quo die regulariter indictæ sint feriæ cereales, & vindemiales in Regno? quibusuè de causis consueuerint ad petitionem Electorum Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, prorogari? & an feriç sint inductæ in fauorẽ Iudicum, vel litigantium? Et an ijs possint partes renunciare, adeò quod renunciatione facta per Collitigantes, teneatur Iudex procedere, & non procedendo teneatur in sindicatu? Quodq; causarum genus expediri valeat feriarum cuiuscumque generis tempore? Et an ex eo quod summariç causæ sint, & in ijs de plano procedatur, feriarum non obstet exceptio? Et an etiam iis potiantur, qui rurales non sunt, nec ruralia, siuè stabilia possident bona, adeò quod nec per se, nec per alios ruralibus laboribus messium scilicet recollectioni, vel vindemiæ vacare minimè cogantur? quęq; fuerit à Prudentibus excogitata ratio in feriarum introductione principalior (siuè vti aiũt) finalis? Et an etiam ferijs introductis propter guerram, possint partes renunciare? Ęque vtrum feriis cerealibus, & vindemialibus, vel repentinis, ac in honorem Dei, introductis magis ęquiparandę sint? Non inconcinnè, ac maximo cum labore *Author* enucleat, Ac paritèr innuit, quibus in casibus consueuerit feriarum tempore proce-

di

di in quorumcumque Tribunalium subsellijs, quæque sit ratio, quod in causis tangentibus interesse Regij Fisci, ferię nullę ad vtilitatem hominum introductę obseruentur, sicuti in Tribunali Regię Camerę Summariæ passim obseruatur; Et obiter (nō tamen inscitè) de alimentorum priuilegijs, & pro ijs competentibus actionibus, siue pręsentia, & futura sint, siue de pręteritis quæstio incidat, & an in ijs summariè sit procedendum, pertractatur ad dispunctionem doctrinæ *Dom. Regentis Scipionis Rouiti*, & *Didaci Perez*, qui *Baldum* insequuti vnam tenuerunt opinionem, à qua *Author* ex pluribus recedendum monet; Aliaque nonnulla, nec inutilia, imò vsui forensi acco modatissima afferuntur, Ac Authores feriarum materiam tractantes indicātur: Notabilis indagatio ad methodum redacta, & ad iudiciorum praxim delineata, quem vix alibi ita digestam, fortasse Lector inueniet.

Obseruatio XLVIII.

Transactio, cui plura à Consultis inducta fuerunt priuilegia, eò quod à iurgijs, litibusque recessum insinuat, quamq; Imperiales Constitutiones non paucis munierunt ampliationibus, ea mente ductæ, quia expedit bono Reipublicæ, litibus ianuam occludere, easq; immortales prorsùs effici, leges abhorruerunt; an de sui natura operetur, vt in casu, quo vnus ex transigentibus illi stare detrectet, vel eam impugnare contendat, siue rescissorio Iudicio agat, siue nullitatis macula, labeq; notatum trāsactionis placitum redarguat, ante omnia teneatur restitue re accepta virtute transactionis prædictę, nec alitèr nisi illis restitutis in Iudicio audiri debeat? Vel necesse sit, q in ipso transactionis documēto pactum peculiare in casu contrauentionis apponatur p quod ab agendo repellatur contraueniens, nisi pręcesserit receptorum restitutio? Quæ an realis, & effectiua esse debeat, vel satis sit si fiat

 de-

depositum? vel etiam oblatio admittenda veniat? Ad cuius quęsiti dilucidam enucleationem, pluribus pensitatis iuribus, maturaq; facta discussione omnium hincindè allatorum tàm per Aientes, quàm per Negantes, veriorem, ac tutiorem, tùm in consulendo cùm in iudicando, eam *Author* approbat sententiam, per qua itum est de natura transactionis esse, vt aduersus eam si quis se dirigit, in primis omnia accepta ipsius transactionis intuitu, restituat, aliàs, à Iudicij limine fore arcendum, quam sententiam pluribus Senatuũ Supremorum placitis comprobatam, ad oculum insinuat; Quæque ijs adhibenda sit fides Authoribus, qui contrarium senserunt, summatim materiam, non funditùs degustati, ad viuum insinuatur? præsertim labefactatam *Author* indicat fidem *Regij Cosiliarij Io. Andreæ Georgijs in alleg.* 34. eiusque Assedarum, qui sub eius fide, in eiusque verba iurati cum ipso sentierunt; Enucleaturq; pariter determinatio facta per Sacrum Cosilium Neapolitanum in causa V. I. D. Marci Sancti Antonii, cum Sacro Incurabilium Nosocomio, cuius aciem *Author* sustinens, ac pro restitutione acceptorum vigore transactionis partes agens, suum edidit responsum in 2. *disceptatio. forens. cap.* 40. aliaque plura non inutilia afferuntur, & dilucidantur.

Obseruatio XXXXIX.

Arma propria, seu Insignia in opere publico, siue in Ecclesiis, Cappellis, & aliis publicis operibus apponi, & inscribi consueta, adhoc vt apponentium, earumque familiæ honor dignitas, ac memoria conseruetur, an liceat apponere Officialibus, Præpositis, & alijs destinatis ad operis publici constructionem, nulla tamen de proprio, pecuniæ quantitate erogata? vel necessè sit adhoc vt armorum descriptio, & Insigniorum insculptio legitimè procedat, quod propriis expensis construatur opus? quidq; fuerit obseruatum tempore *Præsid. Dom. Vincentii de Franchis*, qni peculiarem de hoc edidit *decisionem* 443. Et qualiter ab ea, quibusq; motus rationibus

bus; aut iuribus persuasus recesserit *Dom. Reg. Io. Franciscus de Ponte in tractat. de potestat Proreg. tit. de diuers. prouision. n. 7.*? Et an aliquod discrimen adhibendum sit inter nomina propria describentes, & Insignia insculpi satagentes? Hinc *Author* arrepta occasione, summatim indicat non licere cuipiam Arma, seu aliorum Insignia, leuare, abradere, vel delere etiam opere destructo, refecto, aut renouato, nam in reædificatione, refectione, & renouatione, eadem arma, & insignia, describenda, & apponenda sunt, adhoc vt nullum indè vergat præiudiciũ iis qui de familia sunt, ad quã thesim comprobandam, peculiaris affertur *Rotæ Romanæ* determinatio apud *Ludouis. Sanctissimum deindè Gregor. XV. dec.* 463. in fauorem illorum *de Murga* coram *D. Gypsio de anno* 1589. *die* 28. *Iunij*. Dicitur etenim turbare, is qui arma, seu insignia delet, mutat, seu abradit, idcircoque interdictum *Vnde Vi*, & *Vti possidetis* competere Agnatis, & descendentibus, adhoc vt reponantur, actionem itidem iniuriarum, pluraq; alia actionum genera, etiamsi agentes, & conquerentes qualitatem non habeant hæreditariam, sed tantùm hæredes sint sanguinis, quomodò plerique insinuauerint, indicat *Author*. eam tutiorem reputans sententiam, quam Senatus Delphinalis admisit apud *Franciscum Marcum decis.* 275. vt actio intentetur repositionis, seu redintegrationis armorum, & insignium in eodem statu, quamq; *Iacobus Menochius*, & *Stephanus Gratianus in sedibus indicatis*, comprobarunt. Qua autem via sit agendum cum personis omnibus, practicatum passim in Regno monet *Author* via Regalis implorandi presidii, vigore Capitulorum Regni, quorum vsus, & obseruantia indicatur, quique Authores materiam ingressi fuerint, insinuatur.

Obseruatio L.

De Tribunali Regiæ Cameræ Summarię, eiusque origine, Authoritate, & Pręheminentia, quoque tempore, fuerit introductum, & in cuius locum

cum successerit,& quo titulo decoratum, & insignitum fuerit?quo loci *Author* etiam Sacri titulo rectè nominari debere audacter affirmat,peculiareq; Doctoris nō languidæ fidei placitū,sed permaximę in Regno, qualis reputatur *Io. Vincentius Anna in repetit.cap.1.de vassall.decrep. ætat. n. 217.* ad id comprobandum,adducit, ac profitetur: mutilatè nimis de laudibus tanti Prætorii edixisse, si ad eius excellentiam oculus vertatur, ibiq; vt plurimum pręstantiores causarum patronos fuisse delectos ad Regalis patrimonii causas defēdēdū vti Fisci Aduocatos, ab experimento tradit,ipsiusque Tribunalis Magistratus vti eximios doctrina, & integritate collaudat, ipsiusq; Locumtenentem *Dom. D. Didacum de Vzeda* aliàs *à Mario Giurba* celeberrimo Iureconsulto, collaudatum, extollit.

Obseruatio LI.

Lęsę Maiestatis crimen in primo, & secundo capite, quod sacrilegio proximum tradit *Consultus in l. 1. ff. ad legem Iuliam Maiestatis*, quodque affines habet Rebelliones, Conspirationes, & sectas, seu Machinationes, Conuenticula, Seditiones, Collegia illicita, Perduelliones, ac arcanorum Principis reuelationes, quibus pęnis coerceatur tùm in persona, cùm in bonis, tàm in diuersis Europę Regionibus, quàm in Regno Neapolitano, insinuatur, ac pariter confiscationis bonorum pęnam ex crimine prędicto etiam num hodie practicari ipso iure statim eam operante, licèt postmodum sententia declaratoria requiratur, quauè ratione filij cōmittentium crimen lęsę Maiestatis veniant quoque puniendi, & ab omni prorsus successionis commodo excludantur, non inscitè exaratur; Ac determinatio facta per Serenissimum Regem Ferdinandum, quod filię fęminę Principis Rossanis, qui commiserat crimen lęsę Maiestatis contra Regem, honorificè fuerunt per ipsum maritatę, recensetur, pluraque alia ad materiam, & quę in tanti sceleris vindictam iura sanxerunt, afferuntur.

Ob-

Obſeruatio LII.

Ius congrui, ſiue prothomiſeos, quòd diuerſimodè locum ſibi vendicat in Ciuitate Neapolis per Conſuetudinem incip. *Si quis emit, ſub tit. de iure congrui,* quę verba facit in contractu dumtaxat emptionis, & venditionis; & in Regno per Conſtitutionem *Sãcimus ſub tit. de iur. prothomiſeos,* quę cōpręhendit nedũ contractum emptionis, verum etiam locationem, & conceſſionem in Emphyteuſim, non tamen vltrà. 20. dierum ſpatium à die factę denunciationis vicino facultatem retrahendi tribuens, cùm in Ciuitate Neapolis annus concedatur integer à die ſcientiæ decurendus, an prebeat facultatem vicino, vt declarare faciat emptorem, & venditorem vtrum contractus initus verus ſit, vel ſimulatus, & quantum taxatũ fuerit inter eos prætium, etiã cùm iuramento? & in caſu quo periuri detegerentur, vēditor puniretur amiſsione rei emptor verò amiſſione prętii? qua in re *Author* affirmatiuam laudat ſententiam, eãq; in praxi ſectandam inſinuat; quò loci indicat iure d. Conſtitutionis *Sancimus* attento, excludi Eccleſiam, Viam publicam, & Fiſcum à iure retrahendi, ac omni iure fraudē ex huiuſmodi contractibus abhorritam, quodque ius congrui ad correctionem iuris communis fuerit introductum, pręſertim contra *tex. in l. dudum, & l. inuitum, C. de contrahen. emption.* & *l. nec ęmere, C. de iur. deliber.*

Obſeruatio LIII.

Exceptione diſcuſſionis inuentarij legitimè confecti, per hæredem appoſita, ſiue poſt ſententiam (nam eiuſmodi exceptio modificatiua eſt) ſiue in principio litis; eaq; pendente, An poſſit hęres moleſtari, ſiue contra ipſum ad ſequeſtrum bonorum, eorũq; fructuum procedi? Hinc diſſidentia inſignium virorum placita è diametro pugnantia, Vnum ſcil. *Ill. Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 1. controuerſ. Illuſtr. cap. 62. n. 53. & ſeqq.* expreſsè negantis moleſtiam aliquam inferri de-

debere hęredi cum beneficij inuentarii, ipsius discussione opposita, Alterum verò *Dom. Reg. Io. Franc. Sanfel dec.* 211. *n.* 3. *par.* 1. fidem pręstantis esse procedendum ad sequestrum *Author* perspicaciter singulorum dicta perpendens, vtraq; veritate niti in casu tamen suo, vtpotè qui, diuersa in facti specie scripserunt, facili commonstrat metho: Nempè vt dicta per *D. Reg. Galeot.* procedant in casu, quo inuentarium legitimè iuris seruatis sollemnitatibus fuerit confectum, tũc etenim, quia nullus adest timor subtractionis, & occultationis bonorum, quę inuẽtarium ipsum indicat, & contra hęredem plenam inducit probationem, non debet hęres molestari per sequestrum, nec commodo possessionis priuari; Scitũ est enim, in principio litis sequestrum omni iure reperiri prohibitũ vti legibus exosum. Asserta verò per *Dom. Reg. Sanfel.* vim obtineãt in eo casu, quo hęres inuentarium adhuc nõ confecerit, sed intra terminũ à iure pręfinitum, illud conficere satagat, tunc etenim, quia de facili bonorum hęreditariorum subtractio, & occultatio contingere potest nec creditoribus, aut legatarijs, aliisq; super hæreditate defuncti interesse habentibus, consuli potest, rectè procedat sequestrum, itaque in praxi tenendum *Author* insinuat, Peritiorum tamen censura minimè spreta.

Obseruatio LIV.

Transactio, de cuius natura est, vt à lite recedatur, si ab vno ex transigentis obseruata non fuerit, licitum sit alteri transigenti ab ea rece dere, & ad primęua iura reuerti, etiamsi nullũ fuerit de eiusmodi regressu faciendo, pactum in ea appositum; Nec si adimplere quis detrectauerit, transactionis beneficio nequidẽ minimo iuuari se poterit; habet namq; eiusmodi contractus tacitam conditionem, si transigenti fides adimpletur, & seruatur, ac correspectiuus dicitur, & cum sit contractus innominatus, ante implemẽtum, & factum sequutum, nullam oriri obligationem, vndique in comperto esse, ex pluribus demonstratur.

Obser-

Obſeruatio LV.

Auaro, An ſit dandus Curator, ſicuti, & Prodigo? Curioſa herclè indagatio; quę vt enucleata poſteris inſinuetur, quamplura *Author* aſſumit, vt oſtendat pejus eſſe vitium, Auaritiam, vti omnium malorum radicem, quàm Prodigalitatem; Idcircò ſicuti Prodigo paſſim, qui non habet modum, neque finem expenſarum Curator decernitur, ità pariter decernendus erit Auaro, cui tantùm deeſt, quod habet, quàm quod non habet; Abutitur namq; Auarus ſubſtantia ſua, Et recenſitis tùm Sacrę Paginæ, ac Eccleſię Doctorum nonnullis placitis in deteſtatiōnē Auaritię, ac etiam prophanę lectionis, & Authoritate Ethnicorũ, & quamplurimis adductis verſibus ſatis lepidè congeſtis ab Hiſpano illo Vate, in libello, quem compoſuit Hiſpanico idiomate, cuique nomen indixit *Fabrica de la Eſperiençia*, quem libellum *Author* ſua induſtria è typis prodire ſategit, eam veriorem commonſtrat ſententiã, qua cautum eſt, *Auaro ſicuti, & Prodigo dandum eſſe Curatorem.*

Obſeruatio LVI.

Pragmaticę Regni, ſancientes non admitti paſſim ſuccumbentes in litibus de nullitate redarguere decreta, & ſententias Tribunalium Collegiatorum abſque depoſito certę quantitatis in eiſdem pragmaticis præfinitę, ne lites prorſus fierent immortales, vtq; Iurgantium calumnijs omnis pręludatur via, ac ianua occlaudatur, non tamen ab eadem diſpoſitione, penitùs arceantur ij, qui impotentes ad faciendum depoſitum, coacti eſſent notoriam eorum iuſtitiam, mediantibus nullitatibus deſerere, hoc ſiquidem in caſu conſueuerunt Pragmaticarũ Regni Conditores (cuius laudes recoluntur) decretationes formare, quibus ijſdē Tribunalibus, in quibus Iudicium reperitur introductum, remittitur determinatio facienda ſub hac formula verborum *Conſtito de paupertate ſeruatis de iure ſeruãdis*, ſuper cuius qualitatis veriſi-

e

rificatione assolet decerni, quod *Capiatur summaria informatio super allegata paupertate*, de qua si edoceat eã proponens, admittitur ad discussionem nullitatum absque deposito, sin verò minus cõstiterit, denegatur prouisio facienda, super nullitatum discussione non facto deposito; Hęsitatio tamen, quę incidit, an debeat impertiri terminus super allegata paupertate, quando ex inuentario in actis existente constat Iudici non esse allegantem pauperem, *Author* indicat fuisse resolutum contra heredem cum inuentario, eò quod inuentarium plenè probet bona in inuentario descripta esse penès hęredem, & quod sit probatio eius generis, quę dicitur iuris, & de iure, quę non admittit probationem in contrarium, nisi per confessionẽ Partis; nec inutilia quędam alia adducuntur circa paupertatis, vel diuitiarum pręsumptionem, & qualiter ab allegante sit probatio facienda; maximè si pro suę intentionis fundamento deducant.

Obseruatio LVII.

Conseruatoria in Regno de quibus extant capitula edita à Serenissimo Rege Roberto de anno 1332. incipientia, *Ad Regale fastigium, ad Praesidentis spectat officium, Charitatis affectus, Finis praecepti charitas*, & *Omnis praedatio*, adinuenta fuerunt ad pacem inter subditos Regni conseruandam, omnemq; arcendã, & comprimendam violentiam, & ne quispiam facultatem, & licentiam sibi assumat propria authoritate ius sibi dicere, Regis etenim munus est, vt Regnum in pace conseruetur etiam inter personas non subditas, quia ipse Dominus est territorii, manuque sua Regia tenetur efficere, vt quisquis suũ adeat Iudicem, & interim violentijs occlaudatur aditus, armorumq; inter Regnicolas, cesset strepitus, & passim concedũtur, tàm Clericis aduersus laicos sibi violentiam inferentes, quàm laicis aduersus Clericos, Clericis aduersus laicos, & laicis aduersus Clericos; Hæc tamen conserua.

seruatoria, siue Regale præsidium non conceditur, nisi adsit violentia; & in ijs proceditur summariè per viam extraiudicialis cognitionis, non autem in forma iudicij, expediuntur citationes per edictum, non fit publicatio, nec in ijs conceduntur beneficia, nec datur Reconuentio, nec Restitutio in integrum admittitur aduersus decreta concernentia pręstationem Regalis pręsidij; sin autem is qui turbat, & violentiam infert Clericus fuerit, citatio emanare cōsueuit per edictum, vt compareat; *Si quis sua putauerit interesse*, & comparente, & petete audiri, quia Actor efficitur voluntarius, non proceditur remedio Capitulorum Regni, sed via ordinaria instructo legitimè processu per actus incumbentes; An autem Sacrū Consilium dumtaxat sit Iudex competens in procedendo ad præstationem Regalis præsidij, vel etiam Magister Iustitiarius, aliaq; Tribnualia inferiora? diffidentes fuerunt inter Maiores nostras opiniones. Posse etenim Magistrum Iustitiarium in eiusmodi Regalibus præsidij procedere, tenuit *Dom. Vincentius de Franchis Sac. Consil. Præses in dec.* 163.*n.* 19. post *Capyc. in inuestitur. feudal.* verb. *feuda officiorum*, vers. *Reges col.* 10. Negat tamen *Illustr. March. Belmont. Dom. Reg. Tapia in commentarijs ad dicta capitula*, inquiens non nisi Sacrum Consilium procedere in eiusmodi Regaliū pręsidiorū pręstatione, itaq; in praxi obseruari ex diuturna obseruantia, mirificè iis, quę à *Dom. de Franch.* adducta fuere, occurrens, in quam sententiam procliuior est *Author*, qui ab experimē, to comprobat; Et an Conseruatoria prędicta concedi debeant, nedùm in casu violentiæ illatæ, verùm etiam inferendę, adeò quod timens sibi violentiam inferri, valeat Iudicis officium implorare, & Sacrum Consilium adire ad finem obtinendi Regale pręsidium, & occurrere turbationi, quam timet? pulchra disquisitio vsui forensi accomodatissima, quam *Author* pluribus adductis iuribus, Doctorumque placitis, exēplisq; nonnullis allatis, quibus leges sanxierunt mala fore pręcauenda, meliusque esse in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare, affir-

traditionum cardo vertebatur, methodicè relatis, de veritate, & iustitia *d. decisionis* 136. nullibi fore addubitandum insinuat, itaq; in posterum determinari debere suadet, adducto in Collegam *Dom. de Franch.* altero eiusdem Sacri Consilii *Præside Thoma Anello Salernitano in dec.* 25 qui ità pariter iudicatum de anno 1586. posteritati commendauit, aliosque plures tùm exteros, qualis fuit *Stephanus Gratianus dec.* 220. tùm ex Nostratibus nempè *Dom. Io. Dominicus Gatto* eruditissimus, ac pariter doctus Iureconsultus in celebri *tract. de credito, cap. 4 quæsit. 7. ex n.* 895. vers. *Verumtamen*, & *Abbas Horatius Barbatus in suis Commentarijs super prag. de Assistentia, glos.* 1. n. 52. vers. *Et quamuis*, congerens, qui determinationi Sacri Consil. se subscripserũt, nòn incomptè, ad maiorem eiusdem decisionis comprobationẽ, aggregauit.

Obseruatio LX.

Decreta interposita, & sententię prolatę per Sacrum Consilium, in die Iouis destinata à Regiis Pragmaticis ad audiendas relationes Magnæ Curię Vicarię, tùm in ciuilibus, cùm in criminalibus, aliorumq; Tribunalium Inferiorũ à grauaminibus propositis coram Spectab. Pręside ipsius Sacri Consilii, qui decretationem emittit, quod Tribunalia prędicta relationem faciant, An nullitatis labem incurrant, eò quod dispensatio Collateralis Consilii non interuenit, quod in diebus prędictis liceat causas expedire secundum formam hactenus consuetam? Et funditùs ponderata formula dispensationis prędictę, fundat *Author* ritè, rectèq; procedere decreta in diebus Iouis, eò quòd nulla municipali lege cautum reperitur, quòd in diebus Iouis destinatis ad audiendas relationes à grauaminibus Magnę Curię, decreta non interponantur, sed tantùm respexit Collaterale Cõsilium, quod non impedian-

tur

tur relationes Magnę Curię, quò fit vt allegans nulla existere decreta, necesse habeat, eiusq; onus sit in primis probare, impedimentum fuisse pręstitum relationibus Magnę Cur., id etenim oritur afferendum ex clausula apponi solita in dispensationibus Collateralis Consilij, dũ inquiunt, *Liceat dummodo non impediantur relationes Magnæ Curiæ Vicariæ*, itaque iudicatum in causa Venerabilis Monasterii Sanctæ Marię de Spe Nationis Hispanię per Sacrum Consilium reiciendo nulitates, easque non obstare decernens, *Authore* pro decreto patrocinãte, adducitur.

Obseruatio LXI.

Tormentorum igneorum vsus; Archibusii, Scoppittę, & Balistæ, quot ærumnis humanum genus angustiuerint, quæq; in Republica damna intulerint, Terra, Marique, quotque hominum fecerint cędes, vetustarum lectionum memoria, & Historiarum lectione repetita, indicatur. Hinc collaudatis Pragmaticis Sanctionibus, quæ rigorosè statuerunt procedi contra asportãtes eiusmodi armorum genera, iisque abutentes, pulchra, & quotidiana dispungitur quęstio, Vtrum pęna in stipulatione de non offendẽdo apposita, in casu quo Paci initę fuerit contrauentum, dicatur commissa, proindeq; Pax rupta, si vnus ex promittentibus alterum insilit, & contra illum Arcbibusium, siue Scoplum, aliuduè eiusmodi tormentorum genus exonerauit, eo tamen non percusso, nec aliqualiter tacto? qua in re Aientium, & Negantium recollectis placitis *Author* distinctionis fędere conciliandam rem existimauit, Vel etenim attentis terminis Iuris communis resolutio expetitur quęstionis, & tunc pęna non dicatur cõmissa, quia affectus non punitur, non sequuto effectu de generali totius Italiæ, imò Vniuersi Orbis Consuetudine, si *Grammatico* credendũ est in *decisionibus relatis*, Sin autem statuta attẽdantur peculiaria, & pęnam esse commissam, pacemq; ruptam approbat *Author*, ad hoc vt Statutariæ dispositiones, sicuti Regni Pragmaticæ sanctio-

nes

nes censentur, aliquid operari, dignoscantur, neuè ludibrio fiant; Nec immemor determinationis Sac. Regij Cōsilij apud *Nicolaum Gizzarellum dec. 25.* quod affectus nunquam puniatur, nisi sequuto effectu, si duo non concurrant, nempè quod delinquentes sint aliàs facinorosi, quodq; appensatè huiusmodi armorum genere insiliant, & aggrediantur, ei se subscribit *Author*, quamque aliàs indeterminatam remisit quęstionem in *Annotation. ad praxim Criminalem Ioan. Bernardini Muscatelli*, modò enucleatam tradidisse, magnoperè gaudet.

Obseruatio LXII.

Dominia rerum in commercio hominum existentium, ne sub incerto vagentur, vtque firmo permaneant ad quietem inter Ciues conseruandam, bonoq; Reipublicę cōsulendum, plura à Consultis emanarunt Responsa, plures sancitæ fuerunt leges, non pauca statuta dimanarunt; quò factum est, vt re subhasta vendita vrgentibus creditoribus, peculiaribus, ac Edictalibus Cæsarum Constitutionibus fuerit dispositum, ipsius hastæ fiscalis fidem firmam esse debere, nec facilè conuellendam, cuius quęsiti occasione arrepta, pulchra satis, & vsui forensi accommodatissima discutitur quęstio; Vtrum re subhasta vendita, non auditis, nec citatis, aut consensientibus creditoribus anterioribus, quibus eadem res per prius erat hypothecata, tantę sit efficacię hasta Iudicialis, vt creditores ipsos anteriores, experiri satagentes super eadem re iam distracta, instantibus posterioribus creditoribus, omninò repellat, eisque impedimentum, siue obicem aliquem prębeat? Vel veriùs, illos omni iure admittendos esse? qua in re *Author* (vt sui instituti fert ratio) ad partes quęstionem trutinans, eamque à primis (vt aiunt) principiis deducens, pro creditoribus anterioribus esse veriùs opinamentum tradit, pluribus ad ipsius comprobationem conglomeratis, pręsertim, quia absq; ipsorum facto. Ius illis ex prima obligatione quæsitum, alterius facto nullum potuisse præiudicium inferri

ferri

ferri, maximè ab eodem debitore, qui rem pluribus discriminato tempore hypothecauit; Itidem, quia omnia abhorrent Iura, præiudicium alicui non citato, nec audito, nec vllum pręstanti consensum, inferri debere; Rursus: hastam Iudiciariam, eiusmodi Iuribus pręiudicare, minimè posse, concors omnium insinuata est sententia; Vt indè factum sit in pluribus Europæ, pręsertim Italię Regionibus, ad eiusmodi concilianda Scribentium diffidia, peculiaribus ordinationibus cauere satiùs iudicatum est, vt Cridę, siuè Generalia programmata pręcedant venditiones rerum sub hasta expositarum, quibus legitimè peractis, si intra præstitutos dies creditores anteriores non comparuerint, stabilis rerum possessio emptori adiudicetur, nulloque tempore via sternatur comparētibus creditoribus amplius illum super re possessa molestare, quas Cridas exoptasse in Senatu Cathalunię exclamantem insinuat *Authore Io. Petrum Fontanellam in tractat. de pactis nuptialibus, clausula 5. glos.* 8. *ex num.* 48. ac in Regno Comitis in Generalibus sermonem aliquando fuisse habitum, indicatur, vt non immerito idemet *Fontanella* spinosam eiusmodi indagationem iudicarit; Nec conqueri posse emptorem sub hasta si creditorum anteriorum hypoteca adhùc firmà persistit, eaq; resoluta minimè cēsetur per emptionem sub hasta factam; Nam pluribus commodis, & priuilegiis ipsum potiri obseruat *Author*, nempè quod pecunia, quæ alioquin libera peruenire debeat in posse creditorum, seruitutis laqueo iuguletur, ac mediante cautione pręstāda liberetur, quę semper extare dicitur in ipsius emptoris commodum, & securitatem; Itidem, securus remanet emptor ab omni periculo depositę pecuniæ, cuius cędes, siue lues si euenerit: creditorum damno, non ipsius emptoris cedere, certum est; Nec paruifaciendum est illud, & aliud commodum, quod consequitur emptor sub hasta, dùm ab omni offerendi iure, quod aliàs competere creditoribus posterioribus indubium est, liber euadit; Et pro coronide: augmentum temporis cōtra ipsum prętendere creditores

f

tores posteriores omni arcentur Iure, ac protinus repelluntur; de quo postremo enunciato, determinatio aliàs facta per Sac. Consilium de anno 1573. die 24. Nouembris, referente doctissimo illo *Cosiliario Iacobo Anello de Bottis* apud *Io. Vincentium Anna alleg. 56. num.* 8. recensetur.

Obseruatio LXIII.

Adiectus solutioni quando quis dicatur, vt possit opponi eum in Iudicio agere non posse, sed tantùm solutionem recipere? qua de re plenè agitur de natura *Adiecti*, quibus verbis, & dictionibus intelligatur alternatiuis nè, vel etiã coniunctiuis? Et quid si adsit in stipulatione clausula *Insolidum*? quæq; sit propria *Adiecti* descriptio in iure? Et an *Adiectus* valeat procedere ad interrogationem super tenore instrumenti via ritus? Quiduè obseruandum sit in formula concep,ionis verborum stipulationis, seu promissionis, & obligationis? Et vndè proueniat, quod si quis rem alterius agat, nec aliquod interesse in ea habeat, verùm in eius persona dirigatùr stipulatio, & obligatio, acquirat actionem directam, & vtilem? Queq; sit praxis seruãda adhoc vt valeat procurator instrumentum via ritus liquidare? Et an hęres adiecti valeat ipse quoque, etiamsi in instrumento non nominatus, ad interrogationem instrumenti procedere contra debitores Testatoris? Quasq; actiones acquirat hęres, quę per prius in personã defuncti radices immiserunt? Et pro Colophone totius materiæ determinatio Sac. Consilij relata per *Dom. Regentem Scipionem Rouitum in decis.* 26. vti ad rem peculiaris expenditur, ac alia determinatione Magnę Curię Vicarię iunctis Classibus emanata, comprobatur.

Obseruatio LXIV.

Petens exhibitionem libri confecti à *Nummularijs*, seu *Argentarijs*, *Thesaurariis*, *Mercatoribus publicis*, *Administratoribus Vniuersitatum*, *Tutoribus* aliisq; eiusdem farinæ, hominibus, qui publicum

eum exercent munus; vel à publico ad id explēdum eliguntur,in quo partitę Introitus, & Exitus descriptæ reperiuntur, An teneatur ante omnia declarare, quòd intēdit partitas Introitus, & Exitus acceptare, & sic totum librum approbare? Qua declaratione non facta minimè postulatus teneatur exhibere partitas prædictas? Et affirmatiuam sustinens *Author* opinionem, eam in praxi sectandam suadet, quiq; Authores questionem egerint, *An, & quando liber probet pro Scribente, vel contra ipsū* innuit, quoq; in casu adducta placita per *Dom. Regentē Rouitum in commetarijs ad prag. 5.de Administrat. Vniuersitat.n. 9. in fin.* sint accipienda. demonstrat.

Obseruatio LXV.

Aduocationis munus, quod laudabile, priuilegiatum, & honorabile ab omnibus existimatur, vtpotè Reipublicæ maximè necessarium, quodque adeò nobilitat hominē, vt ad id subeundum munus, non nisi bonę opinionis viri admittatur, illud pręcipuum habet priuilegium, vt Aduocati pro eorum laborum salario, & ob causę victoriam Palmario, hypothecam habeant tacitam, ex qua in concursu omnibus aliis creditoribus pręferuntur, etiamsi creditores anteriores concurrerint, expresę hypothecę innitentes, pręsertim si de ea re agatur, quę ex Aduocatorum patrocinio, & Procuratorum solertia,atq;laboribus à litigij vexatione liberata extiterit, tunc etenim eodem gaudent priuilegio pro eorum salario, laboribus,& Palmario, quo potiri sancitum est, meliorantes rem aliquā, ac expendentes in conseruationem rei hęreditarię, quarum meliorationum, & expensarum pręcium ante omnia deduci, omnibusq; aliis pręferri, minimè hęsitatur, adeò quod ob quantitatem pecunię illis liberatam nequidem cautionem pręstare tenentur, sicuti alii creditores concurrentes, vtpotè qui nullo vnquam tempore (quicumque concurrerint creditores) ad eius restitutionem vrgeri possunt, quòd sanè priuilegium hypothecę, & antelationis nedùm Causa-

rum Patronis, & Procuratoribus, verùm etiam Magistratibus pro eorum salarijs competere insinuatur. Cuius quęsiti occasione, quot subeant Aduocati pericula in eorum dignè subeundo munere, quotq; teneantur expensas erogare, quoque sepè sepiùs à Clientibus pro susceptis laboribus rependantur ingratitudines, quiduè *Authori* acciderit pro petito palmario, quantumq; Ingratitudinis vitium detestabile, pluribus commonstratur, ac peculiari *Hypolyti de Marsilijs* dicterio *in fine tractatus de fideijussoribus*, comprobatur.

Obseruatio. LXVI.

Officialis, cui à *Rege nostro Serenissimo, & Inuictissimo*, etiã in vim contractus, & ex causa onerosa officium fuit collatum, si ab eodem Officio suspensus fuerit ordine Illustrissimi Regni Proregis, qui & illud alteri commendauit, & suspensi vice subrogauit, quiq; eius exercitio vacauit, An rectè petat? eiq; de iure debeantur salarium, & emolumenta à subrogato, aliaque munuscula cuiuscumque generis, siue difformia, siue vniformia, postquam ad officium prædictum fuerit restitutus? Et an habenda sit aliqua ratio iustè nè, vel iniustè suspensio processerit quoad restitutionem faciẽdam fructuum, & emolumentorum pro rata illa temporis, in quo subrogatus exercitio officij vacauit, personale munus subiens? quæq; ad hanc dissoluendam antinomiam consueta fuerit apponi clausula in decretis suspensionum Officialium? Et quanti faciendus sit labor subrogat, vt minimè vrgeri possit ad restitutionem emolumentorum officij, in quo ille vacauit, quæq; communiter recepta sit conclusio omnibus in Tribunalibus circa emolumentorum prædictorum restitutionem? quęq; successiuis temporibus emanarunt determinationes in fauorem substituti in officio, respectu emolumentorum, & fructuum debitorum ratione seruitij personalis, etiãsi in officio prędicto se ingesserit, callidè, falsò, & dolosè? quęq; differentia sit adhibenda circa fructus naturales, & industriales non deputatos pro seruitio, & labore perfona-

sonali, plures celeberrimę decisiones afferuntur, tùm *Sacri Cōsilij* Neapolitani apud *Dom. Vincentium de Franchis* ipsius *Præsidem* 165. *&* *Io. Vincentium Anna in repetition. cap.* 1. *n.*22. *de Vasfall. decrepit. ætat.* tùm Supremi Italię Senatus apud *Dom. Regentem Io. Franciscum de Ponte dec.* 25. *per tot.* ac approbantes, & iuridicas censentes decisiones memoratas adducit *Author*, non languidę fidei Authores nēpè *Illustr. Marchionem Belmontis Dom. Regentem Carolum Tapia in celebri illa repetitione* teneris suis annis edita, ad *l. fin.* ff. *de Constitutionib. Princip. in rubr. cap.* 3. *n.* 33. *&* *Dom. Garsiam Mastrillum in commentar. ad Indult. cap.* 22. *n.* 60. 24.

Obseruatio LXVII.

Sententiam non conformem libello, Nullitatis labe maculatam Consulti iudicarunt, moderata tamen eiusmodi propositio reperitur, ac vsus forensis diuersimodè illam admisit, vndè *Author* eam dispungit, ac decurtato sermone materiam enucleans, quibus in casibus locum sibi vendicet sic genericè accepta conclusio, quibusque in casibus restringatur, quęq; sit praxis Supremorum Regni Tribunalium in procedendo, & sententiando quando aliud in libello, vel aliquali petitione petitur, & deducitur, aliudq; ponitur, & articulatur dependens, vel independens à prima actione intentata; quiduè operentur, quamuè pręseferant efficaciam ad saluādum libellum, vt sententia proferri possit, quando aliud fuit positum, & probatum, quàm petitum, clausulæ illę salutares passim in libellis apponi solitæ, *Peto Ius, et iustitiam ministrari, Omni modo meliori*, & aliæ similes? Et an suffragentur Regni iura nēpè *Capitulum Detestantes* insertum inter ritus Magnæ Curię Vicariæ 288. *& seq.* & *Pragmatica* incip. *Dispendia litium, sub tit. de ordin. Iudicior.* quibus cautum est in Regno procedi debere in Iudiciis summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicii, sola facti veritate inspecta, vt possit ferri sententia super non petitis, nec deductis in li-

libello, licèt positis, & articulatis? Quoq; modo sint intelligendæ, quibusque in casibus processerint determinationes editę per Sacrum Consilium apud *Afflict. decis.* 23. 60. 83. & 272. alięq; recensitæ per *Grammatic. dec.* 15. 19. 62. & 103. & Regię Camerę Summariæ apud *Ioan. Vincent. Ann. sing.* 312. quàs mirificè enucleat, & ad genuinum sensum ducit *Ioan. Bernardinus Muscatellus* inter Neothericos praxim Tribunalium insinuantes, Antesignanus in sua prax. Sacr. Consil. *par.* 1. *glos. Petitur n.* 48. & *seqq.* quem cum laude commemorat, eique se subscribit communis pręceptor eminentissimę scientię vir, *Illust. Dom. Marchio Ramont, Sacri Consilij Præses in* 1. *controuersiar. forens. cap.* 34. *n.* 14. & *seqq.* iunctis ijs, quę *Authormet in Annotation. ad Muscatell. loco indicato* pleno exarauit calamo, non inscitè adducit, ac negantium, & affirmantium placita percurrens, qualiter sit in praxi obseruandam, dilucidè insinuat, Vtq; studiosorum curiositati faciat satis, non incomptè discurrit qualiter accipiendum sit dicterium illud, Sacrum Regium Consilium Principem repræsentare in procedendo, & sententiando, ac Principis Concistorium appellitari, vt secundum conscientiam iudicium proferre valeat.

Obseruatio LXVIII.

Confessio, quę inter probationum species singillatim ab *Authore* recensitas, Principem locum habet, quæque sententiæ, & rei iudicatæ vicem obtinet, & inducit notorium, ac pro veritate habetur, adeò quod probatum sit effatum, Iudicis partes in confessum non alias esse debere, quàm in illum condemnando; Attamen si erronea fuerit, constito de errore, semper reuocationi subiacet etiam deliberato animo factæ, Etenim errans non confitetur, nec ex actu, quem facit, obligatur, & admittitur reuocatio, etiamsi Iudex ipsius confessionis prętextu, pręceptum de soluendo protulerit, minus refragante, quod eiusmodi confessio iurata, & geminata fuerit; prę-

sertim

sertim si de damno vitando agereretur, ac etiamsi apud acta, facta dicatur; Hinc insinuatur, nequidem errorem Aduocati in facto Clienti nocere, quia Aduocatus non dicitur habere mandatum, vndè Domino pręiudicium inferat, qua in re punctuatim expenditur *Reg. Valenz. cons.* 27. ac determinatio per Sacrum Consilium emanata, *Authore* patrocinium pręstante, adducitur.

Obseruatio LXIX.

Studere an sit licitum Scholaribus, & Doctoribus etiam in diebus festiuis in honorem Dei inductis, absque peccati labe? & quid si lucro mediāte, vel sine lucro ad studendum accesserint? Cuius quęsiti ansa arrepta, ad suimet ipsius, suorumq; studiorum assiduorum defensionem *Author* semel obiurgatus: eò quod in die Dominico, impensè studio erat addictus, quęstionem ex professo reassumens, Aientium, & Negātium placitis adductis, suadet communiorem, ac veriorem esse sententiam, quòd licitum sit studere etiam in diebus festiuis, dummodò diuina nō deserantur, idq; pręstat peragere, quàm illecebris, alijsq; vacare voluptatibus, etiamsi lucro mediante id fiat. Nàm finis, ac principalis studendi scopus, est exercitatio ingenij, & memoriæ, & lucrum attenditur ex consequenti, quod in consideratione non habetur, bonumque respicit publicum, Scientia etenim mūdus illuminatur, nec parua ex ea bona dimanant, quò factum est, vt eam Doctorem approbauerint opinionem, quod fas sit Aduocatis etiam in diebus festiuis Clientibus consulere, perplexosq; iuris articulos studendo enodare, adhoc vt eòrum muneri dignè vacare noscantur, etiamsi lucri spe ad id inuitētur (Dignus est enim mercenarius mercede sua) Idq; fortiùs in Aduocatis Neapolitanis permitti debere si quando frequenti Cllentum calculo detinentur; cùm in diebus negotijs præstitutis, vix otium dator Clientum iura in domibus Magistratuum enarrare, ipsisque in Tribunalibus causas dicere, non inconcinnè, insinuat *Author*. Scriptores non etiam deterrendos

ab

ab eorum Ingenij monumẽtis posteritati tradendis, eò quòd Aristarcorum, Zoilorumq; Iudicium incurrant, siue inuidorum morsibus, eorumq, baubatibus se exponant, ex pluribus adductis, prȩsertim ex celebri dicterio *Caroli Scribanij in tractat. de Instit. Politic. Christian. lib. 1. cap. 26. & cap. 14. in fin.* demonstratur, quorum verborũ energia motus *Author*, licèt aliquando subdubius extiterit, eius exantalatos labores luci tradere, ijsq; sæpiùs lectitatis, omni prorsus timore posthabito è typis eius opera prodere, ad arenã descendisse profitetur, nec obiurgatum quempiam iustè dixerit eum, qui noctes ducendo insomnes studio permaximè vacauerit, nõnullis, haud oscitanter comprobat.

Obseruatio LXX

Compromissa, municipali iure, in Regno per *Pragmaticam* incip. *Odia litium sub tit. de Arbitr.* introducta fuisse ad pacem, & concordiam inter subditos coalendam, & conseruandam, ideòq; fauorem continere, non odium, & proindè amplianda potius, quàm restringenda fore, ex pluribus *Author* insinuat; apertèq; commonstrat peculiares fuisse casus exceptos à Serenissimo Rege Ferdinando I. Pragmaticȩ conditore, in quibus ea locum sibi vindicare non potest, inter quos dotis causa minimè reperitur comprȩhensa, & ideò sub regula generali remanere, *Authormet* approbat, & in casu currenti consuluisse tradit, tùm ex prȩcitatis, tum etiam quia instrumenta, quibus dotis restitutio petitur, tàm iure communi Romanorum attento, quàm iure Regni, minimè liquida dicuntur, ea etenim probationes requirunt extrinsecas, sicuti multorum Doctorum opinamentis adductis testatum facit, Ac qualiter processerit determinatio *S*ac. Consil. edita in causa Ill. Marchionissæ Casalis noui, cum D. Paulo Ruffo eius genero, demonstratur.

Obser-

Obſeruatio LXXI.

Creditor, idemq; Emptor, an valeat ſimulatam, & imaginariam allegare vẽditionem, ſicuti, & debitor, in terminis *tex. in l. Et qui ſub imagine* 10. *C. de diſtract. pignor.* Curioſa herclè indagatio, in qua *Author* Aientium, & Negantium diſpunctis placitis, diſtinctionis quodam fędere *Bartolum* inſectatus *in l. filios C. de his, quæ in fraud. creditor.* temperandam fore antinomiam cẽſuit, Aut etenim quiſpiam aſſerit alienationem non eſſe veram, ſed fictitiam, & imaginariam, & hoc poſſit optimè allegari ab ipſomet, qui alienauit, ea ſanè ratione, quia fictitia, & imaginaria venditio, venditionis nomen, nec ſubſtantiã obtineat; Aut verò dicit quis alienationem eſſe veram, ſed in fraudem alterius factam, & eo in caſu, ipſe qui fecit, eiuſque hęres neutiquam allegare poſſe, Cuius diſtinctionis munimine, *Author* inſinuat *tex. in d. l. Et qui ſub imagine,* in omni pignore locum ſibi vindicare, tàm in conuentionali, quàm in Iudiciario, exploſa eorum ſententia, qui ſuſtinuerunt; procedere textualem illam diſpoſitionem in pignore tantùm conuentionali, eodemq; impulſu recedit *Author* ab allegatis, & adductis in materia per *Dom. Coccin. Rotæ Romanæ Auditorem* in eius *recollecta deciſ.* 109. *n.* 12. *in fin. & ſeq.* quo loci intellectum abhibet ad *tex. in l.* 2. *C. ſi in cauſ. iudicat.* Nonnullaq; alia recenſentur de effectu ſimulationis intercedentis in cõtractibus, qualiſq; ille reputetur, non aſpernenda.

Obſeruatio LXXII.

Fundi dotalis alienatio, adeò vetita fuit peculiaribus Conſultorum placitis in iuris corpore inſertis, vt nedùm nullitatis vitio eam maculatam cenſuerint, verùm etiam facultatem ipſimet mulieri alienanti tribuerint, de nullitate eam redarguendi, etiamſi ab ipſa alienationis contractus, ſiue rei diſtractus initus fuerit, ſicq; ipſimet alienanti, & contrahenti licitum fecerunt facto proprio contrauenire;

quodq; magis est, eandem pené facultatem etiamnum viro cum ipsa muliere alienanti elargiti fuerunt, eisque innixi placitis, DD. existimarunt adeò veritate ea niti, vt nequidem de euictione teneari coniuges alienantes, existimarint; quinimò nec ad prætii restitutionem vrgeri posse, ingeniosè respondit *Iacobus Menochius in cons. 559. n. 1. vers. Et illud primum et n. 5.* quem *Author* extollit, eiq; se subscriptum insinuat.

Obseruatio LXXIII.

Inquilinus, an teneatur ad integram pensionem, si in domo conducta habitare non potuerit integro locationis anno absque eius culpa? cuius quęsiti occasione plurium iurium dispositiones adducuntur, eorumq; verus, & genuinus sensus adaptatur, nempè *tex. in l. si merces 28. §. culpæ, ff. locat. tex. in l. pen. ff. sol. matr. tex. in l. quantæ, ff. de publican. & vectig. & tex. in l. incendium, C. si cert. pet.* quibus dilucidatis, *Author* insinuat contractum locationis, & conductionis esse reciprocum, & correspectiuum, adeò quod eo in casu pensio veniat soluenda, quatenus locator effecerit, vt fruatur conductor re conducta, omnemq; adhibuerit dilegentiam ad omnem euadẽdum obicem, ex quo impediri poterat cõductor, quinimò, nisi id adimpleuerit ex parte sua locator, ad nihilum teneri conductorem, omnemque agendi aditum præcludi locatori, ad pensionem expetendam; Idq; locum sibi vindicare probat *Author*, etiamsi peculiari pacto effectum fuerit, vt teneatur conductor ad pensionem, adhùc si rei conductę commodo potitus non fuerit, nam conuentionis placito minus refragante, ad pẽsionis exolutionem conductor nõ tenebitur ex multis, quæ ad id probandum adducuntur; Fitq; summatim memoria ærumnarum, quas secùm furentis plebis commotio de anno 1647. tulit; quiduè deplorandis illis temporum interstitijs *Author* contigerit.

Obser-

Obſeruatio LXXIV.

Famulo infirmo, An debeatur ſalarium? Curioſa ſanè indagatio: quæ licèt affirmantem habuerit Anteſignanũ *Franciſcum Accurſium in l. arboribus* 13. §. *de illo*, verſ. *Aegrotante*, ff *de vſufr.* & *in l. ſi vno* 17. §. *Item cum quidam*, verb. *Perſonis in fin.* verſ. *Vel dic in* 6. ff *locat.* Negantem tamen plurium Doctorum cętum obtinuit, pluribus pro alterutra opinione iuribus allatis, rationibuſque adductis, ex quibus in vnam, vel alteram inclinare poſſit animus ſententiam, adeò quod dixerit *Iaſ. in l. diem functo n.* 47. ff. *de offic. aſſeſſor.* adeò dubiam reddi eiuſmodi quęſtionem, vt vix in ea veritas dignoſci poſſit, magnumque munus eſſe, eligere quid tenendum, vndè *Author Bartoli* placito innixus *in l. ſi cum dotem*, §. *Sin autem in ſæuiſſimo n.* 8. ff. *ſolut. matr.* diſtinctionis fędere determinandam quæſtionem cenſuit, vt ſi longo infirmitatis tempore detentus fuerit famulus, & operas pręſtare nõ potuerit, minimè Dominus ad ſalarium vrgeri poſſit, ſecùs verò ſi modico tempore operarum præſtationi vacare nõ potuit, quodnam autem tempus longum, vel modicum dicatur, eſſe Iudicis arbitrio remittendum. Quò loci propoſitę indagationis occaſione arrepta, plura adnotauit *Author* de ſalarijs debitis Legatis, ſeu Ambaſciatoribus, Lectoribus, Officialibus, Aduocatis, alijſque eiuſdem farinę viris pro anno integro, licèt toto anni curſu operas ſuas non præſtiterint, vel quia nõ requiſiti, vel quia infirmitate, vel alio legitimo detenti fuerint impedimento.

Obſeruatio LXXV.

Electi plures ſi fuerint ad officia, nulla data temporis diſparitate, Vtrum illi præferãtur, qui libros compoſuerũt? qua in theſi affirmatiuã *Author* ſuſtinet ſententiam, tàm ex Sacræ Paginæ dicterijs repetitis, quàm etiam ex Doctorum placitis enunciatis, adductis pariter ijs rationibus, ex quibus conuincitur, quod is qui ingenij ſui mo-

numenta typis tradere inuigilauit, ostendit se apprimè assiduum in studijs fuisse, cùm scribendi munus, longissimum tempus exposcit, & qui plura scripto tradidit, multò plura vidisse supponitur; Vndè maximè extollendos Aduocatos Neapolitanos frequenti Clientum calculo, eorumque assiduitate continua detentos, inquit *Author*, si quando libros è typis expresserint, cum iis necessè sit omnem vitæ partem in Cliētum iuribus tutandis impendere; quaque ratione motus fuerit *Author* libros plures edere; ac quantum Aduocationi se deuinctum præbeat nonnulla haud inconcinnè exarantur; ac perpenditur, quantum in multis Magistratus Agentes; Aduocatorum muneri inuidere passim consueuerint, ac quibus ex causis, quarum nonnullæ, summo lepore indicantur.

Obseruatio LXXVI.

Sequestrum posse fieri pendente discussione nullitatū propositarum à sententia, & decreto Tribunalis habētis exequutionem paratam, dubitauit *Dom. Reg. Scipio Rouit. in comment. ar. ad prag. 5. sub tit. de offic. Sac. Consil. n. 29.* vers *Verum*; Verùm *Author* adducit duas alias determinationes consimiles in casibus indicatis, in quibus Sacrum Consilium approbauit sententiam præfati *Dom. Regent. Rouit.* cuius laudes à probatissimis viris sparsim enunciatæ, ab *Authore* in vnum colliguntur, adeòquod rectè obiurgandos eos existimet, qui tantum virum obiurgare tentauerint, eius doctrinę vi, & efficacia minimè intellecta, eòq; pudentiùs, si siccis sanè verbis, & immorigeratè de tanto viro verba fecerint.

Obseruatio LXXVII.

Vniuersitates Terrarum, earumque Ciues, & Oppidani, an præferantur extraneis in emptione frumenti collecti in agris dictarum Terrarum, & sic Ciues habentes tale frumentum, teneātur illud potius ipsis Ciuibus, & Oppidanis, quàm alijs eodem prętio vendere? Contingibilis sanè disputatio, cui plurimum fa-

uere

uere eos, qui pro Vniuersitatibus calculum prębuerunt, insinuat *Author*, qui & ipsam amplectitur opinionem vti veriorem, & magis communem, Indè descendit ad alteram quæstionem *Author*, An Colonus volens vendere fructus, quos ex agro conducto percepit, vrgeri possit, vt eos Domino fundi potiùs, quàm aliis vendat, iusto tamen prætio? Et iterum affirmatiuam approbat *Author* sententiam. Itidem An Ciues compellendi sint ad exhibẽdum frumentum tempore necessitatis in foro publico, ipsisq; Oppidanis potiùs quã exteris vendere? Qua in re adhùc affirmat *Author*, qui in eiusmodi quæsito pro coronide inuestigat quale prætium sit attendendum in solutione. Illudnè quòd erat tempore quo Ciues acceperunt frumentum à Ciuibus, & Oppidanis, etiam venditum exteris inuitis emptoribus, & venditoribus, vel illud quod exteri dederunt? Et an prętium quòd currit in foro sit attẽdendum eò quod iustum diiudicetur pretium? quorum quæsitorum resolutionem, in discursu noster reperiet Lector.

Obseruatio LXXVIII.

Assensus pręstitus per Sacram Catholicam Maiestatem testandi de feudo, an compræhẽdat etiam substitutionem, siue ex vi compręhensiua, siue ex natura annexi, & consequentis, siue aliis de causis adductis, quo loci expenditur, assensum esse stricti iuris, nec admittere extensionem, quibus in casibus procedat, & quando naturam actus, cui accedit, assumat, & quid si stet in vim dispensationis, & priuilegii, vel in vim gratię simplicis, vt tollat tantùm obstaculum? Fideicommissa de per se, an sint fauorabilia, vel odiosa, & qualiter dignoscatur dispositio quęlibet fauoremnè contineat, vel odiũ? *Loffred. cons.* 8. *Min. ad. cons. itidem* 8. & *Dom. de Franch. dec.* 153. non inscitè declarantur.

Obser-

Obseruatio LXXIX.

Titulus, seu Rubrica delicti, ex probationibus ad informationem Curię tantùm receptis parte incitata, non adeò faciendus est, vt ex eo asseri possit minimè Inquisitum esse sub fideiussoribus relaxandum, aut ex eo elici queat, quem commisisse delictum, nam facinus, non titulus coinquinat hominem; Idcircò explodendum omninò, vtpotè minimè verum illud Pragmaticorum dicterium, quod obijci solet, dùm allegatur innocentia Inquisiti, nempè quod *Titulus obstat*, *Author* sustinet, innixus solido enunciato *Dom. Reg. Rou. in commentar. ad prag.* 1. *n.* 4. *et* 5. *de Custod. reor.* qui satis lepidè eiusmodi effatum falsum enarrat, eòque fortiùs, quia Rubricę delictorum in inquisitionibus, vt plurimùm à Scribis fiscalibus, inscribi assolent, non à Magistratibus.

Obseruatio LXXX.

Fideicommissum, An possit fieri in contractibus, sicuti & in vltimis voluntatibus? non vulgaris excitatur à DD. indagatio, quę Negantes licèt perpaucos habuerit Authores, attamen communiori placito affirmatiua recepta est sententia, quod non minùs validè in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, possit quis fideicommittere, ac substituere, nequidem per viam vulgaris in casu impotentię, vel voluntatis, sed etiam per modum fideicommissarię, vel post habitionem primi, secundus, & vlteriores dominium rei obnoxię obtineant; Vtq; vndique rerum etiam authoritate iudicatarum, eiusmodi affirmatiua sentẽtia inualuisse, pateat, geminas Sacri Consilii Neapolitani determinationes, Vnam nempè in causa Caroli Curaccioli è Sancto Eramo, cùm Ill Marchione Sancti Erami; Alteram verò in causa Illust. Ducis Grauinę super domo conspicua in Fidelissima Ciuitate Neapolis

lis sita, ad exclusionem creditorum recenset *Author* ipso vtrisq; patrocinium pręstante, ac posterioris huiuscè sententię verba punctuatim imprimenda curauit, sic etenim fiet, vt deciso iam à tanto Pretorio dubio iuris articulo, nefas sit in posterum, contingentibus in casibus super eo addubitare, cùm inducta sit consuetudo, & stylus introductus iudicandi, à quo in posterum resilire nemini aditus patebit.

Obseruatio LXXXI.

Personæ Illustres, quas Titulatos appellamus, pluribus, variisq; frui, potirique pręrogatiuis, *Author* insinuat, Doctores plurimos congerens, qui materiam tractarunt, inter quas sanè præheminentias, illa adnumeratur, quod in criminalibus citari non valeant absq; Domini licentia, & in Regno absq; licentia Excellentissimi Proregis, quicquid in contrarium attentatum fuerit à nonnullis vigore *Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ* 46. qui omnes includit Titulatos quocumq; fulgeant Titulo, nullum eorum eximit, quin Iurisdictioni ipsius subsint. Nam veram esse dispositionem Ritus prædicti, & inconcussè seruari, haud contendit *Author*, benè tamen illi concedendum putat, quod licentia requiratur, quoties Illustris persona venit citanda, ea siquidem licentia pro forma inducta extitit, qua non obseruata, corruit actus, ac ad oculum occurit *Dom. Regen. de Pont. in tractat. de potestat. Proreg. tit. de assensib. Regijs* §. 7. qui contrariam videtur tutari sententiam, vtpotè qui *Marin. Frecc. de subfeud. tit. quis dicat March. n.* 9. non benè obseruauerit.

Obseruatio LXXXII.

Creditores an possint allegare obligationem mulierum nullam, in fraudem Senatusconsulti Velleiani, si mulieres ipsæ de nullitate dicere nequiuerint, qua in re sustinet *Author* opinionem affirmatiuã, omnibusq; obiectis, quæ in contrarium vrgere videbantur, recensitis, eisq; resolutis, tàm de priuilegio mulieribus

ribus concesso; quod sit personale; ideoq; ad alios non extendendum, tùm etiam, quia Ius erat quærendum, non quæsitum, quo in patrimonio mulierum non adnumerabatur; collaudat *Author*, imò Antesignanum in quæstione præconizat egregium Iureconsultum *D. Petrum Franciscum de Tonduti Sanlegerium in 2. lib. quæstion. et resolution. ciuil. cap. 45. ex n. 1. ad 7.* Sic etenim aliena pro suis venditare, *Authoris* animus exhorruit semper.

Obseruatio LXXXIII.

Debitor Capponum, An liberetur illos præstando mortuos, vel teneatur præstare viuos? & affirmatiuè resolutam materiam insinuat *Author*.

Obseruatio LXXXIV.

Exhęredandi filios facultatem iura prębuerunt patribus, iusta tamen causa intercedente, quæ sanè causę ad quatuordecim enunciatę fuerunt ab Imperatore, nec tamen indè euenit, vt si alię excogitentur, in quibus eadem vigeat ratio, non debeant admitti, ad quod expenditur notabilis *Glosa in l. ob æs*, verb. *Alienum tantùm, C. de præd. minor.* Vndè in Regno vera,& inconcussa inoleuit propositio, forìudicationem, iustam esse causam in patre, vt filium exhęredet, ea nempè ratione, quia forìudicatus hostis publicus habetur.

Obseruatio LXXXV.

Hęredes plures si fuerint, qui Inuentarium conficere neglexerint, attamen vnus illorum, si fecerit, omnibus prodesse receptum est, ex dispositione *tex. in l. si communem, ff. quemadmod. seruit. amittan.*

Obseruatio LXXXVI.

Recusationes erga Iusdicentiū personas, qua de causa in Regno passim non proponantur, quauè de ratione impulsi, Celebres, ac primi ordinis cau-

causarum Patroni, abstineant se ab ijs proponendis recusationibus, earumq; capita subscribendis? Hinc quęsitum propositum dilucidans *Author, Vtrum comparendo quis coram Iudice recusato, Iudicio recusationis pendente, censeatur recusationi renunciasse* affirmatiuam sustinet opinionem, etiamsi Iudex recusatus ad aliquem actum minimè processerit, satiùs etenim iura existimarunt renunciatum esse recusationi per simplicem comparitionem recusantis coram eo, nec quicquam efficere protestationē recusantis, eiusdemq; comparentis, quod non intendit se subijcere eius Iurisdictioni, nam protestationem vti contrariā facto, in nihilo releuare, scitum est; eò magis, quia Iudicem habere suspectum, & coram eo comparere nedùm contrarietatis obicem producit, verùm etiam impossibilitatis, siquidem recusatione pendente, suspensa est interim iurisdictio Iudicis recusati, imò recusans exemptus dicitur ab eius iurisdictione; quò fit, vt si interim recusans coram eo compareat, suscitatur iurisdictio, & ad Iudicem redit, efficitq; vt à recusatione videatur recessum.

Obseruatio LXXXVII.

Prodigum ante omnia esse citādum, antequam cōtra ipsum procedatur ad prodigalitatē declarandam, quicquid sit in mentecapto, secundùm doctrinam *D. Bertrandi d'Argentrè* celeberrimi Iureconsulti, cuius verba seriosè enūciantur

Obseru. LXXXVIII.

Ecclesiæ, Vniuersitates, Collegia, Montes, & his similia aduersus res iudicatas in integrum restitutionem habere, ex peculiaribus Iurium dispositionibus sancitum, insinuat *Author*, eamq; competere, seu petitam videri, etiamsi per viam restitutionis in integrum non dicatur, quādo alia via quidpiam illis cōpetere non posset, receptā in Regno conclusionem esse, indicat; Adeòq; fauorem Ecclesiarum in consideratione leges habuerunt, vt quatrien-

nium illud, intra quòd expeti debere restitutionem in integrum, iura sanxerunt, minimè currere intelligatur, nisi à die scientiæ, ita quòd in sui initio sit vtile, deinde continuum, & data ignorantia, nequidem si 40. 100. vel 1000. effluxerint anni, currere dicitur, Vel si alia adsit rationabilis causa, nempè mutatio Prælatorum, vel dãnum eminenitissimum, seu enormissima læsio intercesserit.

Obseruatio LXXXIX.

Inops patrem, & filium diuites habens, à quibus alimenta petere debet à patre nè, vel à filio? Pulchra propositio; in cuius enucleatione (vnus magnus Doctor *in l. parentum n. 5.* vers. *Quæro, C. de alend. liber.* ad partes eã disputans, indeterminatam relinquit, cuius hęsitatione deterriti Doctores post ipsum in varias iuerunt opiniones, quibus summatim adductis, funditus tamen discussis eam sustinet *Author* sententiam, vti veriorem, fortioribusque argumentis, & rationibus fulcitam; qua habetur à patre, non à filio esse expetenda alimenta.

Obseruatio LXXXX.

Aduocati in eorũ proprijs causis, An debeant sibiipsis patrocinium præstare, vel alios causarum Patronos accersire debeant? Curiosa, nec minus notatu digna quæstio, quam ad partes tractat *Author*, pluraq; Philosophorum, ac Consultorũ dicta, hincindè vnã, vel alteram opinionem suadentia, siue affirmatiuam; siue negatiuam, dùm adduxerit, licèt crebrò, ac frequentiori Authorum calculo illa sustineri videatur opinio, quod debent Aduocati in propriis causis aliorum expetere patrocinium, *Authormet* distinctionis moderamine difiniendam antinomiam cẽsuit, Vt si quęratur an causarum Patronus doctus, & eruditus debeat se abstinere à consiliis, seu responsis, vel (vti aiunt) Allegationibus edendis in causa propria, & hoc casu neutiquam abstinere debeat, imò vigilantissimus videri debet, sin autem

quæ-

quæritur, Vtrum idem et causę patronus, etiamsi Orator, & facundia pręditus, debeat in foro causam propriam dicere, suique desiderium coram Magistratibus exponere, & tunc omninò continere se debet, aliisq; Causarum Patronis negotium demandare, consultius, sibi, & satius esse, In ipso etenim defensionis, & perorationis causarum actu, animi illi motus, & perturbationes ab Authoribus excogitatę, locum sibi vendicare queunt; secùs verò in responsis edendis, quam ad rem suadendam, plura afferuntur exempla: cuius quęsiti occasione nonnulla peculiaria de laudibus Aduocatorum, eorumque muneris exercitio laudabili, atque ad Rempublicam conseruãdam necessario insinuat *Author*.

Obseruatio XCI.

Dictionis *Et*, pręcipua virtus, & efficacia insinuatur, quæq; præsertim in eo consistit, vt copulatiua sit, & coniungat adeò copulatorum requisita, & concursum, vt omnia eodem tempore concurrere necessè sit, verè, & propriè, quandoquidem conditiones còpulatiuè conscriptè, hoc sibi præcipuum habent, vt necessariò concursus omnium copulatorum interuenire debeat: Hinc; plures licèt ab allatis Authoribus restrictiones ad thesim adducantur de illa in foro magis, ac frequẽtiùs disceptatur, num dictio *Et*, inter personas posita, copulatiuè, vim amittat, & in alternatiuam transfundatur, adeò quod eo in casu satis sit vnam ex pluribus qualitatibus conscriptis concurrere, ad hoc vt dispositio locum habeat, & verificata dicatur? ad quam restrictionem comprobandam adducitur *textus in l. Testator 92. §. filium, ff. de legat. 2. Author* tamen eam impugnat, & verum, ac genuinum sensum ad textum prędictum adaptans, minimas eiusmodi thesim ex illo deduci posse, ad oculum cõmonstrat.

Obseruatio XCII.

Maioratus successor, Hispanorum iure attento, non hęreditario iure, siue vltimum

possessorem repręsentans, sed iure sanguinis ex pacto, & vocatione primi instituentis, siue erigentis Maioratus, vti proprio nomine vocatus ad illius successionem admittitur, & absque vlla traditione, ad ipsum dominium, & possessio rerum Maioratui submissarum transit, adeò quod tot sunt vocationes ad maioratum, quot sunt personæ, nec vlla qualitas hęreditaria expostulatur ad finem acquirendi dominium, & possessionem rerum maioratui obnoxiarum; quibus indicatis, eam veriorem sustinet *Author* opinionem, quod in Regno succedens virtute Maioratus in feudis, ad releuium minimè teneatur ob mortem vltimi possessoris, eam solidam expendens rationem, qua releuiũ non debetur, nisi ab hęrede, non autem ab eo, qui proprio iure in bonis succedit, pleraque alia ad exornationem pręfatę conclusionis adducens, de quibus pleno egisse calamo fatetur *hoc eod. opere cap.* 8.

Obseruatio XCIII.

Militibus, qui abesse dicuntur causa Reipublicæ, dùm sunt in expeditione, passim restitutio in integrum concedi consueuit, sed tamen eiusmodi generalis propositio restrictionem recipit, quoties potuit quis consulere peritiores, tunc etenim quia ea præcipua ratione restitutio conceditur, quia præsumptio est, quod dùm quis degit in exercitu, non potuit vacare eius defensioni, ratio ipsa si deficit, & dispositum sub ea ratione deficiat, necesse est; Dicitur etenim quis potuisse consulere Peritiores quando in Ciuitate, Castro, vel Terra aderant Doctores, de quorum consilijs, publica vox, & communis Ciuitatis opinio benè sentit: Indè quæritur, An Milites nostri temporis gaudeant priuilegiis Militum antiquorum temporum, & Negatiuè quęsito occurrit *Author*, eò quod non sunt insigniti Insulis à Romana Republica consuetis, & notabilis pariter distinctio affertur de Militibus ordi-

di-

dinarijs stipendiatis, & non stipendiatis, quomodo, & quando priuilegiis militibus elargitis potiantur, quę originalis fuit *Alexandri Trentacinq. in tractat. de substitution. par. 4. cap. 8. n. 6.* quem Summę apud ipsum Authoritatis Iureconsultum existere, cum laude commemorat *Dom. Reg. Rou. in commentar. ad rubr. de Militib. n. 6.* eiq; se subscribit. Adnotaturque ad finem, vt quis restituatur in integrum, satis operari ęquitatem, & Iudicis arbitrium in secernendo an læsio interuenerit; Scitum est enim, absq; læsione restitutionem in integrum denegari, etiam Ecclesię, ac minoribus, itaque processisse decretum interpositum per Sac. Consil. iunctis Aulis de anno 1643. in causa Baronis Francisci Beneuenti, cùm Petro Antonio Venuti recensitum à *Dom. Consiliar. Arias de Mesa in 3. variar. resolut. lib. cap. 44. n. 24.* insinuatur; pariterque indicatur decretum interpositum per idem Sac. Consil. de anno 1649. die 18. Augusti in causa Illustrissimi Ducis Maquedę, denegans Cęsari Zattara petenti, vti militi restitutionem in integrum, aduersus sententiam Sac. Cō sil. adducitur.

Obseruatio XCIV.

Vendens herbam pro pabulo animalium, prętertur creditoribus emptoris quibuscūq; etiam anterioribus, fauore alimentorum, cuius quæsiti occasione indicat *Author* ex *Præsid. de Franch.* aliisque Doctoribus non languidæ fidei, quod in actu practico inuigilandum est pro decisione in terminis, ea namq; ad finem obtinendi securior existimatur, atque peritissimum illum Doctorem indicat, qui eam inuenit, Expedire namq; consultantes per regulas generales, officium est Procuratorum, eorumq; Doctorum, quos vulgus positiuos appellat, Vndè dignè ad eiusmodi munus explendum, necessarium puta *Author*, magnam librorum habere suppellectilem, quo sanè impulsu motus fuit plurimas in hoc expensas erogare.

Obser-

Obseruatio LXXXXV.

Pragmaticorum dicteria, quæ vulgi rumor, aliquando, accepit, nullo iuris fundamento formari, non semel accidit, idcircò explodenda monet *Author*, sicuti illud vulgatum, ac in ore Practicorum frequentatum effatum, quod scil. *Opponens inuentarium, minimè ad illud exhibendum teneatur, sed satis sit si indicauerit Notarium, penès, quem existere dignoscitur*, improbatum à iure insinuatur, quicquid nonnulli sub auspicijs *Cæsaris Vrsilli in Annotationibus ad dec. Afft.* 177. *ad fin.* de hoc ratiocinatum existimauerunt, *Author* etenim enucleato vero, & germano sensu *Cæsaris Vrsilli loco indicato*, ex pluribus commonstrat totum contrarium in iure fore approbatum, nempè quod excipiens de inuentario, illud producere, non allegare debeat, eoq; non producto, in nihilo excipienti posse suffragari, hinc de vi, & efficacia verbi *Producere* nonnulla adducuntur, quæq; constituta sit differentia inter verbum *Allegare*, & *Producere*, nonnullisq; allatis argumentis, dispunctisq; rationibus, esse insectandum in casu suo *Vrsillum*, verùm ex eo Theorema illud minimè depromi, aut deduci posse, quod allegans inuentarium minimè ad illud exhibendũ vrgeri possit, sed dumtaxat si indicet, satiùs sit, sustinet *Author*, qui passim receptam illam propositionem adducit, qua cautum reperitur neminem cogi ad edendum actori, nisi in Fisci priuilegium in causa ciuili, ac pleraque alia de casuum diuersitate, & determinationum difformitate ab eisdem Senatibus non semel prouenientę adnotantur.

Obseruatio XCVI.

Sequestrationis materia, quibus in locis tractetur, quiq; Doctores, peculiares ediderint tractatus, insinuat *Author* remissiuè, eiusq; indagationis intuitu theorema illud passim receptum in foro, quod cautio facit cessare sequestrũ, quo casu locum sibi non vẽdicet, dispungit; Idq; protinùs

nùs esse, quando sequestrum fit in executionem rei iudicatę, tunc etenim quia declaratum est ius per sententiam, cautionem minimè efficere, vt sequestrum resoluatur, siue tollatur, haud obscurè nonnullis adductis commonstrat *Author*.

Obseruatio XCVII.

Appellari an possit à sententia Iudicis reducentis laudum, seu sententiam ad arbitrium boni viri, controuersa est quæstio, Negat tamen *Bartolus*, quem *Author* insectatur, quicquid alii *Baldo* applaudentes in contrarium scripserint, eiusq; quęsiti occasione habita, insinuat *Author* quęsitum facere in praxi, qua traditum est Sacrum Consilium Neapolitanum, Summum Iustitię Pretorium in Regno, posse cogere partes ad compromittendum, de quo vulgata, sed insignis extat decisio apud *Grammaticum 9.* quam alii non pauci collaudarunt.

Obseruatio XCVIII.

Agens remedio *l. Diffamari, C. de ingen. manum.* Vtrum dicatur Actor, vel Reus? famigerata est quæstio, ac celebris indagatio, quæ peracti sęculi tempestate determinationem habuit à Sacro Regio Consilio Neapolitano, quod dicatur Actor, nō Reus, vti apud *Mattheum Afflictum decis.* 268. cui tùm ex rationibus per ipsum adductis, cùm etiā eius Authoritate pensitata, quamplures Doctores inhæserunt; (Tanta etenim est *Afflicti* Authoritas, vt primas in decisionibus obtinere, cū laude insinuauit *Antoninus Thesaur. in præfation. ad Senatus Pedemontani decisiones n. 6.*) Postmodum verò recesserunt plures Senatus, ac pleraq; Europæ Prætoria ab eiusmodi sententia, & alteram agnouerunt partem veriorem, efficacioribusq; comprobatam rationibus, nempè quod potiùs dicatur Reus, quàm Actor, inspecta primordiali causa, ac originaria natura actus, secūdūm quam, alia quamplura Prætoria iudi-

dicasse, dispunctis rationibus *Afflicti*, indicat *Author*, qui neutram applaudens sententiam alibi se materiam peracturum pollicetur; vt hinc lepidè dixerit quisquiam, optandum esse, vt faciendi libros, esset aliquando finis.

Obseruatio XCIX.

Dos semel à patre filię constituta, si amittatur, an sit iterum assignanda; non parum fuit apud Iuris Interpretes disputatum, eaq; controuersia, Affirmantium, & Negantium diuisos habet Commilitones. Eò tamen itum est, vt distinctionis moderamen adhibeatur ad illam determinandam, quod si casu, ac nulla mulieris dotatę culpa intercesserit, sit iterum illi dos constituenda; obligatio etenim, & causa finalis, seu pręcisa, quę induxit dotationem, non videtur extincta; secus verò si mulieris culpa intercesserit, nam tunc minimè iterum esse dotem constituendam affirmarunt, eique se subscribit *Author*.

Argumentorum Finis.



SELECTIORA SENATVVM SCITA, *peculiares Iurium dispositiones, atq; Consultorum placita, sparsim hoc in opere contenta, quæ ab Authore Approbantur, & Defenduntur; Impugnantur, & Refelluntur; Enucleantur, & Conciliantur; vnico sanè obtutu, non inconcinna Methodo, Lectori, ipsemet indicat Author.*

Approbantur, et Defenduntur.

DOm. Præsidens Regiæ Cameræ Anellus Amatus conf. 38. & conf. 96. n. 20. 26. pag. 233. col. 2. n. 8.

Azo in summa Codicis tit. de legit. hæred. n. 7. vers. Illud dubitari. pag. 35. col. 1. nu. 4. & pag. 37. col. 1. n. 13.

BArtolus è Saxoferrato in l. 1. §. Permittitur ff. de aqua quotid. & æstiu. pag. 26. col. 2. n. 14.

Dom. Reg. Carolus Tapia Marchio Belmontis in comment. ad cap. Finis præcepti charitas, pag. 313. col. 1. n. 33.

Dom. Regens Carolus Tapia Marchio Belmontis in repetit. l. fin. ff. de Constit. Princip. in rubr. cap. 3. n. 33.

DEcisio Sac. Conf. qua fuit determinatum, fideicommissa in contractibus rectè fieri posse, teste ipsomet Authore in 1. disceptation. forens. cap. 4. in fin. pag. 455. col. 2. num. 10. in fin.

FRanciscus Marcus dec. Delphinat. 275. pag. 277. col. 1. n. 32.

GAspar Antonius Thesaurus quæst. forens. cap. 54. nu. 4. lib. 2. pag. 18. col. 2. n. 10.

Gaspar Antonius Thesaurus quæst. forens. lib. 1. cap. 51. nu. 6. in fin. vers. sed aduertendum pag. 73. col. 2. n. 14. & 17.

IAcobus Cancer. var. resol. lib. 3. cap. 14. tit. de Procurator. n. 168. vers. An in criminalibus, pag. 149. col. 2. to. 23.

Iacobus Menochius conf. 559. n. 1. vers. Et illud primum, & num. 5. pag. 419. col. 2. n. 5.

Io. Angelus Pisanellus in Annotation. ad Afflict. dec. 77. incip. Processus & pag. 240. col. 2. n. 19.

D. Io. Baptista Larrea alleg. fiscal. 68. n. 10. & in fin. pag. 1. col. 2. n. 9.

Dom. Reg. Io. Franciscus de Ponte, de Potest. Proreg. tit. de assesib. reg. §. 9. nu. 16. vers. Sed vlteriùs, pag. 67. col. 1. n. 23.

Dom. Reg. Io. Franciscus de Ponte dec. 25. pag. 380. col. 2. n. 24.

Dom. Reg. Io. Franciscus Sanfelicius decis. 209. pag. 117. col. 1. nu.

Impu-

Enucleantur.

78.

Conciliantur.

RE-

RERVM, ET VOCABVLORVM
OMNIVM,
Quæ hoc in Opere continentur, Alphabeticus locupletissimus.
INDEX.

Prior notula indicat numerum paginæ, Secundus paginam ipsam, Tertius verò cuiusq; paginæ columnam.

A

RERVM, ET VOCABVLORVM
OMNIVM,
Quæ hoc in Opere continentur, Alphabeticus locupletissimus.
INDEX.

Prior notula indicat numerum paginæ, Secundus paginam ipsam, Tertius verò cuiusq; paginæ columnam.

A

ctum

INDEX.

Ar-

I N D E X.

tra

INDEX.

Au-

Au-

INDEX.

Au-

INDEX.

I N D E X.

C

Ca-

I N D E X:

I N D E X:

Cir-

Co-

Cre-

De-

I N D E X.

De-

I N D E X.

cem

ob-

Di-

Da-

INDEX.

Do-

Fe-

I N D E X.

su

INDEX.

G

G ex-

H

Im-

I N D E X.

I N D E X.

Io.

INDEX.

Ius

LAVDANTVR.

A

Dom.

INDEX.

Idem

INDEX.

ceu-

pill.

N. N.

Na-

N

Nul-

Offi-

Or-

I N D E X.

P

Præ-

Pro-

Re-

I N D E X.

Reus

I N D E X.

Ru-

m a Se-

Sta-

T

Tem-

I N D E X.

INDEX.

n per-

Tran-

Rerum, & Verborum Indicis finis.

ERrata, velim ex te corrigas (Lector beneuole) meq; & Typographum excusatos habeas; Iurgantium etenim assiduæ aditiones, quibus prçmaximè detineor, vix locum mihi præbuerunt, vt correctioni, & castigationi eam impenderem operam, ex qua in nihilo defecisse videar; Sic continuata Impressoris elaboratio, lapsus omnes minimè euadere potuit; Homo sis, itaq; Homini, tuaq; censura, nostra patere errata. Iterùm Vale.

PRA-

PRACTICAE OBSERVATIONES CVM DECISIONIBVS SVPREMORVM Regni Neapolis Tribunalium.

AVTHORE

FRANCISCO MARIA PRATO.
Patritio Licienfe, Aduocato Neapolitano.

SVMMARIVM.

1 *Vthor confultus in facti contingentia, refpondit affirmatiuè.*

2 *Feudatarius habens vaffallos, fi fuerit excommunicatus, efficitur infamis.*

3 *Vaffalli non tenentur ad debitum fidelitatis erga Dominum bannitum, vel excommunicatum.*

4 *Infamiarum qualibet, ex qua opinio vaffalli granata eft, fufficit ad priuationem feudi.*

5 *Infamia, qua irrogatur; quando Dominus bannitur à Rege, excommunicatur, diffidatur, vel publico iudicio damnatur, efficit, vt quis priuetur feudo.*

6 Andreas de Ifernia *in Regno dicitur* Euangelifta, & fummus feudifta.

7 *Authoritas* Andreæ de Ifernia *in Regno magna exiſtimatur.*

8 Andreas de Ifernia *quicquid dixit, benè dixit.*

9 *Iudex contumax, intra duos menfes, in quibus liberè ire poteſt, an poſsit exercere iudicaturam?*

10 *Bannitus incurrit infamiam facti.*

11 *Infamia facti repellit à dignitate.*

12 *Contumaces non poffunt iudicare in*

A *caufis*

causis vassallorum suorum.

13 Infamis de facto, Iudex esse non potest.

14 Vassallus eò ipso quod est contumax, dicitur contemnere Dominum in non comparendo coram eo, vel coram Officialibus suis.

15 Vassallus contumax sine dedecore comparere non potest.

16 Baro si fuerit contumax ex delicto capitali, fit sequestrum eius iurisdictionis, & Curia interim detinet, & exercet iurisdictionem.

17 Sequestrum iurisdictionis in Barone contumace, vnde ortum habuit?

18 Sequestrum iurisdictionis contra Baronem contumacem, quibus in casibus primùm cepit practicari in Regno?

19 Sequestrum iurisdictionis tàm ciuilis, quàm criminalis, hodiè passim practicatur contra omnem feudatarium contumacem.

20 Fructus feudi non sequestrantur contra Baronem contumacem, anno pendente, sed percipiuntur nomine Baronis per Deputatum ab eo, vel procuratorem ipsius.

21 Bannitus ex causa criminali, non potest esse Iudex.

22 Barone contumace existente, suspenditur iurisdictio, & Excellentissimus Regni Prorex constituit Capitaneum pro exercitio iurisdictionis.

23 Practica sequestri iurisdictionis in Regno, vnde ortum habuerit?

24 Sequestrum iurisdictionis, an possit fieri ad instantiam creditorum absque assensu?

25 Iurisdictio semper est feudalis.

26 Iurisdictio est de regalibus, ideoq; non potest alienari absque assensu.

27 Creditor carens assensu, non potest super iurisdictione apponere manus, ideoq; ad eius instantiam sequestrari non potest.

28 Author pollicetur latè materiam pertractare, an possit sequestrari iurisdictio ad instantiam creditoris absq; assensu?

29 Antonius Miroballus Regius Consiliarius, Patritius Neapolitanus laudatur, Sacriq; Consilij decisiones colligere, insinuatur.

30 Excommunicatus non potest eligere, neque eligi.

31 Excommunicatus non potest constitui procurator, nec procuratorem constituere ad agendum.

32 Excommunicatus est suspensus ab officio, & beneficio.

33 Electio excommunicati non potest fieri, & si fiat, dicitur ipso iure nulla.

34 Excommunicato interdicitur omnis actus legitimus.

35 Vassalli prastant obedientiam Baronibus virtute iuramenti ligij homagij.

36 Iuramentum ligij homagij qualiter prastent vassalli Baronibus.

37 Vassalli non tenentur prastare iuramentum ligij homagij Baroni excommunicato.

38 Excommunicatus est eijciendus ab hominum consortio.

39 Excommunicatus reputatur sicuti hostis in crimine lesa Maiestatis.

40 Excommunicatus quas pœnas incurrat.

41 Excommunicatus dum existit in peccato mortali, absq; dedecore non existit.

42 Dominus feudi potest in peccato existentem repellere, sicuti delinquentem, qui sine dedecore non existit.

43 Author alia à se scripta libenter adducit, semetipsum in alijs operibus allegando, vt sibimetipsi, & Lectoribus consulat.

44 Barone existente excommunicato, fuit habitum pro vero apud vnum ex Dominis Supremi Collateralis Consilij, quod eius Officiales non possint ius dicere eius vassallis.

ARGVMENTVM.

Barone publicè excommunicato, an possint eius officiales ad iustitiam deputati, ius dicere in causis vassallorum ipsius Baronis? cuius quæsiti occasione insinuatur vndè ortum habuerit praxis in Regno sequestrandi iurisdictionem Baroni contumaci ad instantiam creditorum, siue, vel cum assensu?

OBSERVATIO I.

CAsus est quotidianus,
super quo valdè se
contorserunt Nostra-
1 tes, & dum contigis-
set mihi in facto cõsu-
lendus, negatiuè respondi, ex pecu-
liari doctrina *Antony Capicy in Inue-
stitur. feudal.* verb. *Feuda amittuntur*
2 *in 61. conclus. pag. mihi 69.* ibi, *Si feu-
datarius habens vassallos efficeretur in-
famis, vt quia excommunicatus esset,
vel bannitus (nam licèt ad hoc non per-
dat feudum) vassalli, & subfeudatary
sui, durante banno, vel excommunica-
3 tione, liberantur, & sibi non tenentur
ad debitum fidelitatis,* subdens, *Est
benè verum, quod vassallus durante
Domino in banno, vel excommunica-
tione, non potest alienare feudum, quod
ab eo tenet sine suo consensu, & si alie-
naret, illud perdit,* & pauló post in
terminis, hæc protulit verba, *Et
4 scias, quod non omnis infamia, ex qua
opinio vassalli grauata est, sufficeret ad
priuationem feudi, cap. 1. §. illud enim,*
vbi *Aluarot. col. 2. quæ fuer. prima caus.
benef. amitt. vndè periurum esse non
sufficeret, vt ibi dicit Bald. in d. cap. 1.
quo tempor. miles 6. col. quod ea, quæ
dicta sunt in hoc §. non intelliguntur
5 de qualibet infamia, sed solum de ea,
quæ irrogatur, quando Dominus banni-
retur à Rege, vel esset diffidatus, vel
excommunicatus, aut publico iudicio
damnatus.* Hæc *Capic.* qui remittit
6 se ad dicta per *Andr. de Isern. in Re-
gno Euangelistam* nuncupatum se-
cundum *Gram. decis. 28. num. 17.*
7 cuius Authoritas tanti est habita,
vt affirmare non addubitauerit *Io.
Vinc. Ann.* minimè inuestigandum
esse an *Andreas de Isernia* benè dixe-
rit, sed tantùm an dixerit, quia quic-
quid dixit, benè dixit, *in repetit. rubr.
de vassall. decrep. ætat. nu. 122.* sum-
mumq; feudistam præconizat *in al-
legat. 64. num. 42. in pluribus locis.*
Andreas verò suam in hoc adstrin-
git fidem in *Constit. Regn. Clementiæ,
sub tit. de redimen. captiu.* vers. *Num-
quid exercebit lib. 2.* vbi more suo
formans quæsitum, *vtrum is, qui
9 Iudex erat, si sit contumax, qui ex
benignitate d. Constitut. liberè infra
duos menses ire potest, nec offendi-
tur, siue in personam, siue in res, po-
terit exercere iudicaturam?* & ar-
guendo, quod sic, tenet postmo-
dum contrarium in vers. *Verius,* ea
10 ductus ratione, *quia per bannum
incurrit infamiam facti,* adducens
tex. in l. fin. C. de requiren. reis, quæ
11 infamia facti repellit à dignitate,
ad *tex. in l. nulla, C. ex quib. caus. in-
fam. irroget. l. nulla, ff de dignit. l. 2.
ff. ad l. Iul. de vi priua. l. 1. C. de De-
curion. lib. 10. & l. infamia, C. eod.*
12 Ex quibus *Scribentes* notant, quod
contumaces non possunt iudicare
in causis vassallorum suorum, sicuti
notat *Marin. Frecc. de subfeud. lib. 2.
author. 29. num. 11.* vers. *Si subfeuda-
tarius,* adducens *Andr. in cap. 1. 1. col.
de milit. vassall. qui contumax est,* in-
13 quiens, contumacem non posse es-
se Iudicem, quia efficitur infamis de
facto, nam eò ipso, quod vassallus
contumax est, dicitur contemnere
14 Dominum in non comparendo co-

ram eo, vel coram Officialibus suis,
15 vndè propter contumaciam sine
dedecore comparere non potest, ex
notatis in *d. cap* 1. *An ille, qui interf.
fratrem Domini sui.*
Et ex doctrin. *Andr. in d. Constit.
Clementiæ*, inquit *Frecc. loc. cit.* ortam
16 fuisse practicam in Regno, quod vbi
Feudatarius, vel Baro, est contu-
max pro delicto capitali, fit seque-
strum iurisdictionis, & Curia inte-
17 rim detinet, & iurisdictionem exer-
cet, donec tædio affectus compa-
ruerit, & contumaciam purgauerit,
18 inquiens primùm cæpisse obseruari
in *Barone Centula*, & posteà in *Ba-
rone Zurulo*, quodq; hodie passim
19 contra omnem contumacem feu-
datarium, fit sequestrum iurisdictio-
nis tàm ciuilis, quàm criminalis, fru-
20 ctus autem non sequestrantur an-
no pendente, & percipiuntur nomi-
ne Baronis per deputatum ab eo, vel
procuratorem ipsius, & hoc iure vti
in Sac. Conf. quam sententiam te-
net quoq; *Affl. in Constit. Grandis in
2. quæst. num.* 23. eiq; arridet *Capic.
decis.* 131. *num.* 8. vers. *fuit repertum*,
inquiēs fuisse repertum in Registris,
quod aliàs in similibus casibus fue-
runt factæ prouisiones super captu-
ra terrarum, seu Baroniarum, scil.
quòad iustitiæ administrationem,
& sic fuisse seruatum *in Baronia Ca-
stri veterani, & in Baronia Petræ Per-
siæ, in Baronia Melitelli, & Baroniæ
Ficaniæ, Io. Vinc. Ann. sing.* 52. inquit,
21 Bannitum ex causa criminali non
posse esse Iudicem, adducens *Andr.
in cap.* 1. §. *eius sententia, de statut. con-
tra libert. Eccles.* & ideò subdit sum-
22 ptam esse practicam, quod Baroni
contumaci suspenditur iurisdictio,
& Illust. Vicerex constituit Capita-
neum pro exercitio iurisdictionis,
*Prosper Carau. super ritibus Magn. Cu-
riæ Vicariæ, rit.* 220, *nu.* 19. *cum duob.
seqq.* refert praxim prædictam ea
nempè ratione fundatam, quia infa-
mis, infamia facti repellitur à digni-
tate, adducens eadem et iura allata
per *Andr. in d. Constit. Clementiæ*, be-
nè *Præsid. Reg. Camer. Mormil. in suis
23 singularibus in singular. ad Constit.
Grandis de pæn. contumac. num.* 3. vbi
tradit practicam sequestri iurisdi-
ctionis, sed *Reg. Scip. Rouit. in commen-
tar. ad pragg. Regn. prag.* 4. *de ord. iu-
dicior. ex num.* 16. vbi argutè loqui-
tur contra *Ann. sing.* 181. tenet ad
instantiam creditoris absque assen-
24 su non posse fieri sequestrum iuris-
dictionis, ea ratione, quam expen-
dit, *num.* 20. *&* 21. vel quia iurisdi-
25 ctio semper est feudalis, ex traditis
per *Capic. in inuestit.* verb. *Castris,
col.* 2. vers. *Benè est verum*, & in verb.
Feudatariorum appellationes propè fin:
vers. *Sed hoc videtur, Frecc. de subfeu.
lib.* 3. *differ.* 26. *col.* 1. *in fin. & Pisa-
nell. in prag.* 4. *edita Thor. sub tit. de
possessor. non turban. nu.* 60. Vel quia
26 est de regalibus, & sic non alienā-
tur sine assensu, vt per *Reg. de Ponte
cons.* 30. *num.* 13. *lib.* 1. vndè infert
Reg. Rouit. loc. cit. creditorem ca-
27 rentem assensu non posse super iu-
risdictione apponere manus, itaque
concludit iurisdictionem nullo mo-
do sequestrari posse, quodq; ita ser-
28 uatur, super quo articulo alibi la-
tior noster redibit sermo, nam scio
fuisse de eiusmodi doctrina *Regen.
Rouit.* hæsitatum in Sacro Cons.
quam plenè enucleatam habebit
Lector à doctissimo illo viro Regio
Consiliario Antonio Miroballo Ad-
29 uocato olim in ętate satis iuuenili
nemini secundo, tùm doctrina, cùm
facundia, qui inter eiusdem Sac.
Consil. Proceres ex proprijs meritis
cooptatus, integritate conspicuus,
onus assumpsit, magno sane labore,
summoq; studio, eiusdem Sac. Cons.
scita, siue (vti aiunt) *Decisiones* col-
ligere adeò elegāti stylo, concinnaq;
methodo, vt admirationi potiùs,
quàm imitationi locum præbeat. In-
terim consule *Regen. Sanfel. in* 3.
vol. decision. decis. 372. *num.* 7. *&* 8.
vers.

verſ. *Vltra caſum contumaciæ*, vbi alios plures DD. materiã agentes coaceruauit, & in terminis noſtris *Foller. in pract. crim.* verb. *Audiantur excuſatores, num.* 52. inquit, inter effectus
30 excommunicationis, computari, q̃ nõ poteſt excommunicatus eligere,
31 neq; eligi, item non poteſt conſtitui procurator, neq; procuratorem cõſtituere ad agendũ, item eſt ſuſpen-
32 ſus tàm ab officio, quàm ex beneficio, vt in *gloſ. vltim. cap. cum benè de ætat. & qualit.* & ex *cap. cum dilectus de conſuet. & cap. conſtitutis el* 1. *de appell.* tenet *Franc. Marc. deciſ.* 924. *num.* 11. pulchrè faciunt dicta per *Proſp. Carau.* inſignem Doctorem, ac iuris Regni ſolertiſſimum enucleatorem, qui inter 20. pœnarum genera, quibus excommunicati afficiuntur, prout obſeruat in *rit. Magnæ Cur.* 236. ad propoſitum *nu.* 16. affirmat illud, quod non poſſint eligere, neque eligi, & ſi ſecus fieret,
33 electio eſſet ipſo iure nulla, adducens *Syluestr. in ſumm.* in verb. *Excommunicatio lo* 3. verſ. *Octauo*, quodque caſui noſtro mirificè conducit, obſeruat *Carau. num.* 19. excommuni-
34 cato eſſe interdictum omnem actum legitimum, adeo quod iudicare nullatenus poteſt: Quò fit, vt minus eius nomine poſſit quis inter ſuos vaſſallos ius reddere, alia ſua-
35 dente ratione, quia vaſſalli tenentur obedientiam præſtare Baroni virtute iuramenti, quod illi pręſtant ligij homagij virtute prouiſionum
36 Supremi Collateralis Conſilij, & tamen verum eſt, quod ſi Baro eſt excommunicatus, vaſſalli obligati
37 ſibi ad iuramentum fidelitatis, ad fidelitatem nõ tenentur, *cap. nos Sanctorum*, & *cap. ſeq.* 15. *q.* 6. de quo meminit *Carau. in d. rit.* 236. *nu.* 21.
38 & *ſeq.* imò excommunicatum ab hominum conſortio eſſe eijciẽdum, ſunt iura in *cap. intelleximus de iud. cap. cum inter de except. cap. pia eod. tit. in* 6. *cap. rurſus in fin. cap. excommunicatio* 11. *q.* 4. *gloſ. in cap. in nomine Domini*, in verb. *Audientia* 23. *diſt. gloſ. pen. in cap. Ex intimatione de procurat. Felin. in cap. ſignificaſti, nu.* 21. *de except.* & *in cap. dilectus ibi, nu.* 17. *de reſcrip.* vbi & *Abb. num.* 7. & *in cap. fin. num.* 16. *de ordin. cognit.* & in *cap. item cum quis, num.* 9. *de reſtit.*
39 *ſpoliat.* & eſſe excommunicatum ſimilem hoſti in crimine læſæ Maieſtatis, tenet *Reu. P. Molfeſ. in Conſuet. Neap. par.* 4. *q.* 49. *num.* 24. pluraque congerit ad materiam *Carol. de Graſſ. de exceptio. except.* 4. *per totum num.* 74. benè *Io. Petr. Fontanell. dec.* 351. *num.* 5. *par.* 2. inquiens omnia, quæ dicuntur de excommunicato, quæq; iura contra ipſum ſtatuerunt, fundari in periculo communionis habendæ hac via cum excommunicato, cuius perſona ab hominum conſortio debet eijci, remittens ſe ad dicta per *Graſſ.* & *Carroc.* in locis per ipſum indicatis *Anton. Cardoſ. in ſumm. ſeu prax. Iudic. & Aduocat.* verb.
40 *Excommunicatio*, §. 71. qui tradit, quod excommunicatus non poteſt eſſe Iudex, Aduocatus, Notarius, nec Teſtis, *cap. poſt ceſſionem de probat.* & *cap. decernimus*, vbi *Dominic. Io. Monach. Archid. Io. Andr.* & omnes *de ſenten. excomm.*

41 Ad quorum comprobationem adducebam *Ego*, quod excommunicatus dum exiſtit in peccato mortali, abſque dedecore non exiſtit, *cap. faciat num.* 23. *q.* 2. prout bellè ponderat *Mart. in Summ. totius ſucceſſion. legal. par.* 3. *q.* 13. *art.* 2. *nu.*
42 13 & 14. inquiens quod Dominus feudi poterit in peccato exiſtentem repellere, ſicuti delinquentem, qui ſine dedecore ſtare non poteſt, per *tex. in cap.* 1. *An ille, qui interfec. fratrem Dom. ſui*, quorum memor *Ego* fui *in* 1. *diſceptation. forenſ. cap.* 26. *num.* 14. 15. & 16.

43 Adduco aliàs à *Me* ſcripta, vbi caſus accidit, libenter, nec erubeſco, nè iterum cum nauſea legentium actum

actum agere videar, vtq; à labore reiterato me subleuem, neuè in illud incidam,

Occidant miseros crambe repetita Magistros.

44 Ex quibus breui sanè compendio adductis per me coram vno ex Dominis Supremi Collateralis Cõsilij, fuit habitum pro vero, quod ex'stente Barone publicè excommunicato, eius Officiales non possint ius dicere eius vassallis,licèt prima facie non parum hæsitauerit.

SVMMARIVM.

1 IO. Vinc. Ann. *magnæ vir Authoritatis in Regno.*

2 Authori *pacato non sedet animo,* doctrina Io. Vincent. Ann. in repetit. Constitutionis Cõstitutionem Diuæ memoriæ, in rubr. de reuocation. alienation. rer. feudal. num. 48.

3 *Alienatio rerum feudalium absq; assensu Domini, quibus iuribus inhibeatur?*

4 *Vassallus neque pro anima feudum alienare potest sine assensu.*

5 *Alienans feudum absque assensu, potest reuocare contractum iure proprio attenta Constitut. Regn.* Constitutionem Diuæ memor. sub tit. de reuocation. alienation. rer. feudal.

6 *Feudistæ, qui eorum commentarijs Constitutionem Regni* Constitutionem Diuæ memoriæ, sub tit. de reuocation. alienation. rer. feudal. *exornarunt, recensentur.*

7 *Reuocatio competens vigore Constitutionis Regni* Constitutionem Diuę memoriæ, *alienanti feudum absque assensu in Regno, procedit nedùm in venditore, verùm etiam in emptore, secundum veriorem opinionem.*

8 *Reuocatio competens alienanti feudum sine assensu vigore Constitutionis Regni* Constitutionem Diuæ memoriæ, sub tit. de alienation. rer. feudal. *non procedit de iure communi si per Fiscum ante reuocationem fuerit contestata lit super feudi amissione.*

9 *Alienatio rei feudalis tanquam allodialis non excusat alienantem ab amissione feudi facta litis contestatione super ea.*

10 Camillus de Medicis *maximus sua tempestate Aduocatus, & facundissimus Orator.*

11 *Reuocatio alienationis feudi competens alienanti, vigore Constitutionis Regni, debet fieri coram Notario verbis expressis.*

12 *Interesse Domini indiuiduum consideratur in alienatione feudi.*

13 *Contractationes omnes sunt vetita in feudis absque assensu.*

14 *Actus nullus, nullum operatur effectum.*

15 *Dispositio qualibet de actu loquens debet intelligi de valido, ac ritè, & rectè facto.*

16 *Titulus nullus habetur pro non titulo.*

17 *Pactum contra legem initum, non obligat paciscentes.*

18 *Lex quæ non permittit, nequeunt fieri permissibilia per pactum.*

19 *Morientium arbitria seruari, bono publico expedit.*

20 *Libera cuilibet de re sua disponendi facultas competit in rebus allodialibus, non autem feudalibus, in quibus Domini directi assensus requiritur.*

21 *Aequitas canonica, nec ciuilis fuit prospecta à Consuetudinibus feudalibus.*

22 *Rigor in feudis vsitatus, dicitur iustissima seueritas.*

23 Tex. in l. Celsus, ff. de recept. arbitr. *plenè enucleatur exploso intellectu* Regentis Villani.

24 *Mitius agitur cum lege, quàm cum Ministro legis.*

25 *Mora potest purgari, si dies ab homine apponatur.*

26 In-

26 *Impedimentum non prestas, quod de iure non sortitur effectum.*

27 Tex. in §. Sanctissimas, Authen. de alienat. & emphyt. *latè expenditur reiecto intellectu* Io. Vincent, Ann. in rubr. Constit. Regn. Constitutionem Diuæ memoriæ num. 48.

28 *Prohibitio hominis, si concurrat cum prohibitione legis, omnis alienationis species ex ea prohibita censetur.*

29 *Prohibitio alienandi valida, nihil commune habet cum prohibitione alienandi à lege improbata.*

30 Author *paratum se exhibet cuiuslibet rectius sentientis censura, se submittere.*

ARGVMENTVM.

Prohibitio hominis, si concurrit cum prohibitione legis in re feudali, quæ non potest operari inualiditatem actus, absq; assensu Domini directi. Vtrũ tribuat iustam causam denegandi assensum? *ad doctrinam Ioann. Vincen. Ann. in repetit. Constitutionis Constitutionẽ Diuæ memoriæ, rubr. de reuocation. alienation. rer. feudal. num.* 48. quam de iure subsistere non posse, pluribus insinuatur.

OBSERVATIO II.

IN causa magni ponderis, affirmatiuè respondit coram cœtu plurium Aduocatorum, vnus ex Dominis Collegis, nunc ob eius doctrinã Regij Consiliarij munus agens, innixus *Io.*

1 *Vincent. de Ann.* magnæ in Regno Authoritatis, *in loc. in Epithome præmisso*, cum quo cæteri Domini causarum Patroni primi ordinis, adhæ-
2 rere non dubitarunt. Ast Ego (omnium quippè minimus) ingenuè dixi *Anna* placitum mihi pacato non sedere animo, quocircà meum suspẽdi iudicium, domumq; reuersus, arrepto meo Codice, perlectisq; ijs, quæ ad hanc thesim probandam adducit *Ann.* in eam veni sententiã, vt facilè contra *Ann.* sit diiudicandum, si eius dicta attentè perpendantur. repugnat namque determinatio per ipsum allegata in causa *Io. Andrea Longhi cum Lucretia Capuana*, apertè notorijs feudorum Consuetudinibus, *in cap. 1. §. donare qualit. olim feud. poter. alienar. cap. Imperialem*, verb. *Permissione*, vbi optima *glos. de probib. feu. alien. per Lothar. & in cap Imperialem*, verb. *Seu alienare, de prohib. feu. alien per Feder.*
3 quibus iuribus expressè inhibetur rerum feudalium alienatio; adeò
4 quod nequidem pro anima possit fieri distractio feudi, sicuti in *d. cap. Imperialem* clara sunt verba, ibi, *Vel pro anima iudicare, & in d. §. Donare, Bal. in l. 1. C. de sacros. Eccles. Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 46. de Constit. Curt. iun. de feud. 4. par. pen. quæst. Ann. in repetit. d. Constit. Diua memoria, num.* 129. quæ sanè Constitutio, introduxit non solum nullitatem contractuum super feudis, rebusque feudalibus commutandis, aut minuendis, absque assensu Domini, inualidando stipulationes pœnales, transactiones, & iuramenta,
5 verum etiam ipsis contrahentibus, & alienantibus permisit iure proprio, absque Iudicis ministerio contractus per ipsos initos reuocare, sicuti adnotarunt latissimè, plures quæstiones tractantes post *glos. in d.*
6 *Constit. Iser. Affl. Frecc. & Ann.* vltra Capic. nedùm *in sua Inuestit. feud.* verb. *Feudorum alienationes*, verum

etiam

etiam dec. 100. qui eorum doctis
commentarijs, materiam illustrarunt,
quæ reuocatio competit etiã
7 emptori, secundum veriorem opinionem,
de qua Capie. decis. 100. Reg.
de Pont. de potest. Proreg. tit. de assensib.
regijs, super dotib. §. 1. nu. 31. & 32.
& in tit. de refutat. feudor. §. 11. nu.
11. post Camerar. in cap. Imperialem,
pag. 91. plenè Gizzar. decis. 2. nu. 12.
& per tot. Dom. de Franch. decis. 603.
quicquid in contrarium dixerint
Frecc. de subfeu. in 1. author. cap. incip.
A regnicolis, & Ann. in d. Constit.
Constitutionem Diuæ memoriæ nu. 154.
8 quæ sanè reuocatio non procedit si
facta sit contestatio litis, quominus
feudum declaretur amissum ad beneficium
Fisci, qui ita institit declarari,
vigore iuris communis feudorum,
de quo totis titulis de prohib. feu.
alien. per Lothar. & per Frider. notat
Reg. de Pont. in supracit. tit. de refut.
feudor. §. 3. nu. 3. vbi extendit etiam
9 quod esset facta alienatio feudi, tanquam
de re allodiali, nam facta litis
contestatione, reuocatio non suffragatur,
& amittitur feudum, Frecc. in
d. author. 1. in cap. incip. Pluribus autem
modis num. 3. post Iser. in cap. 1.
§. post refutationem, col. pen. vers. Sed
quid dicitur de vassall. qui contra Con-
10 stit. Lothar. quem sequitur Camill.
de Medic. maximus sua tempestate
Aduocatus, & facundissimus Orator,
cons. 2. num. 82. & debet fieri
11 coram Notario verbis expressis, secundum
eundem Camill. de Medic.
cons. 20. num. 29. Dom. Consiliar. Theodor.
alleg. 96. ex nu. 20. vbi pulchrè
loquitur Dom. de Franch. decis. 649.
nu. 9. & 10. nec aliud ibi considera-
12 runt, nisi interesse Domini indiuiduum
circa feudorum alienationẽ,
adducto tex. singulari, in l. fin. ff. de
vsu, & habit. l. cum ità datur, ff. de
condit. & demon. l. quicquid adstringenda,
ff. de verbor. oblig. Si igitur
13 omnes contractationes sunt vetitæ
in feudis, quomodò prohibitio alienandi
rem feudalem absque assensu
potuit operari, vt assensus expeditio
impediatur?

Verùm etenim est assumptum,
14 actum nullum, non posse quid validi
producere, nec vllum positiui
iuris effectum operari, Vant. de nullit.
tit. quoties, & intrà quot tempus, num.
26. vbi plures casus enarrat, & num.
45. regulam generalem statuit, vt
15 quæuis dispositio de aliquo actu loquens,
semper sit intelligenda de
valido, ac ritè, & rectè facto, Bal. in
l. fin. §. in computatione in fin. C. de
iur. deliber. Ias. in l. 4. §. condemnatum
in 1. notab. ff. de re iud. super quo
16 tex. fundant DD. communiter propositionem,
quod titulus nullus,
habetur pro non titulo, Afflict. dec.
228. num. 2. ibiq; Vrsill. num 3. Capic.
decis. 4. num. 21. Gram. decis. 65. nu.
4. vers. Quia titulus, Giurb. innumeris
plenè adductis, decis. 2. num. 2.
Surd. cons. 288. num. 29. & seq. Mastr.
decis. 29. num. 7. alijque à Me adducti
in 1. discept. forens. cap. 1. num. 23.
& seqq.

Adeò quod si pactum intercesse-
17 rit contra legem, non obligaret, l.
pacta, C. de pact. & quod magis est,
neque naturalis nasceretur obligatio,
l. cum lex, ff. de fideiussor. Caldas
Pereir. de renouat. emphyt. lib. 1. quæst.
12. num. 15. vers. Hoc autem pactum
in fin. inquiens ea quæ per legem
non permittuntur, neque per pactũ
admitti debere, l. iurisgentium, §. Prætor
ait, ff. de pact. l. cum quid vna via,
ff. de regul. iur.

Nec dicatur id euenire ex æquitate
quadam considerata circa voluntatem
testatoris prohibentis rei
feudalis alienationem, etiam sine assensu,
ad tex. in l. 1. in fin. C. de sacros.
Eccles. & in l. vel negare, ff. quemadm.
testa. aperian. cum sexcentis alijs, qui-
19 bus cauetur morientium arbitria
esse seruanda, quia nedùm rationi,
sed æquitati conuenit, imò Reipublicæ
bonum concernit, ex tradi-

tis per *DD. in iuribus præcitatis:*

Nam prędicta locum habere poſſunt in diſpoſitionibus rerum allodialium, ſiue (vt Noſtratum vtar
20 vocabulo) Burgenſaticarum, in quibus cuilibet libera tribuitur diſponendi facultas, ad *tex. in l. in re mandata, ff. mandat. & in l. dudum,* C. *de contrah. empt.* at in feudis, & contractibus ipſa feuda tangentibus, Conſuetudines feudales nullam reſpexerunt canonicam, vel ciuilem
21 æquitatem, ſed conſuetudinem ipſam feudalem, quæ rigorem ſapit, ſecundum *gloſ. in cap.* 1. verſ. *ſecundum quoſdam de natur. ſucceſſ. feud. Camer. in repet. cap. Imperialem, pag.* 27. *col.* 2. *in fin. pag.* 44. *col.* 1. verſ. *Secunda concluſio, & pag.* 46. *col.* 3. poſt *Andr. in eod. cap. Imperialem, num.* 5. ibi, *Rigor tamen,* & facit *tex. in l.* 1. §. 1. *ff. de incen. ruin. & naufrag.* ex quo deſumit propoſitionem *Horat. Montan. in repet. d. cap. Imperialem ex nu.*
22 63. quod rigor in feudis vſitatus ſit iuſtiſſima ſeueritas.

Nec *texx.* adducti per *Ann. d. nu.* 48. probant ſententiam, per ipſum ibi relatam, nam *tex. in l. Celſus, ff. de recept. arbitr.* quem ad hoc allegauit *Reg. Villanus* ad ſuadendum, quod concurrente prohibitione hominis, cum prohibitione legis, licèt non emergat inualiditas actus, tamen præbet iuſtam cauſam denegandi aſſenſum (vt verum verè fatear) tanti viri placitum non inſinuat, ſiqui-
23 dem licèt *Vlpian.* ibi, *Celſi* ſententiã attulerit, aientis pœnam compromiſſo adiectam in caſu, quo intra diem præſcriptum, quod datum non fuerit, non committi, ſi legis, & hominis prohibitio acceſſerit, ſicuti *gloſ.* 161. declarat in verb. *Cel-*
24 *ſus,* inquiens, *Et ſic nota, quod mitius agitur cum lege, quàm cum Miniſtro legis,* & iterum 161. *Item nota, quod etſi ab homine apponatur dies, mora po-*
25 *teſt purgari,* Attamen prohibitio tàm hominis, quàm legis proceſſit validè; in caſu verò prohibitionis alienationis feudi factæ per hominẽ abſque Regis aſſenſu, nulla poteſt conſiderari validitas; imò nullam eſſe eiuſmodi prohibitionem, iura ipſa feudalia, & noſtri Regni Conſtitutiones modò adductæ, ſtatuerunt, vndè intrat concluſio excerpta ex *tex in cap. non præſtat de regu.*
26 *iur. in* 6. quod non præſta impedimentum, quod de iure non ſortitur effectum, & ſic deſtruitur funditùs *Regentis Villani* opinio (ſi me mea opinio non fallit)

27 Minus faceſſit negotium alter *tex.* adductus per *Ann. loc. citat. in* §. *Sanctiſsimas, Authen. de alien. & emphyt.* ad comprobationem aſſertionis *Regen. Villani,* nam ibi caſus eſt diuerſus, dubitatum etenim fuit, an poſſint alienari res Eccleſiæ immobiles pro redemptione captiuorum, & reſpondet *Iuſtinianus* licere, niſi earum alienatio fuerit expreſsè interdicta ſub ea condemnatione, vt nullo modo alienẽtur, id quod euenit, quia prohibitio alienationis fuit habita pro valida, & ideò eſt ſeruanda, ſicuti & cæteræ ordinationes hominum quatenus iuris reſiſtentiã non habent, id quod perbellè docet *gloſ. in d.* §. *Sanctiſsimas,* verb. *Alienent,* ibi, *Quod pactum eſt ſeruandum, vt C. de reb. alien. non alien. l. fin. & de pact. int. emptor. l. fin. & ſupra, vt ſponſalitia largitas,* §. *fin.* ſic mihi ſuadet *Reg. Valenz. conſ.* 187. *nu.* 44. verſ. *Et hæc certiora,* vbi vim, atque efficaciam geminatæ prohibitionis tradens ad impediendam alienationẽ, vtramque validam præſupponit, & pro abſoluto tradit *Caldas Pereir. in tract. de iur. emphyt. tit. de Emphyteuſ. extinction. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 34. adducens inter cæteros *Affl. in cap.* 1. *ſi de feu. fuer. controu. num.* 40. *cum ſeq. & in cap.* 1. *de prohib. feu. alienat. per Feder. ante num.* 64. idem *Cald. tit. de renouat. Emphyteuſ. lib.* 1. *q.* 16. *num.* 12. verſ. *Quod autem, circa med.* vbi

28 extollens prohibitionem hominis, & legis, circa rei prohibitę alienationem. inquit, ex ea omnem alienationis speciem prohibitam esse, & omninò interdictam, licèt alias licita foret, & permissa, & adducto *tex. in cap. 1. de tregu. & pace, & in l. 2. C. de vsucap. pro emptor.* secundum intellectum *Bart. in l. filiusfam. §. Diui, num. 22. ff. de lega. 1.* inquit meliorem esse *tex. in d. §. Sanctissimas, Authen. de alienat. & Emphyt.* duplicem prohibitionis funiculum validum considerans, alioquin, si vnus ex eis inualidus esset, ac (vt ità dicam) ficulneus, nullum potuisset effectum operari, quia sola remanebat prohibitio legis, vel hominis, quæ effectum prædictum omninò in quocumque casu alienationem prohibendi non operatur, ex traditis per *Cald. loc. cit.* vbi adducit post plurimos, *Pinell. in l. 1. C. de bon. mater. num. 65. vers. Idq; planiùs procedit,*
29 vndè apparet nihil commune habere prohibitionem alienandi validam, cum ea, quæ prorsus à lege improbatur, & sic ex diuersis non bona fit illatio, quicquid in eiusmodi articulo, iuribus tamen non degustatis, sub fide *Io. Vinc. Ann.* eius dictis inhærendo, dixerint *Addent. ad Peregr. de fideicom. art. 39. col. 2. vers. Siquidem, pag. 426.* Indicet modò Lector, si rectè Ego hæsitaui, vt cum Dominis Collegis (quos tanti facio, & ob eorum doctrinam, suauissimosque mores veneror) non concurrerem, Meum siquidem iudi-
30 dicium censurę Peritiorum paratus sum alacriter submittere, & videnda sunt, quę luculentiùs de eiusmodi quæsito exaraui in *1. disceptat. forens. cap. 17. num.*

SVMMARIVM.

1 *Vassalli non possunt per saltum omisso medio adire regia Tribunalia.*

2 *Barones in Regno sunt Iudices ordinarij suorum vassallorum, & ideò licitè emanant banna pænalia, nè eorum subditi adeant regia Tribunalia per saltum; & possunt mulctam imponere.*

3 *Collaterale Consilium passim iubet ad instantiam Baronum, nè vassalli adeant regia Tribunalia per saltum, omisso medio primarum, & secundarum causarum.*

4 Prosper Follerius in prax. crim. *verb.* Audiantur excusatore num. 132. *impugnantur* ab Illustr. Marchion. Belmont. Dom Reg. Tap. in 1. tom. iuris Regn. lib. 2. tit. de Offic. Magistr. Iustitiar. num. 33. *vers.* Recursum habuerunt.

5 *Iudicis eligendi in Ciuitate praxis, ex quibus sustineatur.*

6 *Barones inuestiti de mero Imperio, possunt inter suos subditos facere edicta pænalia.*

7 *Bannorum promulgatio à Baronibus est effectus meri Imperij, de quo sunt inuestiti à Rege.*

8 *Baro habens merum Imperium, potest indicere pœnam etiam corporalem, & confiscationis bonorum.*

9 *Merum Imperium Baronibus in Regno communicauit Serenissimus* Rex Alphonsus I. *quod per prius non habebant.*

10 *Magna* Curia *Vicariæ, fuit pessundata ob communicationem meri Imperii factam Baronibus in Regno.*

11 *Meri Imperii concessio facta ab* Alphonso I. *Baronibus in Regno, est perpetuò deploranda.*

12 *Calamitates omnes in Regno ex concessione meri Imperii facta Baronibus, deuenerunt.*

13 *Bannorum edicta siue banna pænalia, licitè fiunt, modo sint moderata, & non*

non ſint contra ius legale, vel Statutarium, nec contra ius Supremi Dominij, nec in praiudicium Authoritatis directi Domini, virtute alti dominij, & ſuperioritatis reſeruata.

14 *Iuriſdictio conceſſa Baronibus, dicitur priuatinè conceſſa quoad Regem.*

15 *Subditis ideò eſt prohibitum adire regia Tribunalia per ſaltum, quia priuarentur per indirectum Barones à iuriſdictione ſubditorum.*

16 *Barones prohibent ſuos vaſſallos adire regia Tribunalia per ſaltum, quia fit praiudicium eorum iuriſdictioni.*

17 Io. Vinc. Ann. in ſing 61. in fin. *quo in caſu ſit accipiendus.*

18 *Pana contenta in bannis Baronum, nè vaſſalli adeant regia Tribunalia per ſaltum, applicatur Baroni in caſu contrauentionis.*

ARGVMENTVM:

Barones, an poſsint emanare banna pænalia, nè eorum ſubditi adeant regia Tribunalia per ſaltum omiſſo media? quiduè practicetur hodie in Supremo Collaterali Conſilio circa expeditionem prouiſionum ſuper eiuſmodi materia? cuius occaſione inſinuatur Baronibus in Regno fuiſſe communicatum merum imperium (quod anteà non habebant) à Sereniſſimo Rege Alphonſo I. quæque mala ex ipſa conceſsione cõtigerint?

OBSERVATIO III.

QVæſtio eſt, antiquis excitata temporibus, ad quam determinandam adducuntur *texx. in l. Imperatoree, ff. de appellat. & in l. nemo, C. de iuriſd. omn. Iud. & in l. omnes populi, ff. de iuſtit. & iur.* vbi *Bart.* & paſſim *Scribentes*, quibus cauetur non lice-
1 re per ſaltum adire Iudices ſuperiores. In Regno tamen practicatur,
2 quod Barones licitè emanant banna pęnalia, quia ipſi ſunt Iudices ordinarij vaſſallorum ſuorum, & poſſeſſorum, & poſſunt mulctam imponere, ſecundum *Capic. deciſ. 9. nu. 15. Vrſill. ad Affl. deciſ. 155. num. 4.* itaq; iudicatũ recenſet eruditus *Io. Franc. Capiblan.* olim emeritiſſimus magnę Curię Vicarię Iudex in ciuilibus, qui pluribus in Regno benè expletis muneribus, morte præuentus ad togæ perpetuæ faſtigium non potuit promoueri, tamen non oblitus Sereniſſimus Rex noſter doctrinę, ac morum D. Antonij eius filij ſemper extollendi, ipſum in Fiſci Patronum cauſarum criminalium huius Regni delegit, licèt maiora mereatur, ac in dies prouiſiones expediri per Col-
3 laterale Conſilium, quibus prohibentur vaſſalli adire regia Tribunalia, omiſſo medio Iudicis ſecundarum, vel tertiarum cauſarum, refert Præceptor communis *Ill. March. Belmont. in 1. tom. iuris Regni, lib. 2. tit. de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar. num. 33.* verſ. *Recurſum habuerunt*, inquiens ideò Barones, qui habent clauſulas priuatiuas, prout omnes ferè habeat, poſſunt prohibere vaſſallis, nè adeant regia Tribunalia omiſſis Iudicibus ab ipſis cõſtitutis quicquid abſtinendum Baronibus conſuluerit
4 *Foller. in prax. crim.* verb. *Audiantur excuſatores, num.* 132. nam contra-

rium in dies seruari, edocet idem
Dom. March. Belmons. loc. cit. vbi in-
5 sinuat praxim eligendi Iudicem in
Ciuitate, qui procedat quando agi-
tur de causa graui, vel adest timor,
nè iustitia integrè administretur, vel
quando carceratus reperitur in car-
ceribus Magn. Cur. & terra Baro-
nis longè distat, vel si adest aliquis
timor suspictionis respectu Iudicum,
cuius meminit *Dom. Io. Bapt. de Tho-
ro*, quolibet magistratu dignus, do-
ctus, & laboriosus, multis mihi no-
minibus collaudandus in *compen. de-
ciss. Regn. par.* 1. verb. *Vassallus Baro-
nis, col.* 2. *pag. mihi* 508. vbi *in fin.* tra-
dit, multoties vidisse obseruari, vt
eligatur Iudex in Ciuitate, *D. Capi-
blan. de Baron. pag.* 3. *num.* 158. præ-
sertim *num.* 161. *tom.* 1. & in termi-
nis tenuit *Osasc. decis. Pedem.* 78. *num.*
12. *Thes. iun. quæstion. forens. lib.* 3.
cap 91. *num.* 2. qui veriorem, & com-
muniorem præconizat sententiam,
vt possit vassallus inuestitus de me-
6 ro Imperio virtute talis concessio-
nis edicta pænalia inter suos subdi-
tos in feudo facere, eumq; esse effe-
7 ctum meri Imperij, de quo est inue-
stitus, tenet *Ang. in l. Imperium col.* 3.
quem sequitur *Iacobin.* in verb. *Cum
mero, & mixto Imperio num.* 7. & quod
statuat contra ius, ex dictis per *Ias.*
quem refert *Boss. tit de pæn. num.* 26.
& quòd possit vassallus de mero, &
8 mixto Imperio inuestitus indicere
pænam, etiam corporalem, & confis-
cationis bonorum tenet *Berret. cons.*
47. *num.* 4. *Paris de Put. de Syndicat.
tit. de excessib. Baron. erga subditos, cap.*
2. quo adducto tenet idem *Bardax.
in for.* 3. *de foro competen.* & pun-
ctuatim *Sess. de inhibit. cap.* 28. §. 1.
num. 7. omninò videndus, nec am-
bigitur in Regno Baronibus com-
9 municatum fuisse merum, & mixtū
Imperium à Rege Alphonso I. de
Aragonia, quod per prius non ha-
bebant, sicuti testatur *Affl. in Con-
stit. Regn. Ea quæ ad decus, rubr.* 47.
*quod nullus Prælat. Comes, vel Baro,
lib.* 1. *in* 1. *notab. num.* 2. *in* 6. *notab.*
10 ex qua concessione pessundatam
fuisse Magnam Curiam Vicariæ,
post *Afflict.* obseruat *Dom. Praceptor
meus* S.C. *Præs. Ill. Marc. Ramon. in* 1.
controu. forens. cap. 86. *in princ.* vers.
11 *Sed quia*, inquiens, deplorandam
semper esse concessionem illam me-
ri Imperij Baronibus huius Regni fa-
12 ctam ab *Alphonso Rege I.* ex qua cun-
ctas calamitates causari existimat
Affl. in Constit. Regn. Contingit sub nu.
3. *Præs. de Franch. decis.* 370. *num.* 8.
meminit de concessione prædicta
*Prosper Caran. in eruditissimis eius
Commentar. ad ritus Magn. Cur. rit.*
44. *num.* 3. vers. *Respondetur*, quem
Ego cum alijs adduxi in 1. *discept. fo-
rens. cap.* 47. *num.* 1. *& seqq.* adhibet
13 tamen *Thes. loc. cit.* moderamen,
modò edicta sint moderata, & non
sint contra ius legale, vel statutariū,
nec contra ius supremi dominij, nec
in præiudicium authoritatis directi
Domini, virtute alti dominij, & su-
perioritatis reseruatæ, secundum
quæ in contingētia facti, iudicatum
per *Senatum Pedemontanum in causa
Dominorum Valdemphi, & Auigliani,*
refert *Thes. d. cap.* 91. *num.* 5. qui
benè loquitur in materia, vnde fit,
quod potest prohibere subditis, nè
adeant Regia Tribunalia per saltū,
14 nam cum iurisdictio sit Baronibus
priuatiuè concessa, quoad Regem;
ex dictis per *Mandos.* post *Parid. de
Puteo in tractat. de inhibition. q.* 123.
15 nam si esset licitum subditis adire
per saltum regia Tribunalia priua-
rentur Barones sua iurisdictione
per indirectum à suis subditis, &
omnes causæ subditorum traheren-
tur ad suprema Tribunalia, *Osasc.
d. decis.* 78. *num.* 12. *& seqq.* post
Host. in summ. de for. compet. cuius
meminit *Thes. d. cap.* 91. *num.* 6. in-
quiens ipsum egisse de materia in
suis centurijs feudalibus, *Io. Vinc.
Ann. sing.* 62. *in princ.* dum inquit
Ba-

16 Baronem non prohibere vassallos,
nè adeant regia Tribunalia, nisi in
præ udicium suæ iurisdictionis, nam
non video, quo alio titulo possit
prohibere, nisi quia dum habet con-
cessam iurisd ctionem primarum, &
secundarum causarum, in proprie-
tatem, si omittitur Iudex secunda-
rum causarum, & adeuntur per vas-
sallos regia Tribunalia per saltum,
cui dubium quod præiudicatur Ba-
roni in sua iurisdictione? vndè dum
Ann. d. singul. 62. in fin. tradit fe-
cisse determinare in Officialibus
Serenissimæ Reginæ Poloniæ, quod
sinant vassallos Gruptul:arum adire
17 regia Tribunalia, intelligi debet in
eo casu, quo non fit Baroni præiu-
dicium in sua iurisdictione, id quod
est de indubitabili. Est benè verum,
quod consueuerunt Barones expe-
diri facere prouisiones à Supremo
Collaterali Consilio, quod vassalli
18 non adeant regia Tribunalia per
saltum, sub pæna, quæ postmodum
applicatur Baroni, meminit *Barbat.
de diuis. fructuum, par. 1. cap. 2. nu. 71.
& seq.* vbi adducit *Capibl. de Baron.
prag. 3. num. 129.*

SVMMARIVM.

1 *AVthor Aduocatus Montis Familiæ Caracciolorum se excusauit à patrocinando contra Caterinam Caracciolam matrem V. I. D. Iulij Cæsaris Caraccioli, Aduocati.*

2 Iulius Cæsar Caracciolus *Aduocatus eximius laudatur.*

3 *Læsio enormis, vel enormissima, minimè sufficiens est ad rescindendam transactionem.*

4 *Transactio nihil aliud continet, quàm discessum à lite.*

5 *Transactio extinguit litem tanquam iureiurando, & reiudicata fuerit sopita.*

6 *Transactio, quod rescindatur prætextu enormis, vel enormissimæ læsionis, plures Authores afferuntur.*

7 *Practicorum pertinacia dicitur affirmantium transactionem rescindi prætextu enormis, vel enormissimæ læsionis.*

8 *Transactionem non rescindi prætextu enormis, vel enormissimæ læsionis plures Europæ Senatus determinarunt.*

9 *Transactio habet oculum ad futurum iudicium, eiusq; incertitudinem.*

10 *Calumnia manifesta, si appareat Aduersarium subtraxisse instrumenta, vel probationibus impedimento fuisse semper transactio est rescindenda.*

11 *Opinio tenentium transactionem esse rescindendam prætextu enormis, vel enormissimæ læsionis, est improbanda.*

12 Matthias Berlich *sustinet opinionem, quod transactio debet rescindi sub prętextu lęsionis, si dimidium excedat.*

13 *Læsio in transactione, an sit nutrienda inspecto tempore transactionis, vel dubio litis euentu.*

14 Matthias Berlich. *pluribus in casibus limitat suam opinionem, quod transactio continens læsionem vltrà dimidium, possit rescindi.*

15 Author *amplectitur opinionem, quod transactio nullo prętextu lęsionis possit rescindi, quando habitus fuit respectus ad dubium litis euentum in lite tam mota, vel mouenda. Itaque se iudicaturum profitetur, nu. 18.*

16 *Neapolis abundat insignibus causarum Patronis, Peritisq; Notarijs.*

17 *Renunciatio omni exceptioni doli cum iuramento, vbiq; & semper etiam à mediocriter versatis Notarijs apponi consueuit.*

AR

ARGVMENTVM.

Transactio sub prætextu læsionis enormis, vel enormissimę inspecto dubio litis euentu, an possit rescindi? queuè verior, tutior, & receptior fuerit opinio in Supremis Europę Tribunalibus practicata? quiquè Doctores, vni, vel alteri, affirmatiuę, vel negatiuæ inhæserint opinioni?

OBSERVATIO IV.

EXistente *Me* Aduocato causarum Montis Familię Caracciolorũ, Magnif. Catarina Caracciola adscripta inter mulieres dotãdas à Mõte prædicto, qui in eius erectione destinauit duc. quatuormille singulis puellis de Familia contracto matrimonio, cum nonnullis tamen pactis, & conditionibus adimplendis, quarum vna deficiente, fuit statutum inter Frectores Montis prędicti minimè maritagiũ fore exoluendum, exegerat duc. bismille per viam transactionis (obijcebatur etenim Catarinæ, quod conditiones non adimpleuerit) institit postmodum in Sacro Consil. condemnari Montem ad solutionem aliorum duc. bismille, sub prætextu, quod in transactione fuerat læsa enormissime, vel saltim enormiter, dum dimidium quantitatis debitæ pro maritagio, dimisit, quod sanè iudiciũ ad manus meas peruenit patrocinandũ iudicio iam instructo, ac (vti Pragmatici inquiunt) compilato processu, & dum de expeditione agebatur ad relationem Dom. mei Cõsiliarij Didaci Varelæ Sac. Conf. Decani, causæq; Commissarij, excusatum *Me*
2 habui, & patrocinium præstare renuebam, ex quo causa tangebat interesse propriũ Collegæ mei Dom. Iulij Cæsaris Caraccioli filij ipsius Catarinæ, qui à prima adolescentia specimen virtutis maximum dedit, legalique disciplinæ adeò impensè addictum se præbuit, vt praxi forẽsi non minùs deditissimum se ostenderit, qui summo studio, & diligentia in clientum iuribus tutandis, toto incubuit animo, vir sanè vita integer, & prudens, placidissimus, humanitate incredibili præditus, causarum defensor egregius, cuius probitatis, & doctrinæ rumor, cum ad Regem nostrum munificentissimum peruenisset, in Consiliariorum numerum designauerat, & omnes futurum propediem Officialem augurabantur, & exoptabant, quando immatura morte præuentus diem suum clausit extremum, non sine ingenti omnium mærore (Hæc est rerum humanarum vicissitudo) at Sac. Conf. iniunxit mihi, vt à patrocinando eiusmodi causam non abstinerem, stante quod Aduocati munere fungebar in causis omnibus Montis prædicti, qua de re excitaui *Ego* in Aula articulum pro iuribus Montis tutandis, quod Pars deficiebat in salutari, nam ad transactionem annullandam, siue rescindendam,
3 quæcumq; effingarur læsio, vel enormis, siue enormissima, minimè sufficiẽs erit, ex *tex. in l. in summa 65. in princ. ff. de condict. indeb l. 6. C. de iur. & fact. ignor. l. intentio 23. C. de transact. l. nam postea, §. 1. ff. de iureiur. l. non minorem* 20. *C. de transf.* argumento ducto à simili de re iudicata, & transactione, *l. huius 78. §. Hæres*, qui est formalis, *ff. ad Trebell. l. si pro fundo 33. C. de transact. & l. sub prætextu* 19. *C. eod. tit. l. vnic. à contrario*

trario ſenſu, *C. de error. calcul. l. lege poſt diuiſionem* 13. *C. de furt. l. interpoſitas* 13. *C. de tranſ. l. à Diuo Pio* 15. *§. Si pignora, ff. de re iud. l. quod ſi deferente* 22. *ff. de dol.* quæ omnia iura ad id fusè expendit *Anton. Merend. controuerſ. iur. lib.* 6. *cap.* 21. *ex nu.* 2. idq; ſuaderi ex *tex. in l. odioſas* 3. *C. de plus petition.* inſinuat *Dom. Io. Bapt. Larr. deciſ. Gramat.* 68. *num.* 5. verſ. *Sed contraria*, inquiens nequidem
4 prætextu læſionis enormiſſimæ poſſe tranſactionem reſcindi, eo quod ſtatim ac tranſigitur, nihil aliud cõ-
5 ſideratur, quàm à lite diſcedere, quando iudicium inchoatum fuit, & id ſuper quo tranſactum fuit omninò extinctum redditur tanquam re iudicata, & iureiurando, ſicuti poſt *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 5. *num.* 218. *Fachin. controuerſ. iur. lib.* 2. *cap.* 26. *Padill. in l.* 2. *num.* 23. *in fin. C. de reſcind. vend. Morl. in empor. iur. q.* 2. *num.* 6. tenet *Larr. loc. cit. num.* 6. & 7. vbi plenè ad id enucleat *tex. in d. l. Lucius* 78. *§. fin. ff. ad Trebell.* vbi gloſ. verb. *poſſe*, ibi, *aliàs ferè omnes tranſactiones reſcinderentur* conſimilis *gloſ. in cap. cum cauſam*, verb. *reſtituerent de empt. & vend.* quam ibi ſequuntur *Innoc. Io. Andr. Anchar. & Barbat. Panormit. lib.* 2. *conſ.* 12. *Cyn. Salyc. Bald. Alex. Aret. Guid. Pap. Soccin. iun. Corn. Ruin. Dec. Gomez. Gram. Pariſ. Bero. Alciat. Crau. Alba. Rol. Maurit. Gayll. Menoch. & Plot.* quos refert *Fachin. d. lib.* 2. *cap.* 26. *in princ. Gregor. Lopez in l.* 34. *gloſ.* 2. *Matthien.* innumeros pro vtraque parte referens in *l.* 1. *tit.* 11. *gloſ.* 8. *num.* 53. 54. & 55. *lib.* 5. *Recopil. Guttier. practicar. lib.* 2. *cap.* 41. *Reg. Valenz. conſ.* 175. *num.* 24. & poſt *Treutler. ſelectar. iur. interpret. de tranſ. theſ.* 5. *q.* 57. *Dom. de Franch. dec.* 159. *num.* 7. *Mynſing. obſer.* 91. *centur.* 6. *Afflict. deciſ.* 220. *num.* 3. *Peguer. deciſ.* 167. *num.* 3. aliosq; plures, tenet *Larr. d. dec.* 68. *nu.* 10. *per tot.*

Dixerunt Domini rem non eſſe
6 claram, ſed ancipitem, ex ijs, quæ DD. ſparſim pluribus in locis adduxerunt nedum in *l. Lucius* 78. *§. fin. ff. ad Trebell. in l.* 2. *C. de reſcind. vend. in l. ſi quis cum aliter, ff. de verb. obl. & in cap.* 1. *de tranſ.* verum etiam ex dictis per *Iaſ. in d. l. ſi quis cum aliter n.* 13. *Anton. Gabr. de empt. & vend. concluſ.* 1. *num.* 68. & 69. *Menoch. conſ.* 451. *num.* 157. *& ſeq. & conſ.* 1111. *à num.* 58. *& à num.* 76. *Pinell. de reſcin. vendit.* 1. *par. cap.* 4. *num.* 14. *cum ſeqq. Surd. conſ.* 451. *num.* 9. *Fachin. lib.* 2. *controuerſ. cap.* 26. *Iacob. Gall. conſ.* 117. *num.* 9. *Anton. Fab. de errorib. pragmaticor. decad.* 8. *error.* 10. *Decian. conſ.* 56. *à num.* 66. *lib.* 4. *Rot. Rom. dec.* 625. & 715. & *dec.* 461. *par.* 1. *in collectis per Farin. Paul. Chriſtin. deciſ. Belgic.* 288. *à nu.* 4. *vol.* 1. *Anton. Bellon. conſ.* 77. *num.* 16. & 17. *Camill. Larath. conſ.* 112. *nu.* 40. *Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 26. *tit.* 9. *num.* 23. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 788. *nu.* 1. *& tom.* 5. *cap.* 867. *nu.* 4. *Fontanell. de pact. nuptial. tom.* 1. *clauſ.* 4. *gloſ.* 9. *par.* 5. *à nu.* 199. *cum ſeqq.* quos ſeriosè recenſet *D. Anton. Cabrero Auend. in ſua Methodic. delineat. de metu, lib.* 1. *cap.* 18. *nu.* 23. alijque recenſiti per *Merend. d. cap.* 22. *in princ.* & *per Larr. d. deciſ.* 68. *nu.* 1. 2. & 3. qui poſtmodum *ex nu.* 9. *& ſeqq.* obiurgans opinionem affirmantium reſciſſionem ex læſione enormiſſima dari etiam in tranſactione, *d. nu.* 10. *circa fin.* adducit *Schifordegher. ad Anton. Fabr. lib.* 2. *tractat.* 25. *in princ.* vbi
7 inquit hanc eſſe practicorum pertinaciam, vtpotè qui contra iuris expreſſas rationes, & deciſiones inſiſtunt, nam id expreſsè prohibitum
8 tradit apud *Gallos, Pedemontanos, Saxones, & Imperiales*, ac idem ſeruari in *Hiſpania* fidem præſtat *Hieronym. Ceuall. commun. contr. comm. q.* 72. *tom.* 1. vt iure optimo inter communes contra communes opiniones hanc conſtituerit quæſtionem, & neruosè negatiuam opinionem de-

defendit *Anton. Fab.* incusans contrarium errorem, *de errorib. Pragmaticor. decad.* 8. *error.* 10. qui pariter tradit ità sancitum in *Gallia*, *& Sabaudia*, plures alios recenset *Francisc. Barry de successi. testati, & intestati, lib.* 16. *tit.* 10. *per tot.* Hackelman. *Illustr. quæstt. q.* 2. *thes* 21. *Tilaman. disput.* 8. *thes.* 27. *Besold.* qui omnibus fundamentis, quæ in contrarium adduci possunt, satisfacit in *deliberata iuris continentia, ex lib.* 2. *Pandect. q.* 21. *per tot.* quorum nonnullos recenset *D. Larr. d. dec.* 68. *nu.* 10. *& in fin.* vbi his verbis determinationem Senatus recenset, *In quo opinionum conflictu, eam semper veriorem censui, & contra receptum aliquorum praxim pluries in Senatu iudicaui læsionem, nec dum enormem, verum enormissimum locum*
9 *non habere in transacti one, quæ interponitur in lite iam mota, vel proximè mouenda, quando in transactione habetur ratio futuri iudicij, à quo transigendo cessatur, ità vt lex nostra* 34. *tit.* 14. *par.* 1. *ad literam obseruari oportet, & nisi*
10 *manifesta calumnia appareat Aduersarium subtraxisse instrumenta, vel probationibus impedimento fuisse, semper transactio est sustinenda, & ità Senatus noster decreuit*, quàm determinationem pluribus etiam de more comprobat ex *num.* 12. *d. dec.* 68. vers. *Qua decisio*, & licèt prædictorum immemor *Auendan. in loc. tit.* tamen ex *nu.* 24. vers. *Re tamen diligentissimè pensata*, punctualiter tradit, ob nullam læsionem, transactionem, rescindendam esse, adducens iura prædicta in *princ.* à nobis adducta, quæ mirificè explanat ad hanc comprobandam sententiam, & *à nu.* 32. vers. *Nec nostra* occurrit *tex. in l.* 2. *& in l. si voluntate, C. de rescind. vend. & l. si quis cum*
11 *aliter, ff. de verbor. obl. & l. si superstite* 5. *C. de dol.* subdit *num.* 41. *in fin.* contrariam sententiam esse repudiandam, cum iuri nostro non sit consona, & litium materiam non leuem præstet.

Est tamen adeundus in materia
12 insignis *Iureconsul. Matthias Berlich. practicabil. conclus. par.* 2. *concl.* 42. *per tot.* præsertim *num.* 4. *&* 6. vers. *Ego quidem*, vbi eam amplectetur opinionem, quod transactio ob enormem, & immodicam læsionem, quę dimidium excedit, rescindi debeat, itaque in foro Saxonico hodie decisam esse opinionem tradit, adducẽs *Dauiel. Moll. in* 2. *par. constit.* 34. *post princip. Matth. Coler. cons.* 8. *num.* 6. *&* 38. *vol.* 1. *Petr. Heig. par.* 2. *q.* 9. *nu.* 30. *Io. Koppen. dec.* 58. *ex nu.* 5. Quā-
13 do autem transactio ob immodicē læsionem sit rescindenda, quomodo sit æstimanda læsio, an inspecto tẽpore transactionis, vel dubio litis euentu? declarat *Berlich. loc. cit. num.* 20. inquiens hoc esse magnum dubium, & *nu.* 16. vers. *Præterea* appro-
14 batam ab ipso sententiam, restringit pluribus in casibus.

Primò: si super ipsa læsione fuerit transactum, nam tunc transactio ob læsionem etiam enormissimam non retractatur, allegans *Constit. Saxonic.* & ibi *Dauiel. Moller.*

Secundo: si quis læsionem vltra dimidium sciuerit, vel transactio authoritate Principis, & superioris est facta, vel ex interuallo ratificata, nam tunc transactio ob læsionẽ immodicam, nequidem rescinditur, adducens K*oppen. d. dec.* 58. *num.* 17. *ad* 26.

Tertio: si transactio est facta ex certa scientia, & adsunt verba generalia liberationis ex quacunq; causa, & renunciarunt transigentes omni exceptioni doli cum iuramento, nam tunc transactio ob enormissimam læsionem, nec rescindetur ex *Alex. cons.* 42. incip. *Super præmisso n.* 1. *& seqq. per tot. lib.* 1. *Cardin. Tusc. tom.* 8. *practic. conclus. lit. T. concl.* 353. *nu.* 5. *& seqq.*

15 Sed aridet mihi potius ea opinio, vt nulla attenta læsione, queat transactio rescindi ex præcitatis, quæ

aug-

augmentum recipit ex reſtrictioni-
bus prædictis traditis à *Berlicb.* Nuſ-
quam etenim legi contractum tran-
ſactionis, in quo non ſit tranſactum
ſuper læſione ipſa, vel quod non
adſint verba generalia, & prægnan-
tia includentia omnem caſum cum
renunciationibus, præſertim in hac
florentiſſima Ciuitate Neapolis, in
qua Periti ſunt Notarij, qui de faci-
li non errant ſecundum *Dom. de*
Franch. dec. 302. *num.* 7. & inſignes
cauſarum Patroni omnigena eru-
ditione, & doctrina prædíti, quorũ
conſilio eiuſmodi contractus cele-
17 brantur: Vltra quod renunciatio
omni receptioni doli cum iuramen-
to, vbique, & ſemper etiam à me-
diocriter verſatis Notarijs apponũ-
tur, vndè *Berlicb.* noſtram potius ſu-
ſtinet aleam, non impugnat, itaque
conſultus reſpondi non ſemel, & ſi
iudicandi munere fungeretur, haud
18 hæſitanter, ita merum præberem
calculum. Hoc tamen ſub ſilentio
non obruam, quod dum pauca ex
prædictis Dominis iudicantibus in-
ſinuaſſem, & ad notitiam Partis de-
neniſſet, non fuit de negotio actum,
& forſitan, nec tot ſe implicaret ſco-
pulis eruditiſſimus ille Collega no-
ſter, expeditioni minimè vacauit.

S V M M A R I V M.

1 AFflictus decisionem 150. *formauit ex voto ſuo, ſicuti ipſemet ibi teſtatur.*
2 *Debitor moroſus ſoluens alteri, quàm debitori, iuſſu Magiſtratus, non liberatur, ſecus verò ſi moroſus non fuerit.*
3 *Debitor moroſus, ſi fuit infra tempus purgandi moram, intra quod coactus ſoluit iuſſu Magiſtratus, liberatur.*
4 *Solitum excuſat à mora.*
5 *Debitor tenetur ex culpa ſua indemnem creditorem præſtare de iure, & æquitate ratione damni emergentis.*
6 *Debitor moroſus, ſiue genus, ſiue ſpeciem debeat, ſi fuerit coactus ſoluere alteri, quàm vero creditori iuſſu Magiſtratus, non liberatur.*
7 Gaſpar Theſaur. qq. forenſ. lib. 2. cap. 54. *obiurgat* Afflictum in deciſ. 150.
8 *Aequitas non fugerit, vt quis ex culpa ſua damnum ſentiat.*
9 *Mora vera inducitur poſt interpellationem, ſiue petitionem.*
10 *Mora debitoris ſibi debet eſſe nociua.*

A R G V M E N T V M.

Debitor, qui iuſſu Principis, vel Magiſtratus ſoluit alteri, quã vero creditori, an liberetur? & quæ debeant concurrere, vt nequeat amplius moleſtari? *Affl. deciſ.* 150. impugnatur à *Theſaur. iunior. qq. forenſ. cap.* 54. *num.* 4. *lib.* 2. & qua ratione?

OBSERVATIO V.

1 AFfl. luculenter in *deciſ.*
150. quam formauit
ex eius voto (vti *Ipſe*
teſtatur ibi *num.* 2. *in*
fin.) diſtinguens plu-
2 res caſus in debitore moroſo, vel nõ
moroſo, vt in primo caſu non ſit li-
beratus, in ſecundo verò ſit, facit
3 tertiam, & quartam concluſionem,
quod ſi debitor fuit in mora, verum
erat intra tempus purgandi moram,
intra quod iuſſu Magiſtratus fuit
coactus, vt alteri ſolueret, perindè
habetur, ac ſi non eſſet in mora, &
ex conſequenti liberatus, ex diſpo-
ſitione *tex. in l. Sancimus, C. de fideiuſ-*

C *ſor.*

ſer. & per id quod voluit *Bart. in l. qui ob rem, ff. de condict. indeb.* in 4. *concluſione* pariter affirmat, quod debitor ſoluens iuſſu Magiſtratus, cui nō poterat reſiſtere, & pecuniam illam debitam poſt d'em ſolutionis faciēdæ, erat ſolitum, quod illi penès ſe retinebant pro expenſis occurrentibus in adminiſtratione officij, ſi ipſam pecuniam ſoluerunt, ſunt li-
4 berati, etiam quod fuerint in mora, quia illud ſolitum excuſat eos à mora, *arg. ff. de petit. hæred. l. Sed ſi lege, §. quod autem, ff. de acquir. hæred. l. cum quidam, ff. de acquir. hæred. l. qui foueas, ff. ad l. Aquil. l. qui Semiſſes, §. quæſitum, ff. de vſur. & l. ità conſtante, ff. de iur. dot. Ang. conſ. 311. in 2. col.* & videtur approbare *Cæſar Vrſill. in addit. ad d. dec. Affl. num. 15. & 16.*

At in caſu currenti contrarium reſpondit *Theſ. inn. quæſtion. forenſ. lib. 2. cap. 54. n. 4.* verſ. *Verum Ego,* quod ſcilicet debitor moroſus non liberatur ſoluendo pecuniam alteri, quàm vero creditori etiam virtute iuſſus Magiſtratus, ea nempè ratione, quia ſaltim ratione damni
5 emergentis tenetur debitor ex culpa ſua, indemnem creditorem præſtare de iure, & æquitate, ſiquidem inficias iri non poteſt, quod ſi in tem-
6 pore debitor ſoluiſſet, non fuiſſet creditor priuatus ſuo credito, iuſſu Principis, vel alterius Magiſtratus; in quam ſententiam iuit *Imol. in l. creditor. ff. de ſolut.* & poſt eum *Bar-*
7 *bat. conſ. 26. col. 3. in 3.* id quod in omni caſu procedere, ſiue debitor eſſet generis, ſiue ſpeciei, voluit *Imol. loc. cit.* data mora ex parte de-
8 bitoris, qua de re improbat apertè *Theſaurus, d. cap. 54. num. 4.* verſ. *Cuius tamen, Affl. in d. dec. 150. in 3. & 4. concluſ.* inquiens, quod licet æquitas ſubſit ex parte debitoris, nè iterum ſoluat, quod ſemel inuitus ſoluit, tamen ſtante culpa propter moram ſuam, non eſt æquum, nec iuſtum, vt ex illa culpa damnum ſentiat credi-
9 tor, loquendo tamen in mora vera, quæ per interpellationem, vel peti-
10 tionem inducitur, *l. mora. ff. de vſur. l. ſi ex legati cauſa, l. ſi inſulam, ff. de verb. oblig. l. nulla, ff. de regul. iur. l. quod te, ff. ſi cert. pet. l. magnam, ff. de contrahen. ſtipul. Anton. Pichar. de mora num. 45. Io. Bapt. Larr. dec. Granaten. 49. num. 12. Ger. Spin. conſ. 32. num. 3. Reg. Valenz. conſ. 16. num. 23. Burſat. conſ. 179. num 67. in 2. Rim. iun. conſ. 234. num. 283. Pedroc. conſ. 1. nu. 170. & 256 in 1. Surd. conſ. 150. num. 98. conſ. 157. nu. 1. Menoch. conſ. 384. num. 11. conſ. 611. nu. 26. & conſ. 1153. n. 17. & 18. Giurb. obſeru. 1. n. 3.* itaq; iudicaſſe *Senat. Pedemontanum* fatetur *Theſaur.* ibi in cauſa *quorundam de Mirabello ipſo referente de anno 1608. die 11. Septembris,* quæ ſententia in gradu reuiſionis fuit per *eundem Senatum* confirmata, *referente Goueano de anno* 1609. *Menſe Februarij,* vt *Theſ.* fatetur *d num. 4.* verſ. *Et præterea in fin.* cui aſſentire videtur *Boſſ. tit. de debitor. num. 3* verſ. *Aduerte*, referens ità pariter fuiſſe iudicatum, quibus meum præbeo
11 aſſenſum, mora etenim debitoris ſibi debet eſſe nociua, quia dolum ſapit, ex dictis per *Menoch. conſ. 132. nu. 8. & conſ. 1027. num. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſoluens ex præcepto Iudicis, non excuſatur etiamſi fuerit coactus, niſi tamen reſtiterit, & oppoſuerit.*
2 *Coactus, & inuitus ſoluere non dicitur, qui præcepto Iudicis non reſtitit, & ſe oppoſuit.*
3 *Debitor quando dicitur coactus, ſoluiſſe iuſſu Superiorum.*
4 *Iudex procedens per viam iuris contra debitorem, vt ſoluat alteri, quàm vero creditori, non dicitur ſoluentem coegiſſe.*

5 De-

5 *Decretum Iudicis procurare debet debitor, vt cautius soluat, alij, quàm creditori.*

6 *Debitor iussu Magistratus soluens alteri, quàm vero debitori, contradicens, & resistens, non tenetur iterato soluere, si Iudex oppositis per ipsum non obstantibus, iusserit solutionem.*

7 *Iussus Iudicis absque contradictione, & prouisione super contradictione, non parit liberationem.*

8 *Debitor iussus soluere alteri, quam vero creditori, non rectè soluit, nisi restiterit, & se opposuerit, nè exigatur etiam appellando, & resistendo vsq; ad carcerationem exclusiuè.*

9 *Diligentiam aliquam debet demonstrare debitor, nè exigatur ad soluendum alteri, quàm vero creditori iussu Magistratus, alioquin non excusatur, maximè existente debitore ipso moroso.*

10 *Debitor morosus, quomodo excusetur à solutiione facta alteri, quàm vero creditori, iussu Magistratus? quiduè teneatur efficere?*

11 *Debitor si non fuit in mora soluendi, si iussu Superioris cogatur soluere alteri, quàm vero creditori, vt excusetur, sufficit simplex denunciatio facta creditori, vt dicatur liberatus.*

12 *Inuitus soluere debitor semper dicitur, quando Superior nullo iuris ordine seruato ipsum cogit, nam tunc statim dicitur liberatus, secùs verò si iuris ordine seruato procedatur, nam eo casu tenetur quamplures diligentias adhibere, ad hoc vt excusetur.*

13 Decisio Supremi Collateralis Consilij, *adducitur in causa* Ill. Ducis Roseti, *cum fratribus* de Garofalo.

14 Dom. Regens Matthias Casanate, *laudatur.*

15 Author *qualiter consuluit debitoribus soluentibus iussu Magistratus alteri, quam vero creditori, nè iteratò cogerentur ad soluendum, vbi casus decisi enarrantur.*

ARGVMENTVM.

Debitor, vt censeatur liberatus ob solutionem factam alteri, quàm vero creditori, iussu Magistratus, quomodo, qualiterque, se gerere debeat in opponendo, replicando, & resistendo? quamq; nouam, & reiteratam prouisionem expetere debeat, adhoc vt securus existat, nè ad iteratam solutionem faciendam vrgeri possit? queq; sit differentia inter debitorem morosum, & non morosum circà diligentias per ipsum adhibendas? Et an procedant in casu, quo Superior procedit iuris ordine seruato, vel sine ordine iuris? Cautelaq; ab Authore traditur nè debitor inquietetur ad iterum soluendum, secundum quam casus quoq; decisi adducuntur, pluraque ad praxim ordinata, nõ inordinatè recensentur?

OBSERVATIO VI.

PRæcedenti, affinis est quæstio, quam modò ingredimur, circa
1 quam reperio *Paul. de Castr. in l. 1. C. si aduers. solut.* dicere, quod debitor soluens ex præcepto Iudicis non excusatur, etiamsi fuerit coactus, nisi tamen

restiterit, & apposuerit, nam aliàs
1 non dicitur coactus, & inuitus soluisse per *tex. in l 2. in princ. ff. de iud. cum concordan.* adductis per *Dec. cons.*
3 *17. num. vol.* 3. quod dictum *Paul. de Castr.* reputat singulare *in d. l. 1.* cuius meminit *Gomez. variar. resol. tit. de restit. minor. cap.* 14. *nu.* 4. vers. *Septimò infertur*, verb. *Quod tamen intellige*, vbi allegat *Bart. & alios in l. ait Prætor*, §. *permittitur*, *ff. de minor.* vndè *Dec. in cap. si de terra de priuileg. in fin.* quod est opus impressũ inter *Repeten. Canonicos*, sicuti aduertit *Præs. de Franch. dec.* 107. *nu.* 10.
4 fecit hanc distinctionem, aut etenim debitor fuit coactus expressè per Superiores ad soluendum, & dicitur inuitus, & coactus soluisse, aut soluit ex mandato Iudicis per viam iuris procedentis, & non contradicat, & hoc casu non dicitur coactus, & inuitus soluisse per *tex. in d. §. permitti-*
5 *tur*, vndè cautius est semper procurare decretum Iudicis ad *tex. in d. l. vltim.* §. 1. *ff. de solut.* quem *tex. aureum* ad hoc, dicit *Lancell. in l. Præses in fin. C. de transf.* pulchrè *Curt. in l. 2. ff. de iud.* quibus allatis refert *Præs. de Franch. dec.* 107. *num.* 10. in casu de quo agebatur in Sac. Conf. eò quod Iudex per viam iuris processit, & debitor allegauit id quod allegare ei incumbebat, & non fuit admissus, fuisse determinatum ipsomet Præside, tunc causæ Commissario, referente, debitorem non te-
6 neri ad iterum soluendum, & in *dec.* 206. *num.* 12. *in fin. & num.* 13. eandem firmat sententiam per *tex.* vbi *glos. in d. l.* 1. *C. si aduers. sol. & in d. l. ait Prætor*, §. *permittitur*, dummodo tamen debitor contradixerit, & cõtradictione non obstante, Iudex mandauerit, & cum *glos.* transeunt *Bart. Bal. Paul. de Castro, Fulgos. Aretin. & Iacobin. in d. l.* 1. & hoc pro regula ponere, *Soccin. in regu.* 163. notat *Dom. de Franch. d. decis.* 206. *nu.* 13. *in fin.* adducens pariter *Ruin. cons.* 159. *per tot. in* 2. & faciunt dicta (licèt obiter) per *Dom. de Franch. dec.* 119. *num.* 18. *& dec.* 623. *nu.* 24.
7 ibi, *quia iussus Iudicis absque contradictione, & prouisione super contradictione, non parit liberationem*, quibus arridet *Reg. Rou. dec.* 33. *nu.* 18. qui post *Rot. Genua dec.* 33. *num.* 6. *& Guttier. practicar. qq. lib.* 1. *cap.* 81. *num.* 11. *cum seqq.* tradit debitorem ad hoc, vt excusetur soluendo alteri, quàm
8 debitori, non liberari ex solo præcepto Iudicis, nisi diligentiam adhibuerit pro euitanda solutione, etiam appellando, ac resistendo vsque ad carcerationem exclusiuè, *Thes. iun.*
9 *quæstion. forens. lib.* 2. *cap.* 54. *num.* 5. prædictis annuens, inquit debitorem saltem teneri præstare diligentiam aliquam, nè exigatur, maximè existente debitore ipso moroso, ex dictis per *Menoch. de arbitrar. Iudic. cas.* 137. quodque *Senatus Pedemontanus* ità passim obseruat, *Gratian. discept. forens. cap.* 485. *num.* 5. *& seqq. cap.* 636. *num.* 2. *& cap.* 906. *nu.* 1. vbi alios congerit, *Marc. Anton. Thomat. dec.* 108. *num.* 7. vers. *Non obstat.*

His exaratis, placuit mihi semper
10 in practica opinio *Thesaur. iun. in d. cap.* 54. *num.* 5. vers. *Et ideò*, quod sicut debitor est in mora soluendi, & statim ac interpellatur, debet primò denuntiare creditori interpellationem, & indè protestari, & resistere omni modo meliori exequutioni, & recurrere ad Superiorem, & facere omnem diligentiam possibilem, nè exigatur, aliàs non erit per solutionem illam liberatus, itaq; obseruare *Senatum Pedemontanum* tradit, & hanc esse veritatem præconizat; Aut verò debitor non est
11 in mora, & tunc sufficit simplex denunciatio, quàm facit creditori, vt dici possit liberatus ab hoc debito, itaque, inquit, concordari posse contrarias opiniones, quæ tamen restrictionemm patiuntur satis notandam, digitoque alligandam, vt

scil.

12 scil. procedāt in casu quo proceditur per Magistratus iuris ordine seruato, secus verò si solutio fuit ordinata per Superiores nullo iuris ordine seruato, nam tunc dicitur inuitus soluisse debitor, nec ad iterandam solutionem cogi potest, ex dictis per *Dom. de Franch. dec.* 107. *nu.* 10. quo
13 adducto per *Me* vti Aduocatum Ill. Ducis Roseti Adriani Brancia in Supremo Collaterali Consilio, dum impetebatur ab hæredibus Marci Garofali ad solutionem nonnullarum pecuniarum quantitatum, vigore literarum cambij, quos coactus fuit soluere Dux Roseti de anno 1648. iussu Ductoris Exercitus Suæ Maiest. plebicularijs commotionibus Regni durantibus, in odium creditorum, facta relatione per Spectab. Dom. meum Reg. Matth. Casanate virum sanè perdoctum, omnibusq; numeris absolutum, fuit interpositum decretum, q Dux Roseti faceret pro nunc depositū quantitatis prędictę, & respectu prętensorū per illos de Garofalo, & alios in iudicio existentes, fuit datus terminus in causa, votantibus Spectabb. Dominis Regentibus Bernardo Zufia Decano, Ill. Marchione S. Sebastiani Antonio Caracciolo, & D. Hieronymo Garsia; Acta sunt penès *Mag. Antonium Figliola Regiæ Cancellariæ Cancellarium*, secundum quam *Thesauri* distinctionem in facto consultus *Ego* non semel respondi, præsertim pro Illust. Marchionissa Campi, quę plura habebat mādata à diuersis creditoribus Ill. Principis Auetranæ Marchionissæ creditoris, cui se obligauerat soluere nōnullas pecuniarum quantitates pro residuo prætij Terrarum Salicis, & Guagnani, quod non aliter debebat soluere, nisi facta contradictione, & resistentia, adeò quod Iudex iniungeret, quod opposita contradictione non obstante solueret, aliàs exequatur, & ità fuerunt admissæ postmodum solutiones factæ vigore decretorum interpositorum per Magistratus, absque vlla hæsitatione, per Sac. Consil. quæ sunt in praxi diligenter attendenda, nam vidi plures in hoc errare, quibus concinit *Rot. Rom. apud Seraph. dec.* 1019. *num.* 4. & *in recent. par.* 1. *dec.* 354. *num.* 2. & apud *Farin. dec.* 298. *par.* 1. *& decis.* 299. vbi quando solutio dicatur spontè facta.

SVMMARIVM.

1 *Calumnia in Iudicijs, vbiq; DD. exprobrant, & detestantur.*
2 *Dilationes calumniosæ in Iudicijs, quæ mala pariant litigantibus.*
3 Io. Franc. de Ponte, *Aduocatorum sua tempestate Princeps inuehit aduersus calumnias litigantium, ibique merito laudatur, eò quod Religionem ingressus, diem suum obijt.*
4 *Religio Clericorum Regularium laudatur.*
5 D. Francisc. Merlin. Sac. Conf. Præses, *ac titulo Marchionatus decoratus, laudatur.*
6 *Sententia Sac. Conf. ob tanti Tribunalis reuerentiam, antiquitus ad solam intimationem mandati de parendo, finem accipiebant.*
7 *Calumniatorum genus exhorret* Illust. March. Ramon. *Sac. Conf. Neapolitani Præses.*
8 Author *plura tradidit aduersus litigantium calumnias.*
9 *Iudex comminatur pœnam corporalem aduersus calumniatores.*
10 *Pœnæ plures in Regno reperiuntur indictæ contra calumniosè petentes terminos ad probandum, siue intra, siue extra Regnum.*
11 Roberti Marantæ *verba contra calumnias fouentes in iudicijs, ponderantur.*
12 *Iudices mali dicuntur, qui calumnijs as-*

assentiuntur, eisq; fauent in odium paupertatis.

13 *Iudices calumnias fouentes sunt laqueo digni, quia plures depauperant ipsi, quàm Lupi in syluis.*

14 Sacrum Consilium *dicitur summum iusti ia Pretorium in Regnò.*

15 *Determinatio facta per Sac. Consil. in causa Illustris. Ducis Maquedæ reijciendo calumniosè petitam remissionem ad Iudicem Generalem Exercitus petitam per Cæsarem Zattar, recensetur.*

16 *Index videns exceptionem calumniosè proponi, debet eam reijcere, absque decreto, procedendo ad vlteriora, quibusquè iuribus suadeatur.*

17 *Index debet laborare nè lites protrahantur, immò vt breuientur, & releuentur partes ab expensis, & parcatur laboribus.*

ARGVMENTVM.

Iudex videns quem calumniosè petere terminum ad elongandam litem, an in eius impertitione possit præceptum pænale imponere, quod soluat pęnam in casu quo non probauerit? Et an possit ad vlteriora procedere, nulla facta prouisione super exceptione petita?

OBSERVATIO VII.

1 PLena sunt Scribentium folia, quibus Iurgantium calumniæ exprobrantur, detestanturq;, sed adeò nonnulli (proh facinus) calumnijs stu-
2 dent, vt totam vincendi spem in calumniosis reponant dilationibus, qua de re miseri Iurgantes toto penè eorum vitæ curriculo, calumnijs ipsis pertęsi, fato prius cædunt, pauperes iam euasi, quàm litium aspiciant exitum, de quo ad Cælum vsque quærimonias detulit eximius il-
3 le causarum Patronus, imò Aduocatorum sua tempestate Princeps *Io. Francisc. de Pont.* qui tot, tantisq; muneribus non sine admiratione functus, meruit tandem postremum vitæ spiritum, mundanis procul ne-
4 gotijs, in Religione Clericorum Regularium, in qua timoroseconscientiæ Religiosi, natalium splendore, (quodq; magis, ac præcipuum illorum est) doctrina conspicui, vitæq; percelebres, degunt; Professus, ac Sacerdos Supremo Creatori reddere; in *dec. Collater. Cons.* 34. *num. fin.* vers. *Audiui,* & post ipsum *Illust. Do-*
5 *minus meus March. Ramont. emeritissimus Sac. Consil. Præses*, ea qua præstat integritate, ac morum maiestate, non minus maiorum, quàm sua virtute insignis, ex corde, pauperum litigantium ærumnas expertus, anteacti æui Causidicos memorans, eorum obseruantiam, ac reueren-
6 tiam erga Sac. Consil. sententias, collaudans, quæ ex solo mandato de parendo, finem accipiebant, instantis sæculi, & virorum forensi pulueri addictorum, quorum munus est contendentium iurgia tueri, ac miseræ conditionis collachrimans, *in* 2. *centur. controuers. forens. cap.* 52. *num.* 1. satis lepidè contra tale ca-
7 lumniatorum genus inuehit, expenso *Senecæ* placito in 2. *de Ira cap.* 7. quo loci *Iust. Lips. not.*41. *ita fatur. Quare turpiores?* inquit, *quia ignaris scientesq; praua, aut iniusta defendunt, quia fidem, & vocem venalia in fas, & nefas habent, &c.* aliaq; nonnulla adduximus *Nos in Annot. ad Muscat. glos. fin. par.* 3. verb. *Detinebitur, col.* 1. *pag.* 545.

Modò ad quæsitum: quod possit Iudex in casu proposito commina-

ri

ri, etiam pænam corporalem, *tex.* eſt *in l. ſi quis dicat, ff. de manum.* quem ſingularem obſeruat *Robert. Maran. in repet. l. filiusfamilias, §. Diui, num.* 327. verſ. *Poſſet etiam, ff. de legat.* 1. cui repetitioni titulum ipſe inſcripſit *de multipl. alienat. prohib.* quam ſententiam approbarunt *Abb. & Imo. in cap. conſtitutus,* vbi etiam *Petr. de Anchar. de fideiuſſ.* refert *Iaſ. in l. 1. in princ. ff. ſi quis ius dicent. non obtemp.*

10 Indè eſt, quod videmus in Regn. plures Pragmaticas ſanctiones fuiſſe editas contra calumniosè petentes terminos ad probandum, ſiue intrà, ſiue extrà Regnum, de quibus habetur in *tit. de ordin. Iudicior. & in tit. de Offic. Sac. Conſ.* vbi *Reg. Rou.* paſſim enucleat, nec ſpernenda ſunt, quæ tradit *Robert. Maran. loc. cit.* cuius verba hæc ſunt

11 propemodum, *Rogo, & exhortor (vt poſſum) omnes Iudices, vt teneant iſtas practicas ligatas digito, & puniant iſtos maledictos calumnioſos, & periuros, qui non intendunt in alio, niſi in prolongando lites, maximè quando habent aduerſarios pauperes, & operantur, vt per eorum prolongationes deficiant Aduerſarij, & dimittant iuſtas lites, & ipſi calumnioſi locupletentur cum aliena iactura, quod omnis bonus Iudex debet facere, quia multi propter longas lites ad extremam egeſtatem deuenerunt, & coacti ſunt relinquere propriam Ciuitatem, &*

12 *Patriam. Licet multi reperiantur mali Iudices, qui aſſentiuntur huiuſmodi calumnioſis, & eis fauent in odium paupertatis, quæ ſolet ſperni in Iudicijs, cap. pauper. 11. q. 3. qui omnes Iudices, qui*

13 *huiuſmodi operantur, ſunt digni laqueo, quia plures depauperant ipſi, quàm publici latrones in ſyluis.* Hæc *Marant.*

Practicatum itidem ſcio non ſe-

14 mel Sac. Reg. Conſil. Summum iuſtitiæ Prætorium in Regno, agnoſcens calumniosè exceptionem aliquam apponi nulla facta prouiſione ſuper ea, ad vlteriora pertranſite,

15 idq; nuperrimè *Me* patrocinante pro Excellentiſſimo Duce Maquedę in cauſa quam habebat cum Cęſare Zattara, & alijs conuentis in iudicio, adamuſſim obſeruauit, dum inſtructo pluribus ab hinc annis proceſſu ſuper reſtitutione maximę quantitatis piperis, inſtabam *Ego* pro cauſæ expeditione, fuit pro parte ipſius Cæſaris petita remiſſio ad Iudicem Militum Regium Generalem Exercitus, eo quod aſſerebat inter milites equeſtres eſſe adſcriptum, imò ipſorum Ductorem creatum fuiſſe, & ſic totam vim faciebat, vt interloqueretur ſuper exceptione prædicta, ad finem differendi expeditionem, & *Me* oppugnante, nulla habita ratione exceptionis propoſitæ vti friuolæ, & manifeſtè calumnioſæ, proceſſit Sac. Conſil. ad prolationem ſententiæ, condemnando Zattara ad ſolutionem plurium pecuniarum quantitatum, exiſtente Commiſſario Domino Conſiliario Carolo Brancatio, votantibus Dñis Conſiliarijs Marco Antonio Cioffi, (Io. Baptiſta Amendola, & Ill. Duce Cauzani Donato Coppula, adiunctis) & D. Stephano del Carrillo, penès *Actor. Mag. Fabritium Solatium.*

Nec eiuſmodi mea aſſertio deſtituta videbatur iuribus, & Autho-

16 ritatibus, nam pro ea ſtat *Philip. Franch. in cap. cum ſpeciali q. 3. col. 9. ad fin.* verſ. *Primo quando, nu. 23. de appellat. Lap. alleg. 1. nu. 6.* & ibi *Mandoſ.* in verb. *Notorietas, Felin. in cap. accedens el 4. num 6. vt lit. non conteſt. Lancellott. de attentat. cap. 6. num. 24. tom. 5. fol. 340. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 7001. num. 25. tom. 4.* qui adducit quoq; *Burſ. conſ. 21. num. 25. lib. 1. Rot. Rom.* apud *Sanctiſſ. dec. 466. num. 7. & dec. 327. num. 15. Crau. de exception. excep. 24. num. 12.* verſ. *Sic etiam Reg. Rou. dec. 1. in fin.*

Præterquam quod: Iudex debet

17 laborare, nè lites protrahantur, imò breuientur, & releuentur partes ab

ex-

expensis, & paratur laboribus, *cap. finem litibus*, vbi *Canonistæ* communiter *de dol. & contum. cap. 1.* vbi *Ioan. Andr. de appell. in 6. l. properandum*, vbi *DD. C. de iud.*

SVMMARIVM.

1 *Releuij materiam nullibi scriptam inueniſſe fatetur* Andreas de Iſernia.

2 *Releuium fuit inductum ab vſu tantùm.*

3 *Releuij præſtatio, non venit ex natura feudi, neque ex lege feudali, ſed extra feudi naturam, & de rigoroſa conſuetudine.*

4 *Conſuetudo non extenditur.*

5 *Releuij præſtatio fuit introducta in hærede, & ſucceſſore tantùm, ideò non trahitur ad ſimile, etiamſi eadem ſit ratio.*

6 *Conſuetudo loquens in plauſtro vini, non extenditur ad plauſtrum olei, quia eſt contra ius.*

7 *Releuium pro obtinenda inueſtitura feudi, de iure communi non reperitur diſpoſitum, neque de iure feudorum.*

8 *Conſuetudo eſt ſtricte accipienda, qua introduxit ſolutionem releuij.*

9 *Dominus tenetur facere inueſtituram vaſſallo gratis, nulla interueniente mercède, ſine ſolutione aliqua.*

10 *Releuium, dicitur præſtatio à feudo extrinſeca.*

11 *Releuij præſtatio, improbus mos dicitur à feudiſtis Regnicolis.*

12 Andreas Capanus *V. I. D. Patritius Neapolitanus, laudatur.*

13 *Releuij præſtatio apud pleraſque gentes, & Europæ nationes practicatur.*

14 *Doctores, qui de releuio ſunt loquuti, indicantur.*

15 *Releuium ſoluitur ab hærede, non autem à contrahentibus, ſi feudum alienatur in vita.*

16 *Refutatio omnium bonorum feudalium facta in vita, præſumitur fraudulenta, & ſimulata, ideòq; mortuo refutante ſolui debet releuium.*

17 *Releuium ſoluitur in ſignum deuotionis, & reuerentiæ.*

18 *Eccleſia non ſoluit releuium ob mortem Prælati.*

19 *Prælatus non eſt Dominus rerum Eccleſiæ, ſed tantùm adminiſtrator.*

20 *Prælatus aliquando dicitur procurator rerum Eccleſiæ, & aliquando diſpenſator.*

21 *Prælato mortuo non ſoluitur releuium, & de ratione.*

22 *Releuij ſolutio eſt inducta ex conſuetudine laicorum, ideò non præſtatur ab Eccleſia Prælato mortuo.*

23 *Conſuetudo, ſiue ſtatutum laicorum loquens generaliter, non comprehendit Eccleſiam.*

24 *Eccleſia, mortuo Prælato, quibus in caſibus tenetur ad ſolutionem releuij.*

25 *Pactum in conceſſione feudi facta Eccleſiæ, quod mortuo Prælato, ſoluatur releuium, tenet.*

26 *Eccleſia, ſi longo, vel longiſsimo tempore præſtitiſſet releuium, Curia Regis allegato titulo vincit, quia præſcripſit ſolutionem.*

27 *Releuij circa ſolutionem, quæ dicta ſunt in Eccleſia, procedunt etiam in Vniuerſitate.*

28 *Vniuerſitas, ſicuti Eccleſia, ſemper viuit, & perrarò moritur.*

29 *Releuium ab Eccleſia, & Vniuerſitate conſueuit ſolui ſingulis quindecim annis.*

30 *Feudum ſi emitur ab Eccleſia, vel perſona Eccleſiaſtica, debet poni in faciem perſonæ laicæ ad finem nè Curia Regis defraudetur releuijs, deuolutionibus, aliiſq; iuribus ſibi competentibus.*

A R-

ARGVMENTVM.

Releuium ob mortem feudatarii,qualiter fuit introductum in Regno?& an de iure communi Romanorum, vel ab vſibus feudorum, ſeu ab aliqua extrauaganti fuerit de eo quid diſpoſitum? Pręſtatur ab hęrede,& ſucceſſore tantum, non autem à contrahentibus, niſi fuerit in vita facta donatio omnium feudorum, vel refutatio in proximiorē ſucceſſurum, tunc etenim, quia alienatio pręſumitur in fraudem, mortuo refutante ſoluitur à refutatario releuium. Eccleſia mortuo Pręlato, an illud teneatur ſoluere, quibuſquè in caſibus practicetur? Quæque apponi ſoleat clauſula à Cancellaria in expeditione aſſenſus alienationibus feudorum factis perſonis Eccleſiaſticis, nè Regia Curia defraudetur releuio, aliiſq; iuribus illi competentibus?

OBSERVATIO VIII.

NVllibi inueniſſe quid
1 ſcriptum de releuio,
fidem præſtat *Andr. de Iſer.* currus, & Auriga, in materia feudali, *in cap.* 1. §. *Sed & res, per quos fiat inueſtit.* niſi quod ipſe ſcribit in *d.* §. *& in cap.* 1. §. *Simi-*
2 *liter in Hoſtendit. num.* 14. *de Capitul. Conrad.* inquiens ab vſu tantùm loquendi fuiſſe introductum, ad *tex. in l. labeo, ff. de ſupellect. legat.* & quia
3 releuij præſtatio non venit ex natura feudi, neque ex lege feudali, ſed
4 extra naturam feudi, & de rigoroſa conſuetudine, quæ non extenditur, docet *And. in d.* §. *Et ſimiliter nu.* 16. *in addit.* fuit tantum introducta in vno caſu, ſcil. in hærede, & ſucceſſore, cum ſucceditur in feudo, non debet trahi ad ſimile, etiamſi eſſet eadem ratio, ſicuti conſuetudo loquens in plauſtro de vino, non trahi-
6 tur ad plauſtrum de oleo, cum ſit cōtra ius, ex notatis per *gloſ. in l.* 1. *C. quæ ſit longa conſuet.* & odioſa reſtringuntur, *l. cum quidam, ff. de liber. & poſth.* eiuſque dictis annuens *Marin. Frecc. de ſubfeu. lib.* 2. *in* 3. *author. num.* 15. tradit de iure communi non
7 præſtari releuium pro obtinenda feudi inueſtitura, neque lex aliqua feudalis, aut extrauagans impoſuit
8 hoc onus, vndè ſtrictè accipienda eſt Conſuetudo, quæ introduxit ſolutionem releuij, *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verbor. oblig.* quæ adeò vera ſunt, vt *Bal. in cap. quæ in Eccleſiarum, num.* 36. *extr. de Conſtit.* dixe-
9 rit Dominum teneri facere inueſtituram vaſſallo gratis, nulla interueniante mercede, ſiue ſolutione aliqua, *Iacobin. de Sanct. Georg. in inueſtit. feudal.* verb. *qui quidem inueſtiti, nu.* 58. *Schrader. de feud. par.* 6. *cap.* 3. *num.* 24. *Henrich. à Roſental. in ſua*

Synopsi feudal. cap. 6. tit. quib. mod. feud.
acquir. conclus. 66. nu. 3. Borrell. in
10 Summ. deciss. vniuers. Orbis, rubr. 38.
de releuio, num. 1. & 2. par. 1. inquiens
releuium dici præstationem à feudo
extrinsecam, & ex more in Regno
introductum, cuius moris memor
fuit Federicus Imperator in Constitut.
Regn. Post mortem rubr. de nunciand.
mort. Baron. lib. 3. vbi insignis Glos-
sator Marinus de Caraminico, plura
tradit notabilia, huncq; morem fuis-
11 se improbum post Iser. in d. §. Simili-
ter in Hostenditiis, & Frecc. in d. 3. au-
thor. nu. 1. 2. & 16. tenuerunt Ani-
bal Moles Reg. in suis decisionib. quas
ad pennam habemus, tit. de iur. re-
leuior. in princ. & Reg. Reuerter. in de-
cisionibus manuscript. decis. 13. & 29.
par. 5. Præsid. Reg. Camer. Aloys. Mor-
mil. in suis scholiis ad Constit. Post mor-
tem num. 8. Consiliar. Paschal. de virib.
patr. potest. par. 4. cap. 3. nu. 13. & an-
tè ipsum Reg. de Pont. in suis lectioni-
bus feudalib. post deciss. Collater. Cons.
lect. 2. nu. 50. & seq. quem cum lau-
12 de commemorat Dom. Andreas Ca-
panus vir doctus, & laboriosus Pa-
tritius Neapolitanus, qui eius inge-
nij monumenta typis tradita, satis
demonstrat, qua insigni præstat
doctrina, quiquè modo, dum hæc
reuideo, diem obijt suum hoc anno
1649. in absoluto tractat. de iur. releuii,
quæst. 1. num. 5. & per tot. vbi plures
alios DD. conglomerat, de quo re-
13 leuij more apud plerasq; gentes, &
Europæ nationes fuisse obseruantiã
tradit Borrell. loc. cit. nu. 3. & 4. &
idem Dom. Capan. nu. 6. & 7. & sunt
in materia consulendi DD. omnes
adducti per Borrell. & Capan. præ-
sertim Paris de Put. Camill. Salern.
Petr. de Gregor. Intrigliol. Mastrill.
Francisc. de Amic. Reg. de Pont. Reg.
Lanar. Vinc. de Ann. Pres. de Franch.
& Camill. de Medic. in sedibus indica-
tis per ipsos, & Reg. Rou. loc. allegat.
Ex quibus tradunt præcitati Au-
15 thores Releuium non solui, nisi ab
hærede, & successore in feudo, non
autem à contrahentibus si distraha-
tur feudum in vita, idque ob reno-
uationem, & confirmationem inue-
stituræ, Paris de Put. tit. per quos fiat
inuestit. col. 3. vers. An illi, Dom. Reg.
Rou. in d. §. item volumus, nu. 9. vers.
quæ omnia, idq; procedere ex mente
And. in d. cap. 1. §. Sed & res nu. 7. vers.
Vnde semper, subdens num. 10. restrin-
16 gi præfatam conclusionem quando
refutatarius refutaret omnia bona
feudalia, quæ possidet, nam tunc ex
tali alienatione omnium bonorum
feudalium præsumitur fraus, & ani-
mus fraudandi Dominum directum
dicto suo releuio, & non obstante
tali alienatione facta in vita mortuo
refutante, tenetur refutatarius sol-
uere releuium, & est doctrina eius-
dem And. in d. §. Sed et res, nu. 7. vers.
hoc iustum esset, & num. 10. vers. Sed
quando omnia donat. ibiq, tradiderunt
Affl. nu. 25. vers. Primus, nisi tamen
alienatio esset facta in fraudem Ca-
pic. in cap. Imperialem. §. Præterea si quis
infeudatus, col. 23. vers. Et si pater re-
futaret, Iacob. Ayell. de iur. adoha, num.
74. Frecc. in d. author. 3. nu. 17. in fin.
in terminis doctiss. Reg. Camer. Præ-
sid. Anell. Amat. cons. 14. num. 4. & 5.
post Loffred. in d. cap. Sed & res, col. 3.
in fin. post vers. Sed circa hanc Dom. de
Franch. dec. 121. nu. 7. & 13.
17 Imò in signũ deuotionis, & reueren-
tię solui releuiũ, tradit Frec. in d. 3. Au-
thor. n. 3. D. de Franch. dec. 121. n. 7. vbi
plenè Addent. quò fit, vt Ecclesia
18 non soluat releuium ob mortem
Pręlati, quia mos introduxit illud
solui ab hærede, & successore tan-
tùm, secundum Iser. in d. §. Similiter
in Hostenditiis nu. 15. & in d. §. Sed &
res, per quos fiat inuestit. Affl. in eodem
§ in Hostenditiis, nu. 9. Iacobin. in
sua inuestit. verb. Feudum, num. 33.
Ayell. de iur. adhoa, n. 75. Luc. de Penn.
in simili, in l. si diuinæ, nu. 9. cum seq.
C. de exact. tribut. lib. 10. Reg. Rou. in
Commentar. ad prag. 2. de offic. Procu-
rat.

rat. Cæsar. §. item volumus num. 16. Camill de Medic. cons. 55. nu. 20. Dom. de Franch. dec. 121. num. 13. Intrigl. de feu. centur. 2. art. 5. num. 636. & seq. Petr. de Gregor. de concessio. feu. par. 8. q. 16. tit. de iur. releu. nu. 4. Borrell. loc. cit. num. 11. Genuens. practicab. Ecclesiastic. tricenar. 1. q. 21. nu. 1. Dom. Amat. d. cons. 14. nu. 15. num. 5. & 6. adducens *glos. in d. Constit. Post mortem*, verb. *Recepto*, iuncto *tex. d. Constit. D. Capan. d. tract. de iur. releu. q. 28. n. 1.*

Rationem adducit ibi *num* 16. hu-
19 ius conclusionis, quia Prælatus non est Dominus rerum Ecclesiæ, sed
20 tantùm administrator, licèt aliquãdo dicitur Procurator rerum Ecclesiæ, & aliquando dispensator, vndè dum mos introduxit solutionem in herede, & successore tantùm, meri-
21 tò Prelato mortuo non soluitur releuium, & hanc esse clauem totius materię in hoc articulo, eruditè tradit *Dom. Capan. d. q. 29. num. 2. & 3.* post *Genuens. d. q. 21.* Sed aliam rationem adducit *Affl. in d. §. Similiter*
22 *in Hostiendinis nu. 9.* nam, *inquit* solutio releuij inducta est ex consuetudine laicorum, vndè si Ecclesia solueret releuium ex consuetudine laicorum, quod redundaret in damnum Ecclesię, sequeretur absurdum, quod consuetudo, siue statutum
23 laicorum loquēs generaliter, comprehenderet Ecclesias, reluctantibus iuribus apertis in *cap. Ecclesiā Sanctæ Mariæ de constit.* vbi *Canonistæ.*

Perstringitur tamen prelata con-
24 clusio, vt teneatur Ecclesia soluere releuium mortuo Prælato in tribus casibus; quorum

Primus est, si in ipsa feudi
25 concessione pacto cautum esset, vt releuium solueretur quando Prælatus moritur, secundum *Andr. in sæpius citat. §. Item similiter num.* 16. vers. *Item si probaret Curia.*

26 Secundus casus est, quando Ecclesia præstitisset releuium longo tempore, vel longissimo, nam tunc dicitur præscripsisse, vt Curia Regis, allegato titulo, vinceret, *Andr. loc. cit. num.* 16. vers. *Si Ecclesia*, adducens *tex. in l. de vsufructu, ff. de in rem,* vers. *l. 1. §. ductus aquę, ff. de aqua quotid. & æstiu. Frece.* post *And. in d. 3. author. nu. 48. Intrigl. de feud. art. 5. centur. 2. nu. 936. & 627. Petr. de Gregor. de concessio. feu. par. 8. q. 16. tit. de iur. releu. num. 4. Borrell. d. tit. 38. num. 11. Dom. Capan. d. q. 28. num. 8. & seq.*

27 Quæq; dicta sunt in Ecclesia, procedere pariter in Vniuersitate, tradit *Frece. d. author. 3. nu. 49.* quia
28 semper viuit, & perrarò moritur, verùm in Regn. vsitatum est, quod
29 singulis quindecim annis, quando peruenit feudum ad Vniuersitatē, præstatur releuium, & hanc esse etiam formam Cancellariæ quando præstatur assensus, tradit *num. 15. circa med.* vers. *Ideò non fit alienatio feudi in posse Vniuersitatis* & ad finem
30 euitandi disputationes, solet Supremum Collaterale Consilium in præstatione assensus petiti per Ecclesiam, vel Vniuersitatem ementem feuda, apponere clausulam *Dummodò feudum emptum, vel emendum ponatur in caput personę laicę*, & sic vidi *Ego* in pluribus Ecclesijs ementibus feuda practicari, & nouissimè in Monasterio celeberrimo Sācti Martini de Neap. Ordinis Carthusianorum in emptione Terrę Vici de Pantano, quam emit à Marchione ipsius, nam fuit posita in caput Anelli de Martino Rationalis Regię Cameræ Summariæ, & in Reu. Capitulo Ecclesiæ Sancti Nicolai Barensis Protectoris mei, cum Francisco Grisono, circa venditionem iurisdictionis criminalis Terræ Sancti Nicandri, pro quo Capitulo extat 1. *mea discept. forens. in 2. vol.* vbi curiosam, & notabilem determinationem è Supremo Collat. emanatum indicaui, quæ omnia sunt benè notanda, quia quotidiana.

SVMMARIVM.

1 AVthor *ingenij acuendi causa cum theoricis quæsitum formare profitetur.*

2 *Releuium dictum ex eo quod releuat Dominum, cui soluitur, & an sit verum numeris seqq.*

3 *Releuium non est vocabulum iuris, sed originem habet ab vsu, & forma loquendi.*

4 *Vocabula dant vsum, & formam loquendi.*

5 *Releuii solutio releuat vassallum soluentem, non Dominum, cui soluitur.*

6 *Vassallus infra annum, & diem à morte feudatarii renouationem, & confirmationem inuestituræ petere debet, & si fuerit miles infra annum, & mensem.*

7 *Releuium duplicatum soluitur ab hærede, & successore feudi, nisi infrà annum, & diem, vel si Miles infrà annum, & mensem inuestituram petierit, ex munificentia nostrorum Regum, nam de iure communi feudorum, venit priuatio feudi.*

8 *Gratia concessa feudatariis non petentibus renouationem inuestituræ infrà annum, & diem, vel infrà annum, & mensem si fuerint milites, ortum habuit ex capitulo concesso per Regem Petrum in Regn. Sicil. vltrà farum.*

9 *Feudatarius si non petierit inuestituram infrà annum, & mensem, & si fuerit contumax in soluendo releuium post tempus prædictum, amittit feudum, sicuti de iure communi feudorum est dispositum.*

10 *Vassallus releuatur potius quàm Dominus ex solutione releuij, & quæ sit ratio?*

11 *Dominus recipiendo releuium, non habet spem habendi feudum eò quod inciderit in commissum.*

12 Camillus Borrell. in Summ. deciss. Vniuers. Orb. tit. 39. num. 7. *inquiens releuium releuare potius Dominum recipientem, quàm vassallum soluentem, errauit sub fide* Andreæ de Isernia.

13 *Ratio adducta à* Camill. Borrell. *quod releuium releuat etiam vassallum soluentem, eò quod ob renouationem, & confirmationem inuestituræ videtur à Domino honoratus, satis ieiuna est.*

14 *Dominus denegans renouationem inuestituræ successori in feudo, facit illi iniuriam.*

15 Bartoli *opinio* in l. 1. § permittitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu. *communiter est recepta.*

ARGVMENTVM.

Releuium vtrum releuet vassallum soluentem Domino medietatem fructuum illius anni, quo feudatarius diem suũ obiit, ob renouationem, seu confirmationem inuestituræ, vel Dominum recipientem? quauè ratione *Author* recedat ab opinione *Andreæ de Isernia*, nempè quod ex solutione releuii Dominus releuetur, non Vassallus?

OBSERVATIO IX.

1 INgenij acuendi causa
cum Theoricis, eius-
modi formare quæ-
situm, arridet, in quo
2 passim inuenio No-
strates asserere rele-
uium, indè dictum, quia releuat
Dominum, cui soluitur, ità *Andr. de
Iser. in Commentarijs ad Constit. Regn.
Post mortem de nuntian. mort. Baron.
nu.* 30. vers. *Hic sumitur,* inquit aper-
3 tè, *Hic sumitur nomen hoc Releuium,
quia non est verbum iuris, sed est ab
4 vsu, & forma loquendi, quæ dant voca-
bula, ff. de supellect. legat. l. Labeo, quasi*

re-

releuet, & adiuuet Dominum, et in cap.
1. §. Similiter in Hostenditiis num. 3. de
Capitul. Conrad. quem sequitur Marin.
Frecc. de subfeu. author. 3. num. 3. Paris
de Put. in d. tit. de Capitul. Conrad. col.
5. Petr. de Gregor. de concessio. feud. par.
8. q. 16. tit. de iur. releu. nu. 2. Ioseph
Cum. in cap. Si aliquem, verb. Seruitii,
num. 53. quem refert, & sequitur
Intrigl. de feud. art. 5. num. 629. centur.
2. quibus relatis idem tenet Camill.
Borrell. in Summ. deciss. Vniuers. Orbis,
tit. 39. de releu. num. 87. vers. Et hinc.
5 Mihi verò, veriùs videtur, quod
releuij solutio releuat vassallum sol-
6 uentem, ipse etenim, nisi infrà an-
num, & diem à morte feudatarij,
renouationem, & confirmationem
inuestituræ petierit, vel si Miles, in-
fra annum, & mensem soluit dupli-
7 catum releuium ob gratiam, & mu-
nificentiam nostrorum Regum, nam
de iure communi feudorum punie-
batur in amissione feudi, cap. 1. qua
sit prim. caus. benef. amitt. cap. 1. quo
tempor. miles, vbi Episcop. Liparul. Frecc.
d. author. 3. num. 7. Ann. alleg. 65. num.
2. Gram. dec. 103. num. 221. Pres. de
Franch. dec. 121. num. 15. et dec. 426.
num. 1. Iacob. Ayell. de iur. adhoa num.
71. Io. Anton. de Nigr. in cap. Regn. apud
Fogiam num. 26. tit. quid fiet mortuo
Baron. Surd. decis. Mantuan. 221. sub
num. 24. Iacob. Ardizon. in Summ. feu-
dor. cap. 42. et 72. Curt. iun. de feud.
par. 4. num. 24. Reg. Rou. in prag. 2. nu.
7. de Offic. Procurat. Cæsar. Ias. in Epi-
tom. feudor. par. 7. num. 1. et 4. Duaren.
in Consuetud. feudal. cap. 14. num. 2.
Hotoman. in disput. feudistic. cap. 27.
Gulielm. Hannecton iuris feudor. lib. 3.
cap. 1. in princ. vbi Io. Annichorstius
Hartman. Hartman. tit. de feud. cap. 25.
Coler. dec. German. 83. num. 1. Gram.
dec. 52. num. 9. Ann. alleg. 65. num. 2.
Thoming. dec. 52. num. 2. Camill. Bor-
rell. in Summ. deciss. tit. 34. de feud. par.
1. num. 91. et tit. 39. de releu. nu. 26. &
in Commentar. de Reg. Cathol. præstan.
cap. 46. num. 767. Dom. Capan. de iure
releu. par. 1. q. 1. num. 14. & seqq. vbi
8 post Borrellum notat gratiam prædi-
ctam non amittendi feudum ortum
habuisse ex Regno Siciliæ vltra Pha-
rum ad eius imitationem, inibi ete-
nim adest Capitulum Regis Petri,
sub tit. de Notarijs, qui contractum re-
leuij fecerunt, de quo meminit Petr. de
Gregor. de concessio. feud. par. 8. q. 16.
sub num. 16. & si moram non purga-
uerit in soluendo duplicatum rele-
9 uium post contractam contuma-
ciam, tum in hoc Regno nequidem
receditur à iure communi feudorũ,
quia adhuc feudatarius incidit in
feudi amissionem, secundum Loffred.
in sua paraphras. feudal. §. formiter, vers.
Prædictis tamen non obstantibus.
Quò fit: vt potius ex releuij solu-
10 tione releuetur Vassallus, quia non
perdit feudum, nec soluit duplica-
tum releuium, quàm Dominus, qui
11 recipiendo modicum pro releuio,
amittit spem habendi feudum, quod
est multò maioris valoris, quam me-
dietas fructuum vnius anni, vel in-
tegri fructus si soluit duplicatum
releuium, quicquid aliter alij dixe-
12 rint, præsertim Borrell. d. tit. 39. nu.
7. nam sub fide parentis, re non dis-
cussa pertransiuit, licet num. 8. sub-
dubius asseruit posse intelligi pro-
positionem, quod releuet etiam feu-
datarium ex alia tamen ratione
prorsus ieiuna, quia scil. ob renoua-
13 tionem, & confirmationem inuesti-
turæ, videtur releuatus, & quasi de
nouo honoratus à Domino, &c.
Nam si successor est in feudo, qui
14 petit inuestituram, iniuriam illi
Dominus faceret, si illam denega-
ret, ex celebri doctrina Bart. in l. 1.
§. Permittitur, ff. de aqu. quotid. & æstiu.
Tiraq. de retract. tit. 1. §. 1. glos. 15. vers.
Et hæc nota, Dom. de Franch. dec. 123.
vbi Adden. Caldas Pereir. latissimè ad
partes disputans de renouat. emphyt.
q. 8. à num. 15. iuncto nu. 18. cum seqq.
& tot. q. 9. Franc. Viu. comm. opinion.
lib. 4. tom. 1. tit. 44. num. 117. & 391.
vers.

verſ *Poſtremo*, *Trentacinq. variar. reſol. lib. 3. reſol. 5. de iur. emphyt. num. 2. Reg Rou. conſ. 70. num. 13. 14. & 15. et conſ. 39. num. 42. lib. 2. Gamm. dec. 41. num. 1. 2. 5. et ſeqq.* & nouiſſimè materiam pertractans eruditus *Ioſeph Vela diſſertation. iur. cap. 15. per tot.* præſertim *ex num.* 15. verſ. *Sed bis*, vbi refutatis contrarijs, ijſque per veros terminos occurrens, tradit verio-
15 rem eſſe ſententiam *Bartol.* eiuſque Aſieclarum, & *diſſert. 16. per tot.*

SVMMARIVM.

1 AVthor *improbat vulgatum illud Pragmaticorum dicterium*, Poteſt quis torqueri, ergo & foriudicari, *vti nulla iuris diſpoſitione fulcitum.*

2 *Tortura in Regno nõ infertur in omnibus delictis, ſed in ijs tantùm, in quibus venit imponenda pœna vltra relegationem.*

3 *Foriudicatio non procedit, niſi in caſu, quo quis veniret plectendus pœna mortis naturalis.*

4 *Foriudicatio contra eum qui percuſſerat cum enſe, ex qua percuſſione veniebat truncatio manus, fuit reuocata.*

5 *Foriudicatio quibus in caſibus procedere poſſit virtute* cap. Caroli II. *incip.* Siue quis ſit forbannitus.

6 *Pœna mortis naturalis, ciuilis, Abſciſſionis membri, & carceris perpetui, olim operabatur, vt procedi potuiſſet ad foriudicationem, quod tamen hodie eſt immutatum.*

7 *Sententia foriudicationis, quando pro delicto veniebat imponenda pœna citrà mortem naturalem, qualiter olim proferebatur.*

8 *Vulnera non dantur ad menſuram.*

9 *Foriudicationis ſententia hodie proferri non poteſt, niſi in delictis, pro quibus venit imponenda pœna mortis naturalis tantùm.*

10 Cap. Regn. Siue quis ſit forbannitus, *hodie eſt correctum per nouiſsimam iudicaturam Supremorum Tribunalium.*

11 *Poteſt quis torqueri, ergo & foriudicari, quo tempore potuerit practicari.*

12 *Vulgus nonnullos Doctores, poſitiuos appellat.*

13 *Contumacia inquiſiti, non poteſt operari foriudicationem.*

14 Afflictus *dum aſſerit contumaciam inquiſiti operari foriudicationem, reycitur.*

15 *Contumacia non operatur, vt quis poſſit interfici.*

16 *Tortus perſiſtens in negatiua, purgat indicia contra ſe laborantia ante torturam.*

17 *Tortus nedùm purgat indicia, ſi perſiſtat negando in tortura, verùm etiam plenas probationes.*

18 *Tortura non arguit perneceſſè confeſſionem torquendi, ſed dubia res eſt.*

19 *Iudicandum in dubio eſt pro Reo.*

20 *Condemnari quis in criminalibus non poteſt ex præſumptionibus.*

21 *Probationes in criminalibus ad condemnandum, debent eſſe luce meridiana clariores.*

20 *Foriudicari non poteſt is contra quem vrgent indicia, & de ratione.*

ARGVMENTVM.

Vulgatum illud Pragmaticorum Regni dicterium, *Poteſt quis torqueri, ergo & foriudicari*, an iure ſubſiſtat? cuius quæſiti occaſione inſinuatur foriudicationis ſentẽtiam hodie nouiſſima praxi attenta, ac rerum iudicatarum authoritate penſata, non poſſe proferri, niſi iis in crimini-

bus,

bus, pro quibus venit imponenda pæna mortis naturalis tantùm, quicquid retroactis temporibus aliter fuerit obseruatum, vt eiusmodi sententia foriudicationis proferretur, nedùm iis pro delictis, pro quibus vltimo supplicio condemnandus quis veniret, verùm etiam si mortis ciuilis, mẽbri abscisionis, aut exilii perpetui, quiduè in hoc fuerit immutatum post *cap. Regni, siue quis sit forbannitus, sub tit. de foriudioation.*

OBSERVATIO X.

1 COgitanti mihi diutiùs super veritate huius axiomatis, vndique non arrisit, nec pacato sedet animo, tantùmque abest, vt iuris habeat assistentiam, vt potius asseuerare debeam, nullo veritatis munimine sustineri posse, vtq; meum, omnium oculis placitum subijciam, præpono theorema à nemine ex Regnicolis in hæsitationem husq; modo reuo-
2 catum, scil. Torturam in Regno nõ inferri passim in omnibus delictis, sed in ijs tantum casibus, in quibus venit quis plectendus vltra relegationem, ex clara dispositione Iuris Regni in *cap. Tormenta, tit. de tormẽt. & cap. Vt delatas*, quod est postremũ, vbi *Io. Ant. de Nigr. Affl. in Cõstit. Regn. In quæstionib. in 8. notab. & in Cõstit. Si damna clandestina, Paris de Put. de Sindicat.* verb. *Tortura, lo terzo*, vers. *Au in causa pecuniaria, Foller. in practic. crim.* verb. *Panis debitis feriantur, nu.* 64. plenè *Gram. conf. crim.* 15. & *vot.* 15. nonnulla per *Dom. de Franch. dec.* 440. *Gizz. dec.* 26. *Reg. Rou. de iurisd. inuicẽ non turban. nu.* 60. alijq; permulti.

3 Attamen foriudicatio non procedit, nisi in casu, quo quis veniret condemnandus pæna tantùm mortis naturalis, secundum *Affl. in Constit. Pænam eorum, num.* 48. vers. *quarè todecimo requiritur, & in* 12. *notab. num.* 97. vers. *Tertia quæstio*, vbi tra-
4 dit reformatam fuisse sententiam Magn. Cur. Vicariæ, per quam fuit processum ad foriudicationem contra iuuenem, qui fecerat percussionem cum ense, ex qua percussione veniebat imponenda pæna truncationis manus, & declarauerãt, quod non possit occidi, sed percuti, de quo meminit *Caran. super rit. Magn. Cur.* 270. *nu.* 1. *Viu. dec.* 439. *num.* 36. Nam etsi ex sanctione Sereniss. Regis Carol. II. quæ est inter Capitula Regni, & incipit, *Siue quis sit forbãnitus, tit. de foriudication.* quod est 155. sm̃ computationẽ *Io. Ant. de Nig.* confirmans *d. Constit. Pænam eorum*, de-
5 clarantur casus, in quibus procedi potest ad sententiam foriudicationis, vt scil. sint ij, in quibus venit imponenda pæna mortis naturalis, ciuilis, abscissionis membri, vel carceris perpetui; fuit tamen *d. cap.* re-
6 formatum in pęna abscissionis mẽbri, secundum *Affl. loc. cit.* & testatur *Niger in d. cap. nu.* 15. & ità post *Iser. & Affl.* fuisse vltimo loco benè declaratum per Sac. Consil. iunctis omnibus Tribunalibus, fidem præstat *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 1. §. 4. *num.* 48. vndè inoleuit praxis,
7 quando pro delicto veniebat imponenda pæna, citrà mortem naturalem, vt in sententia foriudicationis diceretur, quòd delinquens possit impunè offendi, quando verò erat pæna mortis naturalis, possit impunè occidi, ex qua distinctione, cum plura orirentur grauamina subditis (nam vulnera non dantur

ad

8 ad mensuram, secundum *Iul. Clar. in pract. crim. q. 89 num. 5.* vers. *Sed certè*, vbi *Addent.* allegant *Farin. in pract. crim. q. 135. par. 4. nu. 151. cum alijs seqq.* Gizz. *dec.* mox alleganda, *num.* 2. fuit tandem per Sac. Cons.
9 iudicatum tempore quo præsidebat *Io. Andr. de Curte*, ad foriudicationis sententiam deueniri non posse, nisi pro delictis, in quibus veniret imponenda pæna mortis naturalis tantùm, prout obseruauit *Ill. March. Belmont. Dom meus Reg. Tap. dec. Sac. Conf.* 49. & nouissimè, sic pariter decisum per idemet Sac. Cons. tradit *Gizz. dec.* 13. *num.* 1. iunctis duabus Aulis in Collat. Cons. in quam sententiā concurrit maior pars Dominorum Regentium, & Consiliariorum, & Antiquiores eorum adstrinxerunt fidem, ità passim extitisse semper iudicatum per Sac. Cons & Maiores nostros approbasse, maxima cum maturitate, non obstante d spositio-
10 ne *d. cap. Siue quis sit forbannitus, sub rubr. de foriudic.* & per totam decisionem, in qua plena manu materiā pertractat, quibus addo *Io. Franc. Capibl. Iudicem Magn. Cur.* Dom. Antonij Capiblāchi solertissimi Fisci Patroni Magn. Cur. Genitorem, *sing.* 46. Tot igitur existentibus iudicaturis, non est modò, vt cuipiam de eiusmodi assumpto dubitandi remaneat scrupulus.

Quò fit, vt assumptum illud in
11 ore Practicorum permanens, *Potest torqueri, ergo, & foriudicari* potuerit antiquis tēporibus approbari, quando foriudicatio procedebat etiam in casibus, in quibus veniebat quis plectendus pęna mortis ciuilis, carceris perpetui, & membri abscissionis, secus autem post editas pręfatas decisiones Supremorum Tribunalium, vndè minus verùm reputandum venit assumptum, & ab ore Iurisconsultorum omninò abhortet, volitat tamen per ora eorum Doctorum, quos vulgus positiuos appellat, sicu-
12 ti in simil tradit *Dom. de Franch. dec.* 363. *num.* 3. & conferunt ad materiam, quę tradit *Farin. in pract. crim. q.* 11. *nu.* 18. vers. *Aduerte quarto.*
13 Nec Fisco suffragatur contumacia inquisiti, ad hoc, vt super ea
14 queat foriudicatio fundari, ex doctrina *Affl. in d. Const. Pœnam eorum num.* 20. Nam quicquid inibi *Afflict.* adstruxerit, contrà ipsum fuisse semper iudicatum, testatur *Reg. Rou.* super *pragg. Regn. rubr. de senten. for. iud. num.* 36. in quiens post *Bal. in l. si*
15 *mora col.* 1. *in fin. ff. solut. matrim.* ex sola contumacia neminem debere interfici.

Quinimò, demus casum, inquisitum esse in fortijs Curię, & torque-
16 tur, si persistit in negatiua, purgat indicia contra ipsum ante torturam laborantia, secundum *Abb.* cuius dictum originale fuit in *l. edictum nu.* 2. *ff. de quæstion.* vbi inquit totum mūdum ità seruare, & in *rubr. C. de quæstion. num.* 9. *Capol. cons. crim.* 32. *nu.* 18. vers. *Sed tamen*, *Carrer. in pract. crim. tit. de indic. & tortur.* §. *viso igitur de indicijs nu.* 2. *Clar. in pract. crim. q.* 64. vers. *Illata verò tortura in princ. Bertaz. cons.* 150. *num.* 12. *vol.* 1. *& cons.* 427. *nu.* 1. *vol.* 2. *& cons.* 528. *nu.* 1. *Gram. dec.* 8. *nu.* 1. *&* 6. *vot.* 2. *nu.* 7. *&* 9. *& cons.* 64. *num.* 10. *Couarr. practicar. cap.* 23. *n.* 5. *ad med.* celeberrimus Iureconsultus *Prosp. Farin. in pract. crim. tit. de indic. & tortur. q.* 40. *nu.* 3. *&* 6. vbi quamplures adducit aientes, nedùm purgata cēseri
17 indicia, sed etiam plenas probationes, & ideò venit Reus absoluēdus, vndè dùm pæna non est certa, & per torturam inferendam non infertur
18 necessariò ad confessionem, sed res dubia permanet, pro Reis est iudicandum, *l. absentem, & l. respiciendum, §. delinquunt*, vbi *DD. ff. de pen. Giurb. cons. crim.* 34. *nu.* 35.

Nec ex præsumptionibus quis potest in criminalibus condemnari, ex communi DD. Schola, de qua

Abb.

Abb. in cap. quia veriſimile, & in cap. afferte de præſum. Matthæſil. ſing. 118. *Dec. conſ.* 175. *nu.* 6. Et ex præſumptionibus, tantùm abeſt, vt poſſit
20 quis condemnari, vt potiùs, ſi probatio eſt dubia, ſit abſoluendus, ſecundum *Alex. conſ.* 15. *num.* 9. *vol.* 1. cùm ad condemnandum probatio-
21 nes in criminalibus debent eſſe liquidiſſimæ, & luce meridiana clariores, *l. fin. C. de probat. l. abſentem, & l. qui ſententiam, C. de pæn. Bart. & alij in l. non ſolùm, §. Sed vt probari, ff. de nou. oper. nunc. Rim. iun. conſ.* 121. *nu.* 25. *Rot. Auenion. dec.* 93. *num.* 14. *Menoch. de præſumpt. lib.* 1. *q.* 58. *nu.* 2. & alibi paſſim. *Epiſcop. Ricc. collectan.* 1841. *Seſſ. dec. Aragon.* 103. *num.* 16. & 18. *Dom. de Franch. dec.* 272. *nu.* 1. *Giurb. conſ. crim.* 2. *num.* 31. apud quem alia multa adducta obſeruantur, *Gram. dec.* 28. *nu.* 25. & 26. plura *Rolan. conſ.* 24. *nu.* 13. *vol.* 1.

Quomodò igitur poteſt ſuſtineri, vt quis poſſit foriudicari, eò quod contra ipſum laborent indicia ad torquendum, ſtante quod foriudicatus impunè poteſt occidi per *Cõſtit. Regn. Pœnam eorum?* Conſule tamen, quæ *Ego ſcripſi in* 1. *diſceptat. forenſ. cap.* 28. *ex n.* 34. verſ. *Mihi verò.*

SVMMARIVM.

1 *Filij duorum fratrum, an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita, cùm tractatur de hæreditate patrui, magna eſt contentio tàm inter Antiquos, quàm Modernos Doctores.*

2 Franciſcus Accurſius *tenet opinionem, filios duorum fratrum debere ſuccedere in ſtirpes non in capita, cùm agitur de ſucceſſione patrui.*

3 *Authores affirmantes filios duorum fratrum debere ſuccedere in ſtirpes, non in capita, recenſentur.*

4 Azo *fertur Anteſignanus opinionis filios duorum fratrum debere ſuccedere in capita, non in ſtirpes, cum agitur de ſucceſſione patrui.*

5 *Doctores negantes filios fratrum debere ſuccedere in ſtirpes cum agitur de ſucceſſione patrui, & eſſe admittendos in capita, adducuntur.*

6 *Opinio tenentium filios duorum fratrum cum agitur de ſucceſſione patrui eſſe admittendos in capita, non in ſtirpes, eſt magis conſona literæ, & naturæ.*

7 Albericus de Roſate *mutauit opinionem, eamq; veriorem habuit, quæ admittit filios duorum fratrum debere ſuccedere in capita, non in ſtirpes, cùm agitur de ſucceſſione patrui.*

8 Dom. Scipio Rouit. Regens *tenuit opinionem, quod filij duorum fratrum ſuccedant in capita, non in ſtirpes, dum agitur de ſucceſſione patrui.*

9 Dom. Petrus Iordanus Vrſinus Sac. Conſil. Preſes *laudatur.*

10 *Filij duorum fratrum, an ſuccedant in ſtirpes, vel in capita, dum agitur de ſucceſſione patrui in feudis, remiſſinè.*

11 *Sententiæ plures diuerſorum Europæ Tribunalium afferuntur, quibus fuit determinatum filios duorum fratrum admittendos eſſe ad ſucceſſionẽ patrui in capita, non in ſtirpes.*

12 Philippus Paſchalis Conſiliarius *laudatur.*

13 Rota Romana *approbauit opinionem* Azonis, *quod filij duorum fratrum ſuccedant in capita, non in ſtirpes cùm agitur de ſucceſſione patrui, vti veriorem, melioribuſq; rationibus ſuffultam.*

14 *Filius ſororis ſi eum filia fratris de feudo contendant, vel filius fratris maioris minor cum filio fratris minoris, maiori litem gerat de feudo, vbi viuitur iure Francorum, quis eorum ſit præferendus?*

15 *Conſtitutio Cæſarea* Caroli V. *qua approbatur opinio* Azonis, *quod filij duorum fratrum ſuccedant in capita, non in ſtirpes cùm agitur de ſucceſſione*

E *ſione*

sione feudi, recensetur.

16 *Constitutionis Ducalis Sabaudiæ tenor, qua recepta fuit sententia* Azonis, *filios duorum fratrum esse admittendos in capita, non in stirpes cùm agitur de successione patrui, adducitur.*

ARGVMENTVM.

Filij duorum fratrum cùm agitur de successione patrui, succedunt in stirpes, non in capita, secundum receptam *Azonis* sententiam à pluribus collaudatam Authoribus, exploso *Francisci Accursij Glosatoris* placito, qui tenuit successionem eiusmodi esse deferēdam in stirpes, non autem in capita: quò loci plures Doctores alterutram sustinentes opinionem quasi in acies diuisi, laboriosè, nec inscitè congesti, adducuntur; pluriumq; Europę Senatuum determinationes pro *Azonis* sententia referuntur, ac insimul *Caroli V. Cæsaris* peculiaris Constitutio, ac Ducalis Constitutio Sabaudiæ in vim legis edictalis promulgatæ, de verbo ad verbum inseruntur.

OBSERVATIO XI.

1 Extat sanè de hac re inter DD. magnū diffidium, quod paulatim è veteribus sæculis repetita contrarietate maximorum virorum, adeò creuit, vt hanc vsque ad ætatem Doctorum ingenia contorserit, quiq; in acies diuisi, iuxtà placitum vni, vel alteri eorum præbuere calculum, vndè mihi consonum visum est ad hanc itidem arenam conscendere pro veritatis indagine; Militant namq; aientes succedi de-
2 bere in stirpes, sub vexillo *Francisci Accursii magni Glossatoris*, qui hanc sustinuit opinionem in *Auth. Cessante*, in verb. *In stirpes*, *C. de legitim. hæred.* & *in l. lege duodecim tabularum, eod. tit.* vbi se remittit ad ea, quæ scribit in *§. hoc etiam Instit. de legitim. agnat. success. & in §. reliquum*, vers. *fratres, Authen. de hæred. ab intest. venien. & in l. 1. in fin. ff. si pars hæred.*
3 *pet.* cui opinioni se subscripserunt *Din. & Iacob. de Aren.* quos refert, & sequitur *Cin. in d. Auth. Cessante Gulielm. de Cuneo, & Iacob. de Beluis.* relati per *Corn. in d. Auth. Cessante, Bart. in d. Auth Cessante, & in d. l. 1. §. final. in fin. ff. si pars hæred. pet.* & latiùs in *l. post consanguineos, §. hæreditas, ff. de suis, & legit. hæred. & cons.* 173. *Ang. in d. Auth. Cessante*, qui dicit opinionem *Accursii* communiter practicari, & obseruari secundum iura Authenticorum, *Fulgos.* qui tradit ipsum pro hac opinione iudicare, *Christophor. Port. in §. Cæterum, nu. 7. in fin. Instit. de legitim. agnator. success.* qui dicit ità esse consulendum, & iudicandum, *Socc. iun.* qui alios referr. & dicit esse communem opinionem in practica obseruatam, & veriorem, in *cons. 74. nu. 7. & cons. 104. num.*

*nu.*29. *vol.*1. *Tiraq.* more suo, infinitos propè prò hac opinione enumerans in *tract. de retract. lignag.* §. 11. *glos.* 12. *nu.*5. *Practic. Papiens. in form. libell. pro hæredibus ab intest.* verb. *Nullis nu.* 38. qui occurrit obiecto de §. *hoc autem Instit. de legit. agnator. success. Peregr. in celebr. tract. de fideicom. art.* 30. *nu.* 25. qui decisum testatur Paduæ, & *cons.*16. *per tot. lib.* 1. plures cumulat *Fab. Turrett. cons.*68. *col.* 2. fusè *Borgnin. Caualc. dec. Finizan.*24. *per tot. par.*4. *Consiliar. Georg. alleg.*30. *nu.*41. *& seq.*

Qui verò sustinent, in capita diui-
4 dendam esse successionem, Antesignanum habent *Azonem in Summ. C. de legit. hæred. nu.* 7. vers. *Illud dubitari*, quem sequutus fuit *Accurs.* sibi contrarius in §. *hoc etiam*, vers. *Superstites Instit. de legit. agnator. success. & in l. post consanguineos*, §. *hæreditas*, vers. *Fratres, ff. de suis, & legit. hæred.*
5 quam *Azonis* sententiam secuti fuerunt *Roffredus* eius discipulus, *in* §. *fin. Instit. de bonor. possess. vnde cognati Iacobus Butrigarius, Odofredus, & Raymer.* quos refert *Fulgos. in d. Auth. Cessante*, *Oldrad.* quem refert *Alberic. in d. Auth. Cessante*, vbi *Albericus* attestatur hanc *Azonis* opinionem, sibi videri veriorem *Cin. in d. l.* 1. §. *fin. ff. si pars hæredit. pet. Bald. in d.*
6 *Auth. Cessante*, qui inquit eam esse magis consonam literæ, & naturæ,
7 ibique fatetur, quod re melius perpensa, mutauit sententiam, *Hostien. in Summ. in* §. *iure*, vers. *Sed quid si fratrum de success. ab intest. Anton. de Rosell. in eod. tract. de success. ab intest. num.* 111. qui occurrens iuribus, & Doctoribus contrarium sentientibus, testatur hanc opinionem esse veram, & verissimam, quodq; nullum habet dubium de iure Digestorum, & Codicis, *Couarr. de success. ab intest. num* 8. alijque plures relati à *Mart. in Summ. totius successión. legal. par.* 1. *q.* 20. *art.* 2. *num.* 5. vbi inter alios, qui dispută do ad partes *Azonis* sententiam comprobarunt, sunt *Tiraq. in d.* §. 11. *glos.* 12. *nu.* 4. *Couarr. in Epitom. de successio. ab intest. num.* 8. *Vasq. de successio. resol. lib.* 2. §. 13. *num.* 13. *Fortun. Garsia in l. Gallus*, §. *idem credendum num.*45. *vsq*; ad 51. *ff. de liber. & posth. Cuiac. lib.* 2. *de feu. tit.* 11. *de grad. succedén. in feudo*, *Caphal. cons.* 431. *per tot. Moros. cons.* 1. *per tot. Constant. Capriol. de success. ab intest. lib.* 3. *num.* 60. *cum pluribus seqq. qui num.* 105. *cum seq.* omnibus contrarijs optimè respondet *P. And. Molfes. in Comment. ad Consuet. Neap. in* 4. *par. sub tit. de success. ab intest. q.* 37. quam opinionē pluribus Authoritatibus, ac rerum iudicatarum exemplis, plenè confirmat *Petr. Caball. cons.* 114. *num.*30. *lib.*2. *Reg. Riber. in respons. pro successione Regni Portugalliæ, nu.* 58. *cum seqq. Gratian. discept. forens. cap.* 709. *num.* 30. *cum seqq.* vbi refert plures *Rotæ Romanæ decisiones*, *Mantic. de tacit. & ambig. conuen. lib.*23. *tit.* 32. apud quos rationes, & iura expenduntur, ex quibus *Azonis* sententia verior, communior, ac receptior apparet.

Et licèt *Thes. dec. Pedem.*162. coaceruato Doctorum numero adducat pro opinione *Azonis* solum 43. *Doctores*; pro contraria verò *Accursii* 53. allegat: attamen *Reg. Rou. cons.*23. *num.* 28. magno labore pro opinione *Azonis* numerauit 94. *DD.* ibique asserit *Thesaur.* connumerare pro opinione *Accursii*, nonnullos, qui delendi sunt, vtpotè *Bal. Io. And. ad Specul. Zas. & Rocc. de Curt.* vt apud *ipsum* videre est, qui intrepidè eiusmodi sententiam sustinuit, dum fuis-
8 set consultus ab eximio illo viro nūquam satis laudato, integerrimo, do-
9 ctissimo Sac. Consil. Præsid. Spectab. Dom. Petro Iordano Vrsino etiā in materia feudali, cuius dicta approbauit; licèt postmodum in *tractat. de success. feudi*, *par.* 2. *q.* 6. *art. vnic.* à
10 sententia *Dom. Rouit.* deuiasset, quæ omnia nobis nuperrimè tradidit la-

E 2 bo-

borioſus Doctor *Ioan. Laganar.* plurium annuorum curriculo, Sac. Conſil. foro, ac praxi impensè addictus in *addit. ad Dom. Rou. in prag. 11. ſub num. 68.* verſ. *gloſ. 5. num. 2. cum ſeq.* vbi quæſitum, & reſponſum tantorum virorum imprimi curauit, vt curioſitati legentium faceret ſatis.

Habuit quoque *Azonis* ſententia
11 plures Supremorum Senatuum iudicaturas, ſcil. in *Curia centum virali Pariſienſi*, ex notatis per *Damnatæ memoriæ Authorem in Addit. ad Alex. conſ. 55. nu. 4. vol. 4. & in lib 21. Arreſtor. tit. 1. arreſt.* 12. quem refert *Mart. d. art. 2. nu. 14.* verſ. *Nec minus*, Item in *Regn. Saxoniæ*, ſecundum *VVeſemb. conſ. 13. Senat. Pedemontan.* apud *Theſ. dec. 162. num. 7. de anno 1582. die 8. Martij. In Camera Imperiali, Mynſinger. ſingular. obſeru. centur. 3. cap. 94. in fin.* vbi inquit ita ſententiatum in *Camera* tempore ſuo. *Rot. Rom. apud Farin. dec. 391. & 392. Senatus Gebbennenſis in Sabaudia, Anton. Faber* prædicti, *Senat. Præſes in diſput. forenſ* impreſſa poſt *tractat. de var. nummor. debitor ſolution.* & in ſuo *Codice lib. 6. tit. 31. defin. 1. de legit. hæred. Sac. Conſ. Neapolitan.* apud *Capic. dec. 208. in fin. Dom. de Franch. dec. 24. nu. 12.* & *de anno 1606. die 14. Martij* larè diſcuſſo articulo iunctis Claſſibus in cauſa ſucceſsionis hæreditatis Io. Andreę Paruaſij contendentibus illis de Naſtaro ex vna, & nonnullis de Mezacapo ex altera, de qua præſtat fidem *Reg. Rou. d. conſ. 23. in fin. lib. 1.* qui *nu. 34.* allegat cõſimilem deciſionem factam ad relationem *Conſiliar. Gizzar.* cuius determinationis meminit *Conſiliar. Pa-*
12 *ſchal.* vir equidem doctus *de virib. patr. poteſt. par. 4. cap. 9. n. 16.* inquiẽs amplius in Regno de hoc dubitare nefas eſſe, *Dom. Io. Bapt. Thor. in 1. par. Compend. deciſs. Regni*, verb. *Succedi, col. 2. pag. 530. Flau. Amendol. ad d. dec. 24. Dom. de Franch. nu. 6. Reg. de Ient. conſ. 39. nu. 12. & 21. & conſ. 40. nu. 16. Gall. de except. in rub. nu. 157.* vbi verſ. *Tamen ipſe*, hanc approbat ſententiam, quam deducit expreſsè ex *Vlpian. in corpore fragmentor. tit. 26. §. Agnatorum, Theoph. in §. hoc etiam Inſtit. de legitim. agnator. ſucceſſ. & Caio Inſtit. lib. 2. tit. 8. in fin.* & eſt *tex.* ſecundum *ipſum in l. 2. §. hæc hæreditas, ff. de ſuis, & legit. hæred.* quæ iura adeò manifeſta, & aperta reputat, vt nulla interpretatione indigeant, itaq; per *Rot. Rom.* iudicatum de anno 1592. die 10. Aprilis in *vna Bonon. ſiue Romana ſuccedendi coram Cardinal. Blãchetto*, etiam de ordine *Sanctiſsimi Clem. VIII.* refert, & iterum de anno 1602. die 1. Iulij in *vna Romana* hæreditatis coram *Cardinal. Mellino*, quas determi-
13 nationes per extenſum attulit, ibiq; lagitur Dominos de Rota vnanimi ſanè ſpiritu dixiſſe non eſſe recedẽdum à ſententia *Azon.* pro qua vigẽs firmiores rationes, & loca prealle gata veterum Conſultorum.

Quinimò: nè amplius in dubium eiuſmodi *Azonis* opinio in poſterũ reuocari queat, Cæſarea Conſtitutione Caroli V. Cæſarj immortalis memoriæ de anno 1520. fuit ſtatutum *Azonis* opinionem per totum Imperium eſſe obſeruandam, quam Conſtitutionem de verbo ad verbum deſcripſit *Couarr. practicar. quæſtion. cap. 38. Valentin. Forſter. de ſucceſſio. ab inteſt. Morot.* poſt *reſponſ. 1. pag. 19. & pag. 22.* vbi inſeruit Conſtitutionem Ducalem Sabaudiæ Ducis de anno 1582. vulgari conceptã idiomate, cui anſam præbuit cauſa agitata, & defenſa per ipſum *Morot. d. reſponſ. 1.* quæ ſanè Conſtitutio proceſſit in vim legis generalis, participato voto Procerum, & Senatus, teſte *eod. Morot. d. reſponſ. 1. in fin.* & imprimi quoq; curauit Cæſaream Conſtitutionem *Mart. d. par. 1. q. 26. art. 2. nu. 15.* qui pariter in eius *Digeſtis Nouiſsimis deciſſ. Vniuerſ. Orb. tom. 5. tit. de ſucceſsio. cap. 136.* nonnullas

de-

decisiones recollegit, & *d. q.* 20. *nu.* 14. ità iudicatum semper in Italia, recenset, & *Nos* quoq; in gratiam Lectorum in calce præsentis Obseruationis præfatas Cōstitutiones typis dabimus.

Ex quibus intrepidè modò erit tenendum filios fratrum in capita admittendos esse ad successionem patrui defuncti, nedùm ex maiori *DD.* calculo, ac rerum iudicatarum authoritate, sed etiam rationum pondere, & efficacia, sicuti disertè tradiderunt, qui *Azonis* sententiam fuerunt insequuti, quos nè nimius *Ego* videar, sigillatim non refero, præsertim adeundi sunt in casu cōtingenti *Forsan. Garz. Ceph. Hotom. Zas. & Morot.* in locis indicatis.

Quid autem esset dicendum in
14 illa quæstione si filius sororis cum filia fratris de feudo contendant, vel filius fratris maioris minor, cum filio fratris minoris maiori litem gerat de feudo, vbi viuitur iure francorum? curiosa est indagatio, quam alibi separatim dispungemus; Interea adeat Lector *Dom. Præsid. Vrsin. d. tractat. de success. feu. par.* 2. *q.* 6. *art. vnic. & Dom. Reg. Rou. in loco adducto per Addent. ad ipsum*, quorum virorum antinomiam dissoluere pro viribus enitar, Deo iuuante, *in* 2. *par. huius operis.*

CAESAREA CONSTITVTIO, ET LEX,

Quo pacto fratrum, vel sororum filij, hæreditatem parentum suorum, fratrum, vel sororum relictam, inter se diuidere debeant.

15 *NOs Carolus Quintus Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniæ, Hispaniæ, vtriusque Siciliæ, Hierusalem, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, &c. Comes Habspurgi, Flandriæ, ac Tyrolis, &c. Vniuersis, & singulis Electoribus, Principibus Ecclesiasticis, ac Laicis, Prælatis, Comitibus, Baronibus, Equitibus, Militibus, Capitaneis, Magistratibus, Vicarijs, Procuratoribus, Præsidibus, Officialibus, Potestatibus, Censoribus, Iusdicentibus, Curijs, et Senatibus, Ciuibus, et Communitatibus, et in summa omnibus nostrùm, ac Regni subditis, et fidelibus cuiuscunq; dignitatis, status, et conditionis existant notum facimus, Quemadmodum hactenus apud Iureconsultos in dubio fuit, An filij alicuius prædefuncti fratris, vel sororis ipsius patris, aut matris, fratris, vel sororis hæreditatem relictam inter se per capita, vel stirpes diuidere habeant, ex quo dubio inter subditos nostros, ac Regni quandoque multum erroris, controuersiæ, ac litis in ipsorum subditorum damnum, ac interesse oboritur. Nos itaque tanquam Cæsarem decet, ad publicam vtilitatem huiusmodi lites, futuraq; litigia, et mala inde emergentia benignè considerantes, et vnà cum nostris, ac Sacri Imperij electoribus Principibus, ac Statibus præhabito maturo consilio decreuimus, et ordinauimus, sicuti etiam Nos ex authoritate Rom. Cæsarea, et ex certa scientia, præsentium tenore super memorato statuimus, et ordinamus, videlicet, Quando quispiam intestatus decedit non superstite fratre vllo, vel sorore, ac superstitibus ipsorum liberis impari numero relictis, quòd hi fratris sui, vel sororis liberi in capita, non autem in stirpes hæredes fiant, et ita defunctis suis patri, vel matri, fratri, vel sorori respectiuè ad successionem admitti debeant, et alterius etiam, vt errores, et forensia litigia quantum fieri potest præcidamus, et in Sac. Imp. ac suis membris, et subditis hic, et vsquequaquam seruetur æqualitas. Volumus simul ex nostra præscripta Cæsarea potestatis plenitudine, et certa scientia, omnia, et singula statuta, priuilegia, consuetudines, immemoriales vsus, et libertates, si in aliquo contraria*

huic

huic nostræ Cæsareæ constitutioni reperienur, in prædicto tantùm casu irrita, cassa, & sublata per Nos esse, prout nos quoq; tenore præsentium, cassamus, tollimus, & abrogamus, ea tamen moderatione, quæ hic sequitur, videlicet; Si in loco speciali in Sac. Imp. hactenus speciale Statutum, Ordo, siue Consuetudo fuit, quod in prædicto casu hæreditatis defunctorum vigeat prædictum Statutum, Ordo, siue Consuetudo, in stirpes, & non in capita diuidendum esse, & locus talis in hæreditate contigerit, seu casus euenerit, nunc, vel hinc ad proximi mensis Augusti prox. venturi exclusiuè per cuiusuis obitum casus eueniat diuidenda venit hæreditas iuxtà dispositionem ipsorum Statutorum, Ordinum, & Consuetudinum in talibus tantùm casibus, & intrà prædictum proximi mensis Augusti non retardata hac nostra ordinatione. Sin autem casus hæreditatum euenerit in locis, aut regionibus non habentibus super eis Statuta vlla specialia, neq; Ordinationes, neq; Consuetudinem, insuperq; nec in prima, nec in secunda, nec in tertia instantia adhuc est iudicatum, aut diuisio nondum est facta, aut in prædictum proximum Augusti, eueniat casus, aut postea, debet id per ipsusmet casus primùm partionem, & distinctionem tenor huiusce Cæsareæ constitutionis attendi, ac obseruari. Prætereà nè prætextu ignorãtiæ huiusce nostræ Cæs. constitutionis nemo tergiuersari, causari, aut aliter se excusare valeat, Volumus nos tenore præsentium prędictos Electores, Principes, Prælatos, Comites, Dominos, Ciuitates, ac alios nostros, & Imperii Ecclesiasticos, & laicos subditos, qui à nobis, ac ab Imper. spectalem superioritatẽ, & subditos in feudum, & proprietatem habent, Volumus (inquam) seuerè monitos etiam, vt ipsi intra prędictum diem Augusti, hanc nostram Cæsaream constitutionem quanta quisq; maxima potest exactione cunctos suos subditos, et dependentes primarios, et inferiores publicè moneri. Et si aliqua superioritas C. publicationem, et apertam monitionem cõtumax, et negligens intereà fuerit, nihilominus tamen dicta Augusti die, & successiuè hanc nostram Cæsaream constitutionem ab vniuersis pro publicata, promulgata, & notificata haberi, & per vnumquemquam vestrũm volumus obseruari. Sic etenim iuxtà enixam mentem nostram officio vestro fungemini, &c.

Subsequitur Constitutio Ducis Sabaudiæ.

CARLO EMANVEL
Per gratia di Dio Duca di Sauoia, Prencipe di Piemonte, &c.

16 *A Tutti sia manifesto, che essendosi in conspetto nostro, sedendo noi in Tribunale nell' vdienza publica del Senato nostro di quà da Monti disputata, per occasione di lite pendente, trà alcuni sudditi concorrenti alla successione d' vn loro Zio, la questione, Come debbano succedere i figliuoli de fratelli al Zio, non sopraviuendo altro Zio, e fratello respettiuamente al morto. Nella quale furono proposte ragioni, & autorità contrarie, sì de gl' antichi Giureconsulti, come di questi tempi. Onde giudicassimo essere beneficio publico, per leuar via intorno questo all' auuenire la materia di litigare, di deciderla per constitutione, & editto nostro perpetuo. E perciò hauessimo ordinato al Senato sudetto, di raccogliere i fondamenti, raggioni, & autorità di chi sopra essa hà scritto, co'l darne il suo parere. Noi dunque esso visto, & ben inteso, e cõ l'auiso ancora, e participatione del nostro conseglio, Habbiamo constituito, & constituuiamo di nostra certa scienza, & piena possanza, & in forza di legge, & editto perpetuo. Che sempre che occorrerà mancare alcun fratello senza testamento, e descendenti non lasciato alcun' altro fratello, ma figliuoli di fratelli in numero dispare, eglino a lui succedano per capi, e non per*

per stirpi, e finalmente, che se per essempio d'vn fratello si troueranno due, e dall'altra quattro, l'heredità si diuida in sei parti, e le quattro appartengano a i quattro, & le due a i due. Il che s'intenderà parimente disposto quanto alle sorelle, e successione delle femine, senza far differenza da maschi. Mandiamo perciò, e cōmandiamo al Senato sudetto, che la presente nostra constitutione, decreto, & volontà faccia publicare, & a tutti i Magistrati, & Giudici, mediati, & immediati, vassalli, e sudditi, d'attenerla, & osseruarla sempre, che ne verrà il caso. Derogando ad ogni statuto, e consuetudine, che altramente disponesse, quanto sia nel modo di succedere per capi, e non per rispetto dell'esclusione (se vi sarà) delle femine in fauor de i maschi, nella qual parte restaranno nel suo primo vigore. Et in fede habbiamo la presente firmata di nostra mano, e fatta del nostro sigillo sigillare. Dat. in Torino li otto di Giugno. M.D. ottanta due.

C. Emanuel.

SVMMARIVM.

1 *Ebitores in Regno, vt plurimum sunt morosi.*

2 Author *concinnè insinuat rationem, quare debitores in Regno, vt plurimum sunt morosi.*

3 *Calumniæ patrocinantium efficiunt lites immortales.*

4 *Regnicolæ profusè nimis plusquàm habent in bonis, erogant.*

5 *Contractuum rescissiones in Regno, fructuum, ac redditaum sequestra, vndè emanant?*

6 *Graduatio creditorum, quid operetur contra debitores?*

7 *Emptiones ann. introituum ad formam Bullæ sunt paratæ in Regno.*

8 *Emptiones ann. introituum in Regno ad formam Bullæ Nicolai V. quæ est impressa in prag. 1. de censib. omni iure sunt permissæ.*

9 *Interesse alterius interesse debetur ex mora.*

10 Textus *adducuntur quibus insinuatur esse debitum interesse alterius interesse.*

11 *Interesse quoties accedit sorti, non dicitur vsura vsuræ, sed sors.*

12 *Doctores adducuntur, qui ex professo tenuerunt, interesse alterius interesse deberi.*

13 *Fructuum appellatione, venit quoque interesse.*

14 *Vsura semper odiosa est habita, & omni iure prohibita.*

15 Textus *quibus disponitur interesse alterius interesse non deberi, afferuntur.*

16 *Vsuræ vsurarum non debentur, quia dicuntur accidens accidentis, quod in rerum natura esse non potest.*

17 *Seruitus seruitutis esse non potest, vtpotè, quæ nec in bonis nostris, nec extrà bona nostra esse dicitur.*

18 *Vsuræ vsurarum non debentur, nè res in infinitum crescant.*

19 *Interesse alterius interesse non deberi, verior, tutior, & communior sententia in Supremis Europæ Tribunalibus recepta, indicatur.*

20 *Determinationes plurium Tribunaliū afferuntur, quibus interesse alterius interesse minimè deberi, fuit iudicatum.*

21 Prætorium Granatense *determinauit interesse alterius interesse non deberi, nec iustè exigi posse.*

22 *Intellectus datur ad iura, quibus suadetur interesse alterius interesse deberi.*

23 *Vsuræ pupillaris pecuniæ, cur debeātur?*

24 *Vsura, siue interesse, quando respectu vnius dicitur capitale.*

25 *Interesse quoties cum sorte principali coniungitur, non est existimandum separatum, sed totum cum sorte coniungitur, efficiturq; vna sors, & vnū capitale.*

26 *Summarum coniunctio dicitur consumatio in iure respectu vsuræ, & sortis principalis.*
27 Tex. in l. socium, qui in eo, ff. pro soc. *enucleatur.*
28 *Interesse alterius interesse non deberi, tutior est sententia in foro conscientiæ.*
29 *Interesse alterius interesse debetur, quando illud efficitur sors.*
30 *Interesse non petitum accessoriè ad sortem, sed principaliter de per se, post moram parit aliud interesse.*
31 *Interesse ann. introituum debetur, quia prouenit ex sorte, non ex alio interesse.*
32 *Interesse alterius interesse deberi quando fuerit prima vice iudicatum.*
33 *Annui introitus debentur principaliter de per se, non accessoriè.*
34 Io. Bolognettus Præceptor Dom. Præsid. de Franchis, *non benè redarguit Sacrum* Consilium *Neapolitanum.*
35 Dom. Io. Dominicus Gaito *laudatur.*
36 *Stylus iudicandi per Sac. Conf. interesse ann. introituum deberi, vndè emerserit?*
37 *Interesse tertiarum, siue ann. introituum debetur ex mora, quæ præuidetur, & prouidetur in instrumento.*
38 *Clausula in instrumẽto emptionis ann. introituum apposita*, Pro quibus omnibus obseruandis, *quid operetur respectu interesse tertiarum?*
39 *Interesse tertiarum non debetur à tertio possessore, quando creditor est negligens in exigendo à principali debitore existente soluendo.*
40 *Negligentia habet admixtum dolum.*
41 *Dolus est non exigere, quod potest quis exigere.*
42 *Negligentia non debet operari contra tertium de dolo non participantem.*
43 *Interesse procedit ex mora debitoris non soluentis.*
44 *Mora dicitur affectata creditoris non curantis exigere à debitore existente soluendo.*
45 *Negligentia creditoris non curantis exigere probatur eò ipso quod creditor potuit petere debitum, & non petijt.*
46 *Interesse alterius interesse, an debeatur ab eo, qui tot ann. promisit pendente satisfactione sortis capitalis*, & num. seq.
48 *Interesse tertiarum non facit simile cum interusurio.*
49 *Interesse interusurij conuenti cur non debeatur?*
50 *Tertiæ vt pariant interesse, oportet quod deducantur in contractum emptionis, & venditionis verè, non simulatè.*
51 Dom. Donatus Antonius de Marinis *laudatur.*
52 Dom. Scipio Rouitus Regens in dec 9. *melius quàm cæteri fuit loquutus in materia interesse alterius interesse.*
53 *Interesse vt pariat aliud interesse, an sufficiat si fuerit certum tantum id quod debetur, in emendationem damni passi.*
54 Texx. in l. fin. C. de vsur. *enucleatur.*
55 Author *habuit censorem* 1. partis disceptationum forensium Dom. Consiliarium Scipionem Theodorum.
56 Tex. in l. 3. C. de vsur. rei iud. & in l. fin. C. de vsur. *procedunt in vsuris odiosis, secus verò in interesse omni iure fauorabili secundum doctrinam* Dom. Consiliarij Theodori.
57 Author *pollicetur lationi calamo pertractare materiam interesse quando debeatur ad sedendam antinomiam inter* Dominos Scipionem Rouitum Regentem, & Scipionem Theodorum Consiliarium.
58 *Interesse alterius interesse, & vsuræ vsurarum, quando debeantur, & peti possint, consulendus est* Matthias Berlichius *in locis indicatis.*
59 *Interesse quomodo, & quatenus post moram parti adiudicari debet.*

A 3

ARGVMENTVM.

Interesse alterius interesse quando debaatur? quibusuè in casibus? quauè ratione in annuis introitibus sit debitum? quiduè dicendum in eo, qui annuum quid promisit, & interim satisfactione pendete interesse? ad cuius quæsiti enucleationem affertur pro singulari determinatio facta per Sac. Consil. apud *Dom. Regen. Rouit. dec.* 9. & pariter dispungitur intellectus *tex. in l. fin. C. de vsur. & in l. 3. C. de vsur. reiudic.* ac doctrina *Dom. Consiliar. Scipionis Theodori, alleg.* 40. refelliturq; *Dom. Donatus Antonius de Marinis, quotidianar. resolut. lib.* 1. *cap.* 99. *num.* 4. vers. *Sed de illo.* Doctoresq; plures alterutram sectantes opinionem afferuntur, pluresque restrictiones enunciantur.

OBSERVATIO XII.

1 MOrosos, vt plurimùm esse debitores in Regno, monitos nos fecit eximius ille vir nunquam satis laudatus *Dom. Pres. de Franch. dec.* 254. *sub num.* 14. vers. *Qua notanda*, idque ex eo contingere *Nos* aduertimus, vel
quia perfidiæ quidam ingenitum
2 habent instinctum non soluendi, vel quia calumnijs eorum, qui in foro
3 illo, adiuuant, operamq; præstant suam (*Vtinam denegarent*) lites prorsùs immortales pollicentium obdormiunt, vel (quòd magis experti scimus) Regnicolę pluſquàm ha-
4 bent in bonis, profusè, adeò dilapidant, vt introitus, redditus, eorumq; bonorum fructus, vix suppetant, vt creditoribus faciant satis,
5 vndè contractuum emanant rescissiones, indè fructuum, reddituumq; arresta, seu sequestra, mox creditoribus instantibus, Magistratus dècernunt fieri eorum graduationes,
6 declarantur debitores decocti, quasi, quod sese latitantes solum verterint, & foro cesserint, priuantur bonorum administratione, imò bonis illorum expositis venalibus, voce præconia in foris debitores indicantur, quorum existimatio apud probos viros, non leuiter grauatur; deniquè subhasta publica vltimo licitatori plus offerenti traduntur, vel creditoribus ipsis emptore non reperto, vel minus iusto pro concurrenti quantitate eorum crediti adiudicantur, Qua de re formato creditorum cumulo, nedùm sortes capitales exolui sibi expetunt, verum etiam earum interesse, eaquè minus contenti, ex quo in Regno paratæ
7 sunt emptiones ann. introituum ad formam *Bulla Nicolai V.* quæ est impressa in *prag.* 1. *de censibus*, quæ omni iure sunt permissę, ex traditis per
8 *Abb. in cap in Ciuitate, col.* 2. vers. *Extra glos. de vsur.* plenè *Conarr. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 4. vers. *Qua in re, Sot. de iust. & iur. lib.* 6. *art.* 1. *&* 2. *in* 1. *conclus.* quorum meminit *Dom. de Franch. d. dec.* 254. *num.* 11. vers. *Emptio*, etiam efflagitant interesse alterius interesse, quasi
9 quod debitorum mora creditoribus ipsis non debeat esse nociua.

Dispungamus amabo tùm affir-

 man-

mantium, cùm negantium diffidentes opiniones, cùm sæpè sæpiùs in Supremorum Tribunalium subsellijs disputatum de re sciam, & articulus est valdè dubius, ex notatis per *Dom. de Franch. d. dec* 254. *nu.* 13.

Qui interesse alterius interesse deberi, suadere enituntur; his comprobant iuribus.

10 Primò: ex *tex. in l. qui negotiationē* 58. §. *quæsitum, ff. de admin. tutor.* vbi vsuræ vsurarum debentur à curatore ex administratione rerum minoris.

Secundò: ex *tex. in l. tutor, qui repertorium*, §. *si post depositionem*, vers. *Si vsuras exactas, ff. eod. tit.* vbi si vsuras pupillares in suos vsus, tutor cōuertat, earum vsuras agnoscere oportet.

Tertiò: ex *tex. in l. idemq;* §. *si Procurator*, vers. *Denique, ff. mandat.* ibi *Papinianus ait, etiamsi vsuras exercuerit Procurator, & in suos vsus conuertit, vsuras eum præstare debere.*

Quarto: ex *tex. in l. cum quidam* 17. §. *in tacito, ff. de vsur.* vbi de emolumento vsurarum agitur, vt in fideicommisso tacito in fraudem legis auferatur ab hærede, tradit *Consult.* ibi, *Ergo & vsurarum emolumentum aufertur heredi.* quod ad vsurā vsurę refert *glos. in l. fin.* verb. *Constituimus, C. de vsur. rei iud.* & de hoc esse claram dispositionem iurium in *l. fin. C. de vsur. & in l. fin. C. de vsur. rei iudic. l. improbum, C. ex quib. caus. infam. irroget. l. videamus an in omnibus in fin. principij, ff. de vsur. l. Neratius*, §. *si seruo, ff. de seruo corrupt.* per quas leges prohibitum esse istum Anatosismum, aduertit pulchrè *Fontanell. dec.* 104. *num.* 2. vers. *Circa primum par.* 1.

11 Rationem quoq; adducunt, nam quoties interesse accedit forti, iam non dicitur vsura vsuræ, sed sors, illud primum interesse, *d. l. qui negociationem*, §. *quæsitum*, ibi, *quia omnis sors efficitur*, nam tunc secundum interesse non dicitur accessorium ad aliud, sed ad sortem, cum qua coniunctum, & copulatum fuit primum interesse.

Doctorum itidem expendunt placita, *Ruin. sicil. cons.* 55. *ex nu.* 15. *vol.* 2. *Caualcan. dec.* 14. *num.* 24. *tit. de contract. par.* 2. *& par.* 1. *de iud. & dec.* 21. *nu.* 30. *Castill. dec. Sicil.* 22. *nu.* 53. *Montan. de tutel. cap.* 31. *regu.* 9. *Rom. cons.* 139. *num.* 2. *cum duob. seqq. Costa de ration. rat. q.* 142. *num.* 12. *&* 13. *Anton. Fab. de errorib. Pragmaticor. decad.* 201 *error.* 1. *Flamin. Monach. in addit. ad dec.* 17. *Minad. nu.* 2. *Signorol. cons.* 65. *ad fin. Cagnol. in l. vnic. num.* 45. *C. de senten. quæ pro eo, quod inter. Vrsill. ad Affl. dec.* 291. *num.* 8. *Scacc. de commerc.* §. 7. *glos.* 2. *num.* 50. *Roder. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 7. *nu.* 27. vers. *Hic occurrit. P. Diana resolut. moral.* 1. *tom. tract.* 8. *de contractib. resol.* 19. qui eam sustinet opinionem ex dictis per *Rot. Genuens. Villagut, Cagnol. & Scacc. Io. Baptista Larrea decis. Granatens.* 84. *nu.* 3. vers. *Deinde, par.* 2. *Dom. de Franch. dec.* 254. *num.* 14.

13 vbi inquit fructuum appellatione venire quoq; interesse, quodq; secūdùm prædictam opinionem ipse consuluit, dum esset Aduocatus Comitissæ Palenæ, licèt causa illa non fuit decisa.

Qui verò negant deberi interesse alterius interesse, ex sequentibus eorum sustinent sententiam.

14 Primo: quia semper odiosa est habita vsura, & omni iure prohibita, vt ex *Sac. pagina Leuitic. cap.* 25. *Deuteronom. cap.* 23. *de iure canon. cap.* 1. *&*

15 *cap. quia in omnibus de vsur. in* 6. & in *cap. consuluit, & cap. quamquam eod. tit.* vbi *Canonistæ* communiter, pleni ssimè *Io. Bapt. Lup. de vsur. comment.* 3. *nu.* 35. *Hieron. Leo dec. Valent.* 62. *n.* 6. 8. *&* 10. qui eam probat sententiam ex *Consilio Niceno, Alexandro, Menoch. Caballino, & Menoch.* & passim omnes Theologi *Dom. Larr. d. dec.* 84. *nu.* 5. vers. *Sed contraria.*

Se-

Secundo: per *tex. in l.vt nullo modo 28. C. de vſur.* & *in l.fin. C.de vſur. rei iudicat.* quibus expreſsè vſuræ vſurarum prohibentur.

Tertio: adducunt *tex. in l. improbum 20.C.ex quib. cauſ. infam.irroget.* ibi, *improbum fænus exercentibus, & vſuras vſurarum licitè exigentibus, infamia macula irroganda.*

Quartò:ponderant *tex.in l.placuit 29. ff. de vſur.* ibi, *Sine ſupra ſtatutum modum vſuras quis ſtipulatus fuerit, ſiue vſurarum vſuras, quod illicitè adiectum eſt, pro non adiecto haberi*, cui cõcors eſt *tex. in l. ſi non ſortem 26. in princ.* verſ. *Supra duplum, ff. de condict. indeb.* & *in l. Præſes 27. ff. de re iud.*

Rationem pariter illam tradunt ex *Alber. in l. ſocium qui in eo, ff. pro ſoc.* quia ſicuti non datur acceſſio acceſſionis, vſura vſuræ, officium officij, pæna pænæ, & lucrum lucri, ità intereſſe alterius intereſſe dari
16 non debet, nam dicitur accidens accidentis, quod non poteſt in re-
17 rum natura eſſe, magis quàm ſeruitus ſeruitutis, quæ ideò nec in bonis noſtris, nec extrà bona noſtra eſſe dicitur, *l. 1. ff. de vſufr. lega.* doctè *Anton. Fab. in Cod. eius nominis loc. infra allegan.* & obſeruat pulchrè *Peregr. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. nu. 31. & 32.* & arridet altera ratio adducta per *Rodor. d. q. 7. nu. 27.* verſ. *Tertio quia.*

Aliam rationem ex mente aliorum expendit *Fontanell. d. dec. 104. num. 3. & 4.* nè multiplicentur ſpecialia, contra *tex. in l. 1. C. de dot. pro-*
18 *miſ.* & nè res in infinitum creſcat contra *l. vnic. C. de ſenten. quæ pro eo, quod inter. profer. Decian.* qui optimè declarat *conſ. 49. ex nu. 47. lib. 2.*

19 Et hanc poſteriorem ſententiam eſſe veriorem, tutiorem, & communiorem, ac in Supremis Europæ Tribunalibus receptam tradiderũt, nedùm ſupradicti *DD.* pro ea modo adducti, verum etiam *Rebuff. in l. unica,* verb. *dupli nu. 2.* verſ. *Præterea,* *C. de ſenten. quæ pro eo quod inter. proferunt.* vbi *Bologn. in eius repetit.* verſ. *Sed dubium non eſt, nu. 123. Menoch. conſ. 1181. nu. 6. & 7. & in lib. 2. de arbitrar. caſ. 119. nu. 18. Leo dec. Va-*
20 *lentin. 13. nu. 1. Caualcan. 3. par. deciſ. 26. nu. 25.* verſ. *Et quod vſuræ vſurarum non poſſint peti, & dec. 29. d. 3. part. & 4. par. deciſ. 22. num. 53. Honded. conſ. 50. nu. 18. vol. 1. Pereg. conſ. 85. nu. 18. & 19. vol. 3. Dom. de Franch. d. dec. 254 nu. 14.* verſ. *Sed tamen*, ibi, *Sed tamen ſemper indicauimus in Sac. Conſ. intereſſe prędictum non deberi, & ſic in dies abſq; difficultate facimus,* adducens *Minad. d. dec. 17.* de cuius intellectu *Dom. meus Conſiliar. Theod. alleg. 40. num. 53.* verſ. *Et denique, Morot. reſponſ. 65. Conſiliar. Ann. conſ. 48. num. 16.* quem nunquam eſſe in hac materia omittendũ, inſinuat *Fontan. d. dec. 104. nu. 7.* verſ. *Sed regula prędicta, Anton. Fab. in Cod. ſui nominis, lib. 4. nu. 24. tit. de vſur. & mora diffinit. 4. & diffinit. 23 Narbon. ad ll. Regias lib. 5. tit. 18. de los cambios y cambiadores l. 13. gloſ. 2. ex num. 31. Io. Anton. Bellon.* ſatis lepidè *conſ. 25. Alciat. lib. 6. Parergon. cap. 15. Petr. Gregor. de cenſib. q. 3. nu. 9. Menoch. de arbitrar. iudic. caſ. 1 9. num. 21. & 22. & conſ. 1181. per tot. Hector Felic. de ſociet. cap. 24. num. 60. Epiſcop. Barboſ. in Collectan. ad 4. lib. Codic. l. vt nullo, C. de vſur. nu. 3.* verſ. *Vnde intereſſe. Cartar. dec 28. par. 1. Tepat. lib. 1. variar. iuris ſententiar. tit. de intereſſe, Raudenſ. de Analog. lib. 1. cap. 2. nu. 37. Nicol. Intrigl. ſing. 69. nu. 3.* verſ. *Regulariter lib. 2. Lup. d. 1. commentar. de vſur. §. 6. num. 120. Cæſar Manent. conſ. 148. nu. 38. & 39.* vbi ex *Diuo Hieronymo, Auguſtino, Ambroſio, & Couar.* probat, nec Pontificẽ, aut Principem permittere poſſe vſuras vſurarum, *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 987. nu. 2. & 4. Chriſtin. dec. Belgic. 105. nu. 3. tom. 4. P. Molin. de iuſtit. & iur. tract. 2. diſp. 304. nu. 16. Decian. conſ. 49. nu. 50. vol. 2. Herma-*

fill. ad l. 10. *tit.* 1. *par.* 5. *glos.* 4. *in ad-*
dit. tract. de interesse, *Giurb. dec.* 24.
num. 15. *Velasc. de priuileg. pauper.*
adductus à *Larr. loc. allegando*, *Mat-*
*thiens. in l.*8. *&* 9. *tit.*18. *lib.* 5. *Recopi-*
lat.& nonnullos ex præcitatis addu-
cit *Larr. d. dec.* 84. *num.* 9. inquiens
21 fuisse decisum per Senat. Granatēsē
interesse alterius interesse non debe-
ri, nec iustè exigi posse.

Occurrendum modò est argumē-
tis allatis pro parte affirmatiua, qui-
bus mox resolutis, vndiq; negatiua
sententia conuallata persistat.

22 Non facessunt negotium iura, quę
in *princip.* huius *capitis* proposuimus,
nempè *tex. in l. qui negotiationem*, §.
quæsitum, *l. tutor*, *qui repertorium*, *ff. de*
admin. tutor. & tex. in l. idemque, §. *si*
Procurator, *ff. mandat.* quia proce-
dunt in casu, quo à diuersis personis
dependent vsuræ vsurarum, non ab
eodem, sic innuit apertè, *d.* §. *quęsi-*
tum, quippè qui bona minoris in
vsuris, quas debebant tutores, per-
uenerunt ad Curatorem, quo casu
primæ vsuræ computantur in sor-
tem, nec Curator soluit vsuras vsu-
rarum, sed vsuras totius summæ, si-
cuti verba Consulti indicant mani-
23 festè, ibi, *An vsura pupillaris pecuniæ*
cum ad Curatorem transferuntur, *in*
sortem computantur, *& vniuersę sum-*
ma vsuras debere Curatores incipiant?
Respondit, *omnis pecuniæ*, *quę ad Cura-*
torem transit, *parem causam esse*, *quia*
omnis sors efficitur.

Idem probat *tex. in d. l. tutor qui*
repertorium, §. *si vsuras exactas*, *ff. de*
administr. tutor. vbi si tutor, vel Cu-
rator vsibus suis retinuerint vsuras
exactas à debitoribus pupilli, quod
inibi traditur ad earum vsuras tene-
ri, non est admittere ab eodem ex-
petere vsuras vsurarum, sed eius pe-
cuniæ, quæ ab alijs fuit exacta, quia
ea abusi sunt, vsuras exoluere te-
nentur.

Nec aliud dissimile suadet *tex. in*
d. l. idemq; §. *si Procurator*, *ff.* vers. *De-*
niq; *ff. mandat.* ibi etenim Procura-
tor nomine Domini vsuras ab eius
debitoribus exegit, quas cum in suos
vsus conuerterat, vsuras præstet dis-
ponit *Consultus*, id quod non est ab
24 eodem vsuras vsurarum exigere,
nam quoad soluentem in casibus
prædictis interesse debetur totius
quantitatis solutæ, & licèt fuerit in-
teresse, siue vsura respectu primi de-
bitoris, tamen respectu recipientis
vsuras, capitale, & vsuræ, in sortem
computantur, vti perbellè edocet
*Dom. de Franch. d. dec.*254. *sub num.*
14. quem omnes sequuntur, quot-
quot post ipsum de materia egerūt,
& declarat *Consiliar. Ann. d. consil.*48.
*num.*28. vers. *Dum dixit lib.* 1. *Roder.*
de ann. reddit. d. q. 7. *num.* 27. *in fin.*
Larr. d. dec. 84. *nu.* 13. *&* 14. tradens
interesse quoties cum sorte princi-
25 pali coniungitur, non esse existimā-
dum separatum, sed totum effici
vnam sortem, vnumq; capitale, &
hæc coniunctio summarum secun-
dum ipsum, dicitur consummatio in
iure, quia plures summæ coniungū-
tur, idest in nostro casu sors, & vsu-
26 ræ in vnam summam rediguntur,
id quod probari ex *tex. in l. si plura*
mancipia 36. *ff. de ædil. edict.* & plu-
rium *DD.* authoritate, satis accuratè
ratiocinatur, & in terminis *Castill. d.*
*dec.*22. *nu.*56. *&* 57. qui iura in con-
trarium adducta benè resoluit, & *in*
fin. tradit ità decisum per *Concisto-*
rium de anno 1608. corrigendo sen-
tentiam latam per Mag. Reg. Cur. si-
cuti facit *Ann. d. consil.*48. *nu.* 22. *cum*
plurib. seqq. eleganter *Fontanell. dec.*
104. *num.*9. *cum tribus seqq.* vbi enu-
cleat iura prædicta satis ad rem, *Ro-*
der. de ann. reddit. lib. 3. *q.* 10. *nu.* 14.
dicens ità decisum in Senatu Galli-
co, *Ayor. de partitio. par.* 1. *cap.* 4. *nu.*
32. *Guttier. de tutel. & cur. par.* 2. *cap.*
9. *nu.* 33. *cum seq. Mastr. dec.* 124. *lib.*
2. *Castill. dec.* 22. *& nu.* 42. *VVesem-*
bec. cons. 38. *num.* 20. *&* 21. *Rauden.*
cons. 33. *nu.* 64. & secundum istam
opi-

opinionem esse decisum refert *Hieron. à Laurentijs dec. Auenion. 170. per tot.* plura per *Milan. dec. 8. à nu. 347. lib. 1. Bonifac. Roger. cons. 57. num. 5.* & *cons. 60. num. 44. vol. 1. Stracc. de Mercator. tit. de contractib. nu. 4. Azeued. cons. 35. nu. 41. Reg. de Pont. cons. 29. nu. 8. Reg. Rou. dec. 9. nu. 17.* vers.

27 *Idem constat*, & *nu. 16.* vbi declarat egregiè *tex. in l. socium, qui in eo ff. pro soc.* aliaq; iura pro opinione affirmatiua adducta, vt procedant in casu, quo vsuræ debitæ à principalibus debitoribus penès ipsos, efficiantur sors ex dispositione legis, secùs tamen esset si essent accessiones, vt videre est, *d. dec. 9. num. 18.* & in foro

28 conscientiæ tutiorem esse opinionem negatiuam profert *Morot. cons. 65. num. 3. in fin.* imò quod opinio *Cagnol.* affirmatiua sapiat negotiationem Hebræorum, his proprijs verbis fatetur *Bolognett. in d. l. vnic. num. 20. cum seq.* & *num. 123. Stracc. de Mercatur. tit. de contrab. mercim. num. 4.*

His exaratis, patent modò restrictiones nonnullæ ad thesim nostrã, quarum

Prima est, quando interesse effici-

29 tur sors, veluti cum quis pro alio soluit debitam pecuniam, & interesse illius, quia tunc potest is qui soluit exigere à debitore pecuniam, & interesse solutum, & si debitor fuerit morosus in soluendo fideiussori suo, iure poterit fideiussor interesse ab eo exigere non solùm sortis solutæ, & interesse soluti, verùm etiam illius interesse, quod creditori cum sorte soluerit, ità adamussim tradit *Dom. de Franch. d. dec. 254. in fin.* quo adducto comprobat *Rodriq. de ann. reddit. d. lib. 2. q. 7. nu. 28. Castill. d. dec. 22. num. 56.* & *57. Io. Bapt. Larr. d. dec. 84. num. 13.* & *14. Christoph. Mart. deciss. exam. 7. nu. 83.* vers. *Sed quicquid sit*, inquiens esse indubitalem propositionem, & *num. 79.* tradit ità consueuisse iudicare Sacrum nostrum Consilium, ex adductis per *Præsid. d. dec. 254.* propè *fin.* & *Rot. Rom. dec. 315. num. 8. 2. par. diuers.* & apud *Seraph. dec. 186. nu. 5. Reg. Rou. dec. 9. nu. 19.* vers. *Id ipsum.*

30 Secunda restrictio est, quando interesse non petitur accessoriè ad sortem, sed principaliter de per se, tunc etenim post moram debetur interesse illius interesse, ex *doctr. Alber. in l. socium, qui in eo ff. pro soc.* sequitur post *Ruin. cons. 55. nu. 18. lib. 2. Rot. Genua dec. 68. nu. 16. Reg Rou. d. dec. 9. num. 13.* & *seqq. Fontanell. dec. 204. nu. 12. par. 1.*

Tertia exindè emanat restrictio in interesse ann. introituum in tẽpore

31 non solutorum, quia introitus prædicti principaliter debentur, non accessoriè, vndè approbat *Dom. de Franch. in d. dec. 154. nu. 112.* vers. *Ex quibus*, determinationem factam per *Sac. Cons. de anno 1539. in causa Marchionissæ Castellaneta cum Comitissa Montella* condemnando ad interesse ann. introituum in tempore non solutorum, quod fuit deindè liquidatum de anno 1542. die 14. Iulij ad rationem duc. septem pro centenario, & hæc fuit prima deci-

32 sio in hac materia, secundum *Pisanell. in addit. ad dec. Affli. 291.* quam *Ego* attuli *in 1. disceptat. forens. cap. 1. num. 83. ad 85.* eam expendens rationem *Dom. Præs.* ibi *nu. 12.* quia

33 introitus prędicti principaliter debentur, & non accessoriè, inquiens

34 ad hoc non aduertisse *Bolognett.* quẽ Præceptorem suum dicit in *repet. l. 1.* vers. *Sed dubium non est, num. 123. C. de senten. quæ pro eo.* nam censuit hoc esse interesse alterius interesse, & prorupit in verba aliqua contra Sca. Consil. eleganter declarat *Gratian. disceptat. forens. cap. 206. nu. 18. discept. 487. ex nu. 3. Milan. dec. 8. ex nu. 350. lib. 1. Cancer. variar. resol. cap. 16. tit. de litis contestat. num. 97. par. 3. Fontan. d. dec. 204. num. 12. in 2. conclus. Mart. cons. 153. ex num. 6.*

Dom.

35 *Dom. Gait.* aliàs à me, sed nunquam
satis laudatus *de credit. cap. 2. tit. 7.*
num. 1051. legendus ex *num.* 1492.
& 1487. *Dom. Thor. in aureo compen-*
dio deciss. Regn. par. 1. vers. *Interesse*
tertiarum pag. 299. *col.* 1. *ad fin. & col.*
2. *Dom. Reg. Rouit. in prag.* 1. *de censib.*
num. 39. *Placid. Costa in addit. ad con-*
sil. eius patris 35. vers. *Adde Gratia-*
num, Trentacinq, lib. 1. *variar. tit. de*
interesse, resol. 1. *num.* 37. vers. *Hinc*
etiam est, quorum nonnullos addu-
cit insignis causarum Patronus *D.*
Petrus Diez de Ribadeneyra Nogue-
rol, allegation. iur. alleg. 12. *num.* 189.
vers. *Et in censuum redditibus.* Et inua-
36 luisse stylum ità iudicandi per Sac.
Consil. testatur *Reg. Rou. in prag.* 3.
de cession. bonor. num. 23. *dec.* 9. *num.*
24. *& dec.* 43. *in princip.* quod sanè
37 interesse tertiarum deberi ex mo-
ra, quæ prouidetur, & præuidetur
ex instrumento, in quo promittitur
refectio damnorum, & interesse cũ
38 generali hypotheca *Pro omnibus ob-*
seruandis, discurrit doctè ad modũ
Dom. Theod. alleg. 5. *num.* 8. *Reg. Rou.*
dec. 9. *num.* 1. plura Ego *in* 1. *discept.*
forens. cap. 1. *ex num* 48. *Trentacinq.*
variar. resol. lib. 1. *tit. de interesse nu.*
38. *Camill. de Medic. cons.* 155. *per tot.*
Dom. de Marinis, quotidianar. resol.
lib. 1. *cap.* 199. *nu.* 1. *Reg. Capic. Ga-*
leot. in addit. ad cons. 86. *Camill, de*
Medic. num. 15.

Sublimitanda tamen venit hæc
tertia restrictio, vt non debeatur
interesse tertiarum à tertio posses-
39 sore, quando creditor est negligens
in non exigendo à principali debi-
40 tore existente soluendo, quia talis
negligentia habet ad mixtum do-
lum, vt probat *tex. in l. dolus* 44. *ff.*
41 *mandat.* ibi, *Dolus est non exigere,*
quod potes exigere, quæ negligentia
42 non debet operari contra tertium
de huiusmodi dolo non participan-
tem, ex pulchrè dictis per *Reg. Rou.*
dec. 43. *num.* 3. *&* 4. cuius rei eam
43 rationem adducit, quia interesse
procedit ex mora debitoris non
soluentis, *l. si quis ab aliquo*, §. *fin. ff.*
de re iud. l. cum stipulatus sim mihi à
Proculo, §. *fin. ff. de verbor. oblig. l. sti-*
pulationes non diuiduntur in princ. ff.
eod. At quando debitor non soluit,
quia creditor negligit exigere, est
44 quædam mora affectata à credito-
re, quæ propterea ei non debet pro-
desse, nec alteri nocere, *arg. l. iure ci-*
uili, ff. de condit. & demon. l. in execu-
tione, §. *fin. ff. de verb. obl. l. fin. in fin.*
C. depos. l. rem hereditariam in fin. ff.
de euict. & vtrobiq; *glos.* vndè deci-
sum recenset per Sac. Cons. secun-
dum prædicta, *Reg. Rou. d. dec.* 43. *nu.*
11. vers. *Hinc*, in causa *D. Francisci*
Pignatelli cùm *Monasterio Sancti Seue-*
ri Maioris Ordinis Prædicatorum, eius-
que dictis conducunt, quæ lato exa-
rauit calamo *Cæsar Barz. dec. Bonon.*
72. *ex num.* 10. quem non allegauit
Reg. Rou. d. dec. 43. post *Marcabr. ab*
Anguillar. cons. 82. *num.* 3. *Thes. dec.*
52. *sub num.* 6. vers. *Verum cum ite-*
rum, & dec. 175. *sub num.* 3. vers. *Ter-*
tium speciale, & num. 5. *Gozad. cons.* 38,
num. 11. *Beninten. dec. Bonon.* 37. *nu.*
10. *Menoch. cons.* 719. *nu.* 45. *cum seq.*
vol. 8. *& per tex. in d. l. dolus*, aduer-
tunt *Soccin. cons.* 273. *num.* 6. *Gozad.*
d. cons. 38. *sub num.* 11. negligentiam
45 in casu præmisso probari, & argui,
eò ipso quod creditor potuit pete-
re, & instare, & non apparet eum
id fecisse, nam quoties quis potest
quid consequi remedijs iuris oppor-
tunis, si illis non vtitur, dicitur per
eum stare, *Gomez. super regul. Can-*
cellar. in regul. de trienn. in Epilogo ca-
suum negligentiæ, cas. 169. *Achill. Pe-*
droch. cons. 13. *num.* 8. *cum seq. & cons.*
26. *num.* 40. *cum seqq. Sebastian. Me-*
dic. de casib. fortuit. par. 1. *q.* 9. alijq;
plures adducti per *Barz. loc. cit.* vbi
pulchras alias rationes considerat,
& iuribus, ac Authoritatibus con-
uallat.

Quarta restrictio ad regulam prin-
cipalem elicitur ex dictis per *Dom.*
Donat.

Donat. Anton. de Marin. quotid. resol. lib. 1. d. cap. 99. num. 4. vers. *Sed illo,*
46 inquiens interesse alterius interesse deberi ab eo, qui tot annuos promisit pendente satisfactione sortis capitalis, quæ in certo, & determinato tempore, vt putà in fine quinquennij, vel decennij soluenda est, subdẽs eamdem vigere propositionem, quasi sit facta venditio ann. introituum, qui stant de per se, sed cõtrarium acerrimè defendit ante ipsum *Reg. Rou.* in celeberrima *dec.* 9. per *tot.* præsertim *num.* 24. vers. *Nec iuuat*, inquiens non benè inferri ab
47 interesse tertiarum ad interusuriũ, siquidem tertiæ, quæ in contractu verè censuali producunt interesse ex mora, non considerantur vti accessiones ad prætium, sed vti corpus, seu species principaliter empta, ve-
48 luti quodlibet aliud corpus, quod in contractum emptionis, & venditionis deducitur, ex traditis per *Anton. Fabr. in suo Codic. lib. 4. tit. de pact. int. emptor. & vendit. defin.* 13. vers.
49 *Neque enim nu.* 15. *&* 16. & nisi tali modo contraheretur, vtiq; contractus non subsisteret, nec tertiæ parere possent interesse, vti obseruat *Auendãn. de censib. cap.* 3. *nu.* 3. *& cap.* 24. *per tot.* Si enim (secundum *Reg. Rou.*) *d. dec.* 9. *nu.* 24. fuisset permissum per viam simplicis interusurij conuenti cõsequi etiam illud aliud interesse interusurij conuenti, ad quid necesse erat tamdiù insudare apud Summum Pontificem, pro obtinenda Bulla super contractu censuali in forma à Bulla præscripta? Certè frustrà fuisset illius impetratio, necesse igitur est, quod illæ ter-
50 tiæ deducantur in contractum emptionis, & venditionis verè, & non simulatè, & tanquam species, seu corpus principaliter, & de per se, & ideò quemadmodum in qualibet specie vendita, & non consignata in termino præfixo, venit interesse ex mora, *l.* 1. *in princ. l. Iulianus*, §. *ex vendito*, vbi latè *glos. & DD. ff. de actio. empt.* ità, & in his tertijs, si non consignentur in terminis statutis, venit interesse ex mora.

Vis igitur non consistit, quod interesse tertiarum debeatur, quasi quod debeatur iure actionis, ex mora stante instrumento, in quo fuit de interusurio conuentum, sicuti
51 aiebat *Dom. de Marin.* vir sanè eruditissimus *loc. cit.* sed in eo, quod ann. introitus formant corpus quodam distinctum, & de per se, & statim ac fit venditio, & emptio ann. introituum reputantur ann. introitus vti sors, ex qua nimirum si debetur postmodum ex mora earum tertiarum interesse, pluribusq; conuallat fundamentis *Reg. Rou. d. dec.* 9.
52 *per tot.* singulis ex aduerso excogitatis argumentis, mirificè occurrẽs, qui pariter *nu.* 40. qui est *finalis* adducit binas iudicaturas emanatas è Sac. Consil. Et licèt *D. de Marin.* alleget pro sua opinione *Dom. meum Theod. allegat.* 40. *per tot.* præsertim *num.* 14. *&* 16. & optimè *nu.* 60. *&* 61. vbi probat interesse interusurij deberi, quotiescumque interusuriũ
53 conuentum est certum, idq; solum sufficere, vt tanquam certum in quantitate producat aliud interesse in emendationem damni passi, eius tamen dictis occurrit *Reg. Rou. d. dec.* 9. *num.* 39. vers. *Post hæc*, in-
54 quiens eius fundamentum destrui ex dispositione *tex. in l. fin. C. de vsur.* vbi interusurium nedum erat certum, sed etiam redactum in capitale, & pro eo stipulatum aliud interesse, & tamen respondet *Imperator* illud interesse mansisse semper interesse, & aliud interesse producere non potuisse, licèt sciam *Dominum meum Theod.* quem in Præceptorem
55 habeo, quemq; obtinui *Ego primæ partis mei operis disceptationum forensium* censorem ex peculiari rescripto Collateralis Consil. dùm in corrigendo aduertit *Me* extitisse memor

mor esse in *1. cap. d. operis num.* 53. vers. *Et licet*, eorum quæ tradidit Reg. Rou. contra suam *alleg.*40. viuę vocis oraculo mihi eius discipulo insinuauit, tàm *tex. in d. l. fin.* quàm etiam in *l.* 3. C. *de vsur. rei ind.* pro-
56 cedere in vsuris, quæ omni iure sunt odiosæ, secus verò in interesse, quod omni iure fauorabile reputat, sicuti *Ego* adnotaui in *d.* 1. *cap. nu.* 53. Vndè tutum in practica non cēseo placitum *D. de Marinis*, nec arridet vndique replicatio *Dom. Theod.* de qua
57 aliàs latiori fortè calamo plura exarabimus; sed interim Sacri Consil. Authoritas nos edocet, in foris practicandum esse tàm in consulendo, quàm in decidendo, *Interesse alterius interesse non deberi*, nisi in casibus modò congestis. Est tamen benè vi-
58 sus in facti contingentia doctus *Matthias Berlich. doc.* 268. *per tot. par.* 2. vbi dispungit, & enucleat quando vsuræ vsurarum peti possint, & in *practicabil. conclusion. par.* 2. *cap.* 38.
59 *per tot.* vbi quærit interesse quomodo, & quatenus post moram parti adiudicari debeat.

SVMMARIVM.

1 Authoris *in eius Aduersarijs adnotauerat* Pragmaticam x. de feud. *esse antiquatam sub fide* Ioan. Vinc. Ann. & Regentis Scipionis Rouiti, *ac etiam* Regentis Ioann. Franc. de Pont. *in locis indicatis.*

2 *Decisio facta per Sac. Consil. iunctis Aulis in causa* Marchionis Burgẽtiæ, *quod* prag. 10. de feu. *non sit in vsu, recensetur.*

3 Dom. Consiliar. Scipio Theodorus alleg. 30. & 31. *scripsit pro inualiditate assensus non secuto contractu infra tres menses.*

4 Dom. Consiliar. Scipio Theodorus *adducit* Dom. Regẽtem Rouitum in cons. 12. lib. 1. *ad probandum assensum contractibus feudalibus faciendis non valere, nisi infra tres menses contractus celebrentur.*

5 Dom. Consiliar. Ferdinandus Arias de Mesa *laudatur.*

6 *Sac. Consil. determinauit* prag. 10. de feud. *esse obseruandam.*

7 *Lex vt dicatur abrogata, plura debent concurrere.*

8 Ioann. Vinc. Ann. alleg. 55. *qualiter sit intelligendus.*

9 *Renunciatio feudi in proximè successurum, non indiget assensu.*

10 *Testis de auditu non probat.*

11 *Posteriores leges derogant prioribus quando ad inuicem sibi contrariantur.*

12 Author *inheret determinationi facta per Sac. Consil. quod* Prag. 10. de feudis, *sit adamussim obseruanda.*

12 Dom. Scipio Rouitus Regens, *fuit sibi ipsi contrarius in articulo* An Prag. 10. de feud. *sit in vsu, necnè.*

ARGVMENTVM.

Pragmatica 10. *de feud.* incip. *Quia in nouis*, qua disponitur Assensus præstitos contractibus faciendis nullam vim obtinere, nulliusq; efficacię existere, nisi contractus ipsi celebrentur intra menses tres, An sit antiquata, siue abrogata, vel in viridi existat obseruantia? quidquè determinatum fuerit tùm antiquis, cùm modernis temporibus per Sac. Reg. Neapolitanum Consilium? quo loci expēdũtur dicta per *Io. Vinc. Ann.* DD.

DD. Regentes Io. Franciscum de Ponte, & Scipionem Rouitum, ac Dominum Consiliarium Scipionem Theodorum, in sedibus indicatis, pariterq; demonstratur sibimet-ipsi contrarius *Dom. Reg.* *Rouitus* in consiliis enunciatis.

OBSERVATIO XIII.

ET sanè: sub fide *Io. Vinc. Ann. in alleg. 55. in finalib. verbis nu.* 25. vbi tradit fuisse contra eius Clientem iudicatum, dum ipse in *d. alleg. ex n.* 16. nixus fuit demonstrare pragmaticam prędictam nō fuisse antiquatā,
1 adnotaueram *Ego* in meis *Aduersarys*, in verb. *Assensus* nō esse in vsu, eòq, magis, quia eiusmodi traditionē approbatam vidi à *Reg. Rou.* nedùm *in commentar.* super *d. Prag. nu.* 1. verùm etiam in *cons.* 12. *num.* 28. vers. *Prætereà lib.* 1. *& à Reg. de Pont, de potest. Proreg. tit.* 8. *de refutat. feud.* §. 5. *num.* 23. itaq; in quadam causa magni momenti Consultus respondi, nam vltrà præfatorum insignium virorum authoritatem, stringit fortiùs Sac. nostri Consil. determinatio
2 edita in causa illa Marchionis Burgentiæ cùm Duce Martinæ. cuius Marchionis vices vti Aduocatus sustinuit *Dom. Rouit. cons.* 12. vbi *in fin.* eam recenset, ac plures votantes viros non mediocritèr doctos enarrat, scil. *DD. Marcum Antonium de Ponte Sac. Cons. Præsidem, & Consiliarios Fabium Riccardum, Pyrrum Paganum, Io. Andream Georg. causæ Commissarium, Ambrosium Villalobos de Sātiago, Gasparem Palacium, & Io. Baptistam Valenzuelam*, quæ decisio emanauit die 31. *May* 1614. contrariam partem pro Marchione tutan-
3 te *Dom. meo Consiliar. Theodoro*, vt in eius *alleg.* 30. *&* 31. vbi *nu.* 40. vers. *Vltra*, punctuatim allegauit dispositionem *d. prag.* 10. ad inualidandum assensum ob non sequutum contractum infra tres menses, licèt ipse alleget *prag.* 8. *de feud.* quæ verè erat 8. secundum computationem *Carauit.* modò verò est situata 10. *loco in tit. de feud.* secundum ordinationem *Reg. Rou.* & in calce *d. alleg.*
4 40. adnotauit pariter *Dom. Theodorus* causæ determinationem, & consilia *Dom. Rou.* quæ legenda monet vnà cum allegatis per ipsum, ad hoc vt plenius percipiantur articuli discussi, quam opinionem sequitur *Reg. Sanfel. dec.* 281. *num.* 5. vers. *Nec obstat par.* 2. adducto simpliciter *Ann. de Pont. & Rou.* de eius tamen articuli veritate pollicetur inibi se diffusè tractaturum in alia decisione, quam diligenti facta per *Me* exquisitione, non inueni.
5 Prodierunt postmodum è prælo *D. Ferdinandi Arias de Mesa Regij Consiliarij*, ac ob eius doctrinam Almi Studij Neapolitani Vespertinæ primariæ Cathedræ Antecessoris, nuper è viuis excessi, de *Me* optimè meriti libri tres *variar. resol. qui in lib.* 2. *cap.* 18. peculiariter de re agēs
6 tradit Sac. nostrum Cousil. pro maiori votorum numero tenuisse contrarium, re maturius pensata, sicuti videre est *num.* 4. vers. *His tamen*, ea
7 potissimum ratione, quia vt lex dicatur non esse in vsu, plura requirūtur, quæ in casu *Prag.* prædictæ non concurrunt, quæq; ipse enumerat *d. num.* 4. *ad fin. vsque* Approbatque insuper dicta per *Ann. d. alleg.* 55. *nu.* 16. exprobrans manifestè *Regen. de*
8 *Pont. & Regen. Rouit.* placita in locis modò citatis, eò quod *Annam* tantum habuerint Antesignanum, quæ contrarium non obscurè dicere insinuat,

sinuat, dum tradit *in fin. d. alleg.* 55. *num.* 35. in causa Terræ Lapigij sententiam absolutoriam emanasse, eò quod renunciatio feudi fuit facta in proximè successurum, quæ non indigebat assensu.

9 Est tamen verum, quod *Reg. Rou. d. conf.* 12. *num.* 28. vt *Ann.* fidem in hoc debilitaret, obseruat decisionē fuisse fundatam eò quod *Prag.* non est in vsu, quodq; dùm *Ann.* ait ex capite renunciationis factæ in proximè successurum fuisse prolatam sententiam prędictam, est color quidam quæsitus, vt indicaret ex alio emanasse sententiam, non probat;
10 quia testis est de auditu; dicit etenim in *fin. allegation. Vt audiui.*

Quid igitur Prudens poterit in futurum consulere Aduocatus tot inter dissidentes opiniones Doctorum, tàm insignium, ac contrarias Sac. Consilij Neapolitanis cita, siue (vt aiunt) decisiones? Posteriores
11 leges derogant prioribus, quando contrariæ sunt, inquit *Paul. lib.* 8. *ad l. Iuliam, & Papiam* translatus *in l. Sed & posteriores* 28. *ff. de legi.* Cum igitur nuperrimè sit interpretatum per Sac. Consil. (re benè trutinata) quod minimè antiquata sit *Pragm.* prædicta, imò quod in viridi extet obseruantia, Nos illi libenter adhæ-
12 remus, eò magis, quia *Reg. Rou.* qui consuluit in 1. *vol.* eius *consilior. conf.* 12. *num.* 28. & in *Commentarÿs super d. prag. num.* 1. docuit, quod non sit in obseruantia, postmodum *in* 2. *vol. conf.* 68. *num.* 12. calamum arripiens pro D. Prospero Suardo fundauit nullitatem dispositionis de re feudali, quia debebat subsequi post tres menses à die impetrati assensus, allegans *d. prag.* 10. licèt impressoris incuria dicatur *pag.* 11. *de feud.*

SVMMARIVM.

1 *Inferior non potest imponere legem Superiori, & actibus ab eo faciendis.*
2 Prag. 10. de feud. *non procedit in assensibus expeditis à Catholica Maiestate.*
3 *Annus impertitus pro executoriandis expeditionibus factis à Sac. Cathol. Maiestate non currit, nisi à die, quo executoriatur actus in Regno, non autem à die expeditionis assensus in Curia Regis.*
4 Prag. *non debet esse alteri contraria.*
5 *Legum correctio est euitanda.*
6 prag. 10. de feud. *fuit promulgata in beneficium* Regis.
7 *Princeps Supremus in dubio non intelligitur statuta particularia tollere, nisi expressè deroget.*
8 *Tempus trium mensium præfinitum expeditionibus S. Cath. M. virtute* prag. 10. de feud. *à quo tempore incipiat currere in expeditionibus factis in Curia Regis.*

ARGVMENTVM.

Prag. 10. *de feud.* incip. *Quia in nouis*, de qua in *præcedent. Obseruat.* An procedat in expeditionibus emanatis à Sacra Catholica Maiestate? quidquè nuperrimè Sacrum Consilium determinauerit?

OB-

OBSERVATIO XIV.

NEgatiuè resoluit *Regen. Rou.* nedùm *in commentar. ad d. prag. nu.* 3. *& in cons. 12. num.* 28. per eademet verba; suam resolutionem statuens, quia *Pragmatica* fuit edita ab *Illustr.*
1 *Prorege D. Petro de Toleto in anno* 1544 & sic ab inferiore, qui non poterat imponere legem ipsi Regi, & actibus ab eo faciendis, tanquam eius Superiori, *cap. veniens extr. de iureiur. l. nam Magistratus, ff. de recept. arbitr.* §. 1. 36. *dist. cap. constitutionem in fin. de verbor. sign. in 6. & in cap. cum inferior de maior. & obed.* subdens quatenus posset *Pragmatica* extendi ad assensus ab ipsa *Cathol. Ma-*
2 *iestate* expediendos, non posse operari effectum suum à die expeditionis assensus in illa Suprema Regia Cancellaria, residente apud ipsam
3 *Cathol. Maiestatem*, sed tantùm à die, quo executoriatur in hoc Regno per *prag. 1. sub tit. de præsen. priuileg. infra annum*, esset inutilis respectu huiusmodi assensuum, quod non esse dicendum tradit *Reg. Rou. in d.*
4 *prag.* 10. *in fin.* nè vna pragmatica sit alteri contraria, & ad euitandum
5 legum correctionem, itaq; fuisse iudicatum per Sacrum Consilium, iunctis Consiliarijs duarum Aularū pro Marchione Burgentiæ, contra Ducem Martinæ, de qua extant plura eiusdem *Reg. Rou. consilia in 1. vol.* eius *consilior.* scil. 12. 13. & 14. in quorum calce decisionem prædictam memorat, & votantes in ea.

Attamen Sacrum Consilium renitentibus nonnullis ex Dominis duarum Aularum in causa relata, per *Consiliar. D. Ferdinandum Arias de Mesa in lib. 2. varar. cap.* 19. con-
6 trarium determinauit, eis motum fundamentis, quia licèt *d. Pragmatica* 10. à Prorege lata fuerit, est tamen lata in beneficium Regiæ Curiæ, qua de re omnes assensus compræhendere debet, nisi aliter sit dispositum, tum etiam, quia Supremus
7 Princeps in dubio non intelligitur statuta particularia tollere, nisi expresse deroget, *cap. 1. de Constit. in 6. cap. Si propter tua de rescript. eod. lib. 6.* cū alijs adductis per *D. Arias de Mesa loc. cit. num. 4. & seqq.* Transiuit ta-
8 men Sacrum Consilium cum temperamento adhibito per *Reg. Rou.* quod tres illi menses non incipiant currere à die expeditionis, sed tantùm à die, qua in hoc Regno mandantur executioni per Illustrissimū Proregem, sicuti obseruat idemet *Arias d. cap. 19. num.* 8.

SVMMARIVM.

1 FRaudationis causa, *quæ gesta sunt, Prætoris edicto reuocantur.*

2 *Acquirere valens, si non acquirat, non continetur in edicto de* reuocand. ijs, quæ in fraud. creditor.

3 *Edictum de* reuocan. hijs, quæ in fraud. creditor. *pertinet ad deminuentes patrimonium suum, non autem ad eos, qui id agunt, nè acquirant.*

4 Tex. in l. qui autem 101. ff. quæ in fraud. creditor. *locum sibi vindicat in creditoribus, nedùm personalibus, verum etiam hypothecarijs.*

5 Ancharanus cons. 101. *reprobatur à* Dom. Vincentio de Franchis Sac. Consilij Præside.

6 *Ius adeundi non est in bonis, nec in iure, & actione.*

7 *Ius adeundi dicitur ius quærendum, non quæsitum, quod multis modis potest deperdi.*

8 Tex. in l. qui autem, ff. quæ in fraud. creditor. *procedit etiam in legitima.*

9 *Filius potest non acquirere legitimam, quia illa non debetur, nisi petenti.*
10 *Abstensio simplex sufficit in legitima, etiamsi nulla fiat repudiatio.*
11 Tellius Fernandez *satis dubitat de* Ancaran. in cons. 101. *quod inseruiuit clienti.*
12 *Debitor, qui ius suum non deminuit repudiando, æqualiter hypothecarios afficit, ac in actione personali creditores.*
13 *Fiscus reuocat non solum ea, quæ à debitore ipsius donantur vti in fraudem, sed etiam quocunque modo res alienentur, etsi non quæratur.*
14 *Fiscus ex speciali priuilegio reuocat non acquisita per eius debitorem, sicuti & alienata vti in fraudem.*
15 *Dos, & Fiscus pari passu ambulant in priuilegijs.*
16 *Ius quærendum, sicuti non potest renuntiari in fraudem fisci, ita nec in fraudem dotis.*
17 Vlpianus & Paulus Consulti *ad inuicem sibi pugnantes conciliantur.*
18 *Iudicare, vbi Sapientes discordant, difficile est.*
19 Author *inhæret opinioni* Tellij Fernandez *ad conciliationem* Pauli, & Vlpiani Iureconsultorum.
20 Tex. in l. cum quidam 26. ff. de iur. fisc. *enucleatur.*
21 Tex. in l. in fraudem, ff. de iur. fisc. *expenditur.*
22 *Edictum fraudationis causa gestum, solùm reuocat diminutionem patrimonij, non autem repudiationis eius, quod noluit acquirere.*
23 *Creditores non fraudantur cum quid à debitore non acquiritur, sed cùm quid de bonis diminuitur.*
24 *Debitor non dicitur alienare, cùm nihil acquirit.*
25 *Ius adeundi non venit appellatione bonorum.*
26 *Specialia sunt miserorum subsidia.*
27 *Fiscus postponitur priuato cum agit de lucro captando, & priuatus de damno vitando.*
28 *Legatario, vel hærede repudiante, legatum, & hæreditas nunquam fuisse fingitur.*
29 *Dominium rei legatæ acquiritur imperfectè, & reuocabiliter ante acceptationem, & sub tacita condemnatione, nisi repudietur.*
30 Tex. in l. 1. ff. si quid in fraud. patron. *dilucidatur in materia repudiationis.*
31 *Lex cùm fingit, idem est, ac si esset verum.*
32 *Repudiatione sequuta, nunquam is, cui relictum fuit legatum, habuit dominium, nec ius in legato.*
33 *Condemnatus si repudiauit nullum ius habuit quod potuisses fisco acquiri.*
34 *Ius quod non fuit in persona condemnati ex eius damnatione, impossibile est, vt sit in persona fisci.*
35 *Repudiatio hæreditatis, vel legati quãdo dicitur fieri in fraudem, vt edicto Prætoris* de jis, quæ in fraudẽ creditorum *comprehendatur.*
36 *Creditores hypothecarij potiori priuilegio gaudens, quàm fiscus, pro pœna proueniense ex delicto.*
37 *Personalis actio santùm competit fisco absque hypotheca, ex delicto.*
38 *Creditores hypothecarij præferuntur ijs, qui actionem habent tantùm personalem.*
39 *Hæreditas, & legatum possunt repudiari in fraudem fisci, cui in hoc nullum competit priuilegium.*
40 *Fiscus quibus creditoribus præferatur, & quando.*
41 *Sententia Principis semper non facit legem.*
42 *Stylus contra ius, induci non potest à Magistratibus per Principem electis ad ius reddendum.*
43 Fabius Aun. Consiliarius cons. 76. *improbatur.*
44 *Doctor perfunctoriè loquens, non est plurimi faciendus.*

A R

ARGVMENTVM.

Textus in l. qui autem 6. ff. Quæ in fraud. creditor. An procedat in Fiſco, & dote? quiduè fuerit determinatum per Sac. Conſil. apud *Dom. Præſid. Vincent. de Franch dec.* 101. reſpectu creditorũ tàm perſonalem obligationem habentium, quàm etiam hypothecariam? exploſa *Anchar.* ſententia *in conſ.* 101. Fiſcum, nullum habere priuilegiũ quin repudiatio hæreditatis, vel legati facta à condẽnato, nõ teneat, ac comprẽhẽſa dicatur in Edicto Prætoris, quo geſta in fraudem reuocãtur, ſiuè cũ creditoribus obligationem tantùm perſonalem habentibus, ſiuè cum hypothecarijs, pluribus oſtenditur; ibique inſinuatur quid tenendum, ſiuè ante, ſiuè poſt condemnationem delinquentis diſputatio ſuboriatur? *Texx. in l. cum quidam 26. ff. de iur. fiſci, & in l. in fraudem, ff. eod.* inter ſe primo obtutu pugnantes, conciliantur: *Fabij Ann. Regij Conſiliarij* placitum *in conſ.* 76. exploditur; pluraq; alia in materia non inſcitè adducuntur.

OBSERVATIO XV.

QVuotquot inter *Vlpianus* reſponſa tradiderit, celebre apud Scribentes vnanimi ſanè ſpiritu habetur illud, quod in themate præmiſimus, Etenim cum in *l. 1.* eiuſdem *tit. Vlpianus* ipſe edocuerit, ea quæ fraudationis cauſa geſta ſunt iure opti-
1 mo reuocari, Prætoris edictum explicans, ſubdit in *d. l. qui autem*, eiuſdem edicti enucleationem proſequens, quod ſi quis valet quid acquirere, & non acquirit, ad edictum
2 non pertinet, ſubdens, *Pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimo-*
2 *nium ſuum, non ad eos, qui id agunt, nè locupletentur*, & inferius, *Proindè, & qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel teſtamentariam, non eſt in cauſa, vt huic edicto locum faciat*, dat rationem, *Noluit enim* (inquit) *acquirere, non ſuum patrimonium diminuere*. Vndè traditum eſt
4 communiter *tex.* prædictum locum ſibi vindicare, nedùm ſi is, qui non vult acquirere, creditores habeat in actione perſonali, verum etiam in hypothecarijs, ſicuti disertè tradit *Dom. de Franch. dec. 101. per tot.* præſertim ea *num.* 9. vbi adducit *conſil. Ancharan.* 101. *verſ. In quæſtione vſq; ad fin.* qui nixus fuit cõtrarium ſua-
5 dere, alioſq; plures *Ancharan.* ſententiam inſequutos, illumq; apertè reprobans, ac ſingulis per *Ancharan*, eiuſq; Aſſeclas occurrens *Dom. de Franch.* tandem *nu.* 21. verſ. *Ex prædictis* teſtatum reliquit, contra *Ancharan.* facere iura, rationes, ac Authoritates, & contra ipſum determinatum fuiſſe per *Sac. Conſil. de anno 1576. die 14. Iulij* cauſa plenè diſcuſſa *num.* 32. verſ. *Plenè*, eiſq; conducunt; quæ tradũt *Dec. conſ.* 443. *Natt. conſ.* 140. *vol.* 1. *& Menoch. conſ.* 116. *num.*

num.fin. vol.2. quod ius adeundi nō
6 est in bonis, nec in iure, & actione,
Dom. meus Consiliar. Theod. alleg.15.
num. 20. sed extra bona per *tex. sy-*
nodalem in l. prætia rerum 63. *§. nec*
enim, ff. ad l. falcid. Gratian. respons.
35. *num.* 35. *Collega noster eruditissi-*
mus Dom. Hediern. in addit. ad Surd.
dec. 140. *num.*10. *Peregr. cons.*46. *nu.*
16. *lib.*3. *D. Petr. Diez Noguerol,* vir
sanè perdoctus *in suo opere Allegation.*
*iuris alleg.*11. *num.* 108. inquiens fa-
cultatē acquirendi non esse ius for-
matum, nec productum antequam
ad esse perducatur, *Ego ipse in* 1. *di-*
sceptat. forens. cap. 34. *num.* 41. *cum*
duob. seqq. vbi plures adduxi, & nunc
addo *Matthiam Berlich. dec.*114. *nu.*
1. *par.*1. vbi alios aggregat, multaq;
notabilia tradit, eumq; *tex. in d. l. qui*
7 *autem,* procedere etiam in legitima,
vt non possint creditores filium eo-
8 rum debitorem vrgere, vt acquirat
post *Gratian. discept. forens. cap.*271.
num. 10. *cum seq.* tenet *Episcop. Ricc.*
in addit. ad d. dec. 101. *Dom. de Franch.*
quo tantum adducto, ac ratione
expensa; ideò filium posse non ac-
9 acquirere legitimam, quia illa non
debetur, nisi petenti per *tex. in l. sci-*
mus, vbi *glos. C. de inoff. testa.* ac pro-
10 indè non requiri expressam repu-
diationem, sed sufficere quod filius
abstineat per *tex. in l. ait Prætor* 10. *§.*
si quis in fraudem, ff. quæ in fraud. cre-
ditor. decisum in *Senatu Pedemon. de*
anno 1614 *die* 8. *Februarij,* recenset
insignis *Gaspar. Anton. Thes. quæstion.*
forens. lib. 3. *cap.* 74. nonnulla per
Lanar. cons. 43. *num.* 1. plenè *Tellius*
11 *Fernandez ad l.* 4. *Taur. num.* 56.
vers. *Ego,* vbi inquit valdè dubitare
de opinione *Ancharan. d. cons.*101. &
sequacium, & timere nè causa su-
per qua consuluit coegerit eum ad
illud dicendum, & ex *d. num.* 56. *ad*
num. 61. benè probat contra *Ancha-*
ran. subdens *in fin. d. num.* 60. vers.
Et ita tenendum, quod ratio *d. l. qui*
autem, scilicet, quia debitor ius suum
12 non diminuit repudiando, æquali-
ter conueniat hypothecariæ, siue
personali, & *num.* 61. *in fin. Sanchez*
*de matrim. lib.*6. *disp.*4. *num.* 8. vers.
Re vera, vbi in hanc sententiam ad-
ducit *Bald. in l. magis puto, §. fundum*
nu. ff. de reb. cor. Io. Lup. in rubr. de
*donat. inter vir. & uxor. §.*47. *num.*9.
ibiq; recenset *Dom. de Franch. d. dec.*
101. & insimùl damnat opinionem
*Anchar. in d. cons.*101. eiusq; Assecla-
rum.

Deueniendum est modò post præ-
dicta exarata, propriùs ad quæstio-
nem propositam; in qua reperio
Paulum, lib. 5. *sententiarum* transla-
tum *in l. in fraudem* 45. *ff. de iur. fisc.*
eam dirimere his verbis, *In fraudem*
fisci non solum per donationem, sed quo-
13 *cunque modo res alienatæ reuocantur:*
idemq; iuris est (attendantur rogo)
& si non quæratur: vbi *glos.* verb. *non*
quæratur, nititur contraria diluere,
ibiq; *Alber.* tradit speciale esse in fi-
sco, quod imputetur ei, qui noluit
14 acquirere, quod non est in alijs cre-
ditoribus. vndè *Gozadin. cons.*97. *nu.*
12. propè *fin.* inquit, idem esse fauo-
re dotis, quia procedit argumentum
de fisco ad dotem in priuilegijs ar-
15 gumento *l.*2. *C. de priuileg. fisc.* itaque
tenere *Butr. in cap.* 1. *de probat. Ioan.*
Andr. in addit. ad Specul. tit. de instru.
edit. §. videndum, vers. *Ex præmissis,*
Castr. in l. 1. *ff. solut. matr.* & ibi per
Alex. col. 22. *Roman. & Ias. in l. nec*
quicquam, ff. de eden. quam opinio-
nem vti communem, tenere *Dec. in*
d. cap. 1. *col.*34. vers. *Tertio extenditur,*
ac *Gozadino* tantùm allegato, pro
absoluto tenet *Consiliar. Ann. cons.*
76. *num.* 6. formans conclusionem,
quam communem existimat, quod
16 sicut ius quærendum, non potest
renunciari in fraudem fisci ad limi-
tationem *tex. in d. l. qui autem,* vbi
Rayner. & Zas. speciale hoc esse in
fisco tradunt per *tex. in d. l. in frau-*
dem, ff. de iur. fisc. ita nequidem in do-
te *Neguš. de pignor.* 4. *par. princ. n.* 41.

Vr-

17 Vrget tamen in contrarium *Vlpianus lib. 31. ad Sabinum*, translatus in *l. cum quidam 26. ff. eod. de iur. fisc.* ibi, *Non videri in fraudem fisci factum, quod acquisitum non est*. Et sic videmus Consultos ipsos pugnãtes inter se: *Vlpianus* decreuit fiscum conqueri non posse, si non acquirit; *Paulus* verò in fraudem fisci videri factum, si non acquisierit. Quid igitur tenendum? difficile namque est
18 iudicare, vbi Sapientes discordant; At *Ego* non animo iudicandi, sed intentu ostendendi veritatem; meam
19 sententiam indicabo, seu mauis cõfirmabo *Me* cum sentẽtia *Telly Fernandez in l. 4. Taur. num. 62. ad 64.* vbi fundat (quicquid alij post *glossas*
20 *in d. §. cum quidam*, & *in l. in fraudem*, vt eiusmodi Consultorum antinomiam dissoluerent, distinctionis moderamine eam temperare enixi sunt) quod scil. in *d. l. cum quidam*, nondùm erat damnatus, sed erat creditor in spe, At in *d. l. in fraudem*
21 erat iam debitor realis propter dãnationem; rationem *tex. in d. l. qui autem*, & *in l. cum quidam*, *ff. de iure fisci*, ità locum obtinere in fisco, sicut in priuato, nam edictum frau-
22 dationis causa gestum, solùm reuocat diminutionem patrimonij, non autem repudiationẽ eius, quod noluit acquirere, quod & *Iulianus* quoque scribit in *l. Non fraudantur, ff. de*
23 *regu. iur.* ibi, *Non fraudantur creditores cum quid non acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur*, & obseruat *Sanchez de matrim. lib. 6. de donatio. inter coniug. disput. 4. num. 8.*
24 ea reddita ratione, quia talis debitor non alienat, cum nihil acquisierit, ius etenim hæreditatem adeundi, antequam acceptetur, non est in bonis nostris per *tex. in l pretia rerum 63.* ibi, *Acquirit nobis certè cum adieris, ff. ad l. falcid. Gratian. respons. 35. nu. 35.* vbi expressè inquit ius adeũdi non esse in bonis, & bonorum
25 appellatione non venire *Dom. de Francb. dec. 101. num. 5.* cum alijs nuper adductis à *D. Petro Diez de Ribadeneyra Noguerol allegationum iuris, alleg. 11. num. 108.* vbi *Dom. de Francb. in d. dec. 101.* cum alijs adducit, sicuti *Ego* indicaui in *1. discept. forens. d. cap. 34. num. 41.* post *Tell. loc. cit. num. 59.* quæ sanè ratio ità militat in fisco, sicuti in priuato,
26 nec specialia sunt introducenda, sunt etenim miserorum subsidia.
27 Facit vlteriùs subtilis indagatio eiusdem *Telly*: Fingamus; quem esse condemnatum pro combustione domus ad pœnam fisco, & ad emendationem domus priuato, in hoc concursu nonnè verum est prius esse satisfaciendum priuato, qui certat de damno vitando, quàm fisco, qui de lucro agit captando? Certè sic: *textum* etenim habemus in *l. 1. cum toto Rubro, C. pœnis fiscalib. creditores præferr. lib. 10.* vbi *Io. de Platea* notat *num. 3.* Cur igitur si priuatus præfertur fisco, & in damnum priuati, qui tractabat de damno resarciendo, damnatus potest repudiare, fiscus vult magis priuilegiari in lucro, in quo vincitur à priuato? Ideò facit regula desumpta ex *tex. in l. de accessionibus, ff. de diuers. & temporar. præscrips.* & aduertit *Gratian. discept. forens cap. 271. num. 20. & seq. tom. 2.*
Præterea: communis est traditio Doctorum, præsertim *Bart. in d. l. qui*
28 *autem* vbi *glos.* verb. *legatum in princ.* quod legatario, vel hærede repudiãte, legatum, siue hæreditas nunquã
29 fuisse fingitur, quia dominium legati acquiritur imperfectè, & reuocabilitèr ante acceptationem, & sub tacita conditione, nisi repudietur, idcircò cum posteà repudiatur fingitur dominium non esse quæsitum, & post *Bart.* designat *Ias. in §.*
30 *Idem si quid in princ. Instit. de action.* Sed quid multis? *tex.* est synodalis *in l. 1. vers. Vtrum autem, ff. si quid in fraud. patron.* ibi, *Quamuis enim legatum retrò nostrum sit, nisi repudiet,* at-

attamen cum repudiatur, retrò nostrum non fuisse, palàm est, & cum lex fin-
31 gat super hoc, idem est ac si esset verum, secundum *Tell. loc. cit. nu.* 59. vers. *Vlterius*, qui alium expendit *tex. in l. legatarius*, §. *si legatum*, ibi, *Quasi nè legatum quidem sit ff. de legat.* 1. *Aretin. in l. qui filiabus*, §. *si vni, ff. eod.* idemq; *Tell. d. num.* 59. vers. *Vides igitur*, inquit *tex. in d. l.* 1. *ff. si quid in frau patron.* esse formalem ad hoc,
32 quod sequuta repudiatione nunquam cui relictum fuit legatum, habuit dominium, nec ius in legato, peculiaria quædē subiungens, *Gratian. disceptat. forens. d. cap.* 271. *num.* 11. *Ego* lato calamo *in* 1. *disceptation. forens. cap.* 34. *num.* 36. *Sanchez d. disput.* 4. *num.* 8. vers. *Re vera*, Hinc *Tell. d. l.* 4. *num.* 63. vers. *Qualiter ergo*, iure optimo exclamat, *Qualiter ergo fiscus potest prætendere*
33 *ius ad illud, quod damnatus nunquam habuit?* & paulò post ibi, *Sed si condemnatus nullum ius habuit, propterea quia repudiauit, non video, vndè ius nascatur fisco ex persona damnati*, reducit etiam ad impossibilitatem, quod id quod non fuit in persona
34 condemnati ex eius damnatione sit in persona fisci.

Restrictio insuper, quæ à nonnullis traditur, quod repudiatio hære-
35 ditatis, vel legati in fraudem dicatur fieri, si fiat post condemnationem ob delictum ad summam aliquam pecuniarum; ideòq; Prætoris edicto compræhendatur in beneficium fisci, nullum facessit negotiū, quia potiori priuilegio gaudēt cre-
36 ditores habentes hypothecas, & tamen ex d ctis per Nos superiùs, potest debitor repudiare in eorum
37 præiudicium, nam ex delicto, sola obligatio personalis absque hypotheca aliqua consurgit, & clarum est creditores hypothecarios præferri
38 creditoribus in actione personali, ad *tex. in l. eos, C. de pignor.* Vndè tradit *Sanch. d. disp.* 4. *num.* 8. *circa med.*
39 eò fortius hæreditatem, & legatum posse repudiari in fraudem fisci, subdens nullo hac in re fiscum priuilegio potiri, nam aut sermonem facimus ante sententiam condemnationis in beneficium fisci, & vtiq; nulla illi conceditur hypotheca, *l. si qua pæna, & l. aliud*, §. *inter multa, ff de verbor. sign.* Si verò post condemnationem quærimus, & tunc nullam habet hypothecam, respectu aliorū
40 creditorum ex contractu, *l. quod placuit, ff. de iur. fisc.* ea tamen habere potest respectu aliorum creditorum ex delicto, ipsisq; præferri haud inficiamur ex mente *Couarr. variar. cap.* 16. *num.* 8. *Alber. in tractat. Statutor. lib.* 3. *q.* 24. *Dec. cons.* 445. *à num.* 65. *Barbat. cons.* 22. *à num.* 9. *lib.* 3. *Ruin. cons.* 23. *lib.* 5. *Nell. in tract. bannitor.* 1. *par.* 2. *tempor. par.* 30. *Dom. de Franch. d. dec.* 101. *num.* 5. *Zanch. in repet. l. hæredes mei*, §. *cum ità* 4. *par. num.* 88 *ff. ad Trebell.* quos adducit *Sanch. d. disput.* 4 *num.* 8. occurrens placito *Gregor. Lopez in l.* 12. vers. *Engañosamente, tom* 10. *par.* 5. vbi tradit in Supremo Regis Consilio semel contrarium fuisse pronunciatū, nam sententiam illam minimè refragari tenet *Sanchez*, quia ea mini-
41 mè legem efficit; Imò nec semper sententia Principis, secundum *Couarr.* 4. *decret.* 2. *par. cap.* 7. §. 4. *nu.* 15.
42 quia Magistratus electi per Principem ad ius reddendum, non possunt inducere stylum contra ius, ex traditis per *Gregor. Lopez l.* 9. verb. *Como à los ricos t.* 28. *par.* 3. & acutè *Tell. d. num.* 60. quæ omnia ex vi correlatiuorum etiam in dote vigent.

Vt hinc facilè dispiciamus, quanti facienda sit Authoritas eius qui
43 perfunctoriè articulum indicat, & herclè mirari liceat de *Consiliario Ann.* viro doctissimo, dùm *in loc. cit.* communem existimauit sententiā, quod *tex. in d. l. qui autem veniat restringendus in fisco, & dote.* Et verè
fa-

ſatis ieiunè re minimè diſcuſſa, ac articulo non deguſtato.

SVMMARIVM.

1 TEx. in l. qui autem 6. ff. quę in fraud. creditor. *procedit in creditoribus cuiuſcumque generis, tàm perſonalibus, quàm hypothecarijs, ſecundum veriorem opinionem.*

2 *Dos, & fiſcus ſubijciuntur diſpoſitioni* tex. in l. qui autem 6. ff. quæ in frau. creditor. *vtpotè qui in hoc nullo potiuntur priuilegio.*

3 *Debitor an poſſit in foro conſcientiæ non acquirere in præiudicium creditorum, ſecundum diſpoſitionem* tex. in l. qui autem 6. ff. quæ in frau. creditor.

4 *Aduocati conſulentes debitoribus, nè acquirant in præiudicium creditorum, an teneantur ad reſtitutionem, & emendam damni crediteribus?*

5 *Animæ fauore tutius eſt in dubijs opinionibus, pro ea adhærere.*

6 *Media neceſſaria ſunt adhibenda ad conſequendum finem.*

7 *Iuſtitiæ lege, qua debitor tenetur ſoluere debita, tenetur adhibere media, vt ſoluat, quādo media non ſunt valdè difficilia, vt ſoluat.*

8 *Debitor non acquirens in præiudicium creditorum, nullam committit fraudem, nec diminuit patrimonium, ideò licitè poteſt non acquirere.*

9 *Lege permittente quod fit, non exprobratur.*

10 *Sacrum audire deſinens abſque legitima cauſa in die feſto, peccat.*

11 *Diminutio patrimonij eſt in cauſa, nè debitor poſſit diminutionem facere in præiudicium creditorum.*

12 *Creditores non fraudantur à debitoribus cum quid non acquirunt.*

13 *Repudiatio non eſt alienatio in fraudem creditorum, vt compræhendatur edicto Prætoris, de quo* in l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. creditor.

14 Author *retorquet argumentum contra* P. Sanchez *in loco indicato.*

15 *Iure permittente quod fit, licitè fit.*

16 *Iuris priuilegio qui potitur, contra ius non mercatur.*

17 *Charitatis lege, quilibet tenetur damno proximi obuiare, ſi facile poteſt.*

18 *Debitor ſi valet facilè damnum creditoris euitare, tenetur ſaltim lege charitatis.*

19 *Priuatio præſupponit habitum.*

20 *Damnum quod alicui ex aliquo actu non infertur, minimè attenditur, cùm ad id non tendat principaliter.*

21 *Lex eſt ſanctio ſancta, iubens honeſta, & prohibens contraria.*

22 *Leges non dedignantur ſacros canones imitari, & è contrà.*

23 *Lex ciuilis etiam in cauſis Eccleſiaſticis attenditur, ſi expreſsè iuri canonico non contradicat, vel ius canonicum ei.*

24 Author, *vt* P. Sanchez *argumentum diluat, eius dicta perſcrutatur, in loco indicato.*

25 *Bona fides excuſat.*

26 *Argumenta adducta à* P. Sanchez in loco allegato, *poſſe nempè debitorem nō acquirere in præiudicium creditorum, validiora, & fortiora ſunt illis, quæ in contrarium idemet* P. Sanchez *adduxit.*

27 *Sententia Iudicis non innititur falſa præſumptioni.*

28 *Debitor non acquirens in præiudicium creditorum, non poteſt cogi à Iudice, quod acquirat, vndè dicitur tutus in conſcientia.*

29 *Renuncians hæreditati delatæ, nè acquirat in præiudicium creditorum, non peccat.*

30 *Honeſtè quod poſſumus, id verè poſſumus.*

31 Author *approbat ſententiam aliàs indicatam in* 1. diſceptat. forenſ. cap. 34. num. 39. *quod debitor non acquirens in præiudicium creditorum, poteſt efficere tuta conſcientia.*

32 Authoris *proteſtatio, quod in omnibus*

bus eius scriptis, subscribit se censuræ Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ.

ARGVMENTVM.

Dispositio *text. in l. qui autem 6. ff. quæ in frau. creditor.* de qua in *antecedén. Obseruat.* An procedat etiam in foro conscientiæ, vt tutus reddatur debitor nolens acquirere in præiudicium creditorum? quæq; opinio fortioribus nitatur rationibus, & argumẽtis, affirmatiua nè, vel negatiua? Recensentur argumenta ad vtramq; partem adducta per eruditissimũ P. *Thomam Sanchez in absoluto tractat. de matrim. lib. 6. disput. 4. tit. de donation. inter coniug. n. 9.* vers. *His tamen*, & vers. *Similiter*, eiusq; opinio negatiua, nempè debitorem nolentem acquirere in præiudicium creditorum, siue in actione personali, siue cum hypotheca, non posse id efficere tuta conscientia, quodq; teneatur ad restitutionem, in quam pœnam incidere quoque Aduocatos, siue alios Cõsulentes non aditionem, eosque ad restitutionem, & emendam damni teneri ab *Authore* reijcitur, veriorque insimul commonstratur opinio affirmatiua, singulisque P. *Sanchez* argumentis occurritur; quo loci *Author* protestatur se ne latum quidem vnguem velle recedere à iudicio Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ, tàm in præfato quæsito, quàm etiam omnibus alijs in casibus, in quibus scripsit, scribit, & in futurum (Deo consensiente) scribet.

OBSERVATIO XVI.

Elaborauimus equidem in *præcedenti*, vt insinuaremus dissidentes inter Consultorũ opiniones, veriorem illam existere, ac in Supremis receptam Tribunalibus sententiam, quod *tex. in d. l. qui au-*
1 *tem 6. ff. quæ in frau. creditor.* locum teneat in cuiuscumq; generis creditoribus, tàm personalibus, quàm hypothecarijs, etiam si inter eos
2 connumerentur fiscus, & dos, quasi quod nullo in hoc potiantur priuilegio, itaq; (nisi me, mei fallit amor) circulum (vt dici veteri adagio solet) absoluisse, ac summum propositi assecuti videmur. Sed incassum omnia? ac (vti est in prouerbio) aquam ex cribro duximus. Nam si vera est opinio tenentium non posse in foro conscientiæ *tex.* prædictum
3 practicari, sicuti ex professo docet *P. Thom. Sanchez de matrim. lib. 6. disp. 4. tit. de donat. inter coniug. nu. 9.* vers. *His tamen*, & vers. *Similiter*, vbi ma-
4 nifeste innuit Causidicos, aliosque Consulentes debitoribus vt repudient

dient, teneri creditoribus restitue-
re ea debita, quia iniustum fuit cō-
silium, ex quo debitores euaserunt
impotentes ad soluendum, & dam-
no causam dederunt; frustrà insuda-
uimus. (Quis etenim ex Christianis
audebit in posterum animam suam
mortali subijcere crimini, ex quo
Dei gratiam amittat?) Et quid
prodest homini si totum mundum
lucretur, animæ verò suæ patiatur
detrimentum? vndè edocti sumus
animæ fauore in dubijs opinioni-
5 bus, quod tutius est, præsumi debe-
re, ad *tex. in cap. vnic. de scrutin. cap.
iuuenis de sponsalib.* etiamsi duriorē
causam denotat, vt *in cap. significasti
el 2. de homicid*: per quæ iura ità tra-
dit *Didac. Perez lib.8. Ordinam. tom.
3. tit. 9. pag. mihi* 320. *col. 2. in fin.*
vers. *Et in dubijs*, benè *Reg. Valenz.
cons.* 12. *num.* 36. vers. *Tamen quia,
lib. 1.* post *Couarr. in cap. Alma mater,
1. par. relection. §.2. num.4. de senten.
excomm. in 6. l. sunt personæ, ff. de reli-
gios. & in sumptib. funer. Reg. de Pont.
cons. vltim. num. fin. Io. Franc. de
Petr. cons.* 59. *n.*18. & ante *P. Sanch.*
tenuit *P. Molin. de iustit. & iur. tra-
ctat. 2. tom.2. disput.* 435 *ad fin Gra-
tian. disceptation. forens. cap.*271. *num.*
25. & 26. dùm refert vltimo loco
opinionem *P. Sanch. Episcop. Riec. in
addit. ad dec. Dom. de Franch.* 101.
vers. *Notandum*, ibique *Nouar.* vers.
*In foro tamen, Illust. Dom. meus March.
Torell. Reg. Hector* Capic. *Latro dec.*8.
num. 13. post prædictos, inquiens in
foro conscientiæ repudiantem pec-
care læthaliter, *Consiliar. Paschal. de
virib. patr. potest. par. 2. cap.4. nu.*174.
Io. Franc. de Petris doctus, ac miræ
eruditionis vir, *cons.* 59. *nu.*15. vers.
Non enim.

Hoc verò tantorum virorum as-
sumptum, quibus fundamentis con-
sistat dispiciendum est: Et sanè *P.
Sanch. loc. indicato*, multis argumen-
tis suam conuallare nititur senten-
tiam.

Primò: quia eadem lege, qua ali-
quis tenetur ad finem, tenetur adhi-
6 bere media necessaria ad illum finē
comparandum, quando media sunt
facilia; dat exemplum; Eadem
lege qua teneor audire sacrum, te-
neor confluere in templum, quan-
do non excusor legitimè, vbi sacrū
celebratur, ergò eadem lege iusti-
tiæ, qua debitor tenetur soluere de-
7 bita, tenetur adhibere media vt sol-
uat, quando media non sunt valdè
difficilia, at in hoc non potente aliàs
soluere, est medium necessarium, &
facillimum acceptare eam hæredi-
tatem quando est lucrosa, & expe-
diens; ergò contra iustitiæ legem
delinquit non acceptans.

Sed eiusmodi argumentatio adeò
debilis est, vt ex se ipsa destruatur,
inquit etenim *P. Sanchez* media ne-
cessaria esse adhibenda ad assequen-
dum finem, ad quem quis tenetur,
quam propositionem concedimus
vltrò, cum ea tamen modificatione,
quam ipse apponit in exemplifica-
tione, quando scil. quis legitimè nō
excusatur, at si *tex.* expressus *in d. l.
qui autem, ff. quæ in fraud. creditor.* dis-
ponit creditores non posse vrgere
debitorem, vt acquirat, quia ex
non acquisitione nulla committi-
8 tur fraus, nec fit damnum eius pa-
trimonio, nam non augetur, ergo le-
gitimè excusatur si non acquirat,
dùm facit actum à lege illi permis-
sum, ità quod lege permittente fit,
9 non exprobatur, *l. Gracchus*, C. *ad
l. Iuliam de adulter.* quomodo in pro-
prijs terminis tenuit *Rota Romana*
apud *Sanctissimum, dec.*401. *num.*14.
Paris. cons. 72. *in fin. lib.* 3 *Surd. dec.*
30. *num.* 30. & sic semetipsum re-
darguit *P. Sanch.* in *eodem suo argu-
mento.*

Secundò arguit *P. Sanch.* Si quis
in die festo careat pallio, & sic excu-
saretur à sacro audiendo, si illi ac-
commodaretur pallium quis dubi-
10 tat, quod teneretur acceptare, vt

audiret sacrum, & eius præcepti fractorem esse, si absque legitima causa, solum nè audiret sacrum, nollet acceptare, ergò similiter in nostro casu.

Profectò labens argumentum, vt dicatur ex Minerua tanti viri esse profectum, quod totum si concedamus, quid ad rumbum quæstionis nostræ? in qua non acquirens legitimam habet causam, imò à iure permissam, quia nullum fit damnũ
11 eius patrimonio, in quo creditor habet actionem cum non diminuat, sicuti in *antecedent. cap.* ex pluribus probauimus, vndè eodem morbo cum laboret, quo primum argumẽtum, cæteraq; alia exempla per ipsum adducta eò collimant, quando absque legitima causa quid efficitur, quæ rei nostræ non collineant, eodem sanè collirio præbemus medelam, nè membranas occupemus.

Tertium argumentum, quod Achillæum effingit *P. Sanchez* vires sumit ex eo, quod *tex. in d. l. qui autem*, vers. *Proinde*, ibi, *Proinde & qui repudiauit*, & ibi, *Non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat, & in l. Non*
12 *fraudantur*, ibi, *Non fraudantur creditores, cum quod non acquiritur à debitore, ff. de regu. iur.* non aliud decidunt, nisi quod ea repudiatio nõ est alienatio in fraudem creditorũ,
13 quæ illo edicto reuocatur, non autem determinant hunc debitorem licitè facere, nec ipsi prioilegium aliquod concedunt, ergò nulla ratione id licitè efficere potest.

Ficulneum (vt ità dixerim) argumentum, quod ex iuribus per ipsum adductis diluitur, ac contra ipsum
14 retorquemus, consentit *P. Sanchez* repudiationem non comprehendi in edicto reuocatorio alienationum in fraudem creditorum, ergò consentiat necessè est iure permittente fieri repudiationem, si ergò fit iure permittente, quare non licitè? alioquin qui iuris priuilegio potitur, contra ius mercari fateamur opor-
16 tet; Audiamus rationem *tex. in d. l. qui autem*, ibi, *Pertinet enim hoc edictum ad diminuẽtes patrimonium suum, non ad eos, qui id agunt, nè locupletentur*, & inferiùs; *Noluit enim acquirere, non suum patrimonium deminuere.* Si igitur edictum nõ adscribit fraudi repudiationem, vndè oritur culpa in repudiante in damnum creditoris? cui nullum ius competit in eo, quod debitor non habuit.

Quartum argumentum deducit *P. Sanchez*, ex lege charitatis, quia saltem videtur clarè, delictum esse contra charitatem, nam quilibet le-
17 ge charitatis tenetur damno proximi obuiare, si facilè potest, maximè si causa eius, damnum illud patiatur; at creditor causa debitoris patitur sui debiti iacturam, ergò debi-
18 tor potens facilè hoc damnum creditoris vitare, tenetur, saltem lege charitatis.

Sed resolutio suadetur ex multis, nam in eo quod ait quemlibet teneri lege charitatis damno proximi obuiare, verum fatemur, sed qui repudiat legatum, vel hæreditatem damnum non infert, quia hoc tantùm facit, nè acquirat, & nè augeat patrimonium, quod enim damnum inferri cuipiam potest, ex eo quod
19 non habuit? & sic priuatio præsupponit habitum, *l. decem, ff. de verbor. oblig.* Præterquàm quod: damnum quod alicui ex aliquo actu infertur,
20 minimè attenditur, cum ad id non tendat principaliter, ex traditis *in l. si quis nec causam, ff. si cert. pet.* sic in re præsenti, debitor non adit, quia facit actum de per se licitum, à iure permissum, non vt damnum inferat creditori, & actus qui venit in consequentiam minus attenditur, *d. l. si quis nec causam*, quã meam animaduersionem, dùm hæc scripta reuiderem, inueni apud *Mercurial. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 3. num. 15.* vers. *Tertiò probatur*, inquiens factũ

non

non dici præordinatum ad damnũ, & præiudicium creditorum quando conceditur à lege, quæ non debet esse ludibrio, *l. cum non solum, S. vbi autem*, C. *de bon. quæ liber. glos. in l. si quando*, verb. Retrahere, C. *de testib.*

Itidem: si lex permittit, nec fraudi adscribit non adire, quomodò peccare dicitur, qui facultate à lege permissa vtitur? est etenim lex san-
21 ctio sancta, iubens honesta, & prohibens contraria, alioquin si non acquirens teneretur lege charitatis, & sic peccaret mortaliter non acquirendo, lex esset nutritiua peccati, quod non est dicendum *ad tex. in l. in ambigua 9. ff. de legib.* quem eruditè exornat *Alex. Turam. in d.l. in ambigua*, verb. *Vitio caret num.* 10. inquiens legem omni carere vitio debere, siue iniquitatis, siue rigoris, siue elusionis.

Eò magis; quia non habemus *tex.* canonicum, vel constitutionem aliquam Pontificiam in contrarium; quinimò *Summus Pontifex in cap.* 1. *de nou. oper, nunc.* inquit, quod sicut
21 leges non dedignantur sacros Canones imitari, ità & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiuuantur, vbi *glos. & Scri*
23 *bentes* communiter deducunt conclusionem, quod lex ciuilis etiam in causis Ecclesiasticis attenditur, si expressè iuri canonico non contradicat, vel ius canonicum ei, & si ius canonicum nihil loquitur (vti in casu nostro) tantò fortius attenditur; *Rom. cons.* 176. *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 9. *tit.* 10. *nu.* 8. incip. *Nunc autem*; At si asseratur ad esse peccatum, esset nedùm contrariari, sed prorsus inter Christianos legem eludere, imò frustrari.

Vtque ab ipsomet *P Sancio* sua destruatur opinio, nonnè tradit
24 *ipse d. numin fin.* vers. *Sæpè tamen*, excusari sæpè tàm consulentes, quàm debitores, quia bona fide, & iusta
25 ignorantia procedunt, quodq; bona fides excusat non habentem rem, nec ex ea factum locupletiorem, vt passim tradunt *DD.* in materia restitutionis; Si igitur bona fides potens est ad excusandum, quare lex ipsa, quæ optimam fidem præstat non debet excusare? cum certum sit in iure, quod vbi ratio est eadem, non dissimilis debet esse iuris dispositio, *l. illud, ff. ad l. Aquil. l. à Titio, ff. de verbor. obl. cap. inter cæteras de rescrip. Alex. cons.* 53. *num.* 3. *lib.* 4. *Ceph. cons.* 1. *num.* 33. *& cons.* 34. *num.* 7. *tom.* 1.

Dilucidè vt hinc appareat, argu-
26 menta ab eodem *P. Sancio* adducta *d. disput.* 4. *num.* 9. quod etiam in foro conscientiæ tutus sit is qui non acquirit, seu repudiat ex permissu, *d. l. qui autem*, esse fortiora, & concludentia, quæ ad infrascripta rediguntur.

27 Primò: quia sententia Iudicis non innititur falsæ præsumptioni, nec est in delicti pęnam, vndè si in foro externo hic debitor repudians hæreditatem absoluitur, nec sententia illa innititur falsę pręsumptioni, aut est in delicti pęnam, meritò igitur idem dicendum est in foro conscientię.

Secundò: si creditores conuenirent debitorem, vt eum cogat Iudex non repudiare, certum est, quia eum absolueret virtute dispositionis, *d. l. qui autem*, nec condemnare posset, ad tradita per *Dom. de Franch. dec.* 101. & per *Nos in cap. præceden.*
28 ergo tutus erit debitor, si non acquirat etiam in foro conscientię.

Tertiò: arguit *P. Sancius* ex communi DD. traditione *d. l. qui autem*, quosq; *Nos in anteced.* adduximus,
29 habetur, posse debitorem renunciare hęreditati, nè soluat debita, At si esset peccatum non ità absolutè di-
30 cerent, id etenim possumus, quod honestè possumus, *l. nepos proculo, ff. de verb. sign.* & pręcęteris *Gomez.* explicans *l.* 52. *Taur. num.* 66. vers.

Quin-

Quintò infero, ait, licitè debitorem repudiare hęreditatem, vel legatum in fraudem creditorum; Consulendos tamen moneo ad materiam *tex. in d. l. qui autem, Surd. conf. 300. in 2. vol. Cagnol. in l. non fraudantur in fin. ff. de regu. iur. Alphan. collect. 2. Couarr. in 4. decretal. par. 2. cap. 7. §. 1. num. 14. Matthien. ad ll. for. tit. 9 lib. 9. glos. 1. num. 6. pag. 271. Gozad. conf. 97. num. 7. & 12.* vbi quid in fisco, & dote, quidq; in trebellianica, & legitima, *Consiliar. Ann. collectan. 209.* post *Menoch. cons. 77. lib. 1. Pereg. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 38. & seq. Padill. in l. post mortem num. 24. C. de fideicom.* qui præcipua iura congerit, & an procedat in hærede debitoris, *Ann. d. Collectan. 209. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. q. 29. Camill. de Medic. cons. 98. Cutell. de donat. contemplat. matrim fol. 284. & seq. Dom. Reg. Capic. Latr. d. dec. 8. num. 17.*

Vndè quam aliàs consulendo tutatus sum sententiam in
31 *1. disceptat. forens. cap. 34. num. 39. & seq.* quod etiam in foro conscientiæ procedit *tex. in d. l. qui autem*, adhùc veram existimo, saluo tamen semper iudicio meliori, & Sanctę Matris Eccle-
32 siæ, cuius pedibus obuolutus, quæ scripsi, quæq; scribo, ac omnia, & quæcunque, quæ Dei munimine scribam, humili corde, ac toto affectu subijcio, submitto, & protinùs corrigenda trado. Delatam volo ad posteritatem de meo sensu attestationem. & cum *DD.* pro contraria parte adducti, omnes *P. Sancio*, & *P. Molin.* re satis ieiunè habita, ac protinùs indigesta, & absque discussione aliqua articuli, inhęreat, non est cur in eis refellendis tempus conteramus, dùm omnibus per *ipsos* adductis, satis fecisse existimamus.

SVMMARIVM.

1 *Actio super feudo, non datur in Regno, absque assensu.*

2 *Assensus in Regno requiritur, nedùm in contractatione feudi, siue rei ad feudum tangentis, verùm etiam in cessione iurium, & hypotheca contractæ super feudo.*

3 *Interesse indiuiduum voluntatis Regis assentientis, consideratur in præstatione assensus super rebus feudalibus.*

4 *Creditores cum assensu posteriores, præferuntur creditoribus cum assensu anterioribus super prætio redacto ex feudo vendito sub hasta ad instantiam creditorum.*

5 *Regula desumpta, ex* tex. in cap. qui prior de regul. iur. in 6. *non procedit in prętio redacto ex feudo, quia in eo præferuntur creditores posteriores cum assensu, creditoribus anterioribus absque assensu.*

6 *Prætium redactum ex feudo vendito subhasta ad instantiam creditorum cum assensu, qua ratione fit liberandum creditoribus prædictis habentibus assensum, & non anterioribus absque assensu?*

7 *Creditores anteriores absque assensu, concurrunt super prætio redacto ex feudo vendito sub hasta (dimissis prius creditoribus posteribus cum assensu) secundùm datam eorum crediti.*

8 *Prætium redactum ex feudo (dimissis creditoribus cum assensu) non est feudale, sed burgensaticum.*

9 *Pecunia redacta ex feudo, non dicitur feudalis.*

10 *Ius hypothecæ non extinguitur, nisi per solutionem.*

11 *Emptores feudorum, ideò instant dimitti creditores cum assensu, quia noluit pòssidere cum eo onere, quod secus est in creditoribus venditoris anterioribus sine assensu, quia illis nullum ius competit super feudo.*

12 *Assensus per verbum* fiat, *si infra biennium non redigitur in forma priuilegij, habetur ac si non esset expeditus, neque vllo tempore petitus, aut concessus.*

13 *Assensus expeditus per verbum* fiat, *dicitur in pendenti, donec super gratia obtenta fiat scriptura.*

15 *Assensus expeditus cum clausula* fiat in forma, *intelligitur, vt infra biennium expediatur in forma priuilegij, & registretur in Cancellaria.*

15 *Gratia assensus antiquitus erat perfecta per verbum* fiat.

16 *Pragmaticæ, quibus fuit ordinatum gratias nullius esse roboris, & momēti, nisi infra biennium fuerint registratæ in Cancellaria, nè defraudentur directus Regiæ Cancellariæ, & directus Regii Sigilli, quo tempore emanarunt.*

17 *Priuilegia concessa Fidelissimæ Ciuitati Neapolis circa registrationem gratiarum in Regia Cancellaria referuntur.*

18 *Forma consueta in rescriptis, semper apposita intelligitur, licèt expressè non apponatur.*

19 *Forma non adimpleta, facit actum in pendenti, donec adimpleatur.*

20 *Formæ omissio etiam in actu fauorabili, impedit dispositionem legalem.*

21 *Forma ducit actum ad perfectionem, idest ad essentialem substantiam, sine qua nihil factum est.*

22 *Determinatio facta per Sac. Conf. iunctis tribus Aulis apud* Io. Franc. de Amic. in repetit. cap. 1. de his qui feud. dar. poss. nu. 2. pag. 16. col. 1. in fin. *recensetur.*

23 Io. Franciscus de Ponte Regens, *fatetur post multos dies, & vigilias noctis veriorem sibi visam fuisse opinionem contra* Io. Franc. de Amic. *in casu indicato.*

24 *Pecunia soluta secundo creditori cum assensu, dicitur soluta renocabiliter, quatenus creditores anteriores non adsint, vel res vendita non fuerit emptori euicta.*

25 *Solutione eius, quod debetur reuocabiliter, non extinguitur creditum.*

26 *Reuocabilitate pecuniæ solutæ pendente, res est in suspenso.*

27 *Restitutionis casu eueniente pecunia solutæ, nihil solutum esse videtur.*

28 Author *tenet opinionem pro secundis creditoribus posterioribus cum assensu, quibus fuit liberata pecunia infra biennium concessum pro expeditione assensus in forma, licèt postmodum elapso biennio non fuerit priuilegium expeditum.*

29 *Initium attenditur in cuiuslibet actus validitate inspicienda.*

30 *Finis quando habet necessariam consequentiam ad principium, attenditur principium.*

31 *Feudum non potest vendi ad instantiam creditoris absque assensu.*

32 *Iura semel extincta, non possunt reuiniscere.*

33 *Assensus est gratia, quæ statim per verbum* fiat *dicitur perfecta.*

34 *Creditor anterior absque assensu non auocat pecuniam solutam creditori posteriori cum assensu.*

35 *Assensus in forma priuilegij non est expediendus, quando recepta iam pecunia à Iudice, nihil aliud esset operaturus.*

36 *Superflua sunt resecanda.*

37 *Deus nascentibus dentes non dedit, quia erat superfluum, cùm lactę essent absq; illis nutriendi.*

38 *Assensus expeditio per verbum* fiat, *non impeditur quando suum operetur effectum, ex quo non fuit redactum in formam priuilegij infra biennium, facta iam liberatione pecunia infra biennium.*

39 *Creditor cum assensu, qui prior acquisiuit ius hypothecæ in bonis feudalibus debitoris, habetur vti possessor, et dicitur locum præoccupasse.*

40 *Possessoris causa, semper melior reputatur.*

41 *Pignus duobus in solidum constitutum efficit eum primum in exigendo, qui primus extitit in acquirendo.*

42 *Aſſenſus non eſt contractus de per ſe ſtans, ſed confirmatio contractus rei feudalis.*

43 *Contractus ſi non praexiſtit, aſſenſus non expeditur, quia non habet vbi figat pedes.*

44 *Non entis, non ſunt partes.*

45 *Nullum, & nihil parificantur.*

46 *Nihil ex nihilo ſequitur.*

47 *Cautio praſtita de ſoluendo, cui, quibus, & quando pecuniam liberatam peruentam ex re feudali, non poteſt operari extantiam reſpectu creditoris anterioris abſque aſſenſu, ſed tantùm reſpectu creditoris anterioris habentis aſſenſum.*

48 *Pecunia bona fide conſumpta non poteſt reuocari, nè totus mundus inuoluetur litibus.*

49 *Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.*

50 Author *ſubſcribit ſe opinioni contra* Io. Franc. de Amic. *in loco indicato.*

51 Author *venerari ſolitus determinationes editas à Sacro Conſilio.*

52 *Diſcuſſum, quod non eſt, non poteſt dici deciſum.*

53 *Sacrum Conſilium in eodem articulo mutatis temporibus, diuerſas protulit ſententias.*

54 Author *laborioſè congeſſit contradicentes ſibi determinationes editas per Sac. Conſil. apud* Affl.& Præſid. de Franch.

ARGVMENTVM:

Vendita re feudali vrgentibus creditoribus poſterioribus cum aſſenſu, ac anterioribus abſque aſſenſu ſuper liberatione pecuniæ ex feudo peruentæ, ſi pecunia fuit liberata creditori poſteriori cũ aſſenſu per verbum *fiat* obtento infrà biennium, excluſo creditore anteriore abſq; aſſenſu cum cautione tamen de reſtituendo cui, quibus, & quando, qui ſanè poſterior creditor amplius non curauit infra biennium expeditionẽ aſſenſus in forma priuilegij, An poſſit conueniri ſuper auocatione pecuniæ à creditore anteriore abſque aſſenſu, quaſi quod aſſenſu ſublato in pari cauſa creditor remanſerit, & vigeat regula; *Qui prior in tempore, potior in iure*? Expenditur opinio *Io. Franc. de Amic. in repetit. cap.* 1. *de his qui feud. dar. poſſ. pag.* 16. *& ſeqq.* ac determinatio Sacri Conſilij per ipſum recenſita in beneficium Fabritij Galeota creditoris anterioris abſque aſſenſu, quam obiurgat Author, & ab ea recedit articulo ad vtramque partem diſputato, pluribuſque allatis argumentis, quibuſcùm opinio pro creditoribus poſterioribus cum aſſenſu per verbum *fiat* ſuadetur, atq; conuincitur.

Q 2

OBSERVATIO XVII.

VEra, & inconcussa est praxis in Regno, eiusq; Supremorum Tribunalium in subsellijs recepta, actionem super feudo non
1 dari, nisi Regius intercedat assensus, tùm ex dispositione *cap. Imperialem de prohibita feud. alien.per Feder* tùm (& strictius) vigore *Constitutionis*, incip. *Constitutionem Diuæ memoriæ, sub tit. de alien. rer. feudal. Andr. de Iser. in d. cap. Imperialem in princ.* & ex mente, & verbis expressis, *d. Constitutionis* Nostrates formarunt cõclu-
2 sionem, assensum requiri, nedùm in contractatione feudi, siue rei ad feudum tangentis verùm etiam in cessione iurium, & hypothecæ contractæ super feudo, secundum *Affl. dec.* 335. *nu.* 17. *Dom. de Franch. dec.* 119. *num.* 23. *&* 593. *num.* 8. vbi ità decisum recenset, nulla habita ratione *Capit. in dec.* 156. *in fin. Frecc. de subfeu. q.* 32. *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit.* 7. §. 4. *num.* 6. § 8. *num.* 3. § *fin. num.* 13. vers. *Verum si, vt assolet, & num.* 14. *&* 15. *& cons.* 5. *in* 1. *conclus. lib.* 1. vbi *num* 3. aduertit considera-
3 ri etiam in hoc interesse indiuiduum voluntatis, ad *tex. in l. fin. ff. de vsu, & habit. l. cum ità datur, ff de condit. & demon.* quæ iura ad id adducit *Andr. in d. cap. Imperialem*, & alibi passim, plures alios attuli *Ego in* 1. *disceptat. forens. cap.* 24. *num.* 11. *& cap.* 35. *nu.* 57. & iterùm *in* 2. *cap.* 18. *num.* 20.

Hinc praxis inoleuit in Supremis Tribunalibus, quod vendito feudo
4 ad instantiam creditorum habentium hypothecam cum assensu, si super prætio concurrunt creditores posteriores cum assensu, & anteriores absq; assensu, prætium ex eo redactum solui iubetur creditoribus cum assensu posterioribus, quia non
5 militat regula desumpta, ex *tex. in cap. qui prior de regu. iur. in* 6. idque iure meritò procedere tradit *Dom. de Franch. dec.* 64. *in princ.* quia illud
6 prætiũ redigitur ex re feudali obligata creditoribus habentibus assensum, ad quorum instantiam vendi potest, & super quibus adsunt iura eorumdem crediti, quæ iura non extinguuntur per venditionem prędictam, nisi facta solutione dictis creditoribus, alijs verò creditoribus non habentibus assensum, nullum ius super feudo competit, nisi facta
7 solutione creditoribus cum assensu, quibus satisfactis, determinauit Sac. Cons. apud *Dom. de Franch. d. dec.* 64. *num.* 18. qui est *finalis*, vers. *Ex illis*, etiam iunctis Consiliarijs duarum Aularum, quod facta venditione feudi ad instantiam creditorum assensum habentium, eisq; facta solutione integri eorum crediti, super prætio, quod ex venditione prædicta remanserat, debere satisfieri creditoribus nõ habentibus assensum, prout quisq; per priùs contraxerat, quia prætium prædictum dimissis
8 creditoribus cum assensu, remanet allodiale, siue (vt Nostrates aiunt)
9 burgensaticum, & licèt pecunia redacta ex feudo non sit feudalis, ex *decis. Andr. de Iser. in cap.* 1. §. *& plaustrorum in fin. quæ sint regal. cap. Si verò*, vbi idem *Iser. si de feu. fuer. controu. Affl. in Constit. Baiuli locorum in* 3. *notab Dom. de Franch. d. dec.* 64. *num.* 3. vers. *Nihilominus*, & *dec.* 75. *num.* 5. ideòq; debeant præferri creditores anteriores, secundum datam cautelarum, attamen, quia emptores nolunt possidere feudum cum onere creditorum habentium assen-
10 sum, quibus si non fiat solutio per venditionem, non soluitur ius hypothecę, ideò Sac. Conf. mandat super prætio prædicto satisfieri credito-
11 bus cum assensu, ad hoc vt emptores absque hoc onere terras possideant, prout obseruat *D. de Franch. d. dec.* 64. *num.* 16. vers. *Nec obstant*,

& dec. 75. *num.* 7. cuius ftyli fidem praeftat *Praeses Camill. de Curt. in* 1. *par. diuersor. feudalis, in cap.* incip. *In hoc igitur pag. mihi* 14. *at. num.* 9.

Quò fit: vt in cafu præpofito, vt ad quæftionem propiùs accedamus *Franc. de Amic. in repet. cap. 1. de his qui feud. dar. poss. pag. mihi* 16. *& seq.* per tria capitula tenuiffe in beneficium Fabritij Galeota creditoris anterio-
12 ris abfq; affenfu, licèt afferat, quod multi Doctores, & magnæ Authoritatis refponderint contra ipfum, ea ratione, quia dùm creditor cum affenfu pofterior non expedierit priuilegium in forma Cancellariæ infrà biennium, debet iudicari, ac fi affenfus per verbum *Fiat*, nullo modo fuiffet petitus, neque datus, Ad quod probandum ponderat, quod
13 affenfus expeditus per verbum *fiat*, diciturefſe in pendenti, donec fuper gratia obtenta fiat fcriptura
14 fecundum conditionem datam in refcripto, quæ folet effe *fiat in forma*, quæ forma eft, vt affenfus infra biennium regiftretur, licèt enim antiquitus perfecta erat gratia affen-
15 fus facta in memorialibus cum decretatione per verbum *fiat*, fecundùm doctrinam *Bal. in l. humanum, C. de legib.* vti refert decifum *Affl. dec.* 253. *Dom. de Franch dec.* 62. *in fin.* fuperuenerunt poftea Pragma-
16 ticæ editæ de anno 1509. tempore Regis Catholici, & in anno 1529. tempore Caroli V. Cæfaris, quibus fuit ftatutum tales decretationes nullius effe roboris, & momenti, nec in iudicio, aut extrà fidem facere, nifi fuerint redactę in formam priuilegij propter intereffe diriєtuum Regiæ Cancellariæ, & Conferuatoris Regij Sigilli; fuit tamen fupplicatum Sac. Reg. Maieft. quod com-
17 petentem concederet dilationem ad expedienda priuilegia, & fic primo loco fuit conceffa dilatio menfium octo, fecundo anni, & tertio biennij, vt per Capitula conceffa huic Fidelifsimę Ciuitati in anno 1570. & in anno 1577. & ideò dùm priuilegia expediuntur, ponitur in illis dies cum intrinfeca condemnatione refolutiua, quatenus affenfus poftea redigantur in formam priui-
18 legiorum, quę forma confueta femper præfumitur, quamuis in refcripto exprefsa non fit, fecundùm *Andr. in cap.* 1. §. *& si libellum in fin. de alien. feu. pat.* quæ forma ante-
19 quam fiat, & impetretur, facit gratiam effe in pendenti, & quod pendet, non eft quafi in effe deductum, *l. quod pendet, ff. de regu. iur. & l. non ad ea, ff. de condit. & dem.* vndè inquit *Franc. de Amic. pag.* 17. *num.* 2. *col.* 1. *loc. cit.* quod omiffio hui. s for-
20 mæ etiam in actu fauorabili impedit difpofitionem legalem, fecundum *Bal. in cap. auditis num.* 12. *de elect. in fin.* qui adducit *tex. in l. qui Roma*, §. *Flauius, ff. de verbor. oblig.* vti ex plurium fententia refoluit *Tiraq. de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 21. *num.* 11. *Grat. respons.* 26. *num.* 40. *lib.* 1. *Rolan. à Vall. cons.* 72. *num.* 58. *lib.* 3. *& cons.* 30. *num.* 17. *lib.* 4. id quod locum fibi vindicat, & generale eft in quibufcunq; difpofitionibus, vt non feruata forma præfixa, actus fit nullus, ex *l. cum hi*, §. *si Prætor, ff de transact. cap. cum dilecta de rescript.* alijfq; multis congeftis per *Reg. Valenz. cons.* 67. *num.* 11. *in* 1. ipfemet probat. & *cons.* 3. *num.* 27. *Aldobrand. in* §. *eadem lege num.* 8. *Instit. quib. ex caus. manumitter. non licet.* Nam ifta
21 forma ducit ad perfectionem, ideft ad effentialem fubftantiam, fine qua nihil factum eft, ad *tex. in d. l. cum hi*, §. *si prætor, ff. de transf. l. donatio, C. de prob.* quam ad hoc allegauit *Dec. in l.* 1. *num.* 96. *in fin. in* 3. *lectur. ff. si cert. pet.* quam notabilem dicit *de Amic. d. num.* 2. *Gram. dec.* 79. *num.* 11. *&* 14. *Rebuff. ad Constitut. Gallic. tit. de rescisio. contract. in præfatio. num.* 22. *Io. Fab. in* §. *Sed ne huius Instit. de eo, cui libertat. caus. bona addicunt. Bald.*

in

in l. non codicillum num. 4. C. de testa. Tiraq. in l. si vnquam, verb. Reuertatur num. 7. C. de reuoc. donat. Boer. dec. 1. nu. 39. & seq. Menoch. de adipisc. possess. remed. 4. num. 710. ad quod plura Ipsemet congessi in 2. discept. forens. cap. 44. nu. 2. 3. & 4. & in Annotat. ad Muscatell. par. 1. glos. Prosequendum, pag. 384. vers. Velim sciat, & de Amic. pag. 16. col. 1. in fin. tradit iunctis tribus Aulis Sacri Consilij propter nouitatem articuli, fuisse secundùm eius opinionem determinatum.

In quam opinionem descendit Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de assensib regys §. 9. num. 16. vers. Sed vlteriùs, inquiens post multos dies, &
23 vigilias noctis, veriorem sibi fuisse visam opinionem pro secundis cre-
24 ditoribus, ea ratione, quia pecunia illa soluta est reuocabiliter, quatenus creditores anteriores nō adsint, vel res vendita non fuerit emptori
25 euicta, vnde fit, vt tali casu non extinguatur omninò creditum, nec tollatur contractus; imò prima iura conseruantur, & contractus in casu prædicto, remansit in sua essentia,
26 & dùm pecunia soluta est reuocabiliter, in suspenso res est, per tex. in l. rescripto, §. fin. ff. de distract pignor.
27 & eueniente casu restitutionis nihil solutum esse videtur, ex tex. in l. nec enim, ff. de pignorat. actio. cum alijs similibus ab ipso adductis ex num. 17.
28 Ego verò, qui nec doctrina, nec authoritate cum tantis viris comparari posse certò sciam, meamque tenuem agnosco Mineruam, vt ansam præbeam Lectoribus acutiùs rem dispungendi, pro creditoribus cum assensu posterioribus, respondendum censeo, pro quibus plura adduxit Reg. de Pont. loc. cit. num. 7. cum pluribus seqq. ex infrascriptis, quibus non video congruum dari posse responsum, si rectè percipio, Et

Primò: negari non potest in quolibet actu si de eius validitate agitur
29. attendi debere initium, l. qui id, quod ff. de donat. l. 3. § scio, ff. de minor. l. si filius, ff. de verb. obl. l. si procurator, ff. mandat. l. item illa, §. 1. ff. de consiit. pecun. l. si tamen, ibi, quia initium contractus inspiciendum est, ff. ad Senatusconf. Macedon. l. item illa, §. 1. ff. de constit. pecun. Andr. de Iser. in Consilit. Pœnam eorum, tit. de pæn. contum. cum concordan. adductis per Reg. Valenz. conf. 4. num. 17. lib. 1. eò magis quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, sicuti ad-
30 uertit Dom. de Franch. dec. 677. nu. 3. ex alijs multis Reg. Valenz. d. conf. 4. n. 19. cum seqq. lib. 1. qui in omni materia initium spectandum docet, singulas factorum species percurrens, quem Ego post alios adduxi in 1. disceptat. forens. cap. 44. num. 49. cum tribus seqq. at tempore, quo concurrebat super prætio peruento ex venditione rei feudalis creditor ante-
31 rior absque assensu, & posterior cum assensu, non poterat solui nisi creditori posteriori cum assensu, ad cuius instantiam potuit exponi res feudalis publicis incantationibus, excluso anteriori, quæ solutio habuit illò tunc effectum suum circa exclusionem creditoris anterioris, cuius iura respectu creditoris posterioris cum assensu, statim fuere extincta, & sic iterùm non possunt re-
32 uiuiscere, l. inter stipulantem 86. §. sacram, ff. de verbor. oblig. l. qui res, §. aream, ff. de solut. Flam. Paris. lib. 13. de resignation. benefic. q. 2. num. 25. glos. verb. Egerit in cap. cum venisset 25. de testib. l. cum ex causa l. fin. C. de remiss. pignor. Gran. conf. 202. num: 2. Surd. de alim. tit. 5. q. 1. nu. 64. Io. Vinc. Ann. alleg. 28. num. 7. quorum memor extitit Reg. Valenz. conf. 73. num. 11. vers. Quod certius lib. 1. cum non detur ad illa regresus vti probant prę citati Doctores.
33 Secundò: Assensus est gratia, quæ statim ac conceditur per verbum fiat, dicitur perfecta, alioquin non

potuisset creditor posterior cum
eiusmodi assensu præferri in libera-
tione pecuniæ peruentæ ex vendi-
tione rei feudalis creditori anterio-
ri absque assensu, quia repugna-
ret *tex. in cap. qui prior, de regul.*
iur. in 6. cum concordan. adductis per
Mercurial. Merlin. in tractat. de pi-
gnor. & hypothec. lib. 4. tit. 1. q. 2. nu.
3. loquens in terminis de concursu
creditorum, notabiliter ad rem no-
stram subdens, quod ad metiendam
anterioritatem debet attendi dies
nascentis obligationis, non autem
destinatæ solutionis cum obligatio,
& actio suam agnoscat originem à
die initi contractus plura congerēs
ad id probandum *num. 3.* vndè dùm
habuit effectum suum excludendo
creditorem anteriorem, & recipiē-
do pecuniam peruentam ex feudo,
34 nulla remansit actio creditori an-
teriori super eadem re vt nocet pe-
cuniam creditori posteriori libera-
tam, nec assensu indigebat in forma
35 priuilegij, quia ad nihilum erat de-
seruiturum, cum iam omne quod
operari poterat, operatum fuit, &
36 superflua sunt resecanda, *l. quo bis*
idem, vbi *DD. ff. de verbor. oblig. Hon-*
ded. cons. 81. num. 8. Anton. Monach.
decis. Bonon. 90. *num.* 11. abhorre-
tur namq; à natura superfluitas; vn-
dè *Phylo lib. de specialibus legibus*, ait,
37 quod Deus nascentibus dentes sicut
reliqua non dedit, quia erat super-
fluum, cum lacte essent absq; illis
nutriendi, *Dom. Christophor. Suelu.*
consilior. lib. 1. cons. 98. num. 12.
Tertiò: pragmaticæ ordinantes
expeditionem assensus in forma pri-
38 uilegij infra biennium cum clausu-
la annullatiua, non prębent impedi-
mentum assensui expedito per ver-
bum *Fiat*, quin infra biennium pos-
sit creditor præferri in prætio per-
uento ex re feudali, creditori ante-
riori absq; assensu, Ille etenim, quia
virtute assensus primò acquisiuit ius
hypothecæ contra debitorem, dici-
tur præoccupasse locum, & loco
39 possessoris fuisse effectum, esto au-
tem, quod loco possessoris habea-
tur, eius causa præcipua censeri de-
bet, cùm melior semper reputetur
40 causa possessoris, ità in casu simili
ponderat *Mercurial. Merlin. de pi-*
gnor. & hypothec. lib. 4. tit. 1. q. 12. nu.
3. & 4. post *glos. in l. fin. C. nè fisc. vel*
priuat. & Ang. cons. 208. subdens no-
41 tabiliter in pignore duobus separa-
tim constituto, primum in acquirē-
do, esse itidem debere primum in
exigendo, ad quod adducit *D. Reg.*
de Pont. dec. Collater. Consil. 34. *nu.* 25.
igitur clausula illa annullatiua non
potest referri, nisi ad actum, qui con-
tingat post lapsum biennij, non au-
tem si fiat infra biennium (sicuti in
thesi nostra supponitur) quo tem-
pore actus acquisitionis pecuniæ in
beneficium creditoris posterioris vti
validè initiatus virtute assensus, va-
lidè quoq; fuit exequutus circa libe-
rationem pecuniæ peruentæ ex re
feudali, ad exclusionem creditori-
anterioris, cui nullum ius compete-
bat, dùm attenditur initium nascēs
tis obligationis, sicuti ex *tex. in l. Lu-*
cius Titius 18. ff. qui potior. in pignor.
habean. notat *Mantic. de tacit. lib. 11.*
tit. 22. num. 32.
Quartò: magni ponderis est apud
42 *Me* argumentum illud, quod assen-
sus non est cōtractus de per se stans,
sed confirmatio contractus rei feu-
dalis, & non dato confirmabili, quod
43 est contractus, non habet vbi figat
pedes, secundum *Bal. in l. falsus 2. col.*
C. de furt. Reg. de Pont. cons. 5. *num.* 49.
lib. 1. vndè dùm intra biēnium elar-
gitum pro expeditione assensus in
forma priuilegij, creditor obtinuit
liberationem pecuniæ, qua median-
te sublata fuit omnis actio, & obli-
gatio, §. 1. *Instit. de oblig. in princ.*
quomodò poterat expediri assensus
non existente contractu? cum non
44 entis non sint partes, *l. eius qui in*
Prouincia, ff. si cert. petat. Et nullum
& ni-

45 & nihil æquiparantur, *cap. inter*, §. *licet de translat. Episcop. l. quoties, ff. qui satisdar. cogan. l.* 1. §. *pen. ff. quod cuiusq; Vniuersit. nomin.* Et iuxtà *Philo-*
46 *losop. Ex nihilo nihil sequitur*, vt tradunt *Bal. & Salic. in l. ea quidem*, per illum *tex. C. si mancip. ità fuer. alienat.* vndè dixit *Persius Satyr.* 3. *Gigni ex nihilo nihil, in nihilum nihil posse reuerti*, exornat pluribus *Dom. Reg. Valenz. cons.* 32. *à num.* 37. *cum seqq. lib.* 1. *Menchac. de successio. creat. lib.* 2. §. 15 *num.* 38. *Dom. Suelu. cons.* 15. *nu.* 15. *lib.* 1.

47 Nec cautio præstita in liberatione pecuniæ de illam restituẽdo, cui, quibus, & quando, potest quidquã operari in casu de quo agimus, respectu creditoris anterioris absque assensu, sed tantùm respectu creditorum anteriorum cum assensu, qui habebant hypothecam super feudo ad euitandum disputationem, de qua apud *Affl. dec.* 190. quod pecunia bona fide consumpta per creditorem posteriorem, non potest
48 auocari à creditore anteriore, quia totus mundus inuolueretur litibus *Gram. q.* 1. post *deciss. D. de Frãch. dec.* 64. *dec.* 75. *num.* 9 *dec.* 100. *nu.* 4. *dec.* 614. *num.* 2. & *dec.* 622. de quo articulo plena manu, latoq; calamo egi *Ego in Annotation. ad Muscatell. in prax. fideiussor. modo* 17. *par.* 1. *pag.* 728. *col.* 1. vers. *Est sciendum*, & *pag. seq. tota*, vbi practicabiliores quæstiones in materia excitatas, & in foris receptas opiniones indicaui, quibus modo subnectimus *Merlin. in tractat. de pignor. & hypoth.* nuperrimè edito *lib.* 4. *tit.* 1. *q.* 29. *num.* 22. vers. *Infertur tertio*, & *D. Petr. Diez Noguerol, allegation. iuris, alleg.* 7. *nu.* 5. & 6.

49 Quintò: resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, *l. lex vectigali, ff. de pignor. l. si ex duobus*, §. *Sed & Marcellus, ff. de in diem adiect.* per solutionem factam creditori posteriori cum assensu, fuit resolutum ius ipsius, quod dabat contractus, quomodò igitur poterat assensus in forma priuilegij expediri, cum non reperiebat contractum super quò expediretur?

50 Eòque magis hanc amplectimur sententiam, quia non video *à Franc. de Amit. loc. cit.* fuisse nequidem verbum vllum adductum pro hac sententia, vndè potuerimus dispicere quid attulerint Aduocati contrarij, nec ad partes disputauit articu-
51 lum; Veneror *Ego* Sac. Consilij determinationem, vti è tanto Senatu emanatam, at scio pariter id quod non est discussum, non benè dici de-
52 cisum ex doctrina *Bal. in l. receptitia n.* 3. *ff. de constit. pecun.* ac obseruaui nõ sine ingenti labore pluries deciso iuris articulo per idem Sac. Consil.
53 fuisse postmodum re melius trutinata, contrarium determinatum, sicuti posteritati *Ipsemet* tradidi de pluribus decisionibus recollectis per *Affl. in* 1. *disceptat. forens. cap.* 27. *nu.* 94. & de congestis per *Præsid. de Franch. in* 2. *disceptat. cap.* 5. *num. final.* Dijudicet ergò Lector in casu currenti pacato animo, ac gustata dubietate, veritatem articuli.

SVMMARIVM.

1 *Fiscus ratione publicæ necessitatis, potest exigere à suo debitore ante diem.*

2 *Fiscus ex priuilegio potest ex causa publica necessitatis exigere à debitore suo ante diem.*

3 *Debitor si absque causa impetitur à fisco vt soluat ante diem, debent sibi duplicari induciæ.*

4 *Debitor Vniuersitatis, an ex ipsius Vniuersitatis priuilegio possit cogi soluere ante diem ex causa publica necessitatis?*

5 Gaspar Antoninus Thesaurus quæstion. forens. lib. 2. cap. 54. nu. 2. *vers.* quia, pro singulari assertur.

6 *Fi-*

6 *Fiscales aduertere debent ad fisci priuilegium conueniendi suos debitores ex causa publicæ necessitatis vt soluant ante diem, maximè hodiernis temporibus.*

ARGVMENTVM.

Fiscus ex causa publicę necessitatis, An valeat à debitore suo exigere ante diem, & pendente tempore solutionis deducere interesse medij temporis? quiduè dicendum sit in Vniuersitate respectu eius debitorum?

OBSERVATIO XVIII.

1 Consultus Ego respondi affirmatiuè, ductus ex clara dispositione *tex. in l.1.* vbi *glos. Bal. nu. 1.* ibiq; *Salic. C. de condict. ex leg. Ang. in l. cum quidam, §. fiscus, ff. de vsur. Io. de Plat. in l. 1. C. de fisci vsur. lib. 10 Gayll. lib. 1. practicar. obseruat. obseruat. 20. nu. 7.* adducens *Anton. Trigon. sing. 7. Affl. in cap. 1.* verb. *Vectigalia num. 51.* & hoc esse
2 speciale in fisco, secundum *Cyn. in l. vnic. §. exactio, C. de rei vxor. actio.* recenset *Bal. in Auth. Bona damnatorum, C. de bon. damnator. Boss. in tit. de fisco num. 33. Peregr. de iur. fisci lib. 6. tit. 7. num 21.* vers. *Insuper,* subdens, quod remota iusta causa, si fiscus
3 conueniat debitorem suum ante diem, induciæ sibi sunt duplicandæ per *tex. in §. temporales, Instit. de except.* & pro absoluto tradit *Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. 7. de regalib. impesit. §. 8. nu. 13.* vers. *Sed omittere nolui,* vbi *D. Thor. in addition.* obser-
4 uat idem procedere in debitore Vniuersitatis, ex traditis per *Carroc. de locat. par. 3. q. 19. per tot. Losc. de iur. Vniuers. par. 3. cap. 6. num 2.* secundum quæ inueni fuisse determinatum per *Senatum Pedemontanum*
6 *die 6. Aprelis 1606.* referente *Gaspar. Anton. Thes.* qui decisionem refert *in suis quæstionib. forensib lib. 2. cap. 54. num. 2.* vers. *Quia.* Ideòq; Domi-
6 ni Fiscales aduertere debent his maximè temporibus, in quibus satis vrgent fisci necessitates pro causis publicis.

SVMMARIVM.

1 *Metus reuerentialis satis est ad rescindendum contractum celebratum ab eo, qui propter reuerentiam illum init.*

2 *Metus reuerentialis solus sufficit ad exclusionem consensus.*

3 *Metus reuerentialis vxoris erga virum, rescindit contractum initum cum viro.*

4 *Metus non præsumitur.*

5 *Metum incutere, est delictum.*

6 *Delictum non præsumitur.*

7 *Metus an sit probandus in specie contractus, qui metu præsumitur initus, vel sufficiat in genere.*

8 Matthæus Afflictus *inter eos, qui decisiones Senatuum collegerunt, primas obtinet laudes.*

9 *Vxor verberata à viro vt contractum ineat, si probauit in genere de verberibus, non autem quod illata fuerint ad illum contractum in specie, non obtinebit secundum* Affl. dec. 246.

10 Io. Vinc. Ann. sing. 341. Afflicto *non allegato in* dec. 246. *tenet opinionem, quod metus ad rescindendum contractum debet probari in specie illius contractus, non autem in genere, adducens binas Sac. Conf. indicaturas.*

11 Hie-

11 Hieronymus Seuerinus *vir integerrimus, & eruditſsimus appellatur* à Io.Vincentio Ann.
12 *Metus qui dat cauſam immediatam actui, illum vitiat, & non alius.*
13 Affl. in dec. 246. *improbatur à* Crauett. *& alijs Doctoribus in locis indicatis.*
14 *Metus ſi conſtet à marito vxori illatus, præſumitur durare conſtante matrimonio, imò donec mulier in eo permanet.*
16 *Metus à viro mulieri illatus, difficile eſt quod probetur in ſpecie, ideo ſufficit, quod de eo conſtet in genere.*
17 Author *approbat opinionem, quod metus probatio illati à viro ſatis ſit ſi ſiat in genere abſque eo quod probetur in ſpecie.*
18 *Præcedentia declarant ſequentia.*
19 *Vxor, quæ contrahit præcedente metu, & de eo conqueritur, præſumitur metus probatio.*
20 *Metus ſi probetur illatus per virum, præſumitur ſtatim contractus, exindè ſequutus ex metu.*
21 *Vxor donec permanet in matrimonio, præſumitur ſemper metus illatus durare.*
22 *Metus probatur coniecturis, & indicys.*
23 *Interuallum ſi intercedat inter metum, & inſtrumentum, præſumitur inſtrumentum ob metum contractum.*
24 *Metus in ſpecie probandus, de qua ſpecie intelligi debet.*
25 Gloſa in l. interpoſitas, *verb.* Nec tamen, C. de tranſact. *qualiter intelligitur.*
26 *Metus comminatus debet eſſe certi periculi.*
27 *Metus probatus in ſpecie indiuiduali, aliquid amplius debet operari.*
28 *Actio datur tàm contra metum inferentem, quàm contra tertium poſſeſſorem, ad quem res peruenit.*
29 *Actio quod metus cauſa regulariter non datur contra eum, qui metum infert.*
30 *Tertius poſſeſſor poteſt conueniri actione, quod metus cauſa, etiam ſi ſit Princeps, vel fiſcus.*

ARGVMENTVM.

Vxor, vt reſcindat contractum propter metum ſibi à viro illatum, an ſatis ſit, ſi probet metum in genere, vel neceſſariò requiratur, quod edoceat de metu illato in ſpecie ad illum contractum? *Affl. deciſ.* 246. referens Sacrum Cōſilium determinaſſe, quod metus oporteat probari in ſpecie ad illum contractum, expenditur, & contra ipſum veriorem eſſe opinionē, quod metus ſufficit probari in genere, nedùm ob difficultatem probationis, verùm etiā ob quaſi impoſsibilitatem, ac etiam ob præſumptionem, qua innuitur vxorem à viro verberatam, vel comminatam, ſemper durante matrimonio exiſtere, ac perdurare; in cuius opinionis comprobationē adducit *Author* plures Doctores *Afflictum* obiurgantes, præſertim *Gaſparem Antoninum Theſaurum quæſtionum forenſium, lib.* 1. *cap.* 51. quem ſectatur *Author*, pluribus adductis, ac pōderatis.

OBSERVATIO XIX.

SIcuti non dubi-
tarunt *DD*. as-
1 serere, metum
reuerentialem
satis esse ad re-
scindendũ con-
tractum cele-
bratum ab eo,
qui propter reuerẽtiam, illum inijt,
& non sua spontè, deducentes com-
muniter axioma, ex *tex. in l. 1. §. quæ*
oneranda, ff. quar. rer. act. & in l. in-
terpositas, ibiq; *glos.* & *Scribentes*, C. *de*
transf. vbi *Bal. num. 5. in fin.* vers. *Ad-*
de quod id quod fit propter nimiam re-
uerentiam, idem *Bald. cons.* 108. vers.
Sexto, lib 3. Pau. de Castr. cons. 174. in
princ. lib. 1. Iulius Pacian. cons. 54.
per tot. Honded. cons. 29. num. 17. vol.
1. P. Sanchez de matrim. lib. 4 disput.
6. num. 4. per tot post innumeros pe-
nè, quos recenset *num. 7. Sebastian.*
Medic. de casib. fortuit. par. 1. q. 7.
num. 7. vers. *Tertio arguitur, Cardinal.*
Tusc. practicar. conclusion. concl. 219.
num. 1. verb. *Metus, Farin. in 2. par.*
fragmentor. verb. *Metus reuerentialis*
num. 118. Auendañ in sua methodic.
delineat. de metu lib. 1. cap. 8. nu. 72.
P. Dian. tractat. 5. miscellan. resol. 20.
par. 3. Gomez. tom. 3. variar. cap. 4.
num. vnico ad fin. cas. 6. Gregor. Lopez
l. 56. verb. *Desfecho tit. 5. par. 5. Pa-*
dill. in l. interpositas num. 4. C. de transf.
Menoch. cons. 2. num. 17. Seraph. de
iuram. priuil. 110. in princ. Rebuff. de
pacific. possess. num. 230. Guttier. de
matrim. cap. 76. à num. 2. Sayr. in Clau.
Reg. lib. 2. cap. 2. n. 10. iterùm *Auen-*
dañ. de met. lib. 2. cap. 14. num 5. vers.
Nam regulariter, vbi nonnullos ex
præcitatis allegat, *Petrus Diez No-*
guerol, insignis olim causarum Pa-
tronus in Curia Matriti; *allegat. 18.*
num. 86. vers. *Et ad minus*, vbi addu-
cit *Capiblanc. de Baronib. tom. 2. cap.*
10. num. 3. & 4. Dom. de Franch. dec.
243. nu. 4. & 5. & P. *Molfes. in Summ.*
tit. 2. tract. 12. cap. 5. num. 143. Ego
ipse in 1. disceptation. forens. cap. 27.
num. 47. Reg. Galeot. lib. 1. controuers.
Illust. cap. 14. num. 26. Reg. Valenz.
cons. 173. num. 65. cum seq. vol. 2. so-
2 lus etenim metus reuerentialis suf-
ficit ad exclusionem consensus, *l.*
pen. ff. de furt. l. cum verò, §. apparet
igitur, ff. de fideicom. libert. cum alijs
à Me conglutinatis *d. cap. 27. num. 50.*
& punctuatim de metu reuerentiali
3 vxoris erga virũ, quod rescindat con-
tractũ initum cum viro, plenè, more
suo *Tiraq. de legib. connub. glos. 5. nu.*
46. Gayll. obser. 107. sub num. 4. lib. 2.

Ità diffidij fuit non parum inter
Senatus Supremos, an probatio
4 metus (is etenim non præsumitur *l.*
2. C. de his, quæ vi, vbi *glos. Bal.* & re-
5 liqui, cum delinquere sit metum in-
cutere, & delictum non præsuma-
6 tur, *l. meritò, ff. pro soc. Alciat. de præ-*
sumpt. regu. 3. præs. 7. nu. 1. Menoch.
lib. 3. præs. 126. num. 2. & 3. Affl. dec.
69. nu. 8. & dec. 150. num. 16. Seba-
stian. Medic. de casib. fortuit. par. 1.
q. 7. num. 5. Cardin. Tuscus, concl. 223.
num. 1. & 224. num. 1. 2. & 3. vbi hu-
ius conclusionis plures adducit ra-
tiones, *Mascard. de probat. conclus.*
1003. *num. 13.* 1051. *num. 1. & 2. &*
concl. 1052. num. 1. Auendañ. de metu
lib. 1. cap. 9. num. 1. Farin. *in 2. par.*
fragmen. verb. *Metus num. 167.*) sit
facienda in specie, vel sufficiat in
genere.

8 *Afflictus* etenim (qui iudicio *An-*
tonini Thesaur. primas obtinet lau-
des inter eos, qui decisiones colle-
gerunt, vti palàm fatetur in *præfa-*
tion. decisionum Senatus Pedemontani
per ipsum collectarum *num. 6.*) *in*
dec. 246. num. 1. referens casum de-
cisum in Sac. Cons. quod factis pro-
9 bationibus per vxorem, quod fue-
rit verberata à viro, & postmodum
inijt contractum, qui petebatur re-
scindi stante metu illato ex verberi-

bus

bus præcedentibus, fuit conuentus absolutus, eò quod testes non deponebant vxorem fuisse verberatam ad hoc, vt illum contractum iniret, & sic in specie, sed tantum in genere subdens *num. 3. in fin.* ipsum solum allegasse *Innocent. & Io. Andr. in cap. eum locum de sponsal.* quam sen-
10 tentiã expressim profitetur *Io. Vincen. Ann sing.* 341. verb. *Metus*, vbi nulla facta mentione de *Affl.* ad id allegat *Innoc. in cap. accedens de cõuers. coniugat. Bal. & Iacobin. in l. interpositas, C. de transact.* vbi habetur metum debere probari in spetie in illo actu, de cuius rescissione tractatur, inquiens facta discussione de prædictis in causa *Beatricis Seruella, cum Carlono Vespulo de anno* 1547. & iterùm in causa *Portia Milone, cùm Io. Andrea de la Lama Piltrario*, coram *Hieronymo Seuerino*, quem virum integerrimum, & eruditissimum appellat *Ann.* loc. cit. fuisse absolutum conuentum, quia metus non fuit probatus in specie in illo áctu, & quod Sacrum Consilium nõ habuit
12 probationes legitimas, *Anguis. cons.* 148. *num.* 7. & 28. vbi quod metus, qui dat causam immediatam actui, illum vitiat, & non alius, *Francis. Viu. dec.* 507. *num.* 19 *lib.* 4 inquiens, quod metus, & verbera illata non sufficiunt, nisi probetur, quod fuerunt illata respectu actus, qui petitur rescindi, non autem in genere *Gars. Mastril. dec. Sicil.* 140. *num.* 14. ibi, *Ceterum de huiusmodi metu respectu illorum contractuum, nihil in processu constabat, prout de iure pernecessè requirebatur*, allegans *DD. in d. l. interpositas*, C. *de rescind. vend. Afflict. Ann.* & *Anguis.* in locis modo citatis *Reg. Rou. dec.* 21. *num.* 26.

Sed contra *Affl. in d. dec.* 246. tenet apertè *Crau. cons.* 24. *num.* 20. vers. *Alibi, col.* 10. inquiens dicta per *Affl. loc. cit.* sibi non placere, *D. Anton. de Gamm. decis.* 346. *num.* 4. vers. *Et ex his*, dùm tradit ex mente *Bart. in l. fin. num. 7. ff. de condict. ob turp. caus.* quod probato metu per maritum illato, sequitur necessariò dicendũ,
13 quod pósteà tempore contractus extitisset adhùc metus, illumq; du-
14 rare, donec mulier in matrimonio permanet, & est de mente *Abb. in cap. 1. num. 12. tit de his, quæ vi, metusuè caus. fiunt Gaspar. Anton. Thes. quæstion. forens. lib. 1. cap. 51. num 6. in fin.* vers *Sed aduertendum*, vbi expendens *Afflictum d. dec.* 246. tradit eius opinionem dubiam habere, ea ratione,
15 quia difficilis est ista particularis probatio, quocircà sustinet, quod mulier probet minas, & verbera in genere, licèt non in specie pro il-
16 lo contractu, quia sufficit verbera præcessisse, itaque censuisse *Senatum de anno* 1582. *Mense Nouembris* ipso pro muliere patrocinante, quam sententiam videtur approbare *D. Petrus Diez Noguerol, allegation. iur. tom.* 1 *alleg.* 29. *nu.* 17. & *seq.* dùm inquit probationem metus à communiter accidentibus esse difficilem, idcircòq; sufficere, quod fiat probatio per coniecturas, quodque satis sint probationes, quæ aliàs tanquàm imperfectæ reijcerentur, adducens *Onded. cons.* 29. *num.* 21. & *seqq. Surd. dec.* 194. *num.* 22. 23. & 24. *Monter. in respons. pro vxoris amita* 1. *par. ex num.* 52. & 2. *par. ex num.* 19. *Trentacinq. lib.* 1. *variar. tit. de his, quæ vi, resol.* 1. *num.* 16. & *seqq.* ac alios plures.

17 Arridet mihi (vt meum iudicium interponam) posterior hæc sententia, nedùm ob difficultatem probationis modò indicatæ, verùm etiam penè ob impossibilitatem rei, Vix etenim mariti vxores verberant, aut metum inferunt, vt possint vicini, & domestici deponere quam ob causam, nam ea quantum fieri potest absconditur, & ipsis tantum coniugibus innotescit, siue domesticis, vndè vxores à rescissionibus contractuum arcerentur, & earum fragili-

K tati

tati, ac rei veritati damnum inferretur irreparabile, & dùm habemus
18 in iure, quod præcedentia declarant subsequentia, *l. si seruus plurium in fin. ff. de leg. 1. Dec. cons. 21. num. 23. Rimin. sen. cons. 21. num. 73. §. heredes palàm, §. sin autem, ff. de testam. §. pannonum in fin. Instit. de rer. diuis. Ceph. cons. 12. nu. 12. lib. 1. Rolan. à Vall. cons. 23. num. 30. vol. 2. Cardin. Mantic. de coniectur. vltimar. volunt. tit. 13. nu. 4. & 5. Reg. Valenz. cons. 53. num. 2. lib. 1. l. Fulcinius, §. quid sit latitare, ff. ex quib. caus. in possess. eat. l. apud Celsum, §. 1. ff. de dol. Affl. dec. 319. num. 5. & dec. 321. num. 12.* vbi alia plura expendit, & in terminis metus post *Bald. cons. 126. nu. 2. in 3. & Rot.* apud *Farinac. dec. 242. num. 30. lib. 2. crim.* probat *D. Petrus Diez Noguerol, allegation. iuris, alleg. 29. num. 81. cum duob. seqq.* eò ipso quod mulier contrahit præcedente metu, & vxor de
19 illo conqueritur, admittendi est probatio ad suadendam rescissionem, nè mariti confisi in difficultate probationis actus tàm occulti, magis tentent vxores diuersis contractibus earum patrimonio spoliare.

Vlteriùs: facit mirabiliter ad hoc doctrina *Bart. in d. l. fin. num. 7. ff. de condict. ob caus.* dùm docet pro-
20 bato metu per maritum illato, pernecesse exindè oriri, quod posteà tempore cõtractus extitisset adhùc
21 metus, illumq; durare donèc mulier in matrimonio permanet, & approbat *Gamm. d. dec. 346. num. 4.* Si igitur probato metu, is durat donèc matrimonium consistit, non est necessè, quod probetur metus in specie pro aliquo contractu, sed satis est si probatur in genere, vndè *Bal. in cap. causam matrimonij, num. 4. de offic. deleg.* eleganter scribit in probando metum per mulierem cùm eadem secretò in camera verberata fuit, ità quod nullus testis videret,
22 recurrendum fore ad coniecturas, & indicia, ex quo testibus id probari nequit *Bertran. cons. 126. num. 8. vol. 3.* secundum antiquam editionem, quorum meminit nobiscum assentiens *Monter. dec. Arag. 32. num. 39. & seq.* inquiens etiamsi magnum
23 intercedat interuallum, semper subsistente metu præcedenti, instrumentum factum censeri *Guttier. cons. 16. num. 15.*

Eòque libentius eiusmodi sententiam amplector, quia DD. multi, ni dicam omnes, ex ijs qui indè tradiderunt metum esse in specie probã-
24 dum, intellexerunt, vt probetur species metus, scil. si fuerit illatus per verbera, per minas, perq; alios corporis cruciatus, vel si adfuerit timor amissionis totius, vel maioris partis bonorum, & similia, non autem quod necessè sit probare hanc speciem metus indiuidualem respectu illius contractus, qui petitur rescindi, id quod mihi probat adamus-
25 sim *gloss. in d. l. interpositas,* verb. *Nec tamen, C. de transf.* ibiq; *Bal. num. 2. vers. Item nota quod non sufficit Alex.* post *num. 2. 2. notab. Salic. num. 1. vers. Item quod metus,* vbi propterea infert metùm comminatum debere
26 esse certi periculi, *Rom. num. 2. Rimi. num. 3. Mascard.* cum allegatis per eum *de prob. lib. 2. concl. 1051. nu. 12.* insignis *Farin. in 2. par. fragmentor.* verb. *Metus num. 168. vers. Metum, Auendañ. de met. lib. 1. cap. 9. num. 15. vers. Animaduertendum est,* alijque multi à præcitatis DD. adducti.

Est benè verum, quod si probetur metus in specie indiuiduali cõ-
27 tractus, aliquid amplius operatur, secundum *Thes. inn. d. q. 51. num. 8. vers. Sed quando,* nam eo casu datur actio tàm contra metum inferentẽ,
28 quàm contra tertium possessorem, ad quem res peruenit *l. si cum exceptione, §. in hac, & §. Pedius, & l. quod diximus, ff. quod met. cau. §. 1. Instit. quib. alien. lic. vel non,* licèt regulari-
29 ter contra eum, qui metum non intulit,

tulit, non detur actio ista, *l. metum*, §. *Sed licet*. *ff. eod.* stante praesertim ignorantia emptoris, *l. non interest*, *C. eod.* cui *Thes.* tamen non laudato, se subscribit *Farinac. in d. 2. par. fragmen.* verb. *Metus num.* 18. adducens *Castellion. cons.* 13. *num.* 33. *& seq.* vers. *Caeterum*, *Salic. in l. 1. num. 5. C. si quis aliquem testar. prohib.* vbi tamen quod tertius possessor est citãdus, *Bal. cons.* 127. *in princ. lib.* 3. vbi ampliat etiam, quod tertius possessor sit Princeps, vel fiscus, *Sarmien. selectar. interpret. lib. 2. cap.* 11. *num.* 8. *& seq.* qui benè materiam enucleat, *Cardin. Tusc. practicar. conclus.* verb. *Metus, conclus.* 221. *num.* 10. *& num.* 22. 36. 37. *&* 38. vbi declarat.

SVMMARIVM.

1 P*Aena mortis ordinaria vbi aliqua ex causa venit minoranda, debet esse non corporalis, seu corporis afflictiua, sed pecuniaria, scil.* Exilij, Carceris, Relegationis, *& similis.*

2 *Homicidium culposum, & non dolosum, pena exilij, vel simili, non autem corporali pana est puniendum.*

3 *Conclusio communiter recepta dicitur, vt in casu quo pana sit minoranda, non possit esse corporis afflictiua, sed mitior.*

4 *Senatus Mediolanensis quid decreuerit circa minorationem pana ex aliqua causa.*

5 Rota Romana *diuersimodè iudicauit circa commutationem pana, quando ex aliqua causa venit minoranda.*

6 *Consuetudo localis vbi non viget, pana si ex aliqua causa minoratur, non debet esse corporis afflictiua.*

7 *Pana si ex aliqua causa minoratur, an sit arbitrarium qua nam pena esset imponenda, quodq; sit attendendum.*

8 *Consuetudo in panarum impositione, ad alia loca non extenditur.*

9 *Consuetudo est stricti iuris.*

10 *Consuetudo non recipit extensionem personarum, neq; actuum.*

11 *Consuetudo in Regno, quod pana minorata debeat esse etiam corporis afflictiua, nullibi suadetur.*

12 Thomas Grammaticus, *falsò adducitur ad probandum, quod in Regno viget consuetudo panam minoratam commutandi in corporalem.*

13 Author *in conflictu opinionum consueuit in fonte DD. inspicere, & adducta per ipsos perscrutari.*

14 Author *tenet opinionem, quod pana mortis minorata ex aliqua causa, possit esse corporis afflictiua eiusdem generis.*

15 *Mortis ad panam condemnatus, potest flagello pereuti, eiq; manus truncari, aut perpetuò ad galeras mitti.*

16 Hypolitus de Marsilijs *non probat opinionem, quod pana minorata non debet esse corporis afflictiua.*

17 Tex. in l. si adulterium cum incestu, §. Imperatores, ff. de adulter. *enucleatur.*

18 *Relegatio est pana perpetua, quia irrogat infamiam.*

19 *Pana infamatoria punitus, censetur punitus pana corporali.*

20 *Infamia, corporali pana aequiparatur, quia inducit verecundiam.*

21 *Pana infamia, omnibus maior existit.*

22 Prosper Farinacius *laudatur.*

23 *Fama bona equiparatur vita.*

24 *Quod non mutatur, quare stare prohibetur?*

25 Textus in l. qui aedes, & in l. si fortuitò, ff. de incen. ruin. & naufrag. *expenduntur.*

26 *Pana mortis potest commutari in corporalem, vel magnam pecuniariam.*

27 Textus in l. si quis in graui, §. 1. vers. Si maritus vxorem, ff. ad Sylleuian. & in l. Gracchus, C. ad leg. Iul. de adulter. & in l. 1. §. fin. ff. de sicar. *enucleantur.*

28 *Maritus occidens adulteros non occidendos punitur pana exilij, vel relegationis.*

29 *Homicida iusto dolore prouocatus ad*

K 2 he-

homicidium committendum, non punitur pœna mortis.

30 *Dolor iustus facilè temperari non potest.*

31 *Pœna corporalis commutata authoritate legis, non debet esse corporalis, & de ratione.*

32 *Pœna mortis si debet minorari, non potest esse corporalis, scil. abscisionis membri.*

33 *Mortis pœna, maior est omni alia pœna.*

34 *Membri abscisio totum non perimit hominem.*

35 *Iurisdictio coercendi in homines pœna mortis, non potest exerceri per Locumtenentem.*

36 Alexander cons. 55. *adductus ab* Hyppolito de Marsilijs *suam non probat opinionem.*

37 *Doctorum placita sunt in fonte videnda, aliàs sæpè in errorem incidimus.*

38 *Doctores solent in opinionum amplexu vni, vel alteri opinioni inhærere, re non degustata sub fide eorum, quos adducunt.*

39 *Opinio illa verior est, & tutior, quæ pœnam corporis afflictiuam imponi posse suadet quando commutatur ex causa pœna mortis.*

40 Author *approbat opinionem, quod pœna mortis ex aliqua causa minorata potest esse corporis afflictiua, licet minor.*

41 *Iudicis arbitrio remittitur circa pœnæ mortis naturalis commutationem, an debeat esse corporis afflictiua, inspecta personarum qualitate, grauitate delicti, & alijs circumstantijs, vel pecuniaria.*

ARGVMENTVM.

Pœna mortis ordinaria, vbi aliqua ex causa venit minoranda; an possit mitior imponi, quæ sit pariter corporis afflictiua, veluti Exilij, Relegationis, Carceris, & similis, vel pecuniaria tantùm? Expenditur placitum *Hypoliti de Marsilijs*, qui affirmatiuam sustinet opinionem; quę ab *Authore* improbatur, singulis eiusdem *Hypoliti* argumentis, Iuribus, Doctorumq; Authoritatibus satisfaciendo, insimulq; negatiuam comprobat sentẽtiam, à quā plurimis amplexatam, præsertim à *Petro Nuñez de Auendaño* in loco indicato, articulo de iuris censura ad partes disputato, posthabita Regionũ Consuetudine aliàs dijudicandi; ea etenim cùm sit localis, locum non egreditur, nec ad exteras nationes extendi queit.

OBSERVATIO XX.

1 Antesignanum hac in re constituunt Scribentes, *Hyppol. de Marsil.* pro opinione, quam sectantur, quod vbi ex aliqua causa, delinquenti pœna mortis venit minoranda, minimè corporali pœna, vel corporis afflictiua puniendus sit, sed alia sanè mitiori, pecuniaria scil. vel exilij, carceris, relegationis, & similis, tàm in *l. 1. §. Diuus Adrianus num. 40. vers. tene menti, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. & in l. Diuus Adrianus num. 11. vers. Vlterius noto, ff. ad l. Pompeiam de par-*

parricid. cùm etiam in *pract. crim. §. quoniam, num.* 95. *& ſeq. & conſ.* 24. *num.* 36. *& ſeq. conſ.* 30. *num,* 19. *& ſeq. & conſ* 3, *num* 58 *& ſeq.* cui ſe ſubſcripſit *Gram. dec.* 8. ante *fin. nu.* 10. *dec.* 23. *num* 14. *& dec.* 96. *num.* 7. verſ. *Pro corroboratione, conſ. crim* 36. *num.* 13. *& conſ.* 39. *num.* 12. *vot.* 5. *nu.* 3. *& vot.* 23. *num.* 20. *Arnon. ſililoq.* 23. *Anton. Roſell.* inter *conſil. crim. Capol. conſ.* 38. vbi per *d. §. Imperatores*
2 infert generaliter, quod homicidiū culpoſum, & non doloſum, non mortis, ſed exilij, vel alia ſimili pæna puniri debet *Capic. dec.* 27. *num.* 14. *Foller. in pract. crim. par.* 2. 2. *par.* verb. *Vel carcerentur num.* 18. *Bertax. conſ. crim. diuerſ.* 70. *num.* 37. *vol.* 2. *Paul. Meren. eod. conſ. crim.* 89. *num.* 75. *eod. vol. Io. Mar. Monticel. in pract. crimin. reg.* 2. *nu.* 11. *Rim. iun. conſ.* 245. *num.* 17. *& ſeq.* per eadem iura, quæ expendit *Hyppol. loc. cit.* & poſt *Fulgoſ. Cuman. Caccialup. Dec. Maluaſ.* & alios, tradit *num.* 49. ex dictis per ipſum, euaſiſſe à laquei pæna quendam Veronenſem, & in pænam ſcutor. 300. applicandorum Fabricæ Sancti Rocci, fuiſſe condemnatum per Conſeruatores Sanitatis Ferrariæ, inter quos vnus erat ipſe, ſicuti in *princip. conſil.* teſtatur, *Farin. in pract. crim. tit. de delict. & pæn. q.* 17. *num.* 72. verſ. *Limita ſeptimo,* vbi plures allegat, quos mutuatos habuit à *Rim. d. conſ.* 241. *ex nu.* 17. *Petr. Caball. reſolut. criminal. caſ.* 135. *num.* 1. *par.* 1. qui teſtatur veriſſimam eſſe concluſionem, & à DD. communiter receptam.

Vrget tamen in contrarium (vti præfati Scribentes profitentur) con-
4 ſuetudo Curiarum, & in Senatu Mediolani conſueuiſſe, plerumque minuendo pænam ordinariam transmitti delinquentes ad triremes ad tempus, & quãdoq; etiam in perpetuum, fidem adſtringit ſuã *Iul. Clar. in pract. crim. q* 85. *ſub num.* 10. verſ. *Item ſcias,* vbi ex *Gram. d. dec.* 8. & alibi ſubdit ità etiam ſeruare Sac. Cõſil. Neapolitanum, itaq; practicari, in Collegam adducit *Nuñez de los Corregidores fol.* 105. *col.* 4. *in princ. Petr. de Soncen. conſ. crim. diuerſ.* 98. *num.* 15. quem poſt *Rim. d. conſ.* 245.
5 *num.* 23. allegat *Farin. d. q.* 17. *num.* 73. verſ. *Sub limita ad fin.* inquiens, licèt non ſemèl viderit delinquentes in Statu Eccleſiaſtico, & in Vrbe, delinquentes, quibus ex cauſa fuit remiſſa pæna mortis ordinaria, aliquando exilij, aliquando relegationis, & aliquando pecuniaria pæna mulctatos, eos præſertim, qui ſunt honeſtæ famæ, vel familiæ, nec conſueti delinquere: vidiſſe tamen aliquando alios ad triremes, vel in perpetuum, vel ad tempus damnatos, eos præſertim, qui vel erant impotentes ad ſoluendum pęnam pecuniariam, vel viles, vel aliàs non bonę famę, ſubdens *num.* 74. verſ.
6 *Hoc tamen,* quod vbi conſuetudo prędicta non viget, nullo pacto recedendum eſſet à iure communi, & à limitatione prędicta, ex ijs quę conſiderat *Rim. iun. d. conſ.* 245. *num.* 12. *&* 14. *Caball. d. caſ.* 135. *num.* 2. poſt *Farin. loc. mox indicato, & num.* 3. vbi de conſuetudine ſeruari in Magno Ducatu Hetrurię teſtatur, delin-
7 quentes, quibus ex cauſa pęna mortis remittitur, puniri non ſolùm pęnis pecuniarijs, exilij, relegationis, & carceris, ſed etiam corporalibus, & potiſſimum fuſtigationis, & triremium ad tempus, vel ad beneplacitum, vel in perpetuum, prout religioni iudicantium videbitur conuenire, conſideratis factorum, & perſonarum qualitatibus.
8 At eiuſmodi conſuetudo (quicquid in alijs Europę Prętorijs inſinuetur) nam vtiq; ſi in ijs viget, ad alia loca
9 extendi non poteſt, quia conſuetudo ſtricti iuris eſt, *l.* 1. *§. Iulianus, ff. de itiner. actuq; priuat. Rom. conſ.* 367. *col.* 3. *Crau. conſ.* 121. *nu.* 7. *Rim. iun.* in terminis *conſ.* 245. *num.* 43. *lib.* 3. *&*

num.

10 *num.* 45. inquiens non recipere ex-
tensionem personarum, neque
actuum, ad *tex. in cap. dilecto de offic.*
archid. in Regno nostro nullibi ap-
ret,eam etenim in scriptis redactam
non habemus, vt possimus allegare,
ideóq; quantum ad hoc est apocri-
11 pha, quod autem præfati *DD.* de-
ducunt esse hanc consuetudinem
sub fide *Grammatici d.dec.*8 *in fin.* &
alibi, inter quos *Clar. d. q.* 85. *sub*
12 *num.* 10. satis reor in fonte *Gram-*
maticum non consuluisse, nam in lo-
cis prędictis nè verbum quidē euo-
muit de tali consuetudine, quę vti-
que si adfuisset, non poterat igno-
rare tantus vir, qui semper in ea
stetit opinione, quod pęna mortis
minorata ex aliqua causa, debet esse
pecuniaria, vel similis, non autem
corporis afflictiua, innixus *Hyppol.*
de Marsil. & iuribus per ipsum ad-
ductis ad hoc probandum.

13 Atqui Ego suetus in conflictu opi-
nionum, proprijs oculis iura, quæ
expenduntur,& rationes,ac Autho-
ritates apud *DD.* in fonte inspicere
nullius in verba iuratus, secundam
opinionem sustineo vti veriorem,
quod scil. pęna mortis minorata ex
causa aliqua, possit esse corporis af-
14 flictiua, eiusdem generis ex *Bald. in*
*l.pen.C.de nautic. fœnor. & in l.*3. *C.de*
prob. Felyn. in cap. qualiter,& quando
el 2. *num.*35. *de accus. Salic. in l. fin.C.*
de rapt. virgin. Gandin.in tit.de homi-
cidiar. Ang. in §. interdum, Instit.de
furt. Petr. Auendañ. de exequen. man-
*dat. reg.par.*2. *cap.* 16. *num.*17. vers.
Tamen, vbi exemplificat, quod ei
15 qui debet mori,potest truncari ma-
nus, vel percuti flagello, aut mitti
perpetuò ad galeras, inquiens ità
practicari, adducens *Paul. conf.* 36.
vol. 2. quę sanè opinio sustinetur,
non equidem ea ratione, quia sic
16 stat Regionum consuetudo, vt nō-
nulli crediderunt,sed quia iura alla-
ta per *Hyppol.* ad contrariam suadē-
dam sententiam; illam(quod profe-
ctò quis credat) minimè conuin-
cunt, de quibus disserere modò cor-
di mihi est.

17 *Tex.* siquidem *in l. si adulterium*
cum incestu, *§. Imperatores*, *ff. de*
adulter. minimè disponit, quod pę-
na mortis ei qui iusto dolore motus
occidit vxorem adulteram,mutetur
in pecuniariam, sed adhibita distin-
ctione personarum, an sit occisor
humilis, vel non, determinat quod
18 sufficit si relegetur, quę sanè rele-
gatio perpetua est pęna infamię,ex
notatis per *Bart.in l.eius,§.fin.in fin.*
19 *ff. de testa.* & cum imponitur pæna
infamatoria, vt in *l.ad tempus, ff. de*
Decurion. talis censetur punitus pęnā
20 corporali, nam infamia pęnę cor-
porali ęquiparatur,cum inducat ve-
recundiam, vt in *l. pecunia,ff.de alim.*
& cibar. legat. nec vlla est maior in-
21 famię pęna,ex *tex. in l. quid ergo* 13.
§. fin. ff. de his qui notan. infam. *Re-*
*buff. in l.vnic. glos.*1. *num.*170. *C. de*
sent. quæ pro eo quod inter. Tiraq. in
tract. de rebus exiguis, vers. *Septuage-*
simo, pag. 74. *Menoch. de arbitrar. cas.*
493. *num.*4. *Auendañ. loc. cit. cap.*19.
num. 17. *Pelaez de maiorat. par.* 1. *q.*
51. *num.* 9. *Couarr. in regu. peccatum,*
1. *par. num.*6. *de regu. iur. in* 6.*& lib.*
1. *variar. cap.* 11. *num.* 4. *Rota Rom.*
apud *Farin. dec.* 167. *num.* 13. *in fin.*
*par.*1. & est notab. *lex*, *tit.* 15. *par.*
2. *q.* 1. ibi, *No enagenaras ni honras,*
ni la daras à otro, & lex 4. *tit.*13.*& l.*
6. *tit.* 21. *par.*2. *Clar. in pract crim. §.*
homicidium num. 26. *D. Ioan. Escobar*
in tractat. de puritat. & nobilitat. pro-
ban. par. 1. *q.*1. *proemial. n.* 1.*& seqq.*
& *par.*2. *q.* 6. *§.*1. *n.*33. *Ill D.March.*
Belmon. in repet. l. fin. ff. de Constitu-
*tion. Princip. par.*2. *cap.*9. *num* 83. *&*
seqq. Prosper Farin. (cui ob rerum
21 criminalium absolutam, perfectam-
que descriptionem, ac methodum,
primas omnes deferunt; siquidem
ante ipsum, tantum opus, tanto or-
dine aggressum fuisse, siue Italum, si-
ue Hispanum, siue Germanum ad
hęc

hęc vſque tempora humeris ſuis ſuſceptaſſe vllum haud reperi) *in praxi crim. 1.par. q.15.num.6. Surd conſ. 426. num.57.* cuius rei rationes plures expendit *Eſcob. d. par. 1. q. 1. nu. 6.* verſ. *Ratio eſt*, & nedùm vitę hu-
23 manæ bona fama æquiparatur, ad *tex. in l. iuſta, ff. de manum. vindic. gloſ. in §. ſuſpectus autem*, verb. *ob culpam, Inſtit. de ſuſpect. tutor.* ſed ipſimet vitæ anteferri conſueuit à ſapientiſſimis, eminentiſſimiſq; viris, ſicuti pluribus laudatis, egregiè fundat *Reg. Valenz. conſ. 92. num. 4. & 5. lib. 1.* ac non minus eruditè *Ill. Præſ. noſter, controuerſ. forenſ. cap. 66. ex num. 21. lib. 1.* vndè patet re vera in caſu *d. §. Imperatores*, pænam corporis afflictiuam imponi, neq; *tex.* inducit præciſam neceſſitatem illã imponendi, ſed dicit litera, quod ſufficit ſi illam imponat, non tamen per hoc negatur, quin aliam ſufficiantem valeat quoq; imponere, li-
24 cèt ſit corporalis, vndè ſuccedit regula, *l. præcipimus, C. de appell. quod non mutatur, quare ſtare prohibetur?*

Minus probant ſententiam *Hyp-*
25 *pol. texx. in l. qui ædes, & in l. ſi fortuitò, ff. de incen. ruin. & naufr.* quia leges illę ſecundùm *Bal. in l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ.* non loquuntur de neceſſitate in pæna corporali mortis, vel mutilationis membri, ſed in alio genere pęnę corporalis benè loqui poſſunt, quo intellectu *Baldi* attento, clarum eſt, quod probant contrarium eius, ad quod alle-
26 gauit *Hyppol.* cum commutatio pęnę mortis poteſt fieri in corporalẽ, vel magnam pecuniariam ex interpretatione *Bal.* quę eſt directè contra dictum *Hyppolitum*, cui ſuffragatur *Auendañ. loc. cit. num. 18.* verſ. *Item non obſtat*, inquiens in caſu illarum legum, vbi ceſſante dolo, debet propter culpam pęna extraordinaria imponi, non poteſt eſse corporalis, non autem ex ijs elicitur id ad quod *Hyppol.* allegat, quod minorata pęna mortis naturalis ex cauſa, non debet eſse corporis afflictiua.

Nec faceſſunt negotium *texx.* ad-
27 ducti per *Hyppol. in l. ſi quis in graui §. 1.* verſ. *Si maritus vxorem, ff ad Sylanian. & in l. Gracchus, C. ad l. Iul. de adult. & in l. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de ſicar.* vbi ſi maritus occidit adulteros non occidendos punitur, vel
28 exilio, vel relegatione ſecundum diſtinctionem illarum legũ, & ſic pęna mortis commutatur in relegationem, vel exilium, quod eſt minor pæna, & non imponitur corporalis, nàm vltrà, quod reſponſio à nobis data ad *d. §. Imperatores nu. 27.* verſ. *Textus ſiquidem* maximè quadrat his iuribus, attamen ex abundanti dicimus præfata iura procedere in caſu ſuo, quando ſcil. pæna mortis mi-
29 noratur ex eo quod prouocatus quis à iuſto dolore fecit homicidiũ, non enim talis dolor poteſt facilè
30 temperari, vt *in l. neque in ea, ff. de adulter. in fin.* ideò in eo caſu relegatio, vel exilium imponitur, & non alia pæna corporalis, quò fit, vt cum
31 in eo caſu pæna eſt commutata authoritate legis, non licet aliam imponere, vbi verò lex non ſubrogaret expreſsè pænam loco maioris pænæ, non eſt negandum, quin poſſit minorari in eodem genere, & ſic imponi corporalis pæna ex ſupra deductis.

Neq; tantillum obicis præſtat ratio illa ab *Hyppol.* adducta *in l. 1. C.*
32 *ad l. Cornel. de Sicar.* quod quando debet minorari pæna mortis, non poteſt infligi pæna abſciſſionis mẽbri, nam iſtæ pænæ æquiparantur per *tex. in Authen. de collat. §. prohibemus collat. 9.* ad quod adducit *Alex. conſ. 75. vol. 7.* Nam reſolutio promptanea eſt; licèt enim affirmemus pænam mortis, & abſciſſionis membri æquiparari, hæc tamen æquiparatio non procedit in quantitate, neque in qualitate pari, nam ad ſenſum patet, eſse maius mortem, quæ to-

totum perimit hominem, quàm
33 membri abscissio, per quam anima à corpore non separatur, sed viuus manet homo, nisi auferatur membrum principale, vt est caput, cor, iecur, stomachus, vel similia mem-
34 bra, quibus, vel altero ex his abscissis, homo moritur, & dato casu, quod manus sit abscissa, & illa dicatur mortua, illa talis mors est illius mẽbri tantummodò, & sic est mors partis, & non mors totius, quæ sunt inter se multum diuersa, æquiparatio tamen, quam ex *d. §. prohibemus*, *Hyppol.* deducit, est quantum ad ab-
35 negationem iurisdictionis, vt illam in casu mortis, vel membri abscissionis non possint exercere Locumtenentes, nam horum cognitio data est tantummodò Iudicibus principalibus, & abnegata vicemgerentibus, nec abnegantur vti æqualia, sed vt maius, & minus, & sic inter se mors, & membri abscissio non æquiparantur: sed in cognitione pariter denegantur vicemgerentibus, vndè apparet nihil *Hyppol.* suffragari *tex. in d.§. prohibemus.*

36 Nec *Alex. d. cons.* 55. probat id, ad quod adducitur ab *Hyppol.* nam ideò in casu, in quo consuluit non debebat membrum abscindi, quia crimẽ non erat dignum illa pæna, non quia minorata pęna mortis, non possit alia imponi pęna corporis afflictiua.

37 Ecce igitur *Lector*, quàm supinè sæpè sæpius in errorem incidimus vni, vel alteri opinioni applaudentes sub fide aliorum Authorum, dũ eorum placita non discutimus, nec in fonte videmus (equidem quamplures superficialiter; perpaucos verò medulliter, res tractare agnoscimus) sicuti in thesi præposita, in
38 qua omnes tanquam Bononienses *Carrotio* (vti est in prouerbio) *Hyppol.* insectantes, tenuerunt quod minorata pæna mortis naturalis, non sit imponenda alia pæna corporis af-
39 flictiua, licet mortis minor, cui opinioni inhæret *Petr. Auendañ de exequen. mandat. par. 2. cap. 16. num. 19. vers. Per supradicta*, remittens omnia ad Iudicis arbitrium, quod in minoratione pænæ ex aliqua causa, debet illam minorare in eodem genere, & qualitate pænæ, licèt in quantitate non debeat esse tanta, minor autem pæna, vel par nunquam est imponenda, si receditur à pæna legali, per *glosam*, quam vnicã in iure prædicit *in cap. inquisitionis*, verb. *Alioquin, de accusat.* quã sequitur *Felin. in cap. ex literis num. 21. de constit.* vndè inquit *Auendañ*, ità ipsum tenere intrepidè contra opinionem *Hyppol.* licèt cum eo teneat *Gram. vot. 23. num. 20.* eò quod nihil allegat, quod stringat in
40 proposito, & *Nos* ex dictis per *Auendañ* cum ipso consentimus, & in praxi tutiorem opinionem existimamus, aut totum Iudicis arbitrio
41 remittatur, qui attentis, & pensitatis delictorum generibus, ac delinquentium conditione, qualitate, & fama, ac etiam offensorum poterit decernere vtrum pæna corporis afflictiua mitior morte, vel pecuniaria, eiusdemq; generis alia sit imponenda in casu, quo pęna mortis ex aliqua causa venit minoranda; id quod obseruaui non displicuisse *Farin. d. q. 17. num. 73. vers. Equidem*. Quibus finio: Quod superest; Te quisquis es rogo, candidè de his iudices, *Me* etenim emendationi semper habes paratum.

SVM.

SVMMARIVM.

1 SVbscribere *verbum, quot habet in iure significatus.*

2 *Obligatio nascitur ex subscriptione cedulæ vacuæ.*

3 *Subscriptio nihil aliud est, quàm pronomen, ac nomen apponere.*

4 *Subscriptio ità obligat, ac si manu propria quis omnia scripsisset.*

5 *Subscribens tenetur ad obseruantiam contentorum in scriptura subscripta, quia censetur habuisse notitiam omnium contentorum in ea.*

6 Dom. Io. Dominic. Gait. *Authoris Collega, laudatur.*

7 *Subscribere idem est, ac scribere quoad inducendum consensum, dummodò nõ fiat subscriptio cedulæ vacuæ.*

8 *Notitia contentorum in folio albo subscripto, an præsumatur.*

9 *Iactare suum, nemo præsumitur.*

10 *Consensui nihil magis est, quod contradicat, quàm error.*

11 *Subscribens ad hoc vt teneatur de eo, quod subscripsit, debet esse certioratus.*

12 *Tabelliores prius partibus scripturam legere debent, quàm eam firment.*

13 *Subscribens folio albo, an censeatur ratificasse ibi scribenda.*

14 *Ciuitas Cauæ habuit subscriptionem folio albo à* Ferdinando I. *sed tamen illi nunquam profuit.*

15 Author *satis dubiam existimat opinionem subscribendi folium album, in quo inseratur laudum per Arbitros proferendum cum clausulis prægnantibus à Notarijs stipulandum.*

16. *Causarum Patroni plures approbant cautelam subscriptionis folio albo per compromittentes, in quo postmodum laudum promulgandum inseratur, & à Notarijs stipuletur, cui* Author *nõ arridet.*

17 *Subscriptio in carta vacua antequam proferatur laudum, non praiudicat subscribenti.*

18 *Folium album subscriptum, & traditum Arbitro, vel Arbitratori præbet facultatem promulgandi laudum, absque citatione, non tamen operatur quin illa subscriptio habeat conditionem si laudum fuerit iustum, & validum.*

19 *Subscriptio folio albo, non operatur approbationem laudi posteà lati.*

20 *Compromittens licet subscripserit folio albo, in quo laudum inseritur, attamen non per hoc prohibetur dicere laudum nullum, & petere ab eo reductionem ad arbitrium boni viri.*

21 *Laudum vt non possit reduci ad arbitrium boni viri, & sustineri queat, dum allegatur læsio enormissima, difficile est in iure quinimò impossibile.*

22 *Folium album subscriptum cum appositione sigilli, an obliget?*

ARGVMENTVM.

Subscribens folio albo, seu cedulæ vacuæ an teneatur ad obseruantiam contentorum in ea? Et an ex subscriptione præsumatur notitia in subscribente, vel potius ignorantia? cuius quæsiti accepta occasione, ethymologia verbi *Subscribere* in iure pleniùs explicator. Et tàm affirmantium, quàm negantium opinio ad partes disputata, quæ iura, quæq; rationes, ac Doctorum placita suadeant, non inscitè demonstratur, & negatiuam *Author* amplectitur sententiam, vti veriorem, ac per claros iuris terminos se-

curiorem. Laudum inſertum in folio albo ſubſcripto à cõpromittentibus, ac poſtmodum ſtipulatum à Notario cum clauſulis prægnantibus, non obligat compromittentes ad obſeruantiam, quin valeant de nullitate ipſius dicere, ac eius reductionem ad arbitrium boni viri petere, maximè ſi enormiſsima allegetur læſio, quo caſu difficile admodum fieri, imò impoſsibile, quod cautela inueniatur, per quam læſis in laudo os poſsit occlaudi, vel aditus iudicij inhiberi.

OBSERVATIO XXI.

1 S*Vbſcribere* (vt verbi ſi-
gnificatum prænoſcamus) eſſe idem ac ſub-
ſignare, idem ſentire,
2 ratum habere, & con-
firmare, quod geſtum eſt, itaut obli-
gatio naſcatur, docet *Budæus*, aſſe-
uerans *in l. minor, ff. de minorib. in
prioribus adnotationibus per tex. in l.
qui ſerno 7. §. alioquin, C. quòd cum
eo, Affl. in Conſtit. inſtrumentorum re-
bur num. 2. de fid. inſtrum. Matthienz.
ad lib. 5. non. Recopil. tit. 4. l. 2. gloſ. 5.
per tot. Salon. l. 3. Taur. num. 1196. &
3 ſeq.* aientes ſubſcriptionem nihil
aliud eſſe, quàm prænomen, ac no-
men apponere, quod eſt vulgò *fir-
marſe D. Suelu. conſ. 77. num. 4.* verſ.
4 *Subſcriptio*, ſubſcriptio namque ita
obligat, ac ſi manu propria omnia
quis ſcripſiſſet *Angel. in l. ità ſtipula-
tus, §. Chriſogonus, ff. de verbor. obl.
Stracc. de mercatur. tractat. de Adiect.
in Epitom. à num. 4. Cancer. variar. re-
ſol. tit. de Campſorib. cap. 22. Rot. Gen.
dec. 65. num. 1. Genua de ſcriptur. pri-
uat. lib. 1. num. 130.* & eſt *tex. in l. fide-
iuſſor, §. pater, ff. de pignor. l. ſicut, §.
non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hy-
pot. ſol. l. ſi Ego, §. dotis, ff. de iur. dot.*
alios *textus allegans*, ſequitur *Rebuff.
tit. de chirograph. nu. 51. in præfat. tom.
1. D. Ioſeph de Niño in Analyſ. Alba-
ran. ſiue Chyrograph. Mercator. in præ-
fat. num. 9. & 10. impreſſ.* poſt *tract.
de Depoſit. D. Ioann. Franc. de Cuenca,
Caldas Pereir. de emptio. & vendit. cap.
6. per tot.*

Hinc licèt *DD.* multi tradiderint
in dubio ſubſcribentem teneri ad
5 obſeruantiam contentorum in ſcri-
ptura ſubſcripta, eò quod cenſetur
habuiſſe notitiam contentorum in
eà, *Bart. in l. 1. §. ſi quis neget, ff quem-
adm. teſta. aperian.* cui ſe ſubſcripſit
*Iaſ. in l. ſi ità ſtipulatus, §. 2. num. 14.
ff. de verb. obl. Horat. Carpan. de Sta-
tut. Mediolan. tom. 1. cap. 42. num. 77.
& cap. 45. num. 32. Menoch. conſ. 123.
num. 9. tom. 1. & conſ. 450. num. 1.
tom. 5. & 260. num. 31. & 639 num.
10. Menoch. de præſum. lib. 3. præſ. 66.
Simon de Pret. conſ. 26. num. 8. centur.
1. vol. 1. Gabr.* poſt innumeros, *tit. de
præſumpt. concl. 3. num. 29. & 30. Can-
cer. lib. 1. variar. cap. 22. num. 2. & 3.
Scacc. de iud. cauſar. ciuil. cap. 11. nu.
6 1103. Præſ. de Franch. dec. 105. num.
5. Dom. Io. Dominic. Gait.* Collega,
imò Præceptor meus, omni laude
dignus, ac in maxima æſtimatione
ob eius doctrinam ab omnibus ha-
bitus, præſertim à *Me* de tanto viro
optimè merito, *in pulchro tractat.
de credito, cap. 2. tit. 8. nu 2793. Auen-
dañ in ſua method. delineat. de met.
7 cap. 8. num. 161. lib. 1.* ſubſcribere,
idem eſt, quod ſcribere, quoad con-
ſenſum inducendum, ſecundùm
*Pereir. de emption. & vendit. cap. 6.
num. 15. Cancer. variar. reſol. tit. de
Campſor. cap. 22. Genua de ſcriptur.*

pri-

priuat. num. 135. *lib.* 1. *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praes.* 66. *num.* 23. *cum seqq.* vbi nonnullas restrictiones adducit per *tex. in l. pluribus, ff. de verb. obl.*

Tamen secus esse in subscribente cedulae vacuae, post *Bal. in l. vltim. in princ. C. plus valer. quòd agit: & in cap.* 2. *num.* 15. *vers. Quaero Notarius, & num.* 18. vers. *Noto ex praedictis de fid. instrum.* tenet *Felin. in cap. quoniā contra num.* 48. *de probat. Rebuff. de chyrograph. & schedular. recognit. in praefat. num.* 101. *cum seqq. Suar. in l. post rem iudicatam, ampliat.* 2. *in fin. Azeu. in l.* 5. *tit.* 21. *num.* 8. *&* 9. *lib.* 5. *Recopilat. Dom. Gait. de credit. cap.* 2. *tit.* 6. *num.* 1156. *Gratian. discept. forens. cap.* 162. *num.* 1. *& plurib. seqq.*

Cuius determinatae conclusionis ea expenditur ratio, quia non prae-
8 sumitur quem habuisse notitiam scribendorum in ea, nisi probatum fuerit, vel ex praesumptionibus constet subscribentem eiusmodi notitiam habuisse, secundùm *Ang. Imol. & Ias. in l. si ità stipulatus*, §. *Chrisogonus, ff. de verb. oblig. Petr. Caball. cons.* 11. *num.* 2. 7. 8. *Gonzal. ad regu.* 8. *Cancellar. glos.* 60. *nu.* 17. *Rot. apud Card. Seraphin. dec.* 973. *num* 1. *& in vna Bononien. de Beroaldis* 24. *Ianuarij* 1624. *coram Dom. Merlino*, cuius meminit, eamque sequitur *Mercurial. Merlin. de pignor. & hypoth. lib.* 1. *tit.* 3. *q.* 33. *num.* 6. vers. *Fallit tamen*, nec
9 dicendum est voluisse iactare suum, ad *tex.* celebrem, licèt vulgatum in *l. cum de indebito in princ. ff. de probat.*
10 Etenim ignorans subscripsit, quo casu dici non potest, quod consentiat, cum nil magis consensui contradicat, quàm error, *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iud.*

Vndè *Azeued. in l.* 16. *tit.* 10. *num.* 12. *lib.* 5. *Recopil.* tradit, ad hoc, vt
11 subscribens teneatur, debet esse certioratus de ijs, quae in schedula subscripta essent subscribenda, qua ratione inquit *Azeued. in l.* 13. *tit.* 25. *lib.* 4. *Recopil.* fuisse iussum, quod Tabelliones prius partibus scripturam legant, quam partes eam firment, *Auendañ loc. cit. num.* 163. *in fin.* adducens *Oldrad. d. cons.* 329. *col. vltim. & Crau. cons.* 197. *num.* 14.
13 Quò fit: vt *Io. Vinc. Ann. sing.* 27. pro absoluto tradiderit subscribentē cartae albae, non censeri ratificasse ibi scribenda, ex dictis per *Ang. in l. fin.* ibi, *non relecto*, *C. plus valer. quod agitur, Innoc. in cap.* 2. *de fid. instrum.* & ibi, *Bal. Felin. in cap. quoniam contra num.* 48. vers. *Limita de prob. & in cap. Cum venerabilis, num.* 44. *de except.* ibiq; *Ann.* obseruat Serenissimos Reges Aragonę sępè subscripsisse cartae albae, & tamen sub-
14 scriptio nunquam profuit Ciuitati Cauę, quę habet talem subscriptionem à Serenissimo *Ferdinādo I. Aragoneo*, & *Consiliar. Fab.* eius filius addit ad singulare prędictum *Purpurat. in l. admonendi num.* 177. *ff. de iureiur. Menoch. de arbitrar. ind. lib.* 2. *cas.* 113. *nu.* 5. *& Natt. in Auth. Quod sine num.* 49. *C. de testa.*

His adamussim quadrat, *Me* (forsitan haud perperam) satis dubiam existimasse, ac labentem, cautelam
15 adinuentam à nonnullis Antiquioribus Iurisperitis (sicuti periti Notarij Ciuitatis Neapolis attestantur) quod ad finem vt quis teneatur stare laudo, subscribat folium album, in quo postmodum eo promulgato scribatur acceptatio, & emologatio ipsius cum clausulis pręgnantibus à Notarijs apponi consuetis, cui sanè cautelae vidi plures Causarum Pa-
16 tronos dedisse manus, eiq; arrisisse, licèt mihi qua ratione consistere valeat, non satis datur intelligi ex praedictis, quibus consonant peroptimè, quae docuit *Felin. in cap. Quoniam contra num.* 48. vers. *Limita quinto de prob.* post *Bal. in d. l. fin. in princ. C. plus valer. quod agit. & in cap.* 2. *num.* 15. vers. *Quaero Notarius, & num.* 18. vers. *Et nota ex praedictis de fid.*

fid. inst. Rebuff. de chirograph. & sched. recognit. in præfat. tom. 1. *Mascar. de probat. conclus.* 1341. *num.* 17. & 18. ex quibus *Gratian. discept. forens. cap.* 162. *nu.* 1. & *seqq.* in puncto tra-
17 dit per subscriptionem in carta vacua antequam daretur laudum, non fieri præiudicium subscribenti, & *num.* 8. subdit folium album subscriptum, & traditum arbitro, vel arbitratori posse tribuere facultatem laudandi sine citatione, non autem operari, quod illa subscriptio non habeat conditionem, *Si laudum fuerit iustum, & validum*, *Ruin. cons.* 16. *num.* 27. *lib.* 2. *Socc. cons.* 24. *num.* 3. *lib.* 1. Ideò inquit *Gratian. d. num.* 8. non
19 operatur approbationem laudi postea lati *Felin. d. cap. quoniam contra num.* 48.

Accedat quod *Ipse* soleo in materia obseruare vti indubitatum, quod non obstante subscriptione poterit dici de nullitate laudi, & peti redu-
20 ctio ad arbitrium boni viri, eò ipso quod compromittẽs asserat se enormissimè læsum ex laudo, difficile etenim, imò impossibile est, vt adsit
21 remedium substinendi actum, in quo enormissimè lęsum quis se asserat, quibuscumq; Notariorum clausulis excogitatis, vel iuramentis in actu appositis, etiamsi de laudo rogatum fuerit instrumentum, ex ijs, quæ doctè nobis insinuauit *Dom. de Franch. dec* 247. *num.* 5. vbi ità iudicatum refert per Sac. Consil. 10. Martij 1581. & esse benè notandum monet, & dictis per ipsum conferunt tradita per *Gam. dec.* 168. & 66. vbi *Florez Diez de Mena*, verf. *Communis resolutio*, *Borrell. in tractat. de Arbitr.* §. 8. *glos.* 1. verb. *Si autem læsio allegetur*, *num.* 6. & 8. & ante ipsum tenuit *Dec. cons.* 39. *num.* 6. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & talem quoq; reputat *Ioan. Bapt. Villalob. in tractat. commun. opinion.* §. *arbiter*, *num.* 135. *cum seq. Simoncell. de decret. inspect.* 18. *nu.* 131. *Thes. dec.* 165. *num.* 8. *in* 2. *limit. Cagnol. in l. ante num.* 99. *C. de rescinden. vendit. Crass. de success. ab intest. q.* 13. *Menoch. cons.* 1. *nu.* 359. *Borrell. cons.* 4. *à num.* 6. *cum seq. D. Castill. Sotomayor. de tert. debit. cap.* 18. *num.* 114. vers. *Dubium ergo.*

22 Quæ sanè adhùc procedere autumo, etiamsi in folijs albis sit appositum sigillum, *Bal. in l.* 2. *per illum tex. in princ. C. de reb. alien. non alien. Purpur. in d. l admonendi num.* 177. *ad num. vsque* 180. *de iureiur. Menoch. d. cas.* 113. *num.* 4. & *seq. Mascar. de prob. concl.* 1302. *num.* 49. *Auendañ de metu d. cap.* 8. *num.* 164.

SVMMARIVM.

1. *Hypotheca dotis an incipiat à die promissionis dotium, vel à die secuti matrimonij, ardua quæstio, & in praxi perutilis.*
2. *Doctores tenentes opinionem, quod hypotheca dotis incipiat à die promissionis, seu capitulorum matrimonialium recensentur.*
3. *Retrotractio fit in conditione casuali, et mixta, quicquid sit in conditione potestatiua.*
4. *Dotis hypothecam incipere à die secuti matrimonij, non autem à die capitulorum matrimonialinm, qui Authores tenuerint.*
5. *Dos ante contractas nuptias non consistit.*
6. *Dotis actio principalis non competit ante contractas nuptias.*
7. *Mariti in potestate est, dotem nolle recipere.*
8. Retrotractio *non procedit in conditione potestatiua.*
9. *Mulier facto viri indotata remanere non potest.*
10. *Dos deseruit oneribus matrimonij.*
11. *Maritus an sit adstrictus restitutioni dotis, licèt eam non receperit.*
12. *Maritus sibi imputet, si tenetur ad resti-*

stitutionem dotis, dùm potuit illam exigere, & non exegit.

13 Tex. in l. 1. ff. qui potior. in pignor. habean. *enucleatur.*

14 Tex. in l. 4. ff. quæ res pignor. obligar. poss. *expenditur.*

15 *Dotem non scriptura dotalis, sed numeratio facit.*

16 *Doctores sibiipsis pugnantes adducuntur, circa articulum, An hypotheca dotis incipiat à die promissionis, an verò à die contracti matrimonij.*

17 *Sententię contrariæ plurium Senatuum in articulo hypothecę dotis an incipiat à die promissionis, vel à die sequuti matrimonij, recensentur.*

18 Io. Petrus Fontanella, *probris verbis improbatur à* Regen. Rouit. in loc. indicato.

19 Author *sectatur opinionem pro dote, quod eius hypotheca incipiat à die promissionis ipsius, non autem à die sequuti matrimonij.*

20 *Conditio, si fuerit potestatiua, non admittit retrotractionem, secùs verò casualis, vel mixta.*

21 *Fides data ad matrimonium contrahendum, efficit vt cogantur promittentes ad illius obseruantiam, nisi aliquid triste timeatur.*

22 *Viri in potestate non est, dotem non recipere, cùm hoc non possit honestè facere, tùm nè mulier interim remaneat indotata, tùm etiam nè ipsi marito nimis hoc sit incommodum propter onera matrimonij, quæ sine dote sustineret.*

23 *Fieri non posse dicitur, id quod honestè fieri non potest.*

24 *Maritus licèt non teneatur recipere dotem promissam necessitate præcisa, tamen tenetur necessitate causatiua, quia non debet facere, vt mulier indotata remaneat, & faciendo, eius culpæ adscriberetur.*

25 *Necessitas si efficit, vt quis cogatur aliquid facere, etiam quod sit conditio potestatiua, trahitur ad tempus promissionis.*

26 *Solutio dotis facta viro, habetur, ac si sine conditione promissio facta esset.*

27 *Destructo fundamento, corruit ædificium.*

28 Author *miratur de* Regent. Rouit. & Auendañ in locis indicatis *quomodo argumento non occurrerint adducto per* Criuell. & D. de Franch.

29 *Dotis hypotheca, an incipiat à die promissionis dotis, vel à die contracti matrimonij, quo in casu venit disputandum, quando maritus est egenus, adeò quod non possit vxori, & creditoribus satisfacere, secùs verò si habet in bonis, vt vtrisq; possit consulere.*

30 *Inanis est actio, quam debitoris excludit inopia.*

31 *Hypotheca dicitur accessoria principalis obligationis, nec sine principali subsistere potest.*

32 Tex. in l. qui balneum, ff. qui potior. in pignor. habean. *enucleatur.*

33 Tex. in l. 1. ff. qui potior. in pignor. habean. *declaratur.*

34 *Lex fingit mulierem stipulatam fuisse sibi dotem à tempore promissionis, licèt matrimonium non sequatur.*

35 *Dos ex sola promissione non debetur, secùs verò ex confessione facta per virum, & subsecutione matrimonij.*

36 *Confessio dotis à marito facta, quando præiudicet creditoribus.*

37 *Decisiones Senatus Pedemontani apud* Thesaur. *quibus fuit determinatum confessionem factam per virum dotis receptæ ab vxore, præiudicare creditoribus, quando fuit facta promissio dotis, recensentur.*

38 *Confessiones virorum in fauorem mulierum de recepta dote, solent vt plurimum fieri in fraudem creditorum.*

39 *Vxoris fauore non attenditur tempus receptæ dotis, sed tempus constitutæ, stante promissione facta.*

40 *Retrotractio dotis fit ad tempus promissionis, etiam in præiudicium creditorum, quando promissio tempore constitutionis absq; fraude emanauit nullis adhùc existētibus creditoribus.*

41 *Ma-*

41 *Maritus renuncians in beneficium dotantis dotem sibi promissam, vxori praiudicare non potest.*

42 *Hæredes mariti tenentur adueniente casu restitutionis dotis, restituere dotem, etiamsi maritus illam donasset in beneficium dotantis, vel alterius.*

43 Author *fatetur intricatam, & spinosam esse controuersiam, An dotis hypotheca incipiat à die promissionis dotis, vel à die sequuti matrimonij.*

44 Afflictus dec.402. num.14. *fuit receptus in Regno.*

45 *Dotis hypotheca incipit à die promissionis ipsius, etiamsi capitula matrimonialia non fuerint stipulata.*

46 *Instrumento solutionis dotis, an sit opus, ad hypothecam inducendam, vel tantùm ad probationem.*

47 *Promissio restituendi dotem in casu soluti matrimonij, operatur vt attendatur tempus ipsius promissionis, non autem solutionis sequuta.*

48 *Hypotheca dotis incipit à promissione ipsius, non autem à solutione sequuta, etiam super feudis accedente assensu Domini.*

49 Io. Petr. Fontanell.dec.365.2.vol. *approbat opinionem, quod hypotheca dotis incipit à die promissionis, siue capitulorum matrimonialium, non autem à die solutionis sequuta.*

50 Author *miratur quomodo* Io. Petrus Fontanella *se non defenderit ab obiurgatione* Regen.Rouiti in 2.volum. *eius decisionum.*

51 Io.Petrus Fontanella *nullibi in eius libris allegat* Dom.Regentem Scipionem Rouitum.

ARGVMENTVM.

Hypotheca pro dote, An incipiat à die promisionis ipsius in tabulis nuptialibus, siue capitulis matrimonialibus, vel à die sequutæ solutionis, ità vt mulier præferatur creditoribus viri, qui post promissionem prædictam contraxerunt? quæq; iura, & rationes ex vtraq; parte adducantur, & ponderentur tàm Affirmantium, quàm Negantium? quibus mirificè *Author* occurrit, plures textus expendens, eorumque genuinum sensum adaperiens, dotis fauorem prospiciens, non paucas determinationes in fauorem vxoris adducens apud plura Europæ Prætoria, præsertim in Regno apud *Affl.*, *Dom. de Franch.* & alios; cuius disputationis occasione innuitur, quibus in conditionibus fiat retrotractio ad tempus actus, Potestatiuis scil. Casualibus, vel Mixtis? qualisque generis reputanda sit conditio in viro non recipiente dotem sibi promissam?

O B-

OBSERVATIO XXII.

1 PErutilis, ac necessaria adeò secernitur in practica eiusmodi quęsiti indagatio, vt non semel acerrimè dimicantes, ac in acies diuisos causarum Patronos in Supremorum Tribunaliū subsellijs agnouerim; qua de re, operæpretium me facturū sum arbitratus, si Aientium, & Negantium placita in medium afferam, quibusuè iuribus, rationibus, ac Scribentium placitis eorum comprobent opinamenta, dispungam, quiduè veriùs in praxi sit tenendum, insinuem.

2 Qui affirmant, obligationem, hypothecam, seu prælationem incipere à die promissionis, quamuis fiat antè contractum matrimonium sunt; *Dom. de Franch. dec.* 677. vbi *Episcop.* Rice *in addit. Gamm. dec. Lusitan.* 355. *Thes iun quæstion. forens. lib.* 2. *q.* 34. *in fin. & lib.* 4. *q.* 20. *Fontanell. de pact. nuptial. claus.* 7. *glos.* 2. *nu.* 35. *tom.* 1. *Anton. Meren. lib.* 6. *controuers. iur. cap.* 35. *Anton. Amat. variar. resolution. resol.* 5. *à num.* 2. *P. Andreas Molfes. ad Consuetud. Neapol. par.* 6. *de iur. dot. q.* 2. *ex num.* 16. *Criuell. dec. Dolan.* 133. per *tot. Reg. Sanfel. dec.* 9. *num.* 8. *vsque ad* 12.

Fundamentum præcipuum constituunt in dispositione *tex. in l.* 1 *ff. qui potior. in pignor. habean.* quo prouisum est à die promissionis, non autem à die matrimonij computari tempus pro acquirenda hypotheca ad beneficium mulieris, eò eteniminin casu vim facit retrotractio, quæ in conditione casuali, & mixta (qualis est dissoluendi matrimonij, & restituendæ dotis) locum habet, licèt
3 secùs sit in potestatiua (de quo tamen fusiùs mox verba faciemus) *Sarmien. Selectar. interpret. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 10. *Anton. Gomez. variar. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 30. vers. *Tertius effectus, Rota Genua dec.* 187. *num.* 11. *Anton. Amat. loc. cit. num.* 3. 4. *&* 5. *Cost. de retrotract. cas.* 31. *cap.* 8. *à num.* 1. *Gratian. discept. forens. cap.* 53. *ex nu.* 1. *cum seqq. lib.* 1. *Auendañ de met. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 83.

4 Tutantes opinionem, quod hypotheca incipiat à die contracti matrimonij sunt; *Bal. Nouell. de dot. par.* 10 *num.* 37. *Neguss. de pignor.* 4. *memb.* 2. *par. num.* 79. *Polidor. Rip. obseru.* 263 *Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 11. *tit.* 19. *num.* 12. *Caualc. dec. Finiz.* 15. *num.* 14. *par.* 4. *Petr. Barbos. in l.* 1. 3. *par. num.* 34. vers. *Postremò, ff. sol. matrim. Reg. de Pont. cons.* 80. *num.* 5. *vol.* 1. *Becc. cons.* 114. *num.* 66. *lib.* 2. *Præs. Bellon. cons.* 18. *num.* 81. *& seq. Amat. d. resol.* 5. *num.* 13. *Trentacinq. variar. resolut. lib.* 3. *tit. de pignor. & hypoth. resol.* 9. *num.* 26. *Statil. Pacif. de Saluian. interd. inspect.* 3. *cap.* 4. *num.* 43. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 804. *lib.* 5. *Dom. Io. Dominic. Gait. de eredit. in Appendic. num.* 113. *Reg. Rou. cons.* 57. *num.* 2. *lib* 2. *Mart. vot.* 13. *num.* 90. *Thesaur. iun. forens. cap.* 20. *ad fin. lib.* 4.

Quam sententiam sibi persuadēt, ex eo quod, sicuti ante contractas
5 nuptias dos non subsistit, *l. dotis appellatio, ff. de iur. dot. l. fin. C. de donat. ant. nupt. Salic. in Auth. Maximis, C. de nupt. Surd. dec.* 211. *num.* 28. *Barbos. in d. l.* 1. *num.* 95. *Camill. Larath. cons.* 82. *num.* 19. *Cancer. lib.* 3. *variar.*
9 *cap.* 11. *num.* 131. ità nec ei principalis actio dotis; *l. si serua* 40. *aliàs* 39. *§. fin.* ibi, *Vt in castrato dicas do.em non esse in eo, qui castratus non est, quia est matrimonium, & dos, & dotis actio est. l. plerumque, §. si ante, l. dotis promissio, ff. de iur. dot. Franc. Hieron. Leo, dec. Valent.* 180. *nu.* 2. *tom.* 2. nec hypotheca *l. contrahi*, vbi *Bart. ff. de pignor. act. l.* 1. *§. pen. ff pro dot.* quibus arridet *Bal. in l. legem, quam num.* 2. *C. de pact.*

Enituntur quoq; satisfacere motiu

tiuo retrotractionis, quod pro parte affirmatiua Achillæum videtur, ex eo quia (*inquiunt illi*) indubita-
7 tum est in potestate mariti esse dotem nolle recipere, *l. vir ab eo* 50. *ff. de iur. dot* vndè inferunt, quòd cùm conditio sit potestatiua, in ea retrotractiò amittit vires, ad *tex. in l qui balneum, ff. qui potior.* ex doctrina *Bart. in l. si is qui pro emptore num.* 46. *ff. de vsucap.* Obicem itidem tollere satagunt, quę ex rationibus pro af-
9 firmatiua paratum vident, nempè quod aliàs mulier facto viri indotata remaneret contra *tex. in l. 1. ff. sol. matr.* illeq; absque dote matrimonij
10 onera sustineret contra *tex. in l. pro oneribus, C. de iur. dot.* & remaneret obnoxius vir restitutioni dotis cùm noluerit accipere. Nam ijs occurrunt; mulieri satis esse virum obstrictum habere obligationi restituen-
11 dę dotis, etiamsi non acceperit, per *tex. in d. l. vir ab eo*, ibi, *Cum verò acceptam fecit, omnimodò periculum ad eum pertinebit, perindè enim est, ac si ae-*
12 *ceperit pecuniam, & eamdem promissori donauerit, ff. de iur. dot.* ibiq; notat *Gothfr. in Scholijs Barbos. d. l. 1. 3. par. num.* 33. vers. *Non obstat tertia difficultas, ff. sol. matr.* Quibus admissis dotis fauor non cessat, & maritus si proprio facto se obligationi dedit obnoxium, sentiat nocumentum, cùm potuerit sibi consulere, nec fecerit, *l. multum interest, ff. de verbor. oblig. Camill. de Medic. cons.* 90. *à nu.* 20. *cum seqq.* quem ad id expendit *Auendañ loc. cit. num.* 88. *in fin.*
13 Vtq; penitùs eneruent dispositionem *tex. in d. l. 1. ff. qui potior.* quem primam opinionem sectantes valdè, & meritò extollunt, adhùc instant illum *tex.* intelligi debere quando post promissionem contractum fuit matrimonium, itaq; Consulti mentem aperuit *Petr. Barbos. in d. l. 1. 3. par. num.* 34. vers. *Postremò notabis, ff. sol. matr.* & ex hoc intellectu fluere genuinam interpretationem *d. l. 1.* scripto tradidit *Auendañ loc. iam allegat. num.* 89. vers. *Ex quo fluit*, illiq; *num.* 90. applaudere inquit *tex. in l. 4. ff. quæ res pignor. obl. poss.* ibi, *Eo tem-*
14 *pore pignoris obligationem contractam videri, quo pecunia numerata est, nam*
15 *dotem non scriptura dotalis, sed numeratio facit, l. 1. C. de dot. caut. non numer.*

Ex quibus manifestè percipi attendendum esse tempus contracti matrimonij, non verò promissionis dotis, tenet *Auendañ d. num.* 90 vers. *Manifestè*, autumans ex prædictis sublata esse omnia fundamenta tenentium contrariam sententiam, subdens pro coronide.

Elige cui dicas, Tu mihi sola places.

Atqui Ego (vt verè verum fatear) dolendum non mediocriter censeo,
16 quæstionem hanc foro accommodatissimam, imò vsui frequentissimam, tot agitatam opinionibus inter se pugnantibus, vt nedùm vnum Authorem ab altero dissidentem videam, verùm etiam idemet Prætorium, quod quandoque negauit hypothecam incipere à die promissionis, postmodum contrariam approbasse, cuius rei testem profero *Ioan. Criuell dec. Dolan.* 67. quam postmodum reuocasse *Senatum in dec.* 113. profitetur, *Reg. Rou. cons.* 57. *num.* 8. *lib.* 2. refert de anno 1607. die 21.
17 Maij Sac. Consil. confirmasse decretum latum per Magn. Cur. Vicar. in fauorem D. Ioannis Vrries, cōtra Camillam Scoppam, quam recenset Reg. *Sanfel. dec.* 129. *ad fin. par.* 1. qui (semetipso non allegato) contrariū plenè defendit in *dec.* 99. *num.* 7. & 8. *ead. par.* 1. & sic reuocatæ videntur sentētiæ in fauorem vxoris prolatæ per idem Sac. Consil. apud *Dom. de Franch. dec.* 677. *Fontanell. de pact. nuptial. d. claus.* 7. *glos.* 2. *par.* 1. *nu.* 35. improbatur à *Reg. Rou. d. cons.* 57. *nu.* 8. vers. *Nec modo*, & probis sanè ver-
18 bis, dùm notat eam opinionem pro muliere sustinuisse, vt causæ quam de-

defendebat inseruiret, potius quàm vt ità verè sentiret, subdens etiam ex *Gratian. & Mantic.* quos ille adducit, minus veram conuinci eius traditionem, adeòquod dixerim funiculum ex arena (quod Greci aiũt) facilius nectas, quàm Doctores dissidentes concilies hoc in theoremate.

19 Vt vt autem se res habeat, applaudet mihi vti verior illa opinio, quæ doti fauet, vt à die promissionis incipiat hypotheca, non à die contracti matrimonij, ex ijs quæ *DD.* ad eam comprobandam conglutinãt, quos *Ego* recensui *num.* 2. superest tamen, vt obiectis ex Aduerso occurramus.

Primum Negantium, ac præcipuum vnum fundamẽtum illud est, quia retrotractio non procedit in conditione potestatiua, qualem effingunt esse in thesi præposita tàm respectu matrimonij non contrahẽdi, quàm etiam dotis non recipiendæ, quod totum est positum in potestate mariti.

Sed eiusmodi assumpti licet primam partem vltrò concedamus, retrotractionem scil. non habere lo-
20 cum in conditione potestatiua, sed dumtaxat in casuali, vel mixta, ex *tex. in l. pen. ff. qua res pignor. oblig. non poss. & in l. 1. & l. balneum, §. amplius*, ac etiam *l. potior, §. videamus, ff. qui potior. in pignor. habean.* alteram tamen partem assumpti affirmare non audemus, quod conditio potestatiua sit in casu, in quo sumus, nam veriùs est, esse casualem, vel mixtã,
21 eò quod qui de contrahendo matrimonio sibi fidem dederunt, possunt, imò & debent compelli ad matrimonium contrahendum, nisi aliquid triste timeatur, *cap. requisiuit*, & ibi *Panor. de sponsal. D. de Franch. d. dec. 677. nu. 1.* inquit omnes *DD.* intelligere *tex. in d. l. 1.* quod quoad hypothecam per mulierem acquirendam, inspicitur tempus dotis promissę, non dotis solutæ, & respectu dotis non recipiendæ à viro, be-
22 nè docet *Bart.* non esse in potestate viri dotem non recipere, cùm hoc non possit honestè facere, tùm ne mulier interim remaneat indotata, tùm etiam nè ipsi marito nimis hoc sit incommodum propter onera matrimonij, quæ sine dote sustinere, id autem quod commodè, &
23 honestè fieri non potest, id dicitur fieri non posse, ad *tex. in l. Nepos proculo, ff. de verbor. signif.* pulchrè *Crinell.* prædicta perpendens *decis. 113. num. 11. & seq. Dom. de Franch. d. dec. 677. num. 3.* subiungit post *Bart. loc. cit.* quod prædicta militant non solùm quando necessitas est præcisa, sed causatiua, inferens quod licèt vir non cogatur recipere dotem
24 promissam præcisè, tamen tenetur causatiuè, quia non debet facere, vt mulier indotata remaneat, & faciendo adscriberetur eius culpę, & per consequens non dicitur facere posse, inquiens *num.* 4. quod hic punctus non habet difficultatem etiamsi conditio sit potestatiua, & in generali ratione fundari *tex. in d. l. 1.* quod scil. maritus causatiuè tenetur recipere dotem, & proindè succedere regulam, quod quando quis cogitur
25 ex necessitate recipere, etiam quod sit conditio potestatiua, trahitur ad tempus promissionis, ex *Neguſan.* tenet *Dom. de Franch. d. decis. 677. num. 6.* cui se subscribit *Reg. Sanfel. dec. 99. num. 9. par. 1.* eidem rationi innixus, quia non est in potestate viri dotem non accipere per *glos. in d. l. 1. verb. compellitur*, ideòq; attẽdi debere adstruit tempus promissionis, quamnis sub conditione factæ, vel ad certum diem dilatæ, & de hoc esse iura aperta in *d. l. potior, & in l. qui balneum*, vbi *DD.* omnes, *ff. qui potior. in pignor. habean.* sequu-
26 ta enim solutione, habetur ac si sine conditione promissio facta esset, *d. l. potior*, vers. *Sed verior, Cost. de re-*

trotract. caf. 31. *num.* 1. quem refert, & fequitur *Thef. iun. quaftion. forenf. lib.* 2. *cap.* 34. *num.* 3. *& lib.* 4. *cap.* 16. *num.* 8. *in fin.*

27 Vt pateat; quod deftructo modo fundamento de cõditione poteftatiua, & retrotractione denegata ex præmiffis, corruat fanè ædificium, *l. cum qui ædes, ff. de vfucap.* & mirari
28 profectò non defino quomodò *Reg. Ron. & Auendañ* in locis allegatis, alijque eos infequentes nõ aduerterint ad prædicta, nec vllum adhibuerint refponfum, ad tradita per *Dom. de Franch. Criuell.* & alios, qui materiam larga manu pertractarunt, quofq; ipfimet adduxerunt.

Quatenus autem afferunt, fatis effe mulieri fi maritum habeat obligatum ad dotis reftitutionem, mihi infinuatur manifeftè quæftionem
29 minimè olfeciffe, Dato etenim, quod maritus remaneret obligatus, vel habet in bonis, vt poffit creditoribus fatisfacere, & vxori, & inutilis eft difputatio, vel maritus adeò obæratus exiftit, vt concurrat mulier fuper eius bonis petens fibi fatisfieri, eo quod in tẽpore anterior attenta promiffione, cui oppugnant creditores aientes mulieris hypothecam non incipere, nifi à die contracti matrimonij, & fic ipfos præferri debere, qui contraxerunt ante contractationem matrimonij, licèt poft promiffionem, & vtiq; fi bona pro fatisfaciendis vtrifque tàm vxore, quàm viro, fufficerent, & adhùc inanis effet dubitatio, & cafus vertitur quando bona non exiftunt, & tunc quæ vtilitas mulieri, vt virum egenum, & pauperem effectum non foluendo habeat obnoxium reftitu-
30 tioni dotis? Certè edocti fumus inanem effe actionem, quam debitoris excludit inopia.

Motiuum itidem adductum, quod ficuti ante contractas nuptias dos non fubfiftit, nec per confequens principalis actio dotis, ideòq; videri nullam quoq; pro dote hypothecã fubfiftere, cum hypotheca fit acceſ-
31 foria principalis obligationis, nec fine principali, vllo modo fubfiftere poffit, ex adductis hac *ead. obfer.*

Facilè diluitur, Nam refpõdetur, quod imò res pignori effe poteft etiam eo tempore, quo nihil dùm debetur, dummodò iam res tunc in ea caufa fit, vt non fit in poteftate debitoris, nè debeat, vt conftat attentè percipienti fenfum Confulti
32 *in d. l. qui balneum, ff. qui potior. in pignor. habean.* & aduertit ingeniosè *Criuell. d. dec.* 113. *num.* 16. quem vidiffe *Auendañ*, credendum eft dùm illum adducit, & tamen refolutioni per *Criuell.* traditæ eius motiuo, nè quidem per tranfennam obuium fe facit.

33 Poftremum quo nituntur placito, illud eft, nam (inquiunt) *tex in d. l.* 1. locum fibi vindicare in cafu, quo matrimonium fubfequitur, itaque effe de mente *Petr. Barbof.* in explicatione *l.* 1. 3. *par. num.* 34. *d verf. Poftremò notabis*, cui addit *Auendañ. tex. in l.* 4. *ff. quæ res pignor. obl. poff.* ibi, *Nam dotem non fcriptura dotalis, fed numeratio facit.*

Sed adhùc promptanea fefe offert refolutio, Nam quòad primam partem motiui, retrotractio operatur ftatim ac promiffio facta fuit, licèt poftmodum fubfequatur confeffio, fiue traditio, fingit fiquidem
34 lex mulierem ftipulatam fuiffe fibi dotem à tempore promiffionis, licèt matrimonium non fequatur, tunc etenim effet de indubitabili, itaque tenet *Boer. dec.* 331. & apertiùs *Guid. Pancirol. conf.* 180. *num.* 6. *verf. Sed pofito*, *Caph. conf.* 448. *in fin.* & approbat *Criuell. d. dec.* 113. *num.* 17.

Quò verò ad *tex.* adductum per *Auendañ*, Dotem non fcripturam dotalem, fed numerationem facere, negotium non faceffit, fiquidem ex fola promiffione fieri dotem, nemo deua-

audebit asserere, quod autem facta
35 promissione dotis, eiusq; confessione per virum subsequuta, non sit dos, ipsemet *Auendañ* negare iure non poterit, quia tunc sola
36 confessio de recepto prodest mulieri, etiamsi sit facta post dotis constitutionem, nam præiudicat creditoribus, vt non possint opponere dotem non fuisse realiter solutam, de quo est famigerata *decisio Afflict.* 402. *Surd. dec.* 55. *num.* 5. *Osasc. decis.* 172. *num.* 11. *Mascard. de prob. concl.* 362. *num.* 20. & 21. & *concl.* 616. *nu.* 7. & 8. *Facchin. controuers. iur. lib.* 8. *cap.* 87. *Thes. dec.* 74. vbi plura de confessione dotis receptæ, ibiq; ad-
37 dit *Thes. iunior*, qui pariter tradit in *lib.* 4. *quæst. forens. cap.* 16. *num.* 1. & 6. eiusmodi quæstionem tractatam fuisse pluries in Senatu Pedemon. & decisum in fauorem mulieris, licèt creditores opposuissent confessionem de recepto per virum factam illis non obesse, ex dictis per *Vrsill. ad d. dec. Affl.* 402. & *Menoch. lib.* 3. *præs.* 13. *num.* 24. idq; esse de mente *Alex. in cons.* 86. *num.* 2. *lib.* 7.
38 Figebant nec leuiter pedes, eò quod vt plurimum istæ confessiones solent fieri in fraudem creditorum, quibus idcircò succurrendum est; Mouebatur Senatus ad sic determinãdum ad beneficium vxoris, quòd non obstante fuerit confessionatum instrumentum, illa sit creditoribus præferenda, quia fauore vxoris non
39 attenditur tempus receptæ dotis, sed tempus constitutæ cum promissione de restituendo, iuxtà *tex.* quẽ ad hoc singularem prædicit *Thes. iun. d. cap.* 16. *num.* 3. per quem ità tenet *Negus. de pignor.* 4. *memb.* 2. *par. princ. num.* 78. vers. *Cæterum egregia*, ex quibus elucescit responsio ad *tex. in d. l.* 4 *ff. qua res pignor. oblig. poss.*
40 Retrotractio etenim fit à tempore solutæ dotis, ad tempus promissionis etiam in præiudicium creditorum, quando promissio tempore constitutionis absque fraude emanauit nullis adhùc existentibus creditoribus, & actionem dotis, quæ regulariter non oritur, nisi soluto matrimonio, retrotrahi ad tempus promissionis, non attentis temporibus solutionum posteà factarum, tradit *Cost. de retrotract. cap.* 31. *nu.* 8. *lib.* 1. subditq; notabiliter *n.* 7. de fraude
41 non esse curandum, quia maritus posset etiamsi vellet debitum remittere, & donare socero, vel fratribus dotem constituentibus, faciendo amplam quietationem, & tamen vxori per hoc, præiudicium non inferret, cui habita fide solutionis dotis, nihilominùs veniente casu restitutionis dotis, teneerentur hære-
42 des dotem restituere, *Bal. Nouell. de dot. par.* 10. *num.* 37. *Thes. dec.* 112. vbi *additio fily*, quem allegat, & sequitur *P. Molfes. ad Consuet. Neap. par.* 6. *q.* 9. *num.* 13. & *seqq. Mynsing. centur.* 1. *obser.* 61. *Guttier. de contract. iurat. cap.* 46. *num.* 10. *Becc. cons.* 114. & *seq. lib.* 2. quorum memor extitit *Thes. iun. d. cap.* 16. *num.* 7. vbi *num.* 1. 6. & 8. determinationes factas refert, de quibus inferiùs noster redibit sermo.
43 Concludimus ergò in hac intricata, & spinosa controuersia veriorem, & tutiorem esse sententiam, Hypothecam in beneficium vxoris competere à die promissionis dotis, non autem à die confessionis, vel matrimonij contracti, adeò quod vxor præferatur creditoribus viri, qui post promissionem contraxerunt cum eodem viro, qui obligauit omnia bona sua ex instrumento cum hypotheca, licèt ante confessionem, nec pateat aditus creditoribus opponendi exceptionem non numeratæ dotis, etiamsi dies supersit illam opponendi, secundum quam opinionem iudicauit Sac. Cons. communi votantium suffragio apud *Affl. dec.* 402. *nu.* 14. vers.
44 *Quare*, vbi comprè rationem deci-

sionis assignat, restringit tamen secùs esse quando promissio non præcessit, quia hypotheca tunc oritur à die instrumenti confessatæ dotis, eamq; (prædictis iam exaratis) inueni approbatam *à Dom. Mercurial. Merlin.* viro sanè perdocto, & hac nostra tempestate celeberrimo Iureconsulto in *tractat.* qui nuper dùm hæc prælo tradebam, ad manus meas peruenit, *de pignor. & hypoth. lib.3. tit. 2. q. 74. num. 25.* vers. *Retenta*, dùm per *tot. quæstionem*, rem ad partes disputauerat, nonnullaq; motiua ex prædictis adduxerat, ac in duobus casibus non procedere autumant, nempè in augmento dotis, quoniam hypotheca incipit à die solutionis, ex doctrina *Bald. in l. si constante*, & ibi *Salic. num. 2. C. de donat. ante nupt. Cardin. Mantic. de coniectur. vltim volunt. lib. 11. tit. 26. num. 11.* ac etiam quando non constaret dotem à principio fuisse promissam, non etenim sufficit, secundum *Merlinum*, vnicum ex post facto instrumentum, in quo enunciaretur præcessisse vsque de totali die, & tempore promissionem dotis, huiusmodi enim attestatio, vel enunciatio partium in præiudicium creditorum, minimè foret attendenda, ad tradita per *Bal. Nouell. de dot. par. 10. num. 39. in fin.* vers. *Etsi aliter maritus.*

Quæ tamen opinio etiam viget in promissione facta in capitulis matrimonialibus non stipulatis, & sic in tacita hypotheca, & eam amplexatam fuisse Sac. Consil. in pluribus causis refert *Dom. de Franch. d. dec. 677. num. 6.* vbi subdit *in fin.* non esse recedendum à decisis p tantum Prætorium, inquiens eam rationem potuisse mouere Sac. Conf. quia, licèt in iis capitulis, possent Sponsus, & Sponsa recedere à matrimonio iam concluso, non tamen commodè, nec sine verecundia hoc fieri potest, imò adest timor futuri scandali.

45 Ampliatur itidem prædicta opinio, etiamsi in capitulis matrimonialibus nõ fuerit pura, vel simplex promissio de restituendo dotē per virum, sed vir promiserit facere cautelas partis sequuta solutione partis dotis, ac confecto instrumento mutui pro solutione restantis quantitatis dotium; nam cum re vera facta fuisset solutio dotium promissarum, necessarium non erat instrumentum mutui, & proindè promissio statim sortita fuit effectum suum secundũ *Thes. dec. 233. n. 10.* inquiens hoc casu instrumento opus non esse,
46 nisi ad probationem per *tex. in l. contrahitur, ff. de pignor.* imò stante promissione restituendi dotem in
47 casu soluti matrimonij, attenditur tempus ipsius promissionis, non autem solutionis sequutæ per *tex. in d. l. 1.* vbi omnes, & inquit notabiliter *Reg. Sansel. dec. 99. num 7. & 8.* qui tradit prædicta militare etiam in feudis, quando dispositio est valida, scil. facta cum assensu Domini.

Sunt tamen in materia, quando casus acciderit consulendi *Thes. iun. qq. forens. lib. 2. cap. 34. & lib. 4. cap. 20. ad fin.* vbi notat reuocatam fuisse sententiam memoratam in *d. cap. 34. Gamm. dec. 355.* vbi Senatum contra eius opinionem in fauorem mulieris determinasse tradit in casu, quo matrimonium indigebat Summi Pontificis dispensatione, *Dom. Consil. ar. Theod. alleg. 13. num. 7.* remissiuè, & magnoperè lætatus sum, quod postremam dùm imposuerim manum *huic obseruationi*, incidi *in 2. volumen decisionum Cathaluniæ* apud perdoctũ *Fontanell. in dec. 365. per tot.* iterum ad quęstionis arenã descendens, qui suam iamdudùm approbatam sententiam *in loc. à Nobis citato*, confirmauit, occurrens iis, quæ in contrarium adducũt *Antonin. Amat. Barbos.* aliiq; contrariæ sententiæ adhærentes; miratus sum quomodò pro se non adduxerit *Thesaur. iunior*, aliosq;

quos

ſuoſ Ego pro ſententia, quæ doti fauet, indicaui, magiſq; miratus ſum, quod à *Dom. Reg. Rou. in d. conſ.* 57. ſe non defenderit. Sed obſeruaui, nullibi in eius operibus *Fontanellam* conſilia *Reg. Rouiti* adduxiſſe, quod indè euenire autumo, quia tāti viri opera non tenebat, alioquin virum tantæ lectionis prætermiſiſſe non eſt credendum, in re tàm famigerata *Authorem* ſilentio obruere, qui punctuatim quæſtionem examinat.

Quibus rumpo filum (vtq; multa paucis complectar) fidem adſtringo meam pluribus ab hinc annis, quibus non infrequenti Clientum calculo (Deo annuente) Aduocationis munus exerceo, nunquam vidiſſe in eiuſmodi opinione contra vxorem iudicatum, quicquid alij in cōtrarium attentauerint adducere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra proprietarium, non infert præiudicium vſufructuario incitato, & inaudito.*

2 *Sententia lata contra vſufructuariū, proprietario non citato, non præiudicat.*

3 Gloſa in l. is, qui fundūm 31. §. fin. *verb.* Receptum eſt, ff. de vſufr. lega. *expenditur.*

4 Caualcan. de vſufr. mulier. relict. num. 125. *dicit* gloſam in l. is qui fundum 31. §. fin. *verb.* Receptū eſt, *communiter ab omnibus ſeruari.*

5 Author *adducit determinationem factam per Sacrum Conſilium, quod ſufficit in Iudicio audire hæredem inſtitutum, non vocato, nec audito ſubſtituto.*

6 *Deciſio relata per* Regent. Sanfelic. 89. par. 1. *vti punctualis affertur.*

7 *Inſtitutum in iudicio citare ſufficit, abſque eo quod ſubſtitutus vocetur.*

8 *Citatio illorum, qui in conſequentiam in Iudicio lædi poſſunt, non requiritur.*

9 Gregorius Lopez *laudatur.*

ARGVMENTVM:

Subſtitutus, An debeat citari in iudicio intentato cum inſtiſtituto?

OBSERVATIO XXIII.

1 Sententiam latam contra proprietarium, vſufructuario præiudicium non inferre,
2 incitato, & inaudito, nec è conuersò latam contra vſufructuarium, proprietario non citato, præiudicare poſſe in proprietate,
3 annuit *gloſa in l. is qui fundum* 31. §. *fin.* verb. *Receptum eſt, ff. de vſufr. lega.* quam ad hoc allegat *D. Caſtill. Sotomayor, quotidianar. controuerſ. tit. de vſufr. lib.* 1. *cap.* 34. qui dicit *gloſam* illam communiter ab omnibus
4 ſectari, ſecundum traditionem *Caualcan. de vſufr. mulier. relicto num.* 125. quem dùm *Ego* in fonte videre voluiſſem in libro meo non inueni, reperi tamen *Arium Pinell. in l.* 1. 2. *part. num.* 68. verſ. *Nec videtur*, qui obiter, & per tranſennam ad id adducit *tex. in d. l. is qui fundum*, ibiq; *Bart.* nulla facta mentione *gloſæ*, quę ſi rectè inſpiciatur, mihi non videtur tàm manifeſtè rem declarare, ſicuti eam expendit *Caſtill. loco iam allegato*, ex quibus in cauſa, quam
5 *Ego* tutatus ſum in Sac. Conſ. pro Margarita de Marco ſorore vtrinq; coniuncta Caroli de Marco cum Victoria

ctoria Guarina matre communi, quam in vsufructu hæredem sibi adscripserat Carolus, facta substitutione post illius obitum in beneficium Venerab. Collegij Societatis Iesu Fidelissimæ Ciuitatis Litij Patriæ meæ, contra quam Victoriam pro satisfactione eius dotium, iudicium quod contra Carolum pēdebat prosequebatur Margarita contra Victoriam hæredem in vsufructu, comparuit Collegium substitutum, prætendens ipsum debere audiri in iudicio, aduersus *Me* pro Margarita instante satis esse iudicium fieri cum Victoria, & adduxi punctualem determinationem Sac. nostri Consilij
6 in casu omninò simili apud *Reg Sanfel. dec*. 89. *par*. 1. vbi refert per Sac. Cons. die 25. Augusti 1621. fuisse reformatum decretum Magnæ Curiæ, quæ decreuerat esse procedendum cum vsufructuaria audito Monasterio substituto, nam ordinauit esse procedendum ad vlteriora cum hærede instituta, ex traditis per *Bal.* relatum *à Peregr. de fideicom. art*. 5. *num*. 21. vers. *Quinta est quæstio*, qui
7 tradit hanc esse communiorem opinionem, vt sufficiat citare institutū, contra quem principaliter iudiciū ordinatur, & ad quem defensio principaliter attinet, non etenim illorū
8 citatio exigitur, qui ex iudicio in consequentiam lędi possunt ex pulchra *glos. in l. de vnoquoque*, in verb. *quos causa*, *ff. de re iud. Marius Giurb. dec*. 1. *nu*. 24. qui plures allegat post *Ancharan. Decian. Rimin. iun. Onded. Burs. Menoch. Gabr. Rolan. Osasc. Peregr. Padill. Lanar. Cauall. Cald. & Molin.* quos Egomet adduxi *in* 1. *disceptat. forens. cap*. 2. *ex num*. 46. vers. *Quo verò ad secundum*, vbi paritèr
9 indicaui maximum illud Hispanorum ornamentum *Gregor. Lopez in l*. 20. *tit*. 22. *par*. 3. vers. *Però*, cui adhæret *Couarr. practicar. cap*. 13. *num*. 6. *in fin. Cancer. variar. tom*. 2. *cap*. 16. *de tertio oppositore nu*. 98. *Reg. de Pont. cons*. 40. *num*. 4. *& duob. seqq. Franc. Anton. Cost. cons*. 2. *nu*. 38. vbi ex *Menoch. cons*. 502. *lib*. 6. rectè materiam enucleat; itaque iudicatum fuit in causa prædicta, existente Commissario docto, & integerrimo Consiliario Scipione Salituro, qui domi decreuit, & postmodum obtenta per partem aduersam supplicatione de verbo faciendo, confirmauit eius decretum Sac. Consil. sub die anno penès Actor. Magistr.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum via ritus potest præsentari ad instantiam hæredis creditoris, cui à debitore fuit præstitū iuramentum de facie ad faciem.*

2 *Hæres debet accipi in suo proprio, & vero significatu, non autem fictè, & impropriè.*

3 *Verba sunt accipienda naturalitèr, non ciuilitèr.*

4 *Verba testamenti debent accipi naturalitèr, non ciuilitèr.*

5 *Hæres in vsufructu minus propriè dicitur hæres, dato alio hærede in proprietate, sed habetur loco legatarij.*

6 *Legatarius nunquam fuit admissus in Regno ad præsentandum instrumentum via ritus, imò expressè reperitur ab eo exclusus, ex quo est impropriissimè hæres.*

7 *Legatarius quodammodò, quasi hæres est.*

8 *Interrogatio super tenore instrumenti, debet fieri ab hærede, non autem ab vsufructuario.*

9 *Præsentans instrumentū via ritus, debet esse principalis contrahens, vel eius hæres, ad quem transit virtus iuramenti ad finem interrogandi debitorem.*

10 *Legitimatio hæredis, debet constare in* Regno

Regno per praeambulum.

11 *Praeambulum debet probare, quem esse haeredem simpliciter, non in vsufructu ad finem liquidandi instrumentum via ritus.*

12 *Practica petitionis praeambuli ad finem liquidandi instrumentum, insinuatur* à Prospero Carauita in Commẽtarijs ad rit. 181. num. 1. circa med.

13 *Legatarius cum sit impropriè haeres, non potest liquidare instrumentum seruata forma ritus.*

14 *Haeres vniuersalis in vsufructu declaratus mediante praeambulo, non admittitur ad liquidationem instrumenti.*

15 *Persona actoris ante omnia est legitimanda in quolibet iudicio etiam summario, & exequutiuo.*

16 *Persona extrinseca in contractibus nunquam subintelligitur.*

17 *Contrahentes videntur, nedùm sibi, sed etiam suis haeredibus prospicere.*

18 *Vsufructuarius non est propriè haeres, sed cum adiuncto, & qualitate vsusfructus, & sic non potest liquidare instrumentum.*

19 *Iuramentum non transit in haeredem in vsufructu, vndè non potest ipse liquidare instrumentum.*

20 *Liquidatio instrumenti non procedit si iuramentum non sit praestitum de facie ad faciem.*

21 *Haeres in proprietate interrogare potest super tenore instrumenti, non autem haeres in vsufructu, vel ambo debent in Curia explicare actum interrogationis.*

22 *Interrogatio super tenore instrumenti non subsistit, deficiente iuramento.*

23 *Liquidatio instrumenti vt procedat tria requiruntur, nempè instrumentum in forma probante reassumptũ, iuramentum in eo appositum, & pana.*

24 *Interrogatio super tenore instrumenti ad instantiam haeredis in vsufructu, procedere non potest.*

25 *Statutum praebens exequutionem instrumentis locum sibi non vindicat, nisi ad instantiam creditoris nominati in instrumento, cui fuit praestitum iuramentum de facie ad faciem, non autem ad instantiam tertij non nominati, nec comprahensi in instrumento, siue interesse aliquod habentis ex eodem interesse.*

26 *Haeres ideò admittitur ad liquidationem instrumenti, via ritus, quia dicitur vna, & eadem persona cum defuncto.*

27 *Actiones omnes actiuae, & passiuae trãseunt in haeredem, & efficitur Dominus haereditatis, licet corpora haereditaria non consistant.*

28 *Haereditas consistit in intellectu iuris.*

29 *Praeambulum in Regno nunquam expeditur ad beneficium legatarij.*

30 *Liquidatio instrumenti strictè est accipienda, vt panalis, & exorbitans à iure communi respectu creditoris nominati in instrumento, in cuius personam stipulatio concepta est.*

31 *Haeres de rigore iuris communis non potest admitti ad praesentationem instrumenti via ritus, licèt secus sit vigore ritus Magnae Curiae* 181. & 186 *qui admittunt illum confecto praeambulo.*

32 Dom. Scipio Rouitus Regens *laudatur.*

33 Author *laetatur patrocinium praestitisse coram* Dom. Regen. Scipione Rouito.

34 Author *profertur dicta per* Regent. Dom. Scipionem Rouitum *adorare, & venerari.*

35 *Haeres in vsufructu non dato alio cohaerede in proprietate, an dicatur haeres in totum, adeò quod possit agere quaecumq; facere potest haeres vniuersalis.*

36 *Vsusfructus est pars rei.*

37 *Veritate pro indaganda, certandum est.*

38 Tex. in l. 1. §. si ex fundo, ff. de haered. instit. *adductus à* Dom. Reg. Rouit. *non probat id ad quod ab ipso allegatur.*

39 Verba

39 *Verba* textus in l. 1. §. si ex fundo, ff. de hæred. instit. *expenduntur.*

40 Glosa in l. 1. §. si ex fundo, *verb.* Institutus, ff. de hæred. instit. *enucleatur.*

41 Author *insinuat Dom. Regentis Scipionis* Rouiti *corrigia calceamentorum in legali scientia soluere se indignum reputare.*

42 *Casus pro quo consuluit* Author, *refertur.*

ARGVMENTVM.

Hæres in vsufructu non dato alio hærede in proprietate post mortem, An valeat præsentare, seu (vti Pragmatici inquiunt) liquidare instrumentum via Ritus Magnæ Curię Vicarię? Cuius thesis occasione desumpta, pluribus iuris communis dispositionibus, ac etiam peculiaribus Regni ordinationibus, demonstratur, hęredem in vsufructu non esse propriè, & verè hęredem, ideòque in eo non transire ius interrogandi debitorem super tenore instrumenti, sicuti nec in legatarium, quia verè, & propriè hęres non dicitur, vndè verba ritus cùm sint naturaliter, non ciuilitèr accipienda, id ipsum hęredem in vsufructu actio liquidandi minimè cōpetit, sicuti deficiunt paritèr tria illa requisita, quę copulatiuè necessariò interuenire debent ad hoc, vt instrumentum via ritus liquidari possit, nempè instrumentum in forma probante reassumptum; Iuramentum in eodem instrumento contentum; & Pęna ibi adiecta, nam iuramentum in hæredem in vsufructu, & legatarium minimè transit, vtpotè qui inter personas in instrumento nominatas, minimè compręhenduntur, sed vti extranei prorsus intelliguntur, in eo non subintellectę. Authoritas *D. Regentis Scipionis Rouiti* in contrarium adducta *in decis. 26. num.* 3. expenditur, & enucleatur, adductisque per ipsum iuribus, & Doctorum placitis occurritur ab *Authore,* qui suam adstringit fidem tanti viri placita in maxima semper habuisse existimatione, ac ea (vti de *Bartolo* aiebat *Iason*) adorare, & venerari solitum esse, ibiq; innuit non contradicendi studio, sed pro indagine veritatis calamum arripuisse, quem de more Peritiorum censurę alacri submittit animo.

O B-

OBSERVATIO XXIV.

NEgatiuam tutatus sum sententiam in casu currenti, quem in calce huiuscè Obseruationis recensere, animo mihi sedet; Nam licèt inficias non eam, præsentationem, seu
1 liquidationem instrumenti via ritus Magnæ Cur. 166. secundum computatione *Carau.* posse fieri etiam ab hęrede creditoris, cui fuit à debitore prçstitum iuramentum de facie ad faciem, vt dictat *rit* eiusdem
2 Magn. Cur. 278. incip. *Item seruat ipsa Curia*, attamen hęres debet intelligi propriè, & in suo vero significatu, non autem fictè, & impropriè, *l. 3. §. hęc verba, ff. de negot. gest. Bart. in l. constitutionibus, ff. ad municip.* plures recenset *Soccin. iun. cons. 27. nu. 6. lib. 3.* & rursus verba sunt
3 accipienda naturaliter, non autem ciuiliter, *l. vnic. C. de his qui veniam ętat. impetrauer. Alex. cons. 2. num. 1. lib. 1. Menoch. cons. 97. num. 86. lib. 1. & cons. 227. num. 40. & seq. lib. 3.* dixi Ego *in 1. disceptat. forens. cap. 39. num. 68.* vbi adduxi *Fusar. cons. 39. num. 11. & tex. in l. 1. §. is qui nauem, ff. de exercitor. action.* Eòq; magis si
4 verba testamẽti dispici. mus, ad tradita per *DD. in l. ea, §. insulam, ff. de verbor. obl. & in l. Gallus, §. Et quid si tantum, ff. de liber. & posth.* At vsu-
5 fructuarius etiam vniuersalis minùs propriè dicitur hæres dato alio hærede in proprietate, sed habetur loco legatarij, ad *tex. in l. quoties, C. de hęred. instit. Menoch. cons. 500. num. 1.*
6 *& 2.* qui sanè legatarius nunquam fuit admissus ad præsentandum instrumentum via ritus, imò expressè reperitur exclusus, ex quo est impropriissimè hęres, sicuti docet *Consultus in l. id tempus 14. §. in re legata,*
7 ibi, *Legatarius quodammodò quasi hęres est, ff. de vsucap.* de qua exclusione fidem nobis prçstat insignis *Carau. in Commentar.* sanè luculentissimis ad *ritus Magnæ Curiæ super rit. 178. num. 9. & 10.* cui se subscripsit *Galter.* in sua *prax. liquidat. instrum. 1. par. 2. par.* verb. *Aduertat creditor ad personam suam, nu. 26. & 27. ad fin.* vbi ità practicasse tradit, quocircà non existente vsufructuario verè, &
8 propriè hærede, dùm necessariò requiritur, quod interrogatio super tenore instrumenti fiat per hæredẽ, non potest ad instãtiam vsufructuarij fieri liquidatio.
9 Insuper ponderabam; Vt quis valeat præsentare instrumentum via *rit.* oportet, quod sit principalis cõtrahens, vel eius hæres, ad quem transit virtus iuramenti ad finem
10 interrogandi debitorem, quæ sanè legitimatio personæ debet constare per præambulum, ex aperta dispositione *rit. Magn. Cur. 181.* incip.
11 *Item seruat ipsa Curia*, præambulum verò debet probare, quem esse hæredem simpliciter, non autem in vsufructu, aliàs sine tali probatione instrumentum non est liquidum quòad personam dicentis se esse hęredem creditoris, quapropter executionem non meretur, teste *Carau. in d. rit. 181. num. 1. circa med. & num. 2.* vbi docet practicam peti-
12 tionis præambuli, vt possit liquidari instrumentum *Galter. vbi sup.* ibi, *In hac materia liquidationis non attenditur aliud, nisi quod is qui vult liquidare, sit hæres:* vndè cum verè, & pro-
13 priè legatarius non sit hæres; non liquidabit seruata forma ritus.
14 Dùm igitur quis comparet vti hæres vniuersalis in vsufructu sic declaratus mediante decreto præambuli, minus poterit instrumentum liquidare.
15 Vulgatum siquidem est: in quolibet iudicio etiam summario, & exequutiuo antè omnia personam agẽtis legitimandam esse, aliàs nullitèr

agitur per *tex. in l. non ignorant*, *C. qui accus. non poss. l. si quaramus, ff. de testa. Bart. in l. 2. in fin. C. de edic. Diu. Adr. toll. & in* Extrauag. *Ad reprimendum*, verb. *figura col. 2. Sebastian. Vant. de nullit. rubr. de nullit. ex defect. mandati nu.* 3. *Ego ipse in* 1. *disceptat. forens. cap.* 24. *num.* 3. *&* 4. vbi inter cæteros adduxi *Osasc. dec.* 1. *nu.* 35. *Dom. de Franch. dec.* 692. *in fin. & Reg. Rou. in prag.* 1. *num.* 2. *de ord. iudic.*

16 Quibus addebam; personam extrinsecam in contractibus nunquam subintelligi ad *tex. in l. si ità stipulatus*, §. *Chrisogonus*, *ff. de verbor. oblig. Bart. quæst.* 5. incip. *Adnuntiam nu.* 5. *&* 6. *Reg. Valenz. consil.* 2. *num.* 31. *lib.* 1. *Menoch.* post alios *cons.* 246. *nu.* 14. & licèt in contractibus ipsis
17 censeantur contrahẽtes acquirere, & prospicere nedùm sibi ipsis, sed etiam eius hæredibus, ex dispositione *tex. in l. si pactum*, *ff. de pact.* quem cum multis alijs adduxit *Carau. in rit.* 286. *num.* 5. attamen intelligitur de hæredibus in proprio significatu,
18 non autem de hæredibus cum qualitate, siue adiuncto (qualis est vsufructuarius) dato alio cohærede in proprietate ex allegatis per *Nos vbi sup. nu.* 5. in cuius vsufructuarij per-
19 sonam non transit iuramentum præstitùm de facie ad faciem in beneficium creditoris, sicuti requiritur ad hoc vt procedat interroga-
20 tio, siue liquidatio, secundum *Affl. in celebri dec.* 64. *& Carau. in rit.* 286. *num.* 1. *&* 2. sed transit dumtaxat iuramentum in hæredem in proprietate, vndè praxis inoleuit, vt vel hæres in proprietate interroget super tenore instrumenti, vel vterq;
21 scil. hæres in vsufructu cum hærede in proprietate, sicuti de cedente, & cessionario passim obseruatur, & est desumpta praxis ex doctrina *Bart. in l. seruus*, *ff. de seru. export. & in l. vbi pactum in finalib. verbis*, C. *de transf.* quam refert *Afflict. in Constit. Eos qui scienter num.* 16. *q.* 8. *Carau. rit.* 286. *num.* 5. *Galter. loc. cit. num.* 30.

Cùm igitur vnum ex necessarijs requisitis ad hoc vt procedat inter-
22 rogatio, deficiat, nempè iuramentum (scitum est enim, & ex mutis Magistris assidua lectione hausimus, tria requiri copulatiuè, vt liquidatio instrumenti fieri queat,
23 nempè instrumẽtum in forma probante reassumptum, Iuramentum in eo adhibitum, & Pænam in instrumento adiectam in casu inobseruatię promissorum, vti haud obscurè innuit *ritus* peculiaris 166. & alter illi affinis 175. quos benè enucleauit *Carau. Frecc. de præsent. instrum. par.* 6. *num.* 1. *& per tot.* pluraq; alia congessi *Ego* in vnum *in* 1. *disceptat.*
24 *forens. cap.* 15. *num.* 42. *cum seqq.* profectò interrogatio super tenore instrumenti ad instantiam hæredis in vsufructu procedere non potest, itaque adamussim mihi videtur applaudere *Carau.* magnus practicus *in rit.* 286. *num.* 5. dùm tradit statu-
25 tum præbẽs exequutionem instrumentis, locum sibi minimè vindicare, nisi ad instantiam creditoris nominati in instrumento, cui fuit præstitum iuramentum de facie ad faciem, non autem tertij nominati (adderem *Ego*) & non comprehensi, licet interesse aliquod habeat, siue prætendat in liquidatione.

Tandem pro coronide: subdebã per veros terminos loquens: Ideò hæredem admitti ad præsentatio-
26 nem instrumenti via *rit.* quia dicitur vna, & eadem persona cum defuncto, vt in §. 1. *in Authen. de iureiur. à morien. præstit.* nam in eum tran-
27 seunt omnes actiones actiuę, & passiuę, & efficitur Dominus hæredita-
28 tis licet corpora hæreditaria non consistant, quia hæreditas consistit in intellectu iuris, *l. nihil aliud est*, *ff. de regu. iur.* At verò vsufructuarius etiam omnium bonorum, hæ-

res

res nec eſt, nec loco hæredis habe-
tur, ſed iudicatur perindè ac ſi eſ-
ſet legatarius;vti inſinuat *tex. in l. id*
tempus, *§. in re legata*, *ff. de vſuc.* &
perbellè aduertit *D.Ioan.del Caſtill.*
Sotomayor in 1. *lib. quotidianar. contro-*
*uerſ.tit.de vſufr. lib.*1. *cap.*40. *num.*5.
29 Eiſq; ſolidiſſimum præbet muni-
men, inconcuſſa praxis quę viget in
Regno, vt præambulum nunquàm
interponatur in beneficium legata-
rij,ex dictis tàm doctè,quàm elegan-
ter per *Illuſt. Dominum meum Sac.*
Conſ. Præſid. in 2. *controuerſ. forenſ.*
*cap.*2. *num.* 2. qui verba facit de vſu-
fructuaria omnium bonorum,& al-
legat *Viu.dec.* 464. *Io. Bapt. Thor. vot.*
deciſiu. 57. *nu.* 2. *Montan. controuerſ.*
*forenſ. cap.*43. *num.*11. *in fin.* qui te-
30 net præſentationem inſtrumenti eſ-
ſe ſtrictè intelligendam vti pænalē,
& exorbitātem à iure communi re-
ſpectu creditoris nominati in in-
ſtrumento,in cuius perſonam ſtipu-
latio concepta eſt, adeò quod ſi per
31 *ritus Magnæ Cur.* 181. *&* 186. non
admitteretur hæres creditoris con-
fecto præambulo Curiæ ad præſen-
tandum,& liquidandum inſtrumen-
tum via ritus,nō poſſet admitti hæ-
res de rigore iuris, ad *tex.in l.ſicut*, *§.*
pen. ff. quib.mod.pign.vel hypoth.ſoluit.
Conſequens erit igitur, vt vſufru-
ctuarius hæres non debeat admitti
ad inſtrumenti præſentationem,ſiue
liquidationem.
32 Non me fugit: ſatis in contrariū
vrgere Authoritatem *Regentis Roui-*
ti, optimi Iureconſulti, ac Regni
iurium peritiſſimi enucleatoris, cu-
ius dicta mihi,cui in ſortem cōtigit
tantum virum in humanis agentem
33 cognoſcere, ac pluries coram ipſo
Clientum iurgia tueri,arriſit in alijs
34 meis ſcriptis è prelo prodit's,palàm
fateri, eius dicta (vti de *Bart.* aiebat
Iaſon) adorare, & venerari, conſue-
uiſſe, qui in *dec.*26. *num.* 5. occurrēs
num. 3. obiecto quod hæres inſtitu-
tus in vſufructu, non poterat liqui-
dare inſtrumentum, ſed requireba-
tur ad id munus explendum hęres
35 in proprietate,inquit, non obſtare,
eò quod hęres inſtitutus in vſufru-
ctu, non dato alio cohęrede in pro-
prietate, dicitur hęres in totum,ità
vt poſſit agere quęcunq; facere po-
teſt hęres vniuerſalis, adducens ſi-
mile de hęrede inſtituto ex parte,
non dato alio cohęrede vniuerſali,
per *tex.* quem adducit *in l.* 1. *§.ſi ex*
fundo.ff. de hær. inſtit. eam expendēs
36 rationem, quia vſusfructus eſt pars
rei, *l.*4. *ff. de vſufr.* adducens *Menoch.*
*præſ.*141. *num.*67. *lib.*4.*Mant.de con-*
*iectur. vltim. volunt. lib.*4. *tit.*5.*art.*1.
num. 13. *Simon. de Pręt. de interpret.*
*vltim. volunt.lib.*3. *interpret.*1. *dub.*2.
ſolut. 1. *nu.* 8. *cum ſeqq. &* *ſemetipſum*
*conſ.*46. *num.*7. *& conſ.*47. *num.*5.
37 Diſpiciendum idcircò erit(non
vt tanto Præceptori cōtradicamus)
ſed pro indaganda veritate, ſuper
qua Peritiores poſtmodum, æqui
boniq; conſulturos in ſpem ducor,
an noſtræ opinioni dicta per *Dom.*
Reuit. præſtent obicem?
38 Et ſanè iterùm nego: nam *tex. in*
d. l. 1. per ipſum edductus *in §. ſi ex*
fundo, *ff. de hęred. inſtit.* diuerſam
præſefert facti ſpeciem à theſi no-
ſtra, ibi etenim *Conſultus Vlpianus*,
ſi quis ex fundo ſolus hęres inſtitu-
tus fuiſſet non dato alio cohęrede,
an in vniuerſo defuncti patrimonio
hæres eſſet, quaſi non fuiſſet adie-
ctus fundus ille, Reſpondit, affirma-
39 tiuè; Audiamus amabò Conſultum
loquentem per eius verba, *Si ex fun-*
do (inquit) *fuiſſet aliquis hæres ſolus*
inſtitutus, valet inſtitutio detracta fun-
di mentione, Caſus verò noſter non
agit in hęrede ſolo inſtituto abſq;
alio cohęrede in re aliqua particu-
lari, circa quem vertitur *Vlpiani* re-
ſpōſum, ſed ſunt duo hęredes,vnus
in proprietate, alter in vſufructu,
vndè termini non ſunt pares, & ſic
ex *tex.*illo ad rem noſtram non benè
infertur.

40 Id quo explanat ibi *Accurs.* in verb. *Institutus*, per hæc verba, *Vt instituo talem hæredem in fundo Botriano: nec fecit alium hæredem: & habet alia multa bona: in omnibus alijs institutus est: benè dico in omnibus, cum non habet alium hæredem vniuersalem.*

Cæteri verò DD. adducti à *Dom. Rou.* quia innituntur dispositioni *tex.in d. §.si ex fundo*, non est cùr tẽpus teramus ad eorum dicta euadẽdum. Diiudicent tamen Iudicantes: nam *Dom. Rou.* per transennam ibi, & obiter prefata exarauit, minimè ex professo materiam pertractans, nec casus decisionis per ipsum relatę consistebat in hoc articulo principaliter, sed tantùm in Adiecto sti-
41 pulationi, vt ibi apud *ipsum* videre est, & *Nos* alibi *hoc eod.lib.* insinuabimus. Hoc vnum silentio non obruam, sed profiteor ingenuè, ꝙ tanti viri, in legali scientia, nequidẽ calceamẽtorum corrigia soluere emeritus sum: vndè paratum me exhibeo quam modo scripsi, mutare sententiam, quoties Peritioribus non applauserit.

42 Scripsi prædicta pro D. Alonso Sanchez aduersus petitionem Ioan. Bapt. Maresca prætendentis sibi licere procedere contra D. Alonsum debitorem quond. Io. Bapt. Maresca, cuius ipse est hæres vniuersalis in vsufructu, & obtinuerat decretum per Sac. Cons. die 26. Septembris *1647.* ad relationem Magnæ Curiæ in Aula Dom. Cõsiliarij Didaci Varelæ Decani, ac Propræsidentis ipsius Sac. Consil. à quo decreto obenta supplicatione de verbo faciẽdo in gradu reclamationis, eò magis, quia Rota Magnæ Curiæ decreuerat esse rectiùs citãdum D. Alonsum, vndè decreta erant difformia, fui *Ego* requisitus pro tuitione iuriũ D. Alonsi, pro quo supradicta exaraui, nec hucusq; innotuit rem fuisse determinatam. Cogitent Practici, Theoresis tamen nè sint immemores in hoc articulo, qui spissim contingere poterit.

SVMMARIVM.

1 *Lites plures ortæ sunt in Regno ex perfidia debitorum renuentium soluere quantitates debitas creditoribus, sed magis consentiũt depositum facere.*

2 Author, *elaborauit in insinuendis cautelis pro faciendis depositis à debitoribus pecuniarum quantitatum.*

3 *Depositum fieri debet coram Iudice competente.*

4 *Depositum coram incompetente Iudice factum, habetur ac si factum non esset.*

5 *Interesse indiuiduum voluntatis est in consideratione.*

6 *Depositum fieri debet parte præsente, vel citata.*

7 *Depositum debet esse liberum, non cautelatum, & conditionale.*

8 *Creditor si habet impedimentum quin recipiat pecuniam depositatam à debitore ob conditiones appositas à debitore, non amittit interesse sibi debitum, & si depositum amittitur, non cedit periculo deponentis.*

9 *Conditio intrinseca non vitiat depositum.*

10 *Conditio extrinseca dicitur, quæ ex eodem contractu non prouenit, neq; tacitè inest, neque à iure reperitur disposita.*

11 *Conditio intrinseca dicitur in deposito, quando apponitur clausula* Consignandum cui de iure.

12 *Conditio intrinseca dicitur cautio præstãda ab eo, in cuius beneficiũ pecunia liberatur, de restituendo cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem.*

13 *Conditio in deposito apposita, quod fiat graduatio creditorum concurrentiũ, dicitur intrinseca.*

14 Prio:

14 *Prioritas, & potioritas creditorum dignosci non potest in concursu, nisi facta graduatione.*

15 *Clausula in deposito opposita* (Citato Principe, & alijs quos decet) *dicitur intrinseca.*

16 D.Io.Dominicus Gaito *laudatur.*

17 Author *pollicetur tertium* Disceptationum forensium *volumen post impressionem huiusce Operis.*

18 *Depositum releuans, semper liberat deponentem.*

19 *Depositum vt ritè, rectèq; dicatur factum, debet esse integrum, non diminutum.*

20 *Depositum diminutè factum si perit, deponentis periculo cedit.*

21 *Depositum si in vno solo nummo deficit, non releuat.*

22 *Deponens si integrum non faciat depositum, non releuatur etiamsi protestetur, quod saluum sit sibi ius redintegrandi depositum, quatenus defectiuū reperitur.*

23 *Depositum non integrum non iuuat quoad cursum vsurarum impediendum, quia etiamsi deficiat in obulo, licèt casu id eueniat, currunt vsuræ etiam pro summa depositata, secus verò si de pœna incurrenda ageretur.*

24 *Depositum integrum dicitur, si contineat sortem principalem, & interesse vsque ad diem depositi facti, siue illius notificationis creditori.*

25 *Creditor non cogitur recipere sortem absque eo quod offeratur etiam interesse, quia dicitur imperfecta solutio.*

26 *Creditor non tenetur recipere sortem sine vsuris.*

27 *Creditor nequidem erogare debet expensas pro liberatione pecuniæ sibi debitæ, sed in omnibus debet esse indemnis.*

28 *Creditor petens summam certam, quam debitor deponit, non potest dicere depositum non esse integrum, licèt re vera creditum maioris summæ reperiatur, & erronea dignoscatur petitio creditoris.*

29 *Depositum dicitur integrum si fiat de summa petita à creditore, ad euitandum cursum vsurarum.*

30 Author *fatetur non reperijsse decisionem Rotæ Romanæ apud* Coccin. *allegatam.*

31 *Creditor si recepit, & acceptauit depositum non integrum, sibi præiudicat, nec potest illud impugnare sub prætextu, quod non sit integrum, sed solùm agere potest ad residuum.*

32 *Creditor, eo ipso quod intimato sibi deposito, nihil opponit, censetur illud tacitè approbare, nec amplius poterit aduersus inualiditatem dicti depositi quicquam opponere.*

33 *Depositum non liberat deponentem, quando tenetur soluere, quia deponere non est soluere, nec restituere.*

34 *Debitor tenetur legitimè interpellare, & requirere creditorem, aut legitimam personam pro eo, cum comminatione, quod aliàs fieret depositum, vt releuetur per depositum faciendum, non autem ex abrupto.*

35 *Depositum non debet fieri à debitore, nisi quando creditor recusat recipere pecuniam numeratam oblatam.*

36 *Creditor debet citari à debitore antequam faciat depositum pecuniæ debitæ, ad hoc vt secernatur an sit paratus recipere pecuniam, vel recuset.*

37 *Oblatio à debitore facta creditori, debet esse realis, non verbalis.*

38 *Creditor expressè recusans recipere creditum realiter oblatum, non debet citari ad finem sciendi si illud recusat.*

39 *Depositum est necessarium, quoties creditor recusat recipere pecuniam oblatam.*

40 *Creditor intimatus si velit accipere pecuniam, si taceat simpliciter non recusando, nec contradicendo, debet debitor facere depositum, nec sola verbalis oblatio sufficit ad impediendum cursum vsurarum, nam recusatio debet fieri expressè.*

41 *Recusatio creditoris nolentis depositū, debet esse expressa, non tacita, aut præsumpta.*

42 *De-*

42 *Depositum est faciendum penès personam idoneam.*

43 *Depositum factum penès aliam personam, quàm à Iudice designatam, habetur pro non facto.*

44 *Iudex non debet semetipsum eligere in depositarium, licèt de iure sit permissum.*

45 *Depositum non debet Iudex assumere loco depositarij, nè quid suspictionis protelandæ litis oriatur, vt interim ipse vtatur.*

46 *Iudex in Cathalonia non potest esse sequester quantitatis excedentis quinquaginta solidos.*

37 *Deposita non debent fieri penès Actuarios propter præsumptam auaritiam, & dilationem expeditionis.*

48 *Deposita in Ciuitate Neapolis fieri consueuerunt penès Tabulas nummularias, quæ vulgò Banchi appellantur.*

49 *Iudex quidam Magnæ Curiæ Vicariæ malè sentyt, ex quod depositum penès se recepit.*

50 *Depositum fieri debet congruo loco, & tempore.*

51 *Depositum an sit factum congruo loco, & tempore, arbitrio Iudicis committitur.*

52 *Depositum nisi fiat in loco, & tempore in citatione expressis, vel in contractu contentis, deponenti non suffragatur.*

53 *Depositi materia circa cautelas deponentium, vt tutè valeant à periculis amissionis depositi releuari deponentes, satis inuolutè à Doctoribus tractatur.*

ARGVMENTVM.

Depositi faciendi materia, vt ex eo releuentur debitores, nè in periculum amissionis pecuniæ depositæ incidant, ordinatè satis, ac vsui forensi accõmodatissimè (quicquid alij permulti inuolutè eam olfecerint) pertractatur; pluraq; requisita ex Iuribus hausta, & ex praxi deducta, ad hoc vt depositum rectè, ritèque factum dicatur; concinnè enumerantur, nempè, Primò, quod depositum fiat coram Iudice competente; Secundò, quod fiat creditore præsente, vel citato; Tertiò, quod sit liberum, & simplex, non cautelatum, & conditionale; Quartò, quod sit integrum, & non diminutum; Quintò, quod fiat verè, & realitèr, non verbalitèr; Sextò, vt fiat penès personam idoneam; Septimò, vt fiat cõgruo loco, & tempore, quæ requisita nonnullis ampliationibus, & restrictionibus exornat *Author*, ibiq; conditiones intrinsecas, & extrinsecas in depositis apponi solitas, quæq; de iure subintelliguntur, enucleat; earumque vim, & efficaciam, ex quibus depositan si casu penès Tabulas nummularias deperdi contingeret, damno cedunt debitorum, vel creditorum, siue satis sunt ad impediendum cursum vsurarum, vel ad pænas euadendum, insinuat

nuat. Et quando creditor ſit
interpellandus antequam de-
bitor depoſitum faciat, nè in
moram incidat, & depoſiti
lues ipſum tangat, non au-
tem creditorem, diſtinctè
exaratur.

OBSERVATIO XXV.

1 ORtas quamplures lites
ſcio in Supremis Re-
gni Tribunalibus ob
negligētiam, ſeu ma-
nus (multoties tamen
indè prouenit) perfidiam debito-
rum, qui parum rebus ſuis conſu-
lentes, vel creditoribus infeſti, pe-
cunias ab ipſis debitas renuunt ſol-
uere, ſed de eis faciunt depoſitum
penès publicos Bancos, ſiue Tabu-
las nummularias quantitatum de-
bitarum, quæ ob fœdam temporum
calamitatem, in qua nati ſumus, &
vitam ducere cogimur, deficiētibus
Banchis, ſeu ſolùm vertentibus ape-
riunt ſinum intexendi litium, atque
rixarum certiſſimam Illiadem inter
deponentes pecuniam, & credito-
res, quorum damno depoſiti lues
cedat? qua de re nonnulla adnotare
2 ſatiùs putaui, ex quibus aditus pa-
teat deponentibus, ſcopulos euita-
re, & cautè depoſita faciendi valeant
Iuriſperiti cautelas inſinuare.
3 Primum igitur eſt requiſitum, vt
depoſitum fiat coram Iudice com-
petente, per *tex. in l. obſignatione*, C.
*de ſolut. l. 4. §. condemnatum, ff. de re.
iud.* & notant *Alber. Caſtr. & aly in l.
cum fundus, §. cum ſeruum, ff. ſi cert.
pet. Alban. conſ. 3. num. 4. vol. 1. Can-
cer. in 3. variar. reſol. tit. de depoſit. &
commend. cap. 8. num. 23.* verſ. *Etenim
Alex. Raudenſ. dec. Piſan. 13. nu. 96.
Menoch. conſ. 756. num. 12. Tiraq. de
retrac. conuention.* §. 4. *gloſ. 7. num. 1.
Giurb. dec. 38. nu. 6.* verſ. *His ſic diſ-
cuſſis, Auendañ in ſua methodica deli-
neat. de metu lib. 2. cap. 4. nu. 48.* verſ.
Etenim, qui omnes concluſionem
eliciunt, quod depoſitum coram
4 non legitima perſona, vel coram
incompetenti Iudice factum, pro
nō facto habetur, vndè inquit *Giurb.
d. dec. 38. num. 7.* quod depoſitum
conuentum fieri ſuper vno Banco,
non releuat in alio, licèt æquè ido-
neo per *tex. in l. ſi mandato meo*, §. 1.
ibi, *Aut ſi nolit creditor, ff. mand.* Car-
din. Tuſch. lit. D. concluſ. 201. num. 15.
ſubdens ſatis conſtare de intereſſe
partis, ſi non confidit de alio, *gloſ. &
Bart. in l. 2. ff. qui ſatiſd. cog.* quibus
facit optimè *tex. in l. fin. ff. de vſu, &
habitat.* vbi habetur, quod conſide-
5 randum eſt intereſſe voluntatis. Quis
autem dicatur Iudex competens in
ſeq. peculiariter agemus.
5 Secundum requiſitum eſt, quod
fiat depoſitum parte præſente
vel citata, *Paul. de Caſtr. in l. ac-
ceptam, num.* C. *de vſur.* vbi plu-
res alij eum ſectantes affirmant
*Alex. in l. ſi mora, ff. ſol. matr. Iaſ. conſ.
9. vol. 1.* Rolan. *à Vall. conſ. 63. num.
31.* verſ. *Secundo quia, Felician. de cen-
ſib. lib. 4. cap. vnic. nu. 3.* verſ. *Quinto
requiritur Salon in tract. de contract. &
commerc. human. tit. de cenſib. art. 3.
contrau. 18. num. 11.* verſ. *Dico tertiò,
Cenc. de cenſ. pār. 3. cap 1. q. 3. art. 9.
num. 27. Ludouiſ. Summus* deindè
Pontifex, dec. Rot. Rom. 146. num. 6.
inquiens fuiſſe dictum in vna *Auxi-
mana depoſit. 27. Iuny* 1594. coram
Dom. Litta, & iterum *dec. 480. nu. 1.*
& *dec. 505. num. 7.* & vtrobiq; plura
obſeruat *Oliuer. Beltram. in addition.
ad deciſiones prædictas*, ead. *Rot.* apud
*Cenc. de cenſibus, deciſ. 295. num. 1.
deciſ. 277. num. 7. & 8. & deciſ. 84.
num. 11.*
7 Tertium requiſitum eſt, quod de-
poſitum ſit liberum, & non cautela-
tum,

tum,&conditionale, *Bart. in l. si solu*turus *num.5. ff. de sol.* quem allegat *Foller. in sua pract. censual.* in verb. *Instrumentum gratiæ num.52. Boccacc. de censib. par. 2. num.121. Felician. d. tract. lib. 4. cap. unic. num. 3.* vers. *Quartò requiritur*, *Scacc.* post alios *in tract. de camb. §.2. glos.5. num.172. Cenc. de censib. d. par.3. art.9 num.28.* vers. *Primò vt sit.* qui plures *Rot. Romanæ* decisiones enarrat, & creditor si ob dictas conditiones impedimē-
8 tum habet quominùs ad sui placitū, depositum consequi posset, deponēs non remaneret liberatus,& interesse contra ipsum curreret *Gratian. discept. forens. tom.4. cap.795. num.2.* qui adducit decisiones *Rotæ* emanatas in *vna Romana census coram D. Manzanedo die 2. Aprelis 1607. & 13. Iunij 1608.* quæ sunt impressæ apud *Cenc. dec. Rot. 238. & dec. 296.* quarum meminit *d. art. 9. nu.28.* addēs binas alias Rotæ iudicaturas, quarum altera fuit in *vna Romana census corā D. Vbaldo 19. Februarij 1618.* quas imprimi curauit idem et *Cenc. dec. 383. num.1. & dec. 389. num. 9. Ludouis. dec. 505. num. 9.* vers. *Accidit*, vbi allegat præfatas decisiones coram *Manzanedo*, & aliam *Bononiens. de Gambarinis 4. Nouemb. 1580.* coram *Clem.8.* subdens ità sæpissimè in alijs causis iudicatum, *Rot. Gen. dec. 144. num.15. Peregr. cons.75. nu. 55. vol. 4. Costa de portion. rat. q.121. num.9. Mastrill. ad Petr. de Gregor. de censib. q.5. nu.290. Carroc. de deposit. par.2. q.5. num.3. Menoch. de arbitrar. cas. 232. num. 32.* qui plures collegit *Giurb. dec.87. num. 1.* vers. *Pro Barone.*

Restringitur tamen eiusmodi quæsitum, vt locum sibi vendicet in conditione extrinseca, non autē
9 intrinseca, tunc etenim si contineret conditionem intrinsecam non vitiatur, *Cenc. loc. cit. num. 28.* vers. *Et eo casu. Giurb. d. dec.87. num. 1. & 2. Oliuer. Beltram. in addit. ad Ludouis. dec.505. lit. C.* verb. *Depositum*, ex quorum dictis elicitur declaratio
10 conditionis extrinsecæ, & intrinsecæ; Extrinseca etenim dicitur conditio, quæ ex eodem contractu non prouenit, neq; tacitè inest,neq; à iure reperitur disposita, ex dictis per *Bal. in d. l. acceptam in 4. q. Surd. cons. 110. num. 6. Galganett. de condit. & demon. par. 2. cap. 1. q. 32. num.6. & q. 107. num. 34. Menoch cons. 373. num. 29. lib.4. Carroc. de deposit. q. 5. num.4. Afin. de execut. §.6. cap. 31. à num. 25. Giurb.* qui alios recenset *d. dec. 87. num.2.* vers. *Suntque*, *Cenc. d. num. 28.* adducens *Foller. in practic. censual.* verb. *Instrumentum gratiæ, num.52.* quem sequitur *Intrigliol. de censib. q. 78. num. 13.* itaq; placuisse *Rotæ Rom.* coram *D. Coccin. in vna Maceraten. census 24. Ianuarii 1601.* quę est inter eius decisiones impressas, *dec.15. num. 3.* testatur *Cenc. d. q. 101.* vers. *Nam hoc in fin.* Conditio autem intrinseca dicitur, ad quam creditor cogi potest de iure, *Oliuer. Beltram. ad d. dec.105. Ludouis.* exemplificat conditionem intrinsecam,
11 quādo in deposito apponitur clausula (*Consignandum cui de iure*) quam approbauit *Rot. in vna Terracin. Castri 23. Maij 1608. coram Cardin. Sacrato*, & in *Perusina bonorum 5. Maij 1617. coram D. Manzanedo*, quorum memor extitit *Beltram. loc. cit.*

12 Intrinseca itidem dicitur conditio, qua passim deponentes vtuntur in Regno, quod creditores, quibus pecunia venit liberanda, præstent cautionem de restituendo creditoribus anterioribus, & potioribus, cui, quibus, & quando, & ad omnem ordinem facta graduatione
13 creditorum, quæ conditio pro graduatione facienda, dicitur intrinseca conditio, secundum *Ludouis. dec. 377. num. 13.* inquiens ideò esse admittendam cōditionem graduationis vti intrinsecam, quia cum solutio sit facienda prioribus,& potioribus

bus creditoribus, nõ poterat digno-
14 sci prioritas, & potioritas, nisi facta
discussione, idemq; tradit dicendum
in clausula (*Citato Principe, & aliis,
quos decet*) de qua cautione post *Dom.
de Franch. dec. 75. num. 9. 614. num. 3.
& 635. num. itidem 3. Couarr. in pra-
ctic. cap. 9. in princ. Thesaur. iunior, lib.
2. forens. cap. 16. num. 8. & 9. & 20.
Giurb. dec. 4. num. 40. Manent. dec. 45.
num.* 10. Collegam, imò *Praeceptorem*
15 *Io. Dominicum Gait. de eredit. cap. 4.
quaest. 11. num. 131. D. Castill. Soto-
mayor, quotidianar. tom. 4. cap. 61. num.*
74. plures alios adduxi *Ego in Anno-
tation. ad Muscatell. in 16. modo fidei-
iussor. pag. 729. col. 2.* verb. *In termi-
nis verò*, & in *respons. edito pro Excel-
lentiss. Duce Maquede* (Deo Duce)
17 post hos labores, imprimendo *in 3.
tom. disceptation. forens.* etenim depo-
situm vti releuans semper liberat
deponentem, *Scacc. de camb. §. 2. glos.*
18 *5. num. 7.* vers. *Contingit*, & appro-
bat *Cenc. d. num. 28.* vers. *Posset dari.*

19 Quartum est requisitum, quod
depositum sit integrum, non dimi-
nutum, *l. obsignatione*, vbi *glos. C. de
solut. Rip. in l. quod te num. 22.* & ibi
*Camill. Plaut. ff. si cert. petat. Vrsill. ad
Affl. dec. 205. num. 15.* aliàs nullum
20 erit, & si depositum perit, deponē-
ti perit, eiusque cedit periculo, *l. ac-
ceptam*, vbi *Classici* omnes, *C. de vsur.
& in l. debitores, C. debitor. vendit. pi-
gnor. Farin. dec. Rot. 366. nu. 2. Franc.
Ant. Costa, cons. 94. num. 15. Borgnin.
Caual. dec. Finiz. 16. num. 40. par. 2.
Auendañ de metu lib. 2. cap. 4. nu. 52.
& seq. Giurb.* more suo innumeros
penè congerens, *dec. 87. n. 15. Cenc.
de censib. d. q. 101. nu. 38.* post *Foller.
d.* verb. *Instrumentum gratiae num. 49.
Ioan. Bapt. Lup. de vsur. § 4. num. 104.*
& *Felician. de censib. in dictis suis com-
mentariis tomo 1. lib. 4. cap. vnic. nu. 2.*
21 vers. *Non tamen satisfaciet, & tom. 2.
eod. lib. 4. cap. vnic. num. 30.* Adeò
quod si in vno solo nummo defi-
ciat, non releuat, sicuti ex *Tiraq.
Ias. Dec. Foller. Felician. Milanen. In-
trigliol. & Rot. Rom.* tradit *Cenc. nu.
39. loc. allegat. Reg. Rou. in commentar.
ad pragg. Regn. prag. 4. num. 10.* vers.
Item intelligitur, de instrum. liquid. est
*tex. in l. grege, §. pen. de pignor. l. tutor,
§. Lucius, ff. de vsur. l. obligatione, C. de
solut.* doctissimus *Noguerol. allegation.
tur. tom. 1. alleg. 7. num. 43.* & pro-
cedere autumat *Cenc. d. q. 101.* etiam
quod deponens protestetur, quod
22 sit sibi saluum ius redintegrādi de-
positum, quatenus defectiuum re-
periretur, ex *Peregr. cons. 77. num.
55. & 105 lib. 4. Giurb. d. dec. 87. nu.
15. ad fin.* vbi refert decisum, *Menoch.
cons. 232. num. 12. cons. 372. num. 26.
& cons. 460. num. 7. & 8. cons. 718.
num 7. cons. 756. nu 9. & cons. 1188.
à num. 2. vsque ad num. 10.* vbi lucu-
lenter de nullitate depositi non in-
tegri, & quod non releuet deponen-
tem, *Cels. Vgo cons. 1. num. 27. & 28.
Corbul. de caus. priuation. ob non solu-
tion. canon. limit. 37. num. 10. Caputaq.
dec. 182. num. 1. & 2. & dec. 300. nu.
2. & 3. par. 1. Peregr. cons. 75. nu. 42.
lib. 4. Rota diuersor. dec. 572. num. 4. &
6. par. 1.* quos memorat *D. Lelius Al-
togradus* celeberrimus Iureconsul-
tus, *cons. 24. n. 73. & 76.* vbi etiamsi
in nummo deficiat, quod non rele-
uet, adducens *Clar. in §. Emphyteusis,
q. 8. vers. Hoc autem, Cephal. cons. 139.
num 18. Valas. consult. 35. num. 1. vers.
Quia si, & consult. 86. num. 2. Surd.
dec. 221. num 21. Cardin. Mantic. de
tacit. & ambig. lib. 22. tit. 27. num. 14.
& 15. Beninten. dec. 6. Mercurial. Mer-
lin. dec. 23. num. 1.* Sed re vera prae-
fati DD. loquuntur in emphyteuta,
quem incidere in commissum ob
non solutionem canonis, etiamsi in
minimo deficiat, apertè sustinent,
ipsorumq; dicta benè conferunt ad
rem nostram, ad quam facit *Cardin.
Tusch. practicar. conclusion. concl. 203.
lit. D. tom. 2.*

23 Recipit tamen eiusmodi quaesi-
tum restrictionem, vt depositum

non integrum minimè iuuuet, quò ad cursum vsurarum impediẽdum, quia si deficiat in obulo, licèt casu id eueniat, currunt vsuræ etiam pro summa deposita, secùs verò si de pæna incurrenda ageretur, ex notatis per *DD. in d. l. debitores, C. de bitor. vendit. pignor. & in l. acceptam, C. de vsur. Menoch. de arbitrar. Iud. cas.* 232. *num.* 7. *&* 12. *& cons.* 373. *num.* 26. *Milan. dec.* 18. *num.* 33. *lib.* 2. *Gratian. discept. forens. cap.* 8. *num.* 32. *Carroc. de depos. par.* 2 *q.* 5. *num.* 6. 7. *& in tit. de oblat. par.* 1. *q.* 6. *nu.* 1. *&* 2. *Felician. de censib. in Appendic. ad lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 3. *Costa cons.* 64. *num.* 23. *& de portion. rat. quæst.* 21. *num.* 9. *& de re|in:egr. prælud.* 2. *num.* 89. *Petr. de Gregor. de censib. q.* 5. *num.* 283. *Addit. ad Intrigl. de censib. q.* 75. alijque plures aggregati per *Giurb. d. dec.* 87. *num.* 15. faciunt tradita per *Carau.* super *rit. Magn. Cur.* 169. *num.* 2. *Auendañ de met. loc. cit. n.* 51. Dubitatio tamen nõ leuis fuit, si ignoranter, vel scienter deponens in modico defecit, nam *Foller. loc. cit.* in verb. *Instrumentum gratiæ*, tenet esse excusatione dignum deponentem, sequitur *Carroc. de deposit. q.* 5. *num.* 7. *par.* 2. *Caputaq. dec.* 180. *num.* 5. *& dec.* 298. *num.* 5. *par.* 1. vrget tamen in contrarium *Pereg. cons.* 75. *num* 42. *lib.* 4. *Alduin. cons.* 45. *nu.* 2. *& cons.* 37. *num.* 49. de quo alibi pleniùs exarabimus,

24 Integrum verò dicitur depositum (vt quantum in Nobis est enucleatam materiam insinuemus) non solùm respectu sortis principalis, sed si tale sit debitum, quod pariat interesse, nã debet deponi interesse decursum vsque ad diem depositi, siue illius notificationis factæ creditori, *Alex. in l. si insulam num.* 9. *ff. de verb. obl. Vrsill. ad Affl. dec.* 205. *num.* 10. *glos. in l. item illa*, verf. *Ad diem, ff. de constit. pecun. Rot. Gen. dec.* 144. *num.* 14. *&* 15. inquiens nisi fiat oblatio de interesse, non cogi creditorem depositum de sorte accipe-

25 re, eò quod sit imperfecta solutio, *Cancer. variar.* 3. *par. cap.* 8. *num.* 6. *Giurb. dec.* 98. *num.* 16. verf. *Quintum est, & dec.* 87. *num.* 15. aliàs etenim

26 creditor sortem sine vsuris, accipere non tenetur, *d. l. acceptam*, ibi, *Sortem cum vsuris offeras*, C. *de vsur. l. tutor, §. Lucius, ff. de vsur. Foller. d.* verb. *Instrumento gratiæ num.* 59. *Molin. de primogen. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 9. *Monter. dec. Aragon.* 17. *n.* 9. *Roder. de ann. reddit. quæst.* 15. *num.* 76. *Sola ad Constit. Sabaud. par.* 1. *tit.* 30. *de pignor. & subhast. glos.* 8. *num.* 8. vbi idem de litis expensis dicit; *Rot. dec.* 334. *nu.* 1. *par.* 2. *diuersor. Auend. loc. cit. num.* 49. *& seq. Couarr. variar. resol. lib.* 1. *cap.* 15. *nu.* 9. *&* 10. *Tiraq. de retract. conuent. §.* 4. *glos.* 4. *num.* 1. *Cagnol. in l.* 2. *num.* 71. *C. de pact. int. emptor. & vendit. Foller.* in terminis *in d. sua prax. censual.* verb. *Huiusmodi nu.* 59. *Decian. cons.* 2. *num.* 160. *lib.* 1. *Salon de contractib. & commerc. human. in tit. de censib. art.* 3. *controu.* 18. *num.* 11. verf. *Dico tertio in fin.* itaque tenuisse *Rotam in vna Anconitana censuum* 24 *Maij* 1613. quæ est impressa inter *deciss. Cenc. dec.* 84. *num.* 4. *& in Romana census coram Gregor. XV. fælic. recorda*. *die* 4. *Iunij* 1600 apud eundem *Gregor. XV. dec.* 430. *num.* 4. quæ itidem est impressa apud *Cenc. decis.* 295. *num.* 5. confirmata in *vna Romana domorum* 17 *Iunii* 1611. *coram Cardinale Sacrato*, similiter impressa apud *Cenc. dec.* 354. *num.* 1. *& seqq. Cenc. in tract. d. q.* 111. *nu.* 42. verf. *Integritas*, facit *Reg. Rou. in d.*

27 *prag.* 4. *num.* 8. *in fin.* inquiens creditorem non debere erogare expẽsas, nequidem ob decretum liberationis, sed in omnibus debet esse indemnis.

28 Declaratur tamen eiusmodi depositi integritas, vt non possit à creditore in dubium reuocari quando debitor deposuit summam petitam ab ipsomet Domino census, licèt re-

ve-

vera debitor esset in maiori summa, nam deponendo summam pe-
29 titam à creditore, dicitur integrum debitum deponere, ad effectum, vt liberetur à decursu vsurarum, ità *Cenc. d. q.* 101. *num.* 42. vers. *Non tamen*, vbi *ad fin.* tradit ita decisum in *vna Maceratens. census coram Dom. Coccino Decano* 24. *Ianuarii* 1601. quam dicit impressam inter *deciss. ipsius Coccin. dec.* 15. *Ego* verò dùm
30 perquisiuerim in libro meo non inueni; declarationem tamen traditã veram existimo, nedùm ex prædictis, verùm etiam ex adnotatis per *Oliuer. Beltram. ad d. dec.* 480. *Gregor.* XV. in verb. *Depositum*, vers. *Notan-*
31 *dum*, quod si pars recepit, & acceptauit depositum non integrum, sibi præiudicat, nec potest illud impugnare sub prætextu non integritatis, sed solùm agere potest ad residuum, *Crau. conf.* 106. *per tot.* subdẽs
32 quod imò eò ipso quod creditor intimato sibi deposito, nihil opponit, censetur tacitè illud approbare, nec amplius poterit aduersus inualiditatem dicti depositi quicquam opponere, *Surd. cons.* 86. *in fin.* & determinatum per *Rotã in vna Perusino bonorũ* 3. *Maij* 1617. *coram D. Manzanedo* testatur *Oliuer. in d. Annot. ad fin.*
33 Quintum requisitum est (inter requisita connumerare dissonũ haud erit) vt depositum non liberet deponentem quando tenetur soluere, nam deponere non est restituere, vel soluere, *Bart. in l. item liberetur*, §. 1. *ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Tiraq.* latè more suo *de retract. lignag.* §. 1. *glos.* 3. *num* 3. *Carau.* super *rit. Magn. Cur.* 169. *num.* 1. vers. *Confirmatur*, *Ludouis. dec.* 146. *num.* 1. vbi doctus *Beltram. in addit. lit. A.* adducit *deciss. Rot. Rom.* 623. *num.* 2. *par.* 1. *diuers. & dec.* 281. *num.* 9. *par.* 2. *in recent.* & latè in *vna Bonon. pecuniaria, seu literarum cambii* 27. *Nouembris* 1617. *coram D. Vbaldo, Gallin. de verbor. signif. lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 10. *Scaglion.* super *rit. Magn. Cur.* 163. *num.* 17. vers. *Et quid si debitor*, *Reg. Rouit. super prag.* 4. *num.* 9. vers. *Nam vbi de instrum. liquid.*
34 Debet etenim creditor prius legitimè interpellari, & requiri; aut legitima persona pro eo, cum comminatione, quod aliàs fieret depositum, aliàs etenim si ex abrupto depositum fieret, deponentem non releuat, *d. l. acceptam*, vbi *DD. C. de vsur. Tiraq. de retrac. lignag.* §. 9. *glos.* 3. *num.* 3. *Ias. cons.* 9. *num.* 11. *lib.* 1. *Curt. iun.* qui de communi *cons.* 28. *sub num.* 1. *Rol. à Vall.* similiter de *communi cons.* 63. *num.* 31. *lib.* 1. *Ioan. Bapt. Lup. de vsur.* §. 4. *num.* 105. *in princ.* & in proprijs terminis *Felician. de Solis de cens. to.* 2. *lib.* 4. *cap. vnic. n.* 2. vers. *Secundo, Roder. de ann. reddit. q.* 15. *n.* 53. *Reg. Rou in d. prag.* 4. *nu.* 7.
35 tradẽs non esse licitũ debitori facere depositũ, nisi quãdo creditor recusat recipere pecuniam numeratam oblatam, ex *tex. in l. si creditrici, & d. l. acceptam, C. de vsur. Menoch. de arbitr. cas.* 9. *& cas.* 232. *num.* 3. *Gabr. de eitat. concl.* 1. *nu* 289. *Dom. de Franch. decis.* 462. *num.* 2. *&* 3. *Surd. cons.* 86. *num.* 31. *Giurb. dec.* 98. *num.* 11. *Ludouis. dec. Rot. Rom.* 146. *nu.* 2. citari etenim debet creditor adhoc
36 vt videatur an sit paratus recipere pecuniam, vel recuset, *Cenc. de censib. q.* 111. *num.* 23. vers. *Istud autem*, vbi plures allegat determinationes *Rotæ Romanæ*, & *num* 24. vers. *Si enim*, vbi ꝙ tam consignatio, & depositio pecuniæ, non verbotenus, sed cũ effectu, & oblatione fieri debet, alioquin non liberat, *l.* 2. *& l. acceptam, C. de vsur. l. obsignatione*, *C. de solutio. l. qui decem. ff. eod. Bart. in l. Prætor ait*, §. *si quis ff. de nou. oper. nunc. l. si creditoris, C. de vsur. Papon. lib.* 11. *Arrestor. Franciæ tit.* 8. *de consignation. arresto.* 1. verb. *Consignatio*, vbi adducit *Lucium lib.* 9. *tit.* 2. *Arresto.* 4.
37 Sextum requisitum præcedenti probè collineans, est, vt non sufficiat

verbalis oblatio creditori facta, sed debet esse realis, *Negusan. de pignor. par.5. memb.3. par. 2. num.17. Tiraq. de retract. lignag. §.15. glos.2. nu.16. & de retrac. conuent. §.4. glos.6. nu.4. Boer. dec. 124. nu. 25. Ioseph Ludou. dec. Perus. 105. num.2. & seqq. Foller. in pract. censual.* verb. *Instrumentum gratiæ num.46. Felician. de Solis de censib. lib. 4. cap. vnic. num. 1. in 1. tom. & in 2. tom. eod. lib.4. & cap. vnic. nu.*

38 2. Nisi creditor expressè recuset recipere creditum prædictum oblatum, *Alex. in l. si mora num. 5. in 4. fallen. ff. sol. matr. & in l. si seruus nu. 7.* vers. *Puto sic concludendum, ff. de vulg. & pup. & in l. qui Romæ num. 2.* vers. *Vel potest secundum, ff. de verb. obl. Carroc. de oblat. par. 1. q. 7. nu. 3. & seq. Trentacinq. variar. resol. vol. 1. lib. 3. in tit. de oblat. resol. 1. num. 1.*

39 vers. *Sextò non procedit*, sed est necessaria consignatio, & depositio, *l. tutor 29. in fin. ff. de admin. tutor. l. obsignatione, C. de solut. glos. in l. solutionem 23.* vers. *Verum tamen*, & ibi *Bart. nu. 11. Bal. circa med.* vers. *Nota hanc glosam, ff. de solut. Cene. de censib. d. q. 111. num. 30. Roder. de ann. reddit. lib. 2. q. 15. ex num. 1. & per tot.* vbi plenè enucleat.

40 Admittit tamen ampliationem, eiusmodi requisitum, vt procedat etiamsi simpliciter taceret creditor intimatus, non recusando, nec contradicendo, tunc etenim sola verbalis oblatio non sufficit ad retardandum cursum vsurarum, *Alex. in d. l. si seruus num. 7. in fin.* vers. *Aut creditor, ff. de vulg. & pup. Carroc. d. q. 7. num. 5. Gabr. d. concl. 8. num. 2. Trentacinq. d. resol. 1. num. 1. ad fin.* vers. *Hæc conclusio, Cenc. de censib. d. q. 111. num. 30.* vers. *Nam simpliciter.* Debet etenim expressè fieri recu-

41 satio depositi per creditorem, tacita namque, & præsumpta non sufficit *Alex. in l. seruus in princ. ad fin. ff. de vulg. & pup. Rip. in l. quod te nu. 2. ff. si cert. pet. Tiraq. de retract. conuen.* §.4. *glos. 6. num. 21. in fin.* quod approbauit *Rot. in Bonon. damnorum, & interesse 16. Iunii 1587. coram D. Cantuccio in nouissim. diuers. tom. 2. decis. 71.*

Septimum requisitum est, quod

42 depositum fiat penès personam idoneam, *Tiraq. de retract. conuention. d. §.4. glos. 7. num. 11.* quæ deputabitur per Iudicem, per ea, quæ notant *Alex. Socc. & Ias. in l. si fideiussor la 2. §. fin. ff. qui satisd. cogan. Curt. iun. in l. 1. q. 4. de sequestrat. prohib. Bal. in l. si reus paratus, ff. de procurat.* & ibi etiam *Paul. de Castr. col. 1. in fin.* per illum *tex.* quem dicit notabilem *Carau. in rit. 169. num. 4.* vers. *Extrà*

43 *tamen*, vbi tradit, quod si depositum fiat penès alium, quàm illum, quem Iudex ordinauerit, non valet, per *tex. in d. l. acceptam*, quæ in hoc esset seruanda.

44 Cauendum tamen est à Iudice, nè semetipsum eligat in depositarium, quilicet id facere posset, secundum *glos. in l. Senatusconsulto, ff. de offic. Præsid.* quam *DD.* omnes ibi sequuntur, & *Bal.* in sua *Margarit.* verb. *Depositarius*, uers. *Tertiò, per tex.* quem dicit singularem in *l. litigatores, §. quid ergò, ff. de arbitr. & cap. exposita extr. eod. tit. Carau. d. rit. 169. num. 5.* con-

45 cludens semper honestius esse, nè eam Prouinciam assumat: nè quid suspitionis protelandæ litis oriatur, vt interim ipse vtatur, & aduertit *Tiraq. d. num. 11. Cancer. variar. resol. lib. 2. cap. 4. tit. de sequest. & empar.*

46 *num. 35* vers. *Quæro quartò*, subdens *num. 36.* sanctè cautum esse in Cathalonia, vt Iudex non possit esse sequester quantitatis excedẽtis quadraginta solidos, quibus arridet *Reg. Rou. d. prag. 4. de instr. liquidat. num. 11.* vers. *Et aduertas*, subdens nec etiam penès Actuarium deposita fieri debere propter presumptam auaritiam, & dilationem expeditionis, ad quod adducit *glosam in l. 1.* verb. *Mala fide, C. de fid. instrum. & iur.*

tur. bast. fiscal. lib. 10. *glosam in l.* 2. C. *de his, qui ex public. ration. eod. lib.* 10. *de Plat. in l. duos tabularios in fin.* C. *de suscepter. & archibr. lib.* 10. *Auiles in cap.* 10. *de sindic. glos. nombrare, Azeu. lib.* 3. *tit.* 9. *l.* 13. *Sess. de inhibit. cap.* 4. §. 1. *ante num.* 6. *Bouad. in politic. lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 52. *& lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 16. *in fin.*

Quæ tamen locum sibi vindicare possunt in Curijs Regni, vel extrà Regnum, nàm in Ciuitate Neapolis
48 de raró, aut nunquam contingit, cùm deposita passim fiāt penès Tabulas nummularias publicas, quas Bancos appellamus, & memoria. *Ego* teneo, malè, & multa audiuisse
49 quendam Iudicem, qui dùm accessisset ad adnotanda bona quædam in hæreditate cuiusdam remansa, inter quæ erat non modica pecuniarum quantitas, illam penès se retinuit, & requisitus pluries pro restitutione, non audiebat verba libentèr.
50 Octauum requisitum est, quod depositum fiat congruo loco, & tempore, secundùm *DD in d. l. acceptam,* vbi *Bal. num.* 2. elicit conclusionem
51 esse hoc in arbitrio Iudicis, & fusè *Affl. in cap.* 1. *num.* 21. *ex quib. caus. feud. amitt. Menoch. de arbitr. casu* 232. *num.* 9. *& cons.* 756. *num.* 12. *Rolan. à Vall. cons.* 87. *num.* 17. *vol.* 1. *Foller. de censib. glos. Vt vides num.* 51. *Cornaz. dec.* 76. *nu.* 22. & 26. *Carpan. ad Statut. Mediolan. cap.* 417. *nu.* 613. *Giurb. d. dec.* 98. *num.* 1. vbi alios recenset,
52 aliàs deponenti non suffragatur, nisi depositum faciat in loco, & tēpore in citatione expressis, vel in contractu contentis, sicuti post *Io. Bapt. Lup. d.* §. 4. *num.* 112. *& seqq.* tradit *Cenc. loc.* sæpius *ennunciato, num.* 50.

Nec floccipendas Lector, quæ in hac materia distinctè (pro viribus) tibi tradidimus, nam alibi fortasse sic enucleata non reperies, & expertus scio confusè nimis à plerisq; tractata fuisse, adeò quod inuoluant potiùs, quàm instruant deponentem ad sibi cautè agendum. Monet tamen omninò videas *Mercurial. Merlin. in tract. de pignor. & hypoth.* nuper edito *lib.* 4. *q.* 84. ferè *per tot.* vbi plura ad rem congerit.

SVMMARIVM.

1 *IVdex cōpetens debet esse is apud quē, siue de cuius ordine depositum fieri debet.*
2 *Depositum fieri debet coram Iudice litis motæ, adhoc vt legitimè factum dici possit.*
3 *Iudex causæ principalis, debet esse Iudex accessorij ad causam.*
4 *Iudex debitoris deponentis, est Iudex competens pro faciendo deposito lite nondùm mota, sed mouenda.*
5 *Depositum faciens adit Iudicem vti Reus, non vti Actor.*
6 *Non numeratæ pecuniæ iudicium, necessariò debet proponi coram illo Iudice, qui haberet cognoscerè de viribus contractus.*
7 Gaspar Roder. de ann. reddit. q. 18. num. 54. *adductus à* Cenc. *in loco indicato non potuit reperiri ab* Authore.
8 *Compensatio ad impediendum cursum vsurarum, an fiat ipso iure, famigerata est quæstio.*
9 Author *amplectitur opinionem* Baldi, *quod ad faciendum depositum est adeundus Iudex deponentis, non Actoris.*
10 *Petens rescindi, seu annullari contractum tanquam meticulosum, aut per fraudem, & dolum, siue præter, vel contra ius celebratum, sustinet partes Actoris, non Rei.*
11 *Debitor ann. redditum compareret tanquam Reus, vt eximat se, & bona sua à nexu, & obligatione soluendi annuum debitum, vel sortem principalem, vnde contractum ipsum non impugnat, ideò suum Iudice m, adire debet non Domini censûs.*

12 *Actor*

12 *Actor tenetur sequi forum Rei.*
13 *Deponens pecuniam, quia non venit ad Iudicium voluntariè, sed necessitatus nè currant sibi vsuræ, vtq; à nexu liberationis exuatur, attendi potiùs debet causa naturalis, quæ ipsum mouet, & est vt se liberet ab obligatione, quàm accidentalis, quæ est, quod ipse prius ad Iudicium venit, & prouocat.*
14 *Agens remedio* legis Diffamari, C.de ingen. manum. *an dicatur Actor, vel Reus.*
15 Author, *pleno calamo materiam tractat vtrum agens remedio* legis Diffamari, C.de ingen.manum. *dicatur Actor, vel Reus.*

ARGVMENTVM.

Iudex competens pro faciendo deposito, An sit Iudex debitoris deponentis, vel Iudex creditoris depositum recipere debentis? Et quænam causa attendi debeat, naturalis, scilicet, quæ mouet deponẽtem ad deponendum, quæ est, vt se liberet ab obligatione: vel potius accidentalis, quæ est, quod ipse prius ad Iudicium venit, & prouocat, ad finem vt dicatur quis Actor, vel Reus, vtq; secernatur coram quo Iudice depositum facere debeat? Petens rescindi, seu annullari contractum tanquam meticulosum, aut per fraudem initum, siuè præter, vel contra ius celebratum, Vtrum Actoris partes, vel Rei sustineat? Quid uè dicendum in debitore annuorum introituum petente, & Iudicium instituente, vt eximat se, & bona sua à nexu, & obligatione soluendi annuum debitum, vel sortem principalem, Vtrum suum adire debeat Iudicem, vel Domini census, siue ann. redditum? Agens remedio *legis Diffamaari, C. de ingen. manum.* vtrum dicatur Actor, vel Reus?

OBSERVATIO XXVI.

PRimum quod proposuimus requisitum in *anteceden. Obseruat.* ad finem, vt deponens cautè agat, nec periculum incurrat
1 si depositum pereat, illud fuit, vt fiat depositum coram Iudice competente, aliàs etenim si coram incompetente fiat, pro nullo, ac si factum non fuisset, reputatur, ex ijs, quæ pleno calamo inibi adduximus *num. 3. cum duob. seqq.* At quoniam adhùc dubitandi non occlausus est aditus, quisnam Iudex in eiusmodi materia dicatur competens, idcircò congruum visum fuit hoc loci eam dilucidare hæsitationem.

Inspectiones duæ sunt: Altera; si quæratur lite iam cæpta; Altera verò, lite nondùm cæpta, sed mouenda; In lite iam cępta, cuius occasione faciendum est depositum, consentiunt omnes depositum fieri de-
2 bere coram Iudice litis motæ, à cuius ordinatione recedi non potest,
3 Ipse etenim cùm sit Iudex in causa principali, est etiam accessorij, vt

notat

notat *Matth. Brun. conf.* 129. *num.* 6. *per tex.* quem allegat in *regu. accessorium de reg. iur. in* 6. cui se subscribit *Michael Ferrer.* ex Senatus Cathaloniæ placito in 1. *par. Obs. Guber. Gen. Cathal cap.* 7. sentit quoque *Cancer. variar. lib.* 2. *cap.* 4. *tit. de sequest. & empar. num.* 37 *ad fin.* vers. *Nam & si lis, & cap* 19. *num.* 69. *eod. lib. de litter. requis.* vers. *Quod nota,* inquiens conferre ad multa, & pro absoluto habet. *Auendañ de met. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 47.

Quo verò ad alteram inspectionem de lite mouenda: *Bald.* quem plures insequuntur *in l. acceptam, q.* 13. *num.* 24. *C. de vsur.* intrepidè sustinet opinionem, quod sit adeun-
4 dus Iudex debitoris deponentis, nō autem creditoris, *Alex. conf.* 103. *nu.* 4. *lib.* 5. ad quos in casu simili se refert *Cagnol. in l.* 2. *C. de pact. inter emptor. & vendit. sub num.* 113. *Io. Bapt. Lup. de vsur. comment.* 2. §. 4. *nu.* 114. vers. *Venditor autem*, expendens rationem, quam de suo dicto assignat
5 *Bal.* ibi, nempè, quia is qui depositum facit, adit Iudicem vt Reus, non vt Actor; *Felician. de Solis de censib. tom.* 2. *lib.* 4. *cap. vnic. num.* 3. *in fin.* vers. *Sed coram quo Iudice*, *Carroc. de depos. par.* 2. *q.* 86. *Boer.* punctuatim *dec.* 114. *num.* 9. vers. *Et concludit*, vbi aduertit *Baldum* adducere *tex. in l. in contractibus, C. de non numer. pecun.* & facit *tex.* secundum ipsum *in cap. dilecti filii de for. compet. cum notat. in cap. Romana*, §. *contrahentes eod. tit. lib.* 6. *Franc. Viu. dec.* 380. *num.* 4. vers. *Imò*, vbi adducit exemplum à simili de quærela non numeratæ pecuniæ,
6 quæ necessariò debet proponi corā illo Iudice, qui haberet cognoscere de viribus contractus, inducens *Bal. in d. l. in contractibus*, § *pen. C. de non numer. pecun. Auendañ. de metu lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 46. vers. *Vbi tamen*, *Michael Salon de contract. & commerc. human. tit. de censib. art.* 3. *controu.* 18. *num.* 11. vers. *Dico tertio*, *Cenc. de censib. d. q.* 111. *num.* 27. vers. *Iudex autem competens.*

Contrariam verò sententiam, quod sit adeundus Iudex creditoris,
7 defendit *Roder. de ann. reddit. lib.* 2. *q.* 18. *num.* 54. sicuti refert *Cenc. de censib. loc. tit. num.* 6. vers. *Et licet* (nā *Ego* in libro meo non inueniō *Roder. d. q.* 18. *num.* 54. de hac re verbum quidquam euomere, ibi etenim agit
8 famigeratam illam quæstionem, An fiat compensatio ipso iure ad impediendum cursum reditus, & non continet numeros plusquam 19.) mouetur *Roder. ex tex. in l.* 2. *C. vbi, & apud quem*, & ibi notatur per *glos. & DD. Signorol. conf.* 162. *num.* 4. *Tiraq. de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 5. *num.* 2.
9 Verum enim verò: *Baldo* inhæremus, sincero equidem animo, qui in *d. l. acceptam*, edocuit Iudicem deponentis esse adeundum, quem sectantur DD. à Nobis adducti *num.* 5. & explosa *Roder.* opinione, amplectitur *Cenc. loc. proximè allegato*, subdens *tex.* adductum per *Roder.*
10 procedere in casu satis diuerso, quando scil. quis comparet tanquā Actor, petendo rescindi, & annullari contractum tanquam nullum, meticulosum, aut per fraudem, & dolum, aut aliàs præter, vel contra ius celebratum, quia tunc Actoris
11 vicem sustinet; In casu verò nostro debitor ann. redditum comparet tanquam Reus, vt eximat se, & bona sua à nexu, & obligatione soluēdi annuum debitum, vel sortem principalem, vndè contractum ipsum non impugnat, & ideò suum, non Domini census Iudicem adire debet, vt dicunt *Bal. & Alex. in locis indicatis num.* 5. *& seq.*

Cui sententiæ nostrum præbemus calculum, & addimus, quia licèt possit attentari, quod loco Actoris sit habendus is qui facit depositum,
12 ideòq; coram Iudice creditoris experiri debeat, ex regula, quod Actor tenetur sequi forum rei, *l.* 2. *C. de iurisd.*

risd. omn. iud. cap. cum sit generale, & cap. si clericus de for. compet. attamen, quia ad iudicium non venit volun-
13 tariè, sed necessitatus, nè currant sibi vsuræ, vtq; à nexu liberationis exuatur, attendi potius debet causa naturalis, quæ ipsum mouet, & est, vt se liberet ab obligatione: quàm accidentalis, quæ est, quod ipse prius ad iudicium venit, & prouocat, *Alex. cons. 103. vol. 5. Abb. & Felin. in cap. si quis contra clericum 1. notab. de for. compet. Anton. de Butr. in cap. cum inter de except. Felin. in cap. ea quæ num. 15. de re iud.* latè Cagnol. *in l. diffamari num. 9.* vers. *His sic discussis, C. de ingen. & manum.* quorum memor extitit Carau. *in rit. Magn. Cur.* 190.
14 *num.* 5. qui ità de iure procedere autumat etiam in agente *remed. d. l. diffamari*, attenta causa naturali se defendendi, licèt aliud sit dispositū in Regn. per *dec. Afft.* 268. *& d. rit.* 190. de quibus plena manu *Nos* agimus in *Annotation. ad Muscatell. glos.*
15 *Reus par.* 1. *pag.* 20. *col.* 2. vers. *Ad quæstionem.*

SVMMARIVM.

1 AVthor *profitetur nullum iuris articulum absque controuersia inter Doctores pertransiisse.*

2 *Annum inceptum haberi pro completo, quibus iuribus suadetur.*

3 *Libertas relicta anno decimoquarto, competit anno cæpto, licet non completo.*

4 *Anni parte quacunq; actus fiat, dicitur semper factus, nec anni perfectio, sed inceptio requiritur, & sufficit.*

5 *Dispositio, seu contractus redactus ad actum, quando quis erit in ætate annorum viginti, quo tempore perficiatur.*

6 *Dictio,* In, *idem importat, ac si diceret Iuxta.*

7 *Dictio* Iuxta, *adiecta tempori, non requirit annum completum.*

8 *Dictio* Intra, *quid importet.*

9 *Ablatiuum absolutum inducit tempus imperfectum.*

10 *Iura ex quibus suadetur, annum captum non haberi pro completo, insinuantur.*

11 *Annus inceptus habetur pro completo in fauorabilibus, veluti* Libertate, Testamēto, & similibus, *secùs verò in odiosis, quia requiritur, quod sit completus, & quæ sint odiosa* nu. 13.

12 *Opinio tenentium annum captum haberi pro completo in fauorabilibus, non autem in odiosis, communiter recepta insinuatur.*

14 *Verborum forma, quibus actus concipitur, insinuant vtrum annus captus habeatur pro completo, vel non.*

15 *Tempus in accusatiuo, vel genitiuo cōceptum, indicat annum debere esse completum, non captum.*

16 *Ablatiuum absolutum designat annum sufficere captum, licèt non completum.*

17 *Annus debet esse completus si quid ordinatum fuerit fieri intra vigesimum annum.*

18 *Dictio* Intra, *comprehendit nedùm media, sed extrema termini.*

19 *Annus an sufficiat si sit captus, vel requiratur, quod sit completus, quæ sint attendenda.*

20 *Annus debet esse completus, quando verba concipiuntur, vt quid fiat post* 25. *annum, & quid si dicatur Ante* 25. *annum, quidque si verba concipiantur simpliciter.*

21 Sforz. Odd. *distinguit in materia, quando annus debeat esse captus, vel completus, ponderans diuersitatem verborum, quibuscùm actus concipitur.*

22 *Anni mentio vbi fit, regulariter de anno perfecto intelligendum est.*

23 *Lex, vel homo, si tempus non declarant, debent intelligere de perfecto.*

24 *Annus propriè dicitur, quando est perfec-*

fectus, potius quàm completus.

25 *Annus non dicitur esse in rerum natura, si perfectus, & compilatus non fuerit.*

26 *Tempus assignatum, in dubio debet esse completum.*

27 *Annus inceptus, an habeatur pro completo, est materia satis brocardica.*

28 *Fauorabilis, odiosa, mixta, vel dubia si sit regula, in quolibet casu, dies capta habetur pro completa.*

29 *Tempus currit de momento ad momentum in re dubia, vel materia mixta.*

30 Dom. Andreas Prouenzalis Regius Consiliarius *laudatur.*

31 Decisio Senatus Mantuani *apud* Surd. dec. 75. *qua fuit decisum in casu statutario, annum ceptum non haberi pro completo, refertur.*

32 *Determinatio Sac. Regij Consil. Neapolitani apud* Reg. Io. Franciscum Sanfelic. dec. 209. *qua fuit decisum in institutione, & legato, sufficere quod annus sit ceptus, licèt non fuerit completus recensetur.*

33 Don Alonsus Vargas Regius Consiliarius *laudatur.*

34 Author *approbat opinionem, quod annus ceptus habetur pro completo in fauorabilibus, sectando determinationem factam per Sac. Consil. apud* Regent. Dom. Io. Franciscum Sanfelicium dec. 209.

35 Rota Romana decis. 75. num. 41. cum seq. par. 2. in Nouissim. diuersor. *nonam adhibet distinctionem ad finem sciendi quando annus ceptus habetur pro completo, vel non, vt attendatur dies vltimus anni, isque intelligatur confectus, sicq; pariter in die, vt vltima hora diei cepta habeatur pro completa.*

36 *Annus de iure ciuili non computatur per momenta temporum, sed per dies* 365. *quorum spatio annus conficitur.*

37 *Dies vltima cepta non habetur pro completa, sed vltima hora diei habetur pro completa, simul atq; incepta fuerit, quia dies non per momenta temporum, sed per horas* 24. *computatur.*

38 *Aetas quæ requiratur in dignitatibus, & personatibus Ecclesiarum sacularium, quibus animarum cura nulla subest.*

39 Sacrosanctum Oecumenicum Concilium Tridentinum, *quid statuerit circa ætatem habentium dignitatem, & personatum Ecclesiarum sacularium, quibus animarum cura nulla subest.*

ARGVMENTVM.

Annus inceptus, An & quando habeatur pro completo, vel necesse sit, vt verè completus, & perfectus sit? quibus in casibus, fauorabilibus nè, vel odiosis, aut mixtis? Quibusque verbis concipienda sit dispositio ad hoc vt innotescat annum debere esse completum, vel sufficere, quòd sit inceptus plena manu insinuatur: quo loci dissidētes Senatus Mātuani apud *Surd. decis.* 75. & S. C. Neapolit. apud *D. Reg. Sanfel. dec.* 209. determinationes afferuntur, huicq; postremæ opinioni tanquam veriori, ac in practica obtentę *Author* se subscribit, pluribus ad materiam adductis iuribus, Doctorumque Authoritatibus, ac noua Rotæ Romanæ distin-

ctione allata apud *Nouiss. diuersor. dec. 75. par. 2. num. 41. cum seq.*

OBSERVATIO XXVII.

1 VIX est, vt post reuolutionem plurium Codicum, quoscunq; iuris articulos edificedos insudauerim, rem vnam Scribentibus pacato sedere animo, eiq; vnanimi consensu DD. inhæsisse, allegare potuerim (Adeò sunt homines proni ad dissentiendum) Quò fit, vt dùm censuerim in themate proposito paucis rem definitam tradere, incidi pariter contradicentes inter opiniones.

2 Annum etenim etiam cæptum, satis fore, ex pluribus, qui hanc tutan tur sententiam, sustinere enitũtur iuribus nempè ex *tex. in l. qua ætate, ff. de testam. glos. in l. 3. §. minorem, ff. de minor. l. ad rempublicam,* vbi *glos. ff. de muner. & honor. l. l. 2. in princ. ff. de his qui veniam ætatis im-*
3 *petr. l. si ità fuit liberatus in princ. ff. de manum. testa.* vbi libertas relicta in anno decimoquarto, competit anno cæpto, licèt non completo, cui concordat *tex. in l. 1. §. quibus, ff. de successor. edict. l. qui filium, §. Sabinus, ff. ad Trebell.* quibus innixus *Bart. in l. si cui legetur in princ. ff. de legat. 1.* docet non requiri perfectionem,
4 quia in quacunque anni parte fiat, semper dicitur factum in eo anno, & est *glos. in clem. generalem,* vers. *Decimo octauo de ætat. & qualit.* quam ibi sectantur DD. *Felin. in cap. cum vigesimum num. 7. de offic. deleg. Ias. in d. l. si cui legetur num. 15. Socc.* alios citãs *in l. non putabam, ff. de condit. & de-*
5 *monstr. Abb. in cap. cum in cunctis in princ. num. 6. de elect.* Eò fortiùs si fuerit dictum, quando quis erit in ætate annuorum viginti. Illa etenim
6 dictio *In* importat idem ac dictio *Iuxta*, vt docet *glos. in l. si statuta, ff.*
7 *de iureiur.* Dictionem autem *Iuxta* non requirere annum completum, tradit *Bart. in d. l. si cui in princ.* vbi *Alex. num. 4. Aretin. ibid. col. 15.* lo-
8 quens de dictione *Intra*; Idemque iuris esse, quando tempus concipitur per ablatiuum absolutum, quia
9 casus ille significat tempus imperfectum, secundum *Bart. in d. l. si cui in princ.* ibiq; eum sequuntur *Din. Cin. Rayner. & Bal.* quos allegat *Alex.* ibi *col. 2. nu. 2. in fin. Dec. cons. 593.* vers. *Prædictis tamen, Grat. cons. 47. num. 9. lib. 1. Sfort. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 2. num. 51.*

10 Negant tamen alij, perfectionem anni requirentes, ad hoc vt dispositio vires desumat, quód vt probent, adducũt *tex. in l. 3. § minorem, ff. de minor. tex. in cap. Episcopus 77. dist.* ibi, *Antequam, &c.* iuncto *cap. 278. distin. & cap. cum in cunctis in princ. extr. de elect.* quę iungendo simul probant hanc sententiam expresse, & quod de completis, non cęptis debeat intelligi, firmat *Bart. in l. si cui la 1. in 2. op. of. ff. de legat. 1. Bellamer. dec. 726.* qui adducit *tex. in d. l. si cui, ff. de leg. 1. & d. l. 3. §. minorem, ff. de minor. Sforz. Odd. loc. cit. nu. 51.* vers. *In contrarium.*

11 Vndè dissidium ad euitandum; bimembrem adinuenerũt DD. pręfati, & alij allegandi distinctionem, Vel etenim sumus in fauorabilibus, sicuti in libertate, testamentis, & alijs eiusmodi, & tunc annum cæptum haberi pro completo inquiunt, per *tex. in d. l. qua ætate, ff. de testam. & l. si liberatus la 2. ff. de manum. testam. cum concord. Sforz. Odd. d. art. 9. num. 52.* vers. *Aut agitur:* Aut verò sumus in odiosis, & tunc annum cæptum pro completo minimè haberi, adstruunt, per *glos. in l. 3. §. minorem,* verb. *Momentum* propè *fin.* vers.

verſ. *Item, quod de die capto, ff. de minor.* quam approbat ibi *Bart. num.* 2. *Bald. in fin. Alber. in princ. & Odofr. Post princip.* verſ. *Ad ſolutionem, gloſ.* 2. *in fin. in* §. *eadem lege*, vbi *Faber in princ. Port. num.* 5. *Aret. num.* 4. *ad fin.* verſ. *Vltimo nota, Silueſt. Aldobrand. num.* 10. vbi hanc doctrinam veram enunciat, & in *addit. ad d. gloſ.* vbi de communi *Inſtit. quib. ex cauſ. manum. non lic. Bart. in l. ſi cui legetur in princ. num.* 2. vbi paſſim *Scribent. Aret. in* §. *pupillus num.* 1. *Inſtit. quib. mod. tutel. finiat. Felin. in cap. illud num.* 14. verſ. *Octaua concluſio de præſcript. Gomez in* §. *rurſus num.* 3. *in fin. Inſtit. de action. Balb. de præſcript.* 1. *par.* 4. *part. princ. q. vltim. num.* 6. *Alciat. in l. anniculus num.* 2. *&* 3. *ff. de verb. ſignif. gloſ. in cap. Subdiaconus*, vbi rectè *Prapoſ. num.* 5. verſ. *Item in fauorabilibus d.* 77. *& gloſ. in cap. cum in cunctis*, verb. *Exegerit in fin.* vbi *Abb. num.* 6. aſſerit illam communiter recipi, vbi *Butr.* fusè *nu.* 23. 24. *&* 26. *de elect.* Et hanc *Surd. dec.* 178. *nu.* 5. *&* 13. verſ. *In odioſis*, *Sforz. Odd. d. d. num.* 52. verſ. *Quia eſſet odioſum*, Vndè *Rot. in noniſſ. par.* 2. *dec.* 75. *nu.* 27. *& ſeq.* pluribus allatis tradit hãc
12 eſſe communem Doctorum concluſionem, & communiter receptam, & *num.* 29. & 30. inſinuat reſpectu fauoris exemplificari in libertate, teſtamento, & vſucapione, per *tex. in d. l. qua ætate, ff. de teſta. l.* 1. *ff. de manum. l. in vſucapionibus cum l. ſeq. ff. de vſuc. l. in vſucapione, ff. de diuerſ. & tempor. præſ r.* reſpe-
13 ctu verò odij exempla adducit de minore læſo, *l* 3. §. *minorem, ff. de minor.* de præſcriptione *l. in omnibus, ff. de action. & obl.* cui facere tradit *tex. in cap. odia de regu. iur. in* 6. *& l. cum quidam, ff. de liber. & poſth.*
14 Altera (quæ arriſit Doctoribus diſtinctio) ea eſt vt attendatur ad formam verborum, quibus actus ad tempus concipitur, Nam ſi pona-
15 tur tempus in accuſatiuo, vel ad genitiuum, annus debeat eſſe completus, ſecundùm *Bart. in d. l. ſi cui in princ.* vbi *Din. Cin Rainer. & Bal.* ad-
16 ducti per *Alex. in d. l. ſi cui num.* 2. *in fin.* Si verò tempus ponatur in ablatiuo abſoluto, ſufficiat annum eſſe inceptum, quia ſecundùm *Bart.* ibi, ille caſus ſignificat tempus imperfectum, & non eſt neceſſarium implementum, *Socc. in l. non putabã, ff. de condit. & demon. Card. Alex. in cap. Subdiaconus nu.* 5. quos ad id expendit *Surd. d. dec.* 178. *num.* 4. *Rot. Rom. d. dec.* 75. *nu.* 16. dicens id probari, per *tex. in l. ſi in annos, ff. de condit. & dem.* inquiens id procedere, etiamſi tempus ponatur abſq; verbo denotante perfectionem, innixus doctrinæ *Alex. in d. l. ſi cui legetur nu.* 2. verſ. *Sed in contrarium*, vbi *Iaſ. nu.* 10. verſ. *Et quod fortius eſt, & nu.* 11. reprobata opinione *Bart. in d. l. ſi cui legetur num.* 2. verſ. *Sed in contrarium.*
Subdit etiam *Rot. d. dec.* 75. *num.* 20. verſ. *Secundo*, quod ſi fuerit ordi-
17 natum quid fieri intra vigeſimum annum, tunc annus debet eſſe com-
18 pletus, quia dictio *Intra*, compræhendit non ſolùm media, ſed etiam extrema termini, ſecundum *Aretin. in l. ex facto*, §. *item quæro in vltim. notab.* per *illum tex. ff. de vulg. & pup.* Solet etenim eiuſmodi dictio regulariter ſua media includere *l.* 1. §. 1. & ibi *Bart. num.* 11. verſ. *Et ad hoc facit*, vbi *Alber. num.* 3. & accuratius *Bal. num.* 8. *ff. de offic. Præfec. Vrb. l.* 1. §. *quòd dicimus, ff. de ſucceſſor. edic. l. ſi quis ſic dixerit*, & ibi *Alc. num.* 2. & plenè *Rebuff. ff. de verbor. ſign. Gomez. in* §. *Rurſus, Inſtit. de action. Surd. d. dec.* 178. *num.* 8. vbi remiſſiuè de dictione *Intra*, vel *Iuxtà annum.*
19 *Sforz. Odd. d. art.* 8. loquens in ætate 25. annorum ad finem petendi reſtitutionem in integrum adductis hinc inde argumentis pro affirmatiua, & negatiua ſententia quando annus ſufficit eſſe inceptus, vel debeat eſſe completus, diſtinctionẽ

P 2 eam

eam adhibet tripartitam, ad quam
diligenter aduertendum,& considerandum monet, quod quandoque
20 verba proferuntur sic *Post* 24. *annum*, quandoque sic *Ante* 25. *annum*, quandoque simpliciter; Primò casu omninò concludendum censet annum debere esse completum, per *tex. in l. Maiores*, *ff. de iur. immun.* & pulchrior est *tex. in l. liberatus la* 2.
21 *ff de manum. testa.* (Sed non posse aliud dici quando est adiecta dictio *Post*, tenet *Surd. d. dec.* 178. *num.*7.) Secundò casu distinguit *Odd.* in casu fauorabili, & odioso, & iterum obscurè subdistinguit; Tertiò verò casu, quando simpliciter profertur *Ad annum* 25. tenet annum cæptum pro completo haberi non posse, sed illum complere, necessè sit, adducens *tex. in d. l.* 3. *§ minorem*, quem clarum dicit *ff de minor.* & hanc esse communem fatetur.

Rationem quoque assignat *Sforz. Odd.* ibi, quia facit ratio vigoris naturalis, qui minus est imperfectus, si completi sint anni, quàm si inchoati tantum sint, quo relato idem tenet *Surd. d. dec.* 178. *num.* 8. vers. *Ratio autem.*

22 Cui rationi aliam subnectit *Surd. n.*12. vers. *Praterea*, quia vbi fit mentio de anno, regulariter intelligendus est de perfecto, secundum *Archid. in cap. fin. de iud. in* 6. *Abb. in cap. cum in cunctis in princ. de elect. Bal. in l. ex his in* 2. *oppos.* inquiens,
23 quod vbi lex, vel homo non declarat tempus, debet esse perfectum,
24 magisque dicitur annus propriè quando est perfectus, quàm quando est completus.
25 Rursus aduertit *Surd. nu.*12. vers. *Quinimò* annum non esse in rerum natura si is nõ est perfectus, & completus, ex doctrina *Iacob. Put.* adducti per *Lancellott. Dec. in d. l. si cui*, &
26 in dubio tempus assignatum debet esse completum, secundum *Bald. in d. l. ex his num.* 3. & 4. vbi inquit, quod hæc est propria vocis significatio, nisi aliud suadeat coniectura voluntatis, vel æquitas. *Abb. d. cap. cum in cunctis num.*6. *Natt. cons.*461.

Quæ igitur certa poterit dari regula tot inter distinctiones, & subdistinctiones, ampliationes, & restrictiones, satis mihi conscius non sum, scio tamen *Rot. Romanam in cit. dec.* 75. *num.* 32. vers. *In primis* affirmasse
27 materiam esse multum brocardicã, & in ea DD. vario modo locutos fuisse, ac hæsitanter insinuasse forsitan de iure, veriorem esse opinionẽ illorum, qui tenent attendendam esse formam verborum, & in casu decisionis tradit *num.* 39. vers. *Tertio potest*, quod siue regula sit odiosa, si-
28 ue fauorabilis, vel mixta, siue sit dubia, in quolibet casu diem cæptã habendam esse pro completa, quia proprietas verborum regulæ ita sua-
29 det, Et ità pariter fauor regulæ, & in materia mixta, vel dubia, currere tempus de momento ad momentũ, *glosam* allegat *in d. cap. Cum in cunctis*, verb. *Exegerit in fin.* & ibi *Butr. num.* 25. est *Praepos. in d. cap. Subdiaconus*, *num.* 5. *dist.* 77. & ne Nostrates ne-
30 gligamus, *Consil. Prouenzalis*, vir sanè doctus, acerrimique ingenij vir in *Oper. posthum. Obseru. ad Consuetud. Neap obseru.*20. *num.*3. tradit de iure comm. satis controuersũ esse articulum, An annus cęptus habeatur pro completo, nonnulla pro vtraq; parte afferens.

Deterrent me insuper duorum Tribunalium scita, siue (vti aiunt)
31 decisiones, Senatus etenim Mantuanus nonnullis ex prędictis allatis iudicauit in casu statutario annum completum esse debere, nec cæptũ sufficere, vti apud *Surd.* videre est, *d. dec.* 75. *per tot.* præsertim *num.*6.
32 vers. *Contrarium tamen*, vbi *Dom. Io. Bapt. Hodiern. in addit.* approbat dicti Senatus determinationem, licèt inficias non eat, distinctionem de actu fauorabili, & odioso esse commu-

munem, è contra verò Sacrum Conſilium Neapolitanum è diametro contrarium determinaſſe reperi, quod ſcil. in inſtitutione. vel legato facto ad tempus annale ſatis eſt, ſi legatarius, vel hæres peruenerit ad annum illum, & ſtatim ſibi deberi relictum non expectato fine anni, de qua determinatione fidem nobis præſtat *Reg.Sanfel.dec.*209. vbi tradit Sac.Conſil. motum fuiſſe ex *tex.in l. qui filium,* §. 1. *ff. ad Trebell.gloſ.in d. l. ſi cui legetur,* verb. *impleuerit, ff.de legat.* 1. vbi *Bal. num.* 1. verſ. *Tertiò oppono, Caſtren. num.* 1. verſ. *fallit Bart. in d. l. qui filium,* §. 1. *Alber. Alex. & Iaſ. in d. l. ſi cui legetur,* quę deciſio emanauit in cauſa Franciſci Mariæ Conti de anno 1614. die 12. Menſis Iulij, inquiens *in fin.Reg.Sanfel.* hanc eſſe communem opinionem. Cùmque mihi caſus accidiſſet defendendus pro Philippo Mari-
33 nello coram Ill. Duce Cagnani Cōſiliario Alōſo Vargas (viro ſanè placidis imbuto moribus, acutiſſimi ingenij, magnoperè in Tribunalibus verſato ob plures annos, quibus Magiſtratum egit, nuper dùm hæc ſcribo de Menſe Martij 1648. è viuis exceſſo cum ingenti Practicorum mærore) adduxi deciſionem prædictam Sac. Conſ. apud *Reg. Sanfel.* & obtinui liberari depoſitum Clienti, qui ad illum vocabatur, dùm eſſet ętatis annorum 25. nàm licet multi deſſent menſes pro complendo anno 25. tamen peritiſſimus ille vir pro vera habuit opinionem, quod ſufficeret annum fuiſſe inceptum, non autem requiri, quod fuerit cōpletus penès Actuarium Sac. Conſ. *Solatium* in proceſſ. creditorum Scipionis Mancini.

34 Vndè cum articulus hic iuris dubius fuerit, & per Sac. Conſ. determinatus ſit annum inceptum ſufficere in fauorabilibus, non autem completum requiri, ſubſcriptum me habet Lector eidem ſententiæ, ex dictis per *Affl.dec.* 96. *num.* 3. quicquid in contrarium Senatus Mantuanus apud *Surd.* alijq; per ipſum adducti, adſtruere tentauerint.

35 Nolo tamen ſub ſilentio inuoluere ſubtilem indagationē *Rot.Rom. dec.* 75. *num.* 41. cum *ſeq.* uerſ. *Vltimo reſpondetur par.* 2. *in Nouiſſ. diuerſ.* quod concluſio illa à permultis approbata, quod in fauorabilibus dies cæpta habetur pro completa, recipit declarationē, ut procedat quando tempus eſt deſignatum per annos, tunc enim ultima dies ultimi anni, ſtatim atque fuerit inchoata, habetur pro completa, itaq; loqui iura allegata per DD. prædictam cōcluſionem firmantes in *d.l.qua ætate, ff. de teſta. l.*1. *ff. de vſucap. l.in vſucapione, ff. de diuerſ. & tempor. præſcr. l. anniculus la* 2. *ff. de verbor. ſign.* idq; fuiſſe de mente *Paul.de Caſtr.in d.l ſi cui legetur in fin. princ. & d. l. ſi in annos,* quam legit cum *l. non putabam* immediatè præcedenti, *ff. de condit. & dem.* firmans utrobique, quod licet ultimus annus cæptus non habeatur pro completo, ſicuti eſt diſpoſitum in *d. l. non putabam, & d. l. ſi cui,* §. *hoc autem,* tamen vltimi anni vltima dies cępta habetur pro completa *d. l. ſi in annos, & Caſtrenſi* inhæret *Socc. in d. l. ſi in annos, Imol.in d.l.ſi cui in fin. princ.* vbi *Alex. nu.* 7. & 8. reprobantes *Angelum* ibi contrarium aſſerentem, quam opinionem ſatis probari tradit *Rot.d.deciſ.* 75. *num.*43. verſ. *Et hæc opinio, in d.l. ſi in annos,* iuncta *d. l. anniculus, & d. l. qua ætate,* vbi etiam probari autumat, vltimum annum dici completum per initium ultimi diei. Cuius dicti rationem aſſignat *num.*44. verſ. *Et huius,* quia in iure ciuili annus nō
36 computatur per momenta temporum, ſed per dies videlicet 365. quorum ſpatio annus conficitur; qua ratione attenta aliud dicendum eſſe tradit in tempore deſignato nō per
37 annos, ſed per dies, tunc enim vlti-

ma

ma dies cæpta nõ debet haberi pro completa, quia sicuti in termino plurium annorum vltimus annus cæptus non habetur pro completo, *d. l. non putabam*, ità etiam in termino pluriũ dierum, vltima dies cæpta pro completa haberi non debet, arguendo à proportione, & sicuti vltima dies vltimi anni, si est cæpta, habetur pro completa, ea ratione, quia annus, non per momenta temporum, sed per dies computatur, *d. l. anniculus*, ità etiam vltima hora vltimi diei simulatque incepta fuerit, habebitur pro completa eadem ratione, quia dies, non per momenta temporum, sed per horas, scil. 24. computatur.

Hæc sunt propemodum, quæ *Rot. Rom. d. dec. 75.* ponderauit, adducens in *fin.* esse consulendũ *Chassan. ad Consuet. Burgun. nu. 11.* dictisque per *Rot.* faciunt aliqualiter exarata per *Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 2. art. 9. num. 54. Paris. de resignat. lib. 12. par. 2. cap. 8. num. 16. & 17. Gratian. discept. forens. cap. 413. num. 25.* vers. *Et facit, & num. 26. & 27. Menoch. de arbitr. cas. 427. nu. 25.* Inuestigent, cùm casus occurrerit, acutiores: Mihi etenim arridet satis distinctio illa de re fauorabili, & odiosa, quæ conuincitur à Sac. Consil. determinatione.

38 Quæ autem ætas requiratur in dignitatibus, & personatibus Ecclesiarum secularium, quibus animarum cura nulla subest, Adeuudus est post Antiquiores *D. Didacus de Narbona in tract. de ætat. ann. 22. q. 3.* vbi quid de iure communi sit dispositum, quidue *Sac. Oecumenicum Concil. Triden.* immutauerit, insinuat.

SVMMARIVM.

1 *Rota Romana collaudatur.*

2 Rota Romana *decreuit non esse locum resolutioni contractus ex eo quod imponens censum asseruerit rem esse liberam ab omni alio censu praexistente, si res censuata est capax vtriusque.*

3 *Determinationes plures* Rotæ Romanæ *recensentur circa resolutionem contractus, ex eo quod imponens censum asseruerit rem esse liberam ab omni alio censu praexistente.*

4 Oliuerius Beltraminus *laudatur.*

5 Tex. in l. si quis in pignore, §. planè, ff. de pignorat. act. *enucleatur.*

6 *Prædium obligatum pluribus, si capax est omnium obligationum, & hypothecarum, non est locus resolutioni contractus.*

7 *Exceptio rei non liberè traditæ, opponi non potest, quando prædium pluribus obligatum capax est omnium obligationum.*

8 *Clausulæ omnes appositæ in instrumento census, restringuntur ad interesse reale ipsius emptoris census.*

9 *Pactum appositum in instrumento, vt venditor census consentire faciat cõtractui alias personas, intelligitur dummodò emptoris intersit.*

10 *Exceptio periurij, an obstet venditori asserenti prædium non esse alteri obligatum, quando pluribus hypothecatum fuit.*

11 Tex. in l. si quis maior, C. de transf. *qualiter procedat.*

12 *Dolus debet esse manifestissimus in materia* l. si quis maior, C. de transact.

13 *Obligatus tradere rem liberam, sufficit quod taliter satisfdct ei, cui ad liberandum tenetur, quod eum certum faciat damnum pati non posse.*

14 *Venditor factum præcisè præstare non valens, sufficit præstare interesse, vel adimplere per æquipollens, adhoc vt em-*

emptor sit securus.

15 *Emptori census super prædio pluribus obligato, succurritur per satisdationem.*

16 Dom. Scipionis Rouiti Regentis *opinio* in prag. 1. num. 34. *vers.* Res autem, tit. de censib. *quod resolutioni contractus sit locus, quando census constituitur super re asserta libera, quæ tamen alteri fuit obligata, non obstante quod sit tam ampla, vt sufficiat vtriq; obligationi recensetur, & impugnatur*, num.

17 Dom. Scipio Rouitus Regens *redarguit* Rotam Romanam decis. 345. *inter impressas sub nomine* Farinacij, *inquiens non fuisse consideratа, quæ ipse adduxit* in prag. 1. de censib. num. 34. in fin. *& pariter redarguit* Oliuer. Beltram. in Annotat. ad Ludouis. dec. 295. nu. 5.

18 *Resolutio contractus censualis resoluitur secundum opinionem* Dom. Reg. Rouit. *nedùm in casu rei non liberè traditæ, verùm etiam in casu non solutionis tertiarum, vel alicuius conditionis non impletæ, aut assertionis non veræ, in quibus fieri assolet pactum, vt contractus possit rescindi, & repeti sors.*

19 *Pactum resolutionis contractus, in casu rei non liberè traditæ, alijsq; casibus similibus, est licitum in Regno.*

20 Author *suum non interponit iudiciũ, nisi dispuncta doctrina* Dom. Reg. Rouit. in loc. citato.

21 Decis. Gratian. 13. *qualem facti speciem præseferat.*

22 *Census non potest imponi super re prohibita alienari.*

23 *Emptor census, potest agere ad rescissionem contractus, eò quod super re non libera fuit constitutus census, dùm pro tali fuit promissa.*

24 *Theorema ab Authore propositum, differt ab eo quod proposuit* Gratian. decis. 13.

25 *Resolutio contractus censualis, vt possit fieri, ex quo res censui submissa alteri per prius obligata reperiebatur, semper intelligitur in casu, in quo res non sufficit pro omnibus ijs, quibus hypothecata fuit.*

26 *Promissio venditoris census rem esse liberam, quando reperitur alijs hypothecata, verificatur in illa parte, quæ libera manet in beneficium vltimi emptoris census.*

27 *Actus qui duplici ex capite fieri potest, censetur ex vtiliori factus.*

28 *Actus censetur factus ex illa facultate, ex qua saluari potest.*

29 *Delictum vt excludatur, capi debet interpretatio.*

30 *Actus potius vt valeat, quàm vt pereat, capi debet interpretatio.*

31 *Verba impropriari debent, adhoc vt actus potius valeat, quàm pereat.*

32 *Census venditor asserens liberam rẽ, super qua census fuit constitutus, si alijs fuit obligata, & omnibus sufficit, non dicitur mentitus, & de ratione.*

33 *Partis, ac totius, idem est iudicium.*

34 *Actus ex vno capite gestus, si sit validus, ex alio verò capite inualidus, censetur factus ex capite valido.*

35 *Actus si non valet eo modo quo agitur, valere debet eo modo meliori, quo valere potest.*

36 Glosa in l. 3. *verb.* Vel permutauerit in fin. ff. de crim. stellionat. *expenditur.*

37 Textus *adducti per* Dom. Regent. Rouit. in prag. 1. de censib. num. 34. *adducuntur.*

38 Dom. Scipio Rouitus Regens *laudatur.*

39 Tex. in l. 3. ff. de crim. stellionat. *quid disponat.*

40 *Iura adducta per* Dom. Reg. Rouit. in prag. 1. num. 34. tit. de censib. *non probant id, ad quod adducuntur.*

41 *Stellionatus crimen, quibus in casibus obijci potest.*

42 *Res vni obligata, si alteri per calliditatem distrahatur, committitur crimen stellionatus.*

43 Rota Romana, *quid considerauit in determinationibus factis pro non reso-*

solu-

solutione contractus censualis ob rem alteri obligatam, quæ secundo censûs emptori pro libera venditur, & quādo est ampla pro omnibus?

44 Tex. in l. si quis 36. in §. fin. ff. de pignorat. actio. *enucleatur*, & nu. 46.

45 Tex. in l. 3. C. de seru. pignor. dat' manum. *explicatur.*

46 *Hypotheca afficit rem, penès quemcunque reperitur.*

47 *Stellionatus pœna committitur quando eadem res pluribus venditur, secùs si diuersis fueris hypothecata, & est adeò ampla, vt vtrisque sufficiat.*

49 *Ratione legis cessante, cessat eius dispositio.*

50 Tex. in l. si tibi liberum, ff. de act. empt. *enucleatur.*

51 Tex. in l. empto 11. §. si quis virginem, ff. de act. empt. *dilucidatur.*

52 *Rehibitoria actio non datur contra eum, qui sciens corruptam, vendidit vti virginem, sed tātùm datur actio ex empto.*

54 Tex. in l. pen. §. *incip.* quoad seruitutes, ff. de actio. empt. *explicatur.*

54 *Actio ex empto datur, vt res libera tradatur, & de ratione.*

55 Tex. in l. qui vti optimè 90. ff. de verbor. sign. *explanatur.*

56 *Seruitus totum fundum inficit.*

57 *Doctores adducti per* Reg. Rouit. in prag. 1. num. 34. de censib. *adducuntur, & pariter demonstratur minimè probare id ad quod inducuntur.*

58 Author *obseruat Doctores adductos per* Dom. Reg. Rou. in prag. 1. nu. 34. de censib. *minimè suam opinionem probare.*

59 Soccin. cons. 26. *incip.* In præsenti consultatione *explicatur.*

60 *Contrauenire contractui, in quo quis promisit aliquid non facere, quando dicatur.*

61 *Casus superueniens pendente conditione, cedit periculo emptoris.*

62 *Debitor obligans rem pluribus scienter, vel ignoranter, ad quid puniatur.*

63 Practica Papiens. in forma libell. in action. hypothecaria, *verb.* Sub eadem obligatione bonorum, nu. 19. pag. mihi 190. col. 2. *explicatur.*

64 Dom. Scipio Rouit. Reg. *notatur in intellectu doctrinæ* Practic. Papiens. in forma libelli in action. hypothecar. *verb.* Sub eadem obligatione, num. 19.

65 Author *antequam* Practic. Papiens. *consuleret* in form. libelli, quo agitur action. hypothecar. *verb.* Sub eadem obligatione, num. 19. *percepit intellectum* tex. in l. si quis in pignore 36. §. fin. ff. de pignorat. actio.

66 *Pœna criminis stellionatus, non habet locum, nisi interueniente dolo.*

67 Author *tenet resolutioni, seu rescissioni contractus censualis locum non esse, quando venditor promisit rem, super qua censum constituit, esse liberam, ab omni obligatione, & tamen fuit prius alteri hypothecata, dùm tamen obligationibus omnibus sit sufficiens.*

68 Hieron. à Laurentijs dec. 108. nu. 7. *non applicatur benè* à Dom. Reg. Rou. *ad casum indicatum.*

69 Tex. in l. emptorem, C. locat. *exornatur à* Hieron. de Laurent. decis. 108. num. 7.

70 *Pactum inter creditorem, & debitorem, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, valeat, vel nullum sit, quasi contra ius positum.*

71 *Stylus Tribunalium validitatis pacti inter creditorem, & debitorem, quod in casu assertionis non veræ, aut liberè traditæ rescindi possit contractus, quomodo sit accipiendus.*

72 Author *plurium annorum curriculo Aduocationis muneri vacans in Supremis Regni Tribunalibus, fidem præstat de stylo contrario eius, quem adstruit* Reg Rouit. in prag. 1. nu. 34. de censib.

73 *Sententiæ Sac. Reg. Cons. quotidie promanant in condemnandis debitoribus,*

bus, qui censum vendiderunt pluribus sub assertione cuiquam facta rem super qua census fuit cõstitutus fuisse liberam, & nemini obnoxiam, quod subrogent aliud corpus, minimè procedendo ad resolutionem, siue rescissionem contractus.

74 Rota Roman. *apud* Cardinal. Seraph. dec.1275. nu.5. *vers.*Quantum ad bona, *pro singulari affertur in subrogatione aliorum corporum facienda à venditore census super re alteri obligata, quam francam,& liberam asseruit.*

75 *Aequitas nihil aliud est, nisi ordinata iustitia, temperata dulcedine misericordiæ.*

76 *Iudex semper antè oculos praeferre debet equitatem,*

77 *Iudicis nomen non meretur, qui ante oculos equitatem semper non habet.*

ARGVMENTVM.

Census si fuerit constitutus ad formam *Bullæ Nicolai V.* insertæ in *volumine Pragmaticarum Regni Sanctionum, prag.* 1. *de censib.* super re, vel prædio, non omninò libero, sed quod alijs creditoribus repertum fuit obnoxium, Vtrum possit emptor census, rescissionem, seu resolutionem contractus obtinere, si prædium illud tam latifundij, & amplum reperitur, vt nedùm emptori vno, sed etiam omnibus alijs creditoribus prædium ipsum hypothecatum habentibus sit consultum? non obstante assertione in ipso contractu venditionis census per venditorem facta, quod prędium ipsum fuerit francum, & liberum, alijs minimè obligatum, peculiariq; pacto fuerit venditori consultum, quod ei liceat, in casu prędij non liberi, aut alteri hypothecati contractum rescindere? quò loci; *Author* affirmatiuam pro emptoribus census adducta in medium opinione, cui ex pluribus subscribit *D. Reg. Scipio Rouit. in d. prag.* 1. *de censib. nu.* 34. multis iurium dispositionibus,nonnullisque Doctorum placitis eam conuallans, contrariam sustinet sententiam in beneficium venditorum censuum, singulis per eundem *Regen.* Rouit. excogitatis occurrens. Determinationes plures *Rotæ Romanæ* contra *Dom. Regen. Rouiti* placitum adducuntur; praxisq; Supremorum Regni Neapolis Tribunalium, qua passim condemnari consueuerunt venditores censuum super re, quæ non adeò ampla est, vt omnibus creditoribus super ea possit esse consultum, quod subrogēt aliud corpus liberum, non obno-

xium creditoribus, insinuatur; eandemq; praxim, nedùm iure sustineri, verùm etiam de æquitate suaderi commonstratur. *Texx. in l.* 3. ff. *de crim. stellionat. in l.* 3. *C. de seru. pignor. dat. manum. in l. si quis* 36. §. *fin.* ff. *de pignorat. action. in l. si tibi liberum, & in l. pen. & in l. ex empto* 11. §. *si quis virginem*, ff. *de actio. empt. & in l. qui vti optimè* 90. ff. *de verbor. signif.* explicantur, eorumq; genuinus adducitur intellectus; quę sanè iura à *D. Reg Rou.* adducta, ad suæ opinionis comprobationē, minimè applicari posse indicatur; sicuti nequidem collineare proposito Theoremati congestas Authoritates ab eodē *Reg. Rou.* nempè *Socc. cons.* 26. 3. *col. lib.* 3. *Pract. Papiens. in forma libell. in actio. hypothecar.* verb. *Sub eadem obligatione bonorum num.* 19. *et Gratian. dec.* 13. non sine ingenti labore, ab *Authore*, & fortassis non insulsè, adnotatur.

OBSERVATIO XXVIII.

QVæstionem hanc, nemo ex Iuris professoribus, ijs præsertim, qui Curiarum praxim insectātur, non affirmabit, adeò frequenter in foris disputari, vt cæteras alias antecellat, eaque habet aientium, & Ne-
1 gantium decisam aciem; *Rota* etenim *Romana* totius Mundi luminare, è cuius cætu celeberrimi viri ius dicentes, tanquam ex Equo Troiano, purpura à Summis Pontificibus insigniti, ac Ecclesiæ Principes facti, crebrò ad Summum Pontificatus apicem eliguntur ob eorum doctrinam, morumque integritatem, quam prius in *Rota* ipsa, dùm ius redderent, demonstrarunt; deter-
2 minauit non esse locum resolutioni contractus ex eo quod imponens censum asseruerit rem esse liberam ab omni alio censu, imò quod nequidem venditor teneatur rem illā liberare ab alio censu præexistente, si res censuata est capax vtriusque,
3 itaque fuisse determinatum in *vna Romana census de anno* 1600. *die* 17. *Aprelis* coram *D. Pen.* est *decis.* apud *Farin. dec.* 345. *in nouissim.* & apud *Cenc. dec.* 56. & iterum *dec.* 64 *in vna Romana census de Palatutijs de anno* 1598. *die* 20. *Nouembris* coram *D. Sacrato*, apud *Gregor.* XV. *decis.* 505. *num.* 4. vers. *Minus etiam, & dec.* 295. *in vna Romana cēsuum die* 16. *Februarij* 1607. memorat alias *Rota* decisiones cruditissimus *Oliuer. Beltram.*
4 qui quotquot alij eū antecesserint, vel sequuti fuerint, in Annotationibus aliorum Operum, nemini est secundus. *in addit. ad d. dec.* 295. *nu.* 5. *lit. A.* scil. penès *Farin. decis.* 126. post 2. *vol. consil.* quam *Ego* in libro meo non inueni; vidi tamen in *dec.* 10. *num.* 18. qui est *final.* nonnulla di-

dicere; & in vna *Bonon. bonor.* 1610. coram *Dom: Lancell. & in Romana census* 17. *Aprelis* 1598. coram D.*Penia*, & in *recentior. dec.* 350. *par.* 2. *num.* 3. & facit *decisio Rota* apud *Cardin. Seraph.* 1243. *num.* 2. & in *vna Senagall. prædy* 5. *Iuny* 1617. coram *D. Martino Andrea.*

Nec præfatæ determinationes à tanto Auditorio emanatæ, rationibus, aut iuribus, Doctorumq; placitis destitutæ delitescunt, habent .n. pro se *tex.* punctualem in *l. si quis in*
5 *pignore*, S. *planè*; *ff. de pignor. act.* quem ad hoc adducit *glos. in l.* 3. vers. *Vel permutauerit, ff. de crim. stellion.* cum
6 etenim prædium obligatum capax est omnium obligationum, & hypothecarum, nihil interest emptoris censum, illud ab alio censu liberari,
7 adeò quod opponi minimè potest exceptio rei non liberè traditæ, minus refragantibus clausulis etiam
8 prægnantibus in instrumento census appositis, quoniam omnes restringi debent ad interesse reale ipsius emptoris census, ex dictis per *Bal. in l. ex his prædys nu.* 4. *C. de euict.*
9 quæ sunt adeò vera, vt etiamsi pacto expresso cautum fuerit, vt venditor census consentire faciat contractui alias personas, de quo per *glos. in l. qui rem*, vbi *Bal. num.* 1. *C. de euict.* attamen occurrit idem ibi *nu.* 4. hoc procedere respectu emptoris, dummodò eius intersit, ita *Cenc. d. dec.* 56. *num.* 2. & 3. *Ludouis. d. decis.* 295. *num.* 2. & 3. & *dec.* 505. *num.* 4. vers. *Minus etiam* facit *Gratian. forens. cap.* 113. *num.* 43. & 44.

Et licèt valdè institissent in dictis *Rota* decisionibus Aduocati emptoris census in venditoris assertione prædium esse liberum, & tamen re-
10 pertum fuisse postmodum obligatum, vndè saltem obstare illi exceptionem periurij, ad *tex. in l. si quis maior, C. de transf.*
11 Nihilominus: fuit responsum *tex.* illum procedere, quando promissio est dolosa, & alteri præiudicialis secundùm *Cassador. dec.* 2. *num.* 7. *tit. de iureiur.* ex quo cessare pariter tradit *Cenc. dec.* 56. *num.* 4. determinationem *Rota in vna Romana census* coram *D. Decano die* 15. *Marty* 1577. & ante ipsum *Cardin. Seraph.* quem, non adducit *Cenc.*) *d. dec.* 1275. *nu.* 5. vers. *Indè*, inquiens in casu *d. l. si quis*
12 *maior*, dolum esse debere manifestissimum, ex traditis ibi per *DD.* præsertim *Curt. iunior. num.* 17. *Cagnol. num.* 18. & *Alex. cons.* 92. *num.* 13. *lib.* 1.

Eisq; adstipulatur mirificè *Alex. cons.* 65. *num.* 4 & 5. *lib.* 5. vbi dicit,
13 quod ille, qui tenetur tradere rem liberã sufficit, quod taliter satisdet ei, cui ad liberandum tenetur, quod eum certum faciat damnum pati non posse, pulchrè *Seraph. d. decis.* 1295. *num.* 2. vers. *Quia*, dùm tra-
14 dit, quod si venditor factum præcisè præstare non potest, sufficit adimplere per æquipollens, itaut reddatur emptor securus, itaque fuisse decisum per *Rotam* coram ipso testatur *in vna Romana de Iustinis*, in qua aliæ decisiones adductæ fuerunt, & de *Seraph.* memor extitit *Beltram. ad dec. Ludouis.* 295. *num.* 5. *lit. A. in fin.* vbi pariter allegat *Gratian. discept. forens. cap.* 113. *nu.* 44. adducens *Bald. in l. qui rem num.* 1. *C. de euict.* & deci-
15 *sionem Rota in vna Romana bonorum* 23. *Nouembris* 1598. coram *D. Lancellotto*, per quam cautionem succurritur quoque emptori census.
16 E' diametro tamen pugnat *Reg. Rouit* insignis Practicus in *commentarys* suis luculentissimis ad *pragg. Regni, in prag.* 1. *num.* 34. vers. *Res autem, tit. de censibus*, affirmans esse locum resolutioni, siue rescissioni cõtractus, quando census constituitur super re non libera, quicquid in contrarium nonnullos Pragmaticos in foro adstruxisse sciat, eo casu scil. quãdo res obligata adeò ampla est, vt sufficiat vtriq; obligationi, innixus

authoritati *Gratian. dec. March.* 13. pluribusq; alijs iuribus, & *DD.* quos singillatim pro sua tutanda opinione conglutinauit; quodq; magis est, apertum *Rota Romana* sese contradicentem exhibet dùm inquit *eod. nu.* 34. *in fin.* per ipsum adducta, mini-
17 mè fuisse cōsiderata à *Rota dec.* 345. inter impressas sub nomine *Farinacij*, nec ab *Oliuer. Beltram. in Annot. ad dec. Ludouis.* 295. *num.* 5.

Adaugeat vtq; eius sententię vires *num.* 35. *vers. Tanto magis, d. prag.* 1. *de censib.* subdit prædicta proce-
18 dere in Regno, tàm in casu prædicto rei non liberæ, quàm in casu non solutionis tertiarum, vel alicuius conditionis non impletæ, aut assertionis non veræ, & similibus, in quibus sit pactum, vt contractus possit
19 rescindi, & repeti sors, quòd pactū omni iure validum esse, & in Regno inconcusè obseruari tradit, ex dictis per *Parid. de Put. de reintegrat. feud. & Gratian. discept. forens. cap.* 258. *num.* 20. *& cap.* 301. *num.* 5. *& 6.* vbi decisiones etiam *Rotæ Romanæ* adducere adstruit.

Cui modò inhærendum sit opinioni, non est tàm facilè, vt palàm
20 faciamus, nisi prius peculiari disquisitioni, ac multiiugà lectione, ea quę *Dom. Reg. Ronit.* in medium protulit, dispungamus.

21 Figit Primò pedes in ijs, quæ *Gratian.* exarauit *d. dec.* 13. qui à *Me* perlectus eam agit quęstionem, An venditor reseruans sibi dominium rei venditæ ob non solutionem prætij, possit validè illam alienare, & vtrum valeat super re ipsa census impositio, quo in casu iterum quærit, An solum emptor possit agere, vt res liberetur, vel potius contractus rescindatur. Et ex *num.* 1. vsque ad 6. exclusiuè duas firmat conclusiones, Vnam scil. valere pactum, quod nō transferatur dominium, nec exindè contractum esse conditionalem, sed purum, quamuis non fuerit translatum dominium, licèt emptor antè solutum prætium non sit Dominus rei emptæ, adducens *tex. in l. quod vendidi. ff. de contrah. empt. & in §. venditæ. instit. de rer. diuis. & Couarr. variar. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 6. *in princ.* Alteram exindè conclusionem, quā corellariè deducit, ea est, quod stante dicta reseruatione dominij, & hypothecæ, res erat prohibita alienari, & impeditur translatio dominij, ex dictis per *Bart. in l. si ità quis promiserit, §. ea lege num.* 3. *ff. de verbor. obl.* & alibi passim; quò fit vt asserue-
22 rit *Gratian.* ibi *num.* 6. *& 7.* censum non potuisse imponi super re prohibita alienari, ex *Bart.* sibi applaudente *in l. codicillis* 91. *§. instituto pu.* 4. *ff. de legat.* 2. cum pluribus concordan. Hucusque nihil ad thesim nostram, ex *Gratian.*

23 Quatenus verò *Gratian. num.* 11. *ad* 24. tentauerit dicere emptorem cēsus posse repetere prætium, & contractum rescindere, eò quod super re non libera fuit constitutus census, & vtique si sciuisset emptor rem esse alteri obnoxiam, non contraxisset, vndè datum ob causam, causa non sequuta esse restituendum, eò fortiùs ratione doli cum sciens rem alteri obnoxiam, pro libera promiserit.

24 Possemus dicere, nequidem eiusmodi exarata, rem nostram attingere, siquidē theorema proposuimus in re, quæ adeò ampla sit, vt vtrique censui sufficiat satisfacere, non autē in ea, quæ absorta fuerit à prima obligatione, itaut secundo emptori satis non sit ad sibi satisfaciendum, quo casu possent procedere dicta per *Gratian.* licèt etiam in casu prędicto si vēditor satisdederit, & cautum reddiderit venditorem de suo credito, nec etiam contractus resolueretur, sicuti apertè determinauit *Rot. Rom.* apud *Cardin. Seraph. d. dec.* 1275. *num.* 2. alijque à *Nobis* adducti *num.* 4. *& seqq.* ex quorum dictis, & tot

tot *Rotæ* determinationibus apparet etiam reſponſum ad *Gratian.* (quatenus in propria noſtra facti ſpecie verba faceret) Nam procedunt quādo aliquod damnū realiter eueniſ-
25 ſet venditori ex aſſertione facta rē eſſe liberam, quæ talis reperta non fuerit, at quando pro omnibus cenſibus, rex capax eſt, etiamſi aſſertio non vera facta fuerit, adhùc contractus reſciſſio fieri nō poteſt, quia creditor nullum ſentit incommodum, nullum patitur damnum, nullum habet intereſſe.

Quidquod: rectiùs intuens, audacter affirmo (id quod à nemine ex Scribentibus tactum vidi) minimè aſſertionem factam per venditorem, quod res ſuper qua cenſum impo-
26 ſuit ſit libera, dùm alteri per prius hypothecauit, non veram dici poſſe, quando vtriuſq; cenſum res obligata capit, nam aſſertio rem eſſe liberam, verificatur in illa parte, quæ libera manet in beneficium ultimi emptoris cenſus, nam actus qui du-
27 plici ex capite poteſt fieri, cenſetur ex vtiliori factus, ſecundùm *Bart. in l. gerit num.* 21. *ff. de acquir. hered. Tiraq. de retract. lignag.* §. 3. *gloſ.* 1. *num.* 1. *Socc. inn conſ.* 131. *num.* 2. *lib.* 2. *Brun. Aſtenſ. conſ.* 1. *num.* 12. *Menoch. conſ.* 44. *num.* 23. *lib.* 1. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 69. *Molin. alter leſuita tom.* 3. *de iuſtit. tractat.* 2. *diſput.* 599. *num* 9. Et ex eo, ex quo
28 poteſt ſaluari *Ferrett. conſ.* 204. *num.* 28. *Reg. Valenz. conſ.* 33. *nu.* 101. verſ. *Similiter lib.* 1. Nam cum aliter delictum ſit, rem obnoxiam, pro libera aſſerere, ea debet capi interpreta-
29 tio, vt excludatur delictum, ad *tex. in l. meritò, ff. pro ſoc.* & cum ex aſ-
30 ſertione rem eſſe liberam, dùm eſt obnoxia, prętendatur contractus reſolutio, ea capi debet coniectura, vt actus potiùs valeat, quàm pereat, *l.* 1. § *ſi quis ità, ff. de verb. obl.* etiamſi
31 verba improprientur, *l. ſi olei, C. de locat. l.* 2. *C. de vſufr. cap. conſtitutis de religioſ. domib. cap. Abbate, de verbor. ſignif. cap. in his de priuileg. l. quotiens in ſtipulationibus,* vbi *Iaſ num.* 5. *ff. de verb. obl.* cum alijs adductis per *D. Valenz. d. conſ* 33. *nu.* 97.

Poteſt igitur ſuſtineri cōtractus quò ad illam partem liberā, ex qua cēſus emptori poteſt ſatisfieri, vndè nō eſt cur contractus reſcindatur, & dùm dixit venditor rem eſſe liberam, vti-
32 que mentitus non eſt, nam libera eſt, quo ad eius creditum, vt poſſit ſatisfieri, & ſic cum idem ſit iudicium de parte, ac de toto, *l. quæ de*
33 *toto, ff. de reiuen.* & actus non operetur vltra agentis intentionem, *l. non omnis, ff. ſi cert. pet.* ex quo *tex.* concluſionem format *Maſtr. dec.* 126. *nu.* 8. *& dec.* 182. *num.* 8. meritò nullo ex capite (quotquot adduxerit *Gratian.*) contractus reſolui, aut reſcindi poteſt; facit namque, quia quando actus ſi ex vno capite gereretur;
34 redderetur nullus, & ex alio validus, ſuſtinetur ex capite habili, *Bart. in diſput. quadam*, incip. *Adunantia generalis*, quem ad hoc adducit *Reg. Valenz. loc. cit. nu.* 100. adducens pariter *tex. in l. qui habeat, ff. de inſtitor. actio*, ſic in theſi præpoſita, dùm obligatio redderetur nulla reſpectu illius partis obnoxię priori creditori, & poſſet ſuſtineri reſpectu alterius partis, quæ capit creditum poſteriori, debet ex hac parte ſuſtineri, Accedente maximè, quia actus ſi non
35 valet eo modo quo agitur, valet meliori modo, quo valere poteſt, iuxtà propoſitionē, de quo per *DD. in l.* 1. §. *Sed ſimilis, ff. de verb. obl. & argum. l. domus, ff. de contrah. empt. Grau. conſ.* 318. *n.* 4. *Surd. de alim. tit.* 2. *q.* 1. *n.* 46. *Menoch. lib.* 6. *præſump. præſ.* 5. *num.* 1.

Rurſus; pergens *Reg. Rou.* ſuam tu-
36 tari ſententiam, vt obicem tolleret *gloſ in d. l.* 3. verb. *Vel permutauerit in fin. ff. de crim. ſtellionatus*, quę adducit *tex. in l. ſi quis in princ. ff. de pignorat. act.* & voluit (ſecundum *D. Rou.*) allegare §. *fin.* eiuſdem legis, in-

inquit *tex*. illum, & *glos.* locum sibi vindicare, quando praecedens obligatio est generalis, & non specialis.

Insuper: procedere tradit, quando in secunda obligatione, non est facta assertio rem esse liberam, & francam ab omni alia obligatione; nam tunc si reperiatur alteri obligata specialiter, vtique quantumuis
37 res sit ampla, & latifundium, statim fit locus rescissioni contractus, ad quod fundandum dicit constare, ex *tex. in l 3. C. de seru. pignor. dat. manu. d. l. si quis in pignore*, §. *fin. ff. de pignorat. act.* in ratione sui dicti, *l. si tibi liberum in fin. & l. ex empto*, §. *si quis virginem, ff. de act. empt. l. pen. in fin. ff. de euict. l. qui vti optimè, ff. de verbor. sign.* vbi tradit *Aleiat.* in specie dicere posse agi ad rescissionem contractus, citans nonnullos DD. vndè subdit prędicta non considerasse *Rotam Romanam in decis.* 345. apud *Farin.* neque *Beltram. ad decis. Ludouis.* 295. *num.* 5.

Verum enim verò: hæc, & alia, quæ pro hac parte adduci possent, & si attendenda sint, eaq; validiora reddantur, ex Authoritate *Dom. Rou.*
38 eminentissimi olim Aduocati, nec minus celeberrimi in Supremis Magistratibus exercendis, præsertim in magno Regentis Regiam Cancellariam munere explendo, tamen me non deterrent, si adducta per ipsum introspiciamus.

Initium fit; ex eo quod tradit *Dom. Rou. glosam in d. l.* 3. in verb. *Vel per-*
39 *mutauerit in fin. ff. de crim. stellion.* iuncto §. *fin. legis si quis in princ. ff. de pignorat. act.* ex quibus desumitur conclusio nō posse rescindi contractum, quando res duobus obligata sufficit vtriq; debito, argum. ducto à contrario, procedere, quando precedens obligatio est generalis, non specialis.

At mihi eiusmodi restrictio non probatur, *Glos.* etenim ibi nullam facit distinctionem fuerit nè generalis, an specialis obligatio rei pluribus facta, solùm (inquit) declarando mentem *Vlpiani in d. l.* 3. disponentis stellionatum ijs in casibus obijci, in quibus titulus criminis deficit, dùm prosequitur declarare, quibus in casibus propriè obijciatur, respondit per hæc verba, *Maximè autem in his locum habet, si quis forte rem alij obligatam, dissimulata obligatione per calliditatem alij distraxerit, vel permu-*
40 *tauerit, vel insolutum dederit, nam hæ omnes species stellionatum continent*, re-
41 liquit indecisam quæstionem in vẽditione eiusdem rei facta, vel obligata pluribus, vndè prouinciam sibi assumpserunt *Glosatores* rem claram facere *in d. vers. Vel permutauerit*, ibi, *Aliud si diuersis vendidit, tunc enim pæna legitima est, vt inf. de fal. l. qui duobus secundum Aza. Item idem quod hic si alij obligauit, & non sufficit vtriq; debito, vt supra de pignorat. act. l. si quis in princ.* Ecce igitur nè verbum quidem per *glos.* de obligatione generali, aut speciali, sicuti assmit *D. Rou.*

Imò: si veritatem amamus, idem et *Vlp. in d. l.* 3. videtur mihi quæstionem nostram principaliter determinare, dùm ijs in casibus stellionatũ
42 obijci posse insinuat, in quibus rem alij obligatam fortè quis dissimulata obligatione per calliditatem alij distraxerit, notetur (rogo) verbũ illud *per calliditatem*, ꝙ importat fraudẽ, At quando res vni obligata alteri obligatur, cui nullum fit præiudicium, nullum infertur damnum, dùm res vtrisq; satisfaciendis capax est, crimen non obijcitur, nec contractus resolui potest, & hoc consi-
43 derauit *Rota Romana* denegans resolutionem contractus pluribus in causis supra enunciatis.

Adeò quod tantum abest, vt *glos. in d. l.* 3. nobis refragetur, vt potius euidenter pateat *textumet* resolutionem contractus in casu proposito protinùs impugnare.

VI-

44 *Vlterius*; neq; *tex, in d.l. ſi quis 36. in*
§. fin. quicquam contrariatur, ſicuti
Dom. Rou. exiſtimat, nam præterquã
quod *Gloſ.* pro ſua tutanda opinio-
ne illum allegauit, ad probandum
non eſſe locum reſciſſioni contra-
ctus, quando res pluribus obligata,
illis ad ſatisfactionem ſufficit, copias
tamen præſtat auxiliares *gloſæ*, quod
vt protẽſo quaſi digito inſinuemus,
Vlpiani reſponſum prodeamus, *Pla-*
nè ſi ea res ampla eſt (inquit *Conſultus*)
& ad modicum æris fuerit pignorata,
dici debebit ceſſare non ſolum ſtelliona-
tus crimen, ſed etiam pignoratitiam, &
de dolo malo actionem, quaſi in nullo
captus ſit, qui pignori ſecundo loco ac-
cepit.

Hic *tex.* contra *Reg. Rou.* maximè
ſtringit; Nam ſi res vni obligata ſi
modò obligetur alteri, ac vtriſq; vt
ſatisfaciat capax eſt, eò quod in ni-
hilo captus eſt ſecundus creditor,
nulla ei datur actio, ad reſoluendum
contractum, Idq; eſt quod adamuſ-
ſim conſiderauit *Rota Romana* in de-
ciſionibus ſupra enunciatis, nec ver-
bum apparet minimum de obliga-
tione generali, aut ſpeciali, & verba
tex. adeò clara enitent, vt quid ſu-
peraddi non poſſit.

Quatenus verò ſuperaddit *Reg.*
Rou. iura prædicta militare, quando
in ſecunda obligatione non eſt facta
eſſertio rem eſſe liberam, & francam
ab omni alia obligatione; nam tunc
ſi reperiatur alteri obligata ſpecia-
liter, vtique quantumuis res ſit am-
pla, & latifundium ſtatim eſt locus
reſciſſioni contractus, idq; conſtare
adſtruit ex pluribus iuribus; per-
ſtringamus amabò iurium præſato-
rum diſpoſitionem ordinatè, prout
ipſe allegat.

45 Primus, quem allegat *tex.* is eſt *in*
l. 3. C. de ſeru. pignor. dat. manum. vbi
diſponitur, poſſe ab eo, qui bona
ſua pignori obligauit ſub generali
obligatione, ſeruis libertatem dari,
ſed non idem iuris eſt in ijs ſeruis,
qui pignoris iure ſpecialiter traditi,
vel obligati ſunt.

Sed ex hoc nihil ad rumbum quò
ad rem noſtram: nam ideò non per-
mittitur manumiſſio ſerui ſpeciali-
ter obligati, quia per libertatem
abſtrahitur à patrimonio debitoris,
in cuius fraudem videretur facta
46 alienatio; hypotheca n. afficit rem
penès quemcumq; reperitur, ad *tex.*
in l. licet, C. qui potior. in pign. nec ſer-
uus in illo *tex.* præſupponitur, quod
ſi duobus fuerit obligatus, & ſuffece-
rit vtriſq; poſſit reſcindi cõtractus ad
inſtantiam primi creditoris, cui fuit
obligatus ſpecialiter, ſed conformis
47 eſt diſpoſitio cũ dicto *gloſæ in d. l. 3.*
verſ. Vel permutauerit, ff. de crim. ſtel-
lion. vbi tradit pænam ſtellionatus
committi, ſi res diuerſis fuerit ven-
dita, at ſecùs ſi obligata, dummodò
vtriſque ſufficiat; Cum igitur diuer-
ſum ſit id quod agitur in illo *tex.* à
theſi noſtra, ideò non benè infer-
tur.

Ponderat ſecundò *Reg. Rou. tex. in*
d. l. ſi quis in pignore, §. fin. ff. de pi-
gnorat. act. in ratione ſui dicti.
48 At ratio ea expreſſa fuit in illo *tex.*
Ideò ceſſare crimen ſtellionatus, ac-
tionem pigneratitiam, & actionem
de dolo malo, *quia* (ſunt verba met
tex.) *in nullo captus ſit, qui pignori*
ſecundo loco accepit, Equidem hæc ra-
tio comprobat determinationes *Ro-*
tæ Romanæ euidentiùs, dùm denega-
runt reſciſſionem contractus ad in-
ſtantiam ſecundi emptoris, cui fuit
aſſertum rem eſſe liberam, quia dùm
erat capax pro vtriſq; ſatisfaciendis,
nullum aderat intereſſe ſecũdi cre-
ditoris, qui ex aſſertione prædicta
in nihilo captus fuit, vndè ceſſante
49 ratione legis, ceſſat eius diſpoſitio,
l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patron.
cap. cum ceſſante de appellat.
50 Tertio loco expendit *tex. D. Rou.*
in l. ſi tibi liberum 8. ff. de actio. empt.
quo cauetur ſi quiſpiam liberum
prædium tradiderit, cum id ſeruiens
tra-

tradere deberet, etiam condict onē certi competere tradenti, vt patiatur is, cui fuit traditum, eam seruitutem quæ debuit imponi,& hic est primus casus illius *tex.* qui est extra thesim nostram; In secundo verò casu proponit *Paul. Consultus*, quod si seruum prædium quis in tradit'one fecerit,quod liberum tradere debuit, competit ei cui prædium fuit traditum ex empto actio remittendæ eius seruitutis gratia, quam pati non debebat.

Quid tamen exindè elici possit ad probandum esse locum rescissioni contractus,quando res alteri obligata, secundo creditori fuit libera promissa, adhùc non percipio,ex illo *tex.* imò suadetur mihi contrariū haud obscurè determinare, dùm inquit dari ex empto actionem pro remittenda seruitute,quam pati nō debebat, quæ quidem actio poterit etiam concedi secundo creditori, vndè quod res liberetur ab alterius obligatione esset ad summum,quod posset ex illo *tex.* suadere *Dom. Rou.* sed quoniam nullum damnum sibi euenit ex re etiam liberè promissa, quod sit alteri obligata, dùm vtrisque possit esse consultum pro creditis consequutione, idcò *tex.* nihil ad quęstionem nostram,plurimum tamen procedit in casu suo, nè prædium quod liberum fuit promissum, seruituti obnoxium perduret.

51 Quartum adducit *Dom Rouit.tex.in l.ex empto* 11. §. *si quis virginem*, *ff. eod. tit. de actio. empt.* vbi *Vlpian.* format casum in eo,qui dùm virginem se emere putauit, dùm vēditor scie-
52 bat esse corruptam, decernit *Consultus* actionem redhibitoriam non dari, sed actionem ex empto ad rescindendum contractum restituto prætio.

Hic *tex.* non habet sensum,quem illi *Dom. Rou.* tribuit, vt ad thesim nostram applicari queat, siquidem distat hæc toto Cælo à facti specie in *tex* proposita, vbi callidè venditor corruptam mulierem pro Virgine distraxit emptore ignorante, quo casu, quia non esset consultum emptori, & in maximo damno existeret saltim voluntatis, dùm Virginem emere intendebat, non corruptam, meritò ad restitutionem prætij actio ex empto sibi tribuitur, cū respectu mulieris aliter sibi cautum esse non possit, non etenim potest dici pro parte esse, quam Virginē, & pro parte corruptam; In re tamē nostra res licet duobus, aut pluribus obnoxia sit,dùm omnibus sufficiens est, etiamsi in hypotheca posteriori asseratur rem esse liberam, tamen consultum est vndiq; vt creditum suum consequatur, quia res ipsa satis est, & sic termini non sunt pares.

53 Ponderat quintò loco D.*Rou tex. in l.pen.*55.incip.*quoad seruitutes,ff.de act.empt.* quo est dispositum venditorem prædij ignorantem seruitutem illud debere, nec emptorem ad liberandum à seruitute cum emptore pepegisse, non teneri emptorem ad quicquam, secùs verò si venditor promiserit fundum vti optimum, maximumque, eo namque in casu liberum tradere tenetur venditor, & à seruitute innoxium.

Rationabilis sanè *Venuleii Consulti* determinatio, sed quæ rei nostræ
54 minimè quadrat, datur etenim actio ex empto,vt res libera tradatur, quia seruitus totam rem afficit, & damnum irreparabile emptori fit, dùm seruam rem accepit,& liberam emere voluit, In thesi verò nostra prædium pluribus obligatum,ac sufficiens ad satisfactionem omnium dicitur liberum, quod partem, ex qua potest secundo creditori satisfieri, & sic nullum habet interesse reale, vndè nequidem termini *tex.* sunt ijdem, sed omninò distantes à re nostra.

55 Tandem pro colophone: *textum* pro-

profert *Reg. Rou. in l. qui vti optimè 90.ff.de verbor. sign.* cuius thesis ea est, Vendidit Titius ædes, quas vti optimas,maximasq; tradidit,quæsitum fuit an per hæc verba intelligatur promisisse venditorem ædibus venditis deberi seruitutem ab ædibus vicinis. Respondit *Vlpian.* nequaquam, sed illud solùm censeri promissum, ædes ipsas liberas esse, hoc est, nulli seruire.

Quo etenim pacto hic *tex.* inducatur ad quæstionem nostram, non rectè constat, Nam *Vlpian.* minimè agit de contractus resolutione, & quatenus daremus, ex *tex.* prædicto rescissionem contractus induci eò quod res libera fuit promissa, minus ad casum nostrum inferri queit, siquidem præsupponimus prædium adeò amplum, vt etsi pluribus fuerit hypothecatum, & vltimo creditori asseratur esse liberum, attamen vltrà quod nullum sibi infertur damnum, dùm potest sibi ex eo satisfieri, nō immeritò asserere possumus quòd ad eam partem, ex qua potest secūdo creditori satisfieri, satisfactum esse promissioni, quia liberum dici potest prædium, quoad illam partē, sicuti adnotauimus num. 32. secùs,
56 verò in seruitute, quæ totum fundum inficit, quo in casu loquitur *Alciat. in d. l. qui vti optimè* à *Dom. Rou.* adductus.

57 Transgrediamur nunc ad Authoritates, quas adducit *Reg. Rou.* quæ quidem perlectæ eius opinionem minimè probant; *Alciat.* etenim loqui in casu seruitutis in *d. l. qui vti optimè, ff. de verb sign.* iam obseruauimus *num. anteced.*

58 Affert quoque *Soccin. Practic. Papiens. & Hieron. à Laurentijs*, sed mecum attende Lector neminem ex præcitatis quæstionem attingere, quodq; magis est, vnus ex eis adeò manifestè contrariam sententiam demonstrat, vt admirationi locum nobis præbeat, quomodo *D. Rou.* pro se illum adduxerit.

Soccin. adducitur in *cons. 26. 3. col.*
59 *in fin. lib. 3.* Hoc consilium incip. *In præsenti consultatione substantialiter loquar*, cuius materia versatur, quādo
60 dicatur contraueniri contractui, in quo quis promisit aliquid non facere, Numeros continet septem, & in *fin. 3. col.* vers. *Igitur* nil aliud tradit, nisi quod emptores minimè tene-
61 bantur ad obseruantiam cōtractus, eò quod contractus fuit cōditionalis, & casus superueniens pendente conditione cedit periculo venditoris, & quod venditio ante numerationem, & venditionem fuit imperfecta, ex quo propter interdictum in Francia non poterat vendi, Qui potest quicquam ex hoc capere pro *D. Rou.* sententia aucupāda, capiat.

Practic. Papien. in forma libell. in actio. hypothecar. verb. *Sub eadem obligatione bonorum nu.* 19. *fol. mihi* 190.
62 *col.* 2. format quæsitum eiusmodi, *An debitor puniatur, qui obligat rem pluribus?* Respondens postmodum, inquit, *Dic breuiter, quod sic, si obliget scienter pluribus, & diuersis temporibus, nam tenetur crimine Stellionatus, vt est tex. in l.* 1. *& fin. C. de crim stellion. & l.* 3. post *princ. ff. eod. distinguendo tamen, vt infra dicetur, quod bene nota.* Replicat illicò eius responsionem redarguens, *Sed dicet aliquis, nonnè videmus quotidiè oppositum, quia debitores faciunt plures contractus, maximè mercatores, & in singulis instrumentis, & contractibus obligant bona sua, & tamen nullus hucusque visus est, qui fuerit condemnatus? Responderi potest dupliciter* (aduertatur rogo, quia festinat ad casum) *Vno modo, quod illa iura loquuntur in obligatione speciali alicuius certæ rei: Sed practica communis loquitur in obligatione generali omnium bonorum, quæ solutio licèt sit tolerabilis, non est perfecta.* Ecce igitur, quod indistinctione tradita per *D. Rou.* de obligatione generali, & speciali, minimè se fundat *Papien.* sed hæsitanter loquitur, At audiamus

R can

63 eandem *Practic. Papiens.* contrariam nunc sententiam apertissimis verbis insinuantem, *Ideo* (inquit) *in obligatione specialis rei subdistingue, Aut debitor protestatus est rem ipsam alteri obligatam, & tunc excusatur, Aut non est protestatus, & tunc Aut ipsa res est sufficiens pro vtroque debito, & est excusatus, vt l. si quis in pignore circa fin. ff. de pignor. act. Aut non est sufficiens, & tunc ad dictam pęnam tenetur, vt ibi.*

64 Ex qua doctrina *Papiens.* duo resultant inexcusabilia contra *D. Reg. Rou.* Vnum, quod *tex. in d. l. si quis in pignore circa fin. ff. de pignor. act.* re-
65 cipit *intellectum contradicentem eius opinioni*, sicuti *Ego* antequam in fonte *Papiensem* consulerem obseruaui *num.* 44. & 48. Secundum; quod in peculiari casu nostro contrariam sustinet aleam, quod scil. si res obligata pluribus, est vtrisq; sufficiens, nō
66 est locus pænæ stellionatus, quæ quidem pæna, cùm certum sit vigere quādo callidè distrahitur res pluribus, vti *tex.* prouidet *in d. l. 3. ff. de crim. stellion.* dicendum est *Papiensem* in ea fuisse sententia, vt si res obligata pluribus sufficiens sit, nullam adesse calliditatem, pæna coerceri nulla, & per consequens non
67 iniurià *Nos* indubitanter concludimus resolutioni, seu rescissioni contractus locum nequidem aperiri.

68 *Hieron. à Laurent. dec.* 108. *num.* 7. quem allegat pariter *Reg. Rou.* non meretur ad rem nostram consarcinari, Ipse etenim loquitur in casu, in quo emptor domus tenetur stare locationi factæ per prædecessorem
69 ad ornatum *tex. in l. emptorem, C. locat. cum concordan.* Ibiq; tradit *d. Hieron. à Lauren.* esse magnum inter Scribentes dissidium super intellectu
70 *tex. in l. si creditor §. fin. ff. de distract. pignor.* Vtrum pactum inter creditorem, & debitorem, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, valeat, vel nulla sit quasi contra ius posita? qua in re discordantes DD. citat, an specialis, vel generalis hypotheca requiratur; Quid autem possit ex hoc rei nostrę adscribi, mea Minerua non capit.

71 Quò verò ad stylum Tribunaliū, cui innititur *Reg. Rou. d. prag.* 1. *num.* 35. vers. *Tantò magis*, vim præbet pacto inter debitorem, & creditorem inito, quod in casu assertionis non veræ, aut rei liberè non traditæ rescindi possit contractus: satis iam fecimus, dùm ex *Rota Romana* determinationibus edocti sumus, pactum illud procedere, quando res non libera pro omnibus satisfaciendis creditoribus capax non sit, adeò quod interesse reale, & damnum irreparabile exindè creditori secundo proueniat, & hæc est thesis *à Nobis* proposita, deficiente igitur subsistentia pacti, omnia quæ ex eo dimanant corruere palàm est.

72 Imò liceat mihi pluribus ab hinc annis in Tribunalib⁹ Supremis, Aduocationis munere fungenti non infrequenti Clientum calculo (Deo annuente) argumentū de stylo contra *Dom. Rou.* retorquere, scio etenim expertus, nec mentiri quampluri-mos *Me* patientur, quoties postulati fuerunt debitores super rescissione contractus ex eo quod fundus nemini obligatus fuit assertus, & postmodum innotescit alteri, vel pluribus obnoxium fuisse, instructo iam processu, fuisse condemnatos
73 debitores (quando apparet verè fundus non sufficiens) ad subrogandum aliud corpus liberum, itaque in pluribus causis determinasse Sac. Consil. memoria teneo, quibus facit
74 *Seraph. d. dec.* 1275. *num.* 5. vers. *Quātum ad bona*, inquiens *Rotam* decidisse, consultum esse emptori, ex quo fuerunt alia bona subrogata, & ideò non esse locum rescissioni venditionis.

Idcircò veriorem, & tutiorem,

magiſque fundatam in iure cenſeo
ſententiam pro non reſciſſione cõ-
tractus in themate propoſito, quam
pluries, & ferè ſemper amplexata
fuit *Rota Romana* in caſibus indicatis
num. 3. eò fortius quia magna niti-
75 tur æquitate, quæ aliud non eſt, niſi
ordinata iuſtitia temperata dulce-
dine miſericordiæ vti inquit *Abb. in
cap. ex parte num. 3. de tranſ. Bart.
in l. 1. C. de legi.* quos refert, & ſequi-
tur *Aff. in Conſtit. Regn. Si quis in
poſterum num. 27. rubr. de defenſ. im-
76 poſit. lib. 1.* eamq; æquitatem Iudicẽ
ſemper habere debere ante oculos
eſt *tex.* capitalis *in l. quod ſi Epheſi, §.
in ſua ff. de eo quod cert. loc.* adeò quod
dixerit *Bouadill. in eius Politic. lib. 2.
cap. 2. num. 5.* Iudicem nullo modo
77 recedere debere ab æquitate, aliàs
Iudicis nomen non mereri, adducẽs
Caſſiodor. epiſt. 27. notat *Iul. Caſ. Cal-
uin. de æquitat. lib. 2. cap. 101. num. 22.*
itaq; vti Aduocatus ſuſtineo, & Iudex
ſi fuerim, clauſis oculis iudicarem.

SVMMARIVM.

1 Firmum ſub Sole nihil.
2 Tex. in l. 2. C. de pignor. *quid diſponat.*
3 Tex. in l. 2. C. de pignor. *mirabilis reputatur* à Bald. *quodq; alibi non reperitur.*
4 *Aequitas ſcripta licèt non reperiatur cõtra ius ſcriptum, nihilominus Princeps ea vti poteſt.*
5 *Sacrum Conſilium, Principem repræſentat, proindè poteſt vti æquitate in cauſis.*
6 Lex 2. C. de pignor. *æquiſſima reputatur* à Didaco Couarr.
7 D. Iulius Cæſar Caluinus Iureconſultus Mediolanenſis *laudatur.*
8 *Clauſula* Ita q̃ ſpecialitas generalitati nõ deroget, nec è cõtra, *apponi ſolet ad reſtringendam diſpoſitionem* tex. in l. 2. C. de pignor. *eiuſque æquitatem.*
9 *Tribunalia plura limitarunt* tex. in l. 2. C. de pignor. *quando in inſtrumento apponitur clauſula* Ita quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra.
10 Dom. Iulius Cæſar Caluin. in tract. de æquitat. lib. 1. cap. 30. *impugnat* Dom. de Franch. in deciſ. 5. *in materia* l. 2. C. de pignor. *quod ea reſtringitur adiecta clauſula in inſtrumento,* Ita quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è cõtra.
11 *Clauſula in inſtrumento appoſita,* Ita quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, *non aufert hypothecam generalem, ſed tantum impedit illius exercitium, & vſum, donec creditori poteſt ſatisfieri in bonis in ſpecie obligatis, ſecundum* Caluin. in tractat. de æquitat. lib. 1. cap. 30.
12 *Clauſula in inſtrumento appoſita,* Ita quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra *quid importet ex placito* Iulij Cæſaris Caluini.
13 *Generalis obligatio in materia* l. 2. C. de pignor. *quaſi in ſubſidium poſita dicitur poſt ſpecialem.*
14 *Specialis obligatio eſt prius exercenda in materia* l. 2. C. de pignor. *quia dicitur conditionalis.*
15 *Aequitas ſuggerit, vt prius excutiatur ſpecialis hypotheca, quàm generalis, ne damnum exinde tertio poſſeſſori accidat.*
16 Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, *Iudex tenetur facere.*
17 *Electio creditoris circa generalem hypothecam, derelictâ ſpeciali non datur, ex quo damnum tertio infertur.*
18 Tex. in l. liberto octoginta, ff. de oper. libert. *adducitur.*
19 *Doctores curſim, non ex profeſſo materiam agentes, non faciunt numerũ.*

20 Dom. Iulius Cæsar Caluinus *inquit Doctores asserentes clausulam* Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, *appositam in instrumento, operari restrictionē ad* tex.in l.2.C.de pignor. *loquutos fuisse sub fide* Cassanei, & Osaschi, *qui minus rectè loquuti sunt.*

21 *Clausula apposita in instrumento in materia* l.2.C.de pignor. Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, *operatur restrictionem, vt debitor principalis non possit vti exceptione, vt prius discutiatur hypotheca specialis, quàm generalis, secùs verò respectu secundi creditoris, secūdum* D. Paulum Flamenium Senatorem Mediolanēsem.

22 *Secundus creditor potest vti dispositione* tex.in l.2.C. de pignor. *non autem debitor, existente clausula* Ita quod specialitas generalitati nō deroget, nec è contra.

23 Tex.in l.2. C. de pignor. *est fundatus in fauorem secundi creditoris, nō primi.*

24 *Renunciatio ijs, quæ in fauorem aliorum introducta sunt, non tenet.*

25 *Protestatio cur non releuet in materia* l 2. C.de pignor.

26 Tex. in l. 2. C. de pignor. *procedit etiam adiecta clausula*, Quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, *secundum* Amator. Rodriguez de concurs. creditor. 2 par.art.1.num.4 5.& 6.

27 *Protestatio non releuat in his, quæ à iure introducta sunt.*

28 *Doctores Mediolanenses laudantur.*

29 *Exercitium tantùm generalis hypothecæ suspenditur donec specialis excutiatur in terminis* l.2.C.de pignor. *non autem derogatur obligationi generali, secundum Mediolanensium opinionem.*

30 Derogare *verbum, idem importat, quod tollere.*

31 *Generalis hypotheca non tollitur per specialem in materia* l. 2. C. de pignor. *sed tantùm suspenditur eius exercitium secundum Mediolanenses, qui tamen impugnantur.*

32 Author *obiurgat rationem Doctorum Mediolanensium, quod in terminis* l.2. C. de pignor. *generalis hypotheca per specialem non tollitur, sed tantùm suspenditur.*

33 *Verba* tex. in l.2.C.de pignor. *appositè adducuntur.*

34 *Primus creditor temperare debet facultatem agendi super omnibus bonis debitoris, & prius specialiter obligata experiri, quàm generaliter hypothecata persequi in terminis* l. 2. C. de pignor. *etiam nulla apposita clausula* Quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra.

35 *Clausula* Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, *debet aliquid operari, vltrà dispositā per* tex. *in terminis* l. 2. C.de pignor.

36 *Verba debent operari omne possibile.*

37 *Verbum nequidem minimum, debet esse sine virtute operandi.*

38 *Clausula non potest quicquam operari, nisi secundum naturam actus.*

39 *Creditor dùm contraxit quid sibi voluerit prospicere per clausulam* Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra *in terminis* l.2. C.de pignor.

40 *Clausula* Quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, *quam efficaciam præseferat ad beneficium primi creditoris in præiudiciū secundi.*

41 *Clausula* Quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra *vti indefinitè prolata, æquipollet vniuersali.*

42 *Generalitas tantùm operatur, quantū singulorum expressio.*

43 *Genus in suo genere tantùm operatur, quantùm species in sua specie.*

44 *Clausula* Quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra, *importat, quod non præstetur impedimentum creditori circa liberam facul-*

cultatem agendi ſuper bonis omnibus debitoris.

45 *Verba ſunt impropriandà, ad hoc vt ſecundum ſubiectam materiam intelligantur.*

46 *Clauſula* Quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, *intelligi debet iuxtà ſubiectam materiam, vt non ſit impedimento liberæ facultati creditoris, agendi ſuper quibus maluerit bonis, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter obligatis, nulla facta diſcuſſione prius bonorum ſpecialiter obligatorum.*

47 *Argumentum ab abſurdo vitando, reputatur in iure validiſſimum.*

38 *Argumentum ab abſurdo vitando, deſumitur à ratione naturali.*

49 *Hypotheca ſpecialis multas affert vtilitates, quæ ex generali obligatione, nõ oriuntur.*

50 *Hypotheca ſpecialis plus iuris tribuit creditori, quàm generalis.*

51 *Prior in tempore, potior in iure.*

52 *Creditor anterior liberam habet facultatem agendi ſuper bonis, quibus maluerit, nulla refragante oppoſitione debitoris, & creditoris poſterioris.*

53 *Creditor quid intendat per clauſulam* Quod ſpecialitas generalitati nõ deroget, nec è contra.

54 *Inducta in fauorem, non ſunt retorquenda in odium.*

55 *Creditor habens generalem, & ſpecialem hypothecam, habet duplex vinculum, quod plus ſtringit, quàm vnum.*

56 *Clauſula* Quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra, *vtrum procedat reſpectu debitoris tantùm, vel etiam reſpectu ſecundi creditoris remiſſiuè.*

57 *Debitor, qui mediante inſtrumento obligauit omnia bona ſua, non poteſt refricari quæſtionem primo creditori, quin ſuper omnibus eius bonis generalem exerceat hypothecam, minimè diſcuſſis bonis ſpecialiter obligatis.*

58 *Creditor poſterior non poteſt impedire creditorem anteriorem, quia ſuam exerceat generalem hypothecam ſuper omnibus bonis debitoris.*

59 *Debitor in ſecundum creditorem, non poteſt plus iuris transferre, quàm ipſe habet.*

60 *Creditor ſecundus, non aliam repræſentat perſonam, niſi ſui debitoris, dùm inſtrumentum cum illo initum producit.*

61 *Reſoluto iure datoris, reſoluitùr ius acceptoris.*

62 *Creditor primus accipiens rem pignori, habet poteſtatem à debitore, vt vendat tanquam Dominus.*

63 *Debitor rem pluribus obligans, facit, vt obligatio ſecunda pendeat ex dominio, quod ipſe habet, adeò quod ſi ex cauſa antecedenti auferetur dominium debitoris, per conſequens aufertur omnibus, quorum ius pendet ex facto debitoris.*

64 Cynus *magnus interpres nuncupatur.*

65 *Debitor vbi vendit, non poteſt facere in præiudicium creditoris.*

66 *Creditor ſecundus aduerſus primum creditorem nequit ſe apponere, eò magis cum titulum habeat à debitore.*

67 *Lex ſuum denegat auxilium, non autem ius quæſitum ex facto proprio tollit.*

68 Tex.in l.2.C.de pignor.*quomodo dicitur fundatus in æquitate.*

69 *Aequitas, & iuſtitia ſuadent, neminem abſque cauſa eſſe ſuo iure priuandum.*

70 *Ius ſuum auferre alicui, eſt contra ius naturale, & diuinum.*

71 *Creditor debet eſſe curioſus qualitatis eius, quo cum contrahit.*

72 Quod tibi non nocet, & alteri prodeſt, eſſe faciendum, *qualiter ſit intelligendum.*

73 *Damnum cuique oritur ex lite.*

74 *Damnum non ſolùm eſt id quod tendit in diminutionem patrimonij, ſed voluntatis, & affectionis, cum quid contra noſtram voluntatem facere cogimur, etiam quod bona non tangat.*

75 *Voluntas hominis offenditur, quæ non debet eſſe ſerua, ſed libera.*

76 Gra-

76 *Grauare dicitur omnis, qui alium cogit facere actum contra suam voluntatem, licèt damnum non inferat.*

77 *Creditor non debet prohiberi ex multis bonis sibi obligatis, vt quæ velit eligat, adhoc vt creditum suum consequi possit.*

78 *Debiti parte soluta, remanent nihilominus omnes res obligatæ.*

79 Author *dissentit ab opinione* Doctorũ *Mediolanensium circa intellectum* l. 2. C. de pignor.

80 Author *excogitauit cautelam in beneficium creditoris anterioris, nè creditores posteriores illi apponant esse prius discutiẽda bona specialiter obligata, antequam perueniatur ad alia bona, ad euitandum Doctorum difficultatem dia in terminis* l. 2. C. de pignor.

81 *Excussio bonorum specialiter obligatorum in terminis* l. 2. C. de pignor. *debet fieri etiam fructuum perueniẽdorum ex bonis prædictis, quia ipsi etiam in hypotheca veniunt.*

82 *Dotis causa non est priuilegiata, quin in terminis* l. 2. C. de pignor. *fiat excussio bonorum prius specialiter hypothecatorum, antequam deueniatur ad bona generaliter obligata.*

83 *Obligatio* Cameralis *operatur, vt nullus attendatur ordo circa executionẽ bonorum specialiter, vel generaliter obligatorum, nam potest creditor pro suo arbitrio agere, & eligere, quæ mauult bona pro consequutione sui crediti.*

84 *Ordo vbi non vttenditur, fit præposteratio causæ ad causam, & vnius causæ ad seipsam.*

85 *Contractus guarẽtigiati in forma Cameræ, sunt ea, quæ in* Regno *Siciliæ dicuntur instrumenta publica.*

86 *Constitutum in contractu appositum, quid operetur respectu excussionis bonorum in terminis* l. 2. C. de pignor.

87 *Constitutum an potiùs de stylo Notariorum, quàm de voluntate contrahentium, appositum videatur.*

88 *Exceptio discussionis bonorum specialiter obligatorum, nequit poponi post litem contestatam, quia inter dilatorias exceptiones connumeratur.*

89 *Excussionis bonorum specialiter obligatorum exceptio opponi non potest, vbi agitur summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta.*

90 *Creditor in Regno, ex quo proceditur sola facti veritate inspecta, potest super bonis generaliter obligatis, ad libitum experiri, nulla facta discussione bonorum specialiter hypothecatorum.*

ARGVMENTVM.

Clausula apponi solita in instrumentis ad beneficium creditorum, quibus omnia bona debitoris hypothecantur, *Quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra,* quid operetur? quiduè practicatum fuerit per *Sac. Consil. ac Sera'um Pedemontanum* apud Authores indicatos, satis dilatatis fimbrijs insinuatur. *Dominus Præses de Franch. in dec.* 5. defenditur ab impugnationibus *Dominorum Consultorum Mediolanensium Iulij Cæsaris Caluini, &* Pauli *Flamenij Senatoris,* quibus *Author* plena manu singillatim occurrit, singulis argumentis per ipsos adductis satisfaciens; ad ad euadendũ scopulos, qui in praxi

praxi contingere poſſent ob diſsidentes Doctorum opi- niones, nouam adhibet *Authormet* cautelam, ab ipſo ex- cogitatam, qua vti debent creditores, dum contrahunt cum debitoribus, qui paſsim conſueuerũt apponere clau- ſulam illam, *Quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec è contra*; Et ad enucleationem *tex. in l. 2. C. de pignor.* plu- ra adfert *Author* notabilia, Curiarum praxi deſeruien- tia, ampliationes itidem, & reſtrictiones, ex quibus ma- teria apertè omnibus innote- ſcat, & cauſarum Patroni va- leant in caſibus contingenti- bus, eorum Clientibus tutè reſponſa pręſtare.

OBSERVATIO XXIX.

1 FIrmum ſub Sole nihil. Conſului pluries, & Maiores noſtros re- ſpondiſſe, clauſis (vti aiunt) oculis ad no- ſtram notitiam deuenit, Imperialem
2 Conſtitutionem, qua in *tex. in d. l. 2. C. de pignor.* cautum eſt, creditorem habentem generalem, & ſpecialem hypothecam, ſi certus eſt, poſſe ſibi ſatisfieri ex his quæ ſpecialiter hy- pothecata ſunt, generalē hypothe- cam in præiudicium poſteriorum creditorum exercere minimè poſ-
ſe, quaſi quod æquitas ità ſuadeat, ſicuti *Repeten.* ibi *d. tex.* exornantes, communi calculo tradiderunt, inſe- quuti *gloſ.* in verb. *Temperanda eſt*,
3 quem *tex.* eſſe mirabilem, & non re- periri alibi, tenet *Bal.* ibi, & in *cap. 1. in fin. de reſcrip.* vbi ait eſſe in iure vnicum. *Surd. conſ.* 495. *num.* 9. *lib.* 4. quæ æquitas tanti eſt, vt affirmare non dubitauerit *Dom. de Franch. d. de- ciſ.* 5. *num. fin.* quod licèt eiuſmodi
4 æquitas ſcripta non reperiatur con- tra ius ſcriptum, nihilominus Prin-
5 ceps, & Sac. Conſ. quod Principem repræſentat, ea vti poteſt, ſuffragãte
6 *tex. in l. 1. C. de legi.* æquiſſimamque illam legem appellat inſignis *Didac. Couarr. variar. reſol. lib. 3. cap. 18. nu. 2.* verſ. *Septimo*, quem refert doctus,
7 atque extollendus *Iureconſultus Iu- lius Cæſar Caluin. in celebr. tract. de æquitat. num. 30. cap. 3.* in eo caſu re- ſtringi, in quo apponitur clauſula
8 *Quod ſpecialitas generalitati non dero- get, nec è contra*, quaſi quod clauſula prædicta, illius legis æquitatem ex- cludat, itaque determinatum per Sac. Conſ. pluribus in cauſis recen- ſet *Dom. de Franch. d. dec.* 5. quam *Ad- dent.* pluribus conuallant, eamque determinationem *Senatum Pedemon- tanum* approbaſſe, tradit *Oſaſc. deciſ.* 159. *num.* 7. verſ. *Ex alio tamen*, quem poſteà reperiјſſe inſinuat *D. Franch. d. dec.* 5. *nu.* 2. verſ. *Poſtea reperi*, & an- te ipſos *Rot. Rom.* apud *Put. deciſ.* 38. *lib. 1. Mynſing. centur. 6. obſeru. 94. in fin. Trentac. variar. reſol. tit. de pignor. & hypoth. reſol. 5. nu. 6. Alba conſ.* 796. *Aſin. de execut.* §. 7. *cap.* 5. & 8. *Rol. à Vall. conſ.* 36. *vol.* 4. *Carroc. de excuſſ. par. 2. q. 65. nu. 20. Surd. dec.* 44. *Rand. de Analog. cap. 33. num. 3. lib. 1. Tor- niol. conſ. 6. num. 93. Coſta de remed. ſubſidiar. remed. 11. num. 5. Caſſan. in cathal. gloriæ mundi, conſider. 99. par. 12. limit. 25.* verſ. *Sed aduerte*, *Pariſ. conſ.* 103 *num.* 3. & *ſeq. lib.* 3. quos adduxerunt *Caluin.* & *Coſt. in locis citatis*, quibus ſubnectendi

ſunt

sunt *Surd. conf. 513. num. 20. Cost. de fact. scient. centur. 2. dist. 67. Azeued. conf. 38. num. 37. Franc. Anton. Cost. conf. 61. num. 8.* & passim obseruatum
9 per *Suprema Regni Tribunalia*, neminem fugit.

Sed quoniam *Iulius Cæsar Caluin.*
10 *d. tract. de æquit. lib. 1. cap. 30.* adducto *Dom. de Franch.* alijsq; pluribus, contrariam sententiam apertè defendit, eamq; veriorem præconizat, in cuius comprobationem allegationes editas per *Dom. Petrum Paulum Flamenium* Collegam in causa, qui postmodum Senatus Mediolani, Senator fuit creatus, imprimi curauit, dispicere hic cordi fuit, qualiter in futurum super eiusmodi quæsito sit consulendum.

Dom. Caluini igitur rationes audire operæ prætium est; tradit enim *num. 31. vers. Attento* per clausulam prædictam (*quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra*) generalem sublatam non dici, cuius reser-
11 uationem clausula prædicta continet, sed tantùm impeditum esse illius exercitium, & vsum, donec creditori poteſt satisfieri ex bonis in specie obligatis, adducens *Gabr. conf. 41. num. 8. lib. 2. & Surd. conf. 495. nu. 9. vers. Nec aduersatur*, subditq; *nu. 33. vers. Diuersumque*, aliud esse, vt per specialitatem generalitati non
12 derogetur, quo in casu prouidet clausula prædicta, quod & ipse admittit, & aliud quod per clausulam prædictam possit creditor, non obstante speciali, agere prius ad generalem contra dispositionem *d. l. 2. C. de pignor.* & iterùm *nu. 41. vers. Hinc autem*, repetit verum sensum illius clausulæ esse, vt non censeatur derogatum generali hypothecæ, nõ autem, quod prius ad generalem, quàm ad specialem, agi possit, ex quo retardari tantùm per specialẽ, ipsius generalis exercitium apparet, non autem illa sublata diceretur, & *num. 53. vers. Omitto*, adeò extollit eiusmodi intellectum, quem tribuit clausulę prędictæ, vt ineuitabile fundamentum appellauerit, & *num. 65. vers. Namq;* ad diluitionem allatorum per *Surd. d. conf. 495. nu. 10.* prędicta expendit.

Hoc autem verùm esse, & altera illa ratione confirmat *Dom. Caluin.*
13 *num. 54. vers. Addo Ego*, quod generalis ipsa obligatio, quasi in subsidiũ posita dicitur post specialem, ex dictis per *Asin. de execut. §. 7. cap. 5. sub num. 4. vers. Quod tamen in fin.* & vers. *seq.* post *Cremen. sing. 54.* qui tenet talem obligationem eo modo con-
14 ceptam, conditionalem esse, & subsidiariam, quem sequitur *Gabr. conf. 41. num. 4. lib. 2. & Costa d. remed. 11. in princ.* ex quibus deducit ipse conclusionem *num. 54.* si subsidiaria est, & conditionalis, meritò exerceri non poteſt, nisi in subsidium specialis, & adimpleta conditione excussionis ipsius specialis.

Tertia ratio, cui *D. Caluin.* innititur *num. 56. ad 61.* ea est, quia *d. l. 2.*
15 fundata est in æquitate, quę quidẽ æquitas suggerit, vt prius excutiatur specialis hypotheca, quàm generalis, nè damnũ tertio possessori exindè accidet, ad quòd adducit brocardica de ęquitate, eisque faciunt tradita per ipsum *in secundis allegation. num. 69.*

Quartam insinuat rationem *Dom. Caluin. num. 62. vers. Iudex*, ex dicterio illo, *Quod tibi non nocet, & alteri*
16 *prodest* Iudex tenetur facere, ex doctrina *Bart. in l. 2. in princ. ff. sol. mat.* cum alijs adductis per *Afflict. in Constit. Si quis in posterum, rubr. 17. num. 27. & seq.* id quod maximè fieri debere circa electionem hypothecæ
17 specialis ante generalem, nè noceat tertio possessori, vt per *l. 2. § item Varus, ff. de aqu. pluuia arc.* probat *Corn. conf. 246. num. 1. lib. 1.* qui etiã subijcit non posse quemquam repudiare aliquid ad incommodum alterius, vbi non caderet commodum repudian-

diantis, quod magis esse inquit Cal-
18 uin. nu.63. per tex. in l. liberto octoaginta, ff. de oper. libert. & facere inquit Surd. d. cons. 495. num. 9. vers. Non obstat, eisq; applaudit Dom. Flamenius num. 112. vbi allegat Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 29. num. 23.

Quò verò ad Authoritates DD. approbantium clausulam, aduertit
19 Dom. Caluin. num. 19. esse delendos quamplures, vtpotè cursim, non ex professo materiam tractantes, alios verò nēpè Osas. Mynsing Franch. Put. Raud. Torniol. Trentacinq. Cost. & Car-
20 roc. simpliciter affirmasse pro clausula sub fide Cassan. & Paris nulla adiecta ratione eorum dicti, Adeò quod num. 26. intrepidè sustinet, à destructione doctrinæ Cassanei, corruere etiam dictorum Doctorum assertionem, quasi destructo fundamento, omnia superindè ædificata corruere, necessum sit.

Ponderat insuper Dom. Petrus Flamenius in suo respons. edito in eadem
21 causa, in qua consuluit Caluin. num. 102. vers. Imò, perperàm DD. elicere ex illa clausula protestatiua, attendendendam esse in hoc voluntatem primi creditoris ad exclusionem secundi, nam illa protestatio minimè facta dicitur intuitu secundi creditoris, sed intuitu debitoris principalis, cui creditor vult præripere facultatem opponendi, vt excutiat prius hypothecam specialem, quàm vtatur generali, sed à persona debitoris, cui obstat dicta protestatio (inquit D. Senator Flamenius) num. 103. non rectè inferri ad personam secūdi creditoris, quia licèt secundus creditor, quasi succedens in locum debitoris, nō videatur posse vti alio iure, quàm debitoris, ad tex. in l. inuitus 198. ff. de regu. iur. vndè infert non admitti hoc genus argumenti à
22 Scribentibus in d. l. 2. cùm omnes velint secundum creditorem posse vti dispositione d. tex. qua non potest vti ipse debitor principalis.

Rursus D. Flamenius num. 99. vers. Ergo hic, ponderat clausulam primo creditori non opitulari, quando ex bonis sibi specialiter obligatis potest esse consultum, qui sanè in casu prædicto ex defectu potestatis, non potest dimissis bonis specialiter obligatis, ad alia sub generali obligatione comprehensa, agere, cùm lex habeat pro absurdo, quod secundus creditor inquietetur, sine aliqua vti-
23 litate primi, quò circa tradit tex. fundari in fauorem secundi creditoris, non primi, & ideò frustrà in op-
24 positum protestari primum creditorem, cùm ijs, quæ sunt introducta in fauorem aliorum, quis renunciare non possit, ad tex. in l. si quis in-
25 conscribendo, C. de pact. protestatio quidem tunc non releuat, ex d[illegible] per Bart. in l. non solum, §. morte num. 31. & seq. ff. de nou. oper. nunc.

Cuius sententiæ sectatorem extitisse Amator. Rodriguez in tractat. de concurs. creditor. 2. par. art. 1. num. 4. 5. & 6. gloriantur Domini Caluin. & Flamen. iam allegati.

Qui sanè Amator. d. num. 5. vers. Verumtamen, adducto prius Cassan. & Osasc. ac Felioian. de censib. lib. 3. cap. 5. num. vltim. ad fin. existimat dispo-
26 sitionem d. l 2. locum sibi vindicare, etiamsi adsit protestatio, ea ratio-
27 ne suffultus, quia in his, quæ à iure constituta sunt, protestatio non releuat protestantem, ex glos. in l. alimenta, verb. Materna, C. de negot. gest. cum concord.

Ex quibus tradit Caluin. in calce d. cap. 30. causam pro qua ipse cum Collega consuluit, fuisse transactione finitam, dexteritate, & prudentia Dom. Gasparis Turriani Senatoris Amplissimi Senatus Mediolani.

28 Hæc sunt propemodum, quæ præfati Doctores Mediolanenses, doctrina percelebres in effectu tradiderunt contra determinationes Sacri Consil. Neapolitani, & Senatus Pedemontani, vltrà aliorum insi-

gnium virorum placita.

Accingamur modò *Nos* (licèt immeriti, vt tot inter, tantosq; Patres connumeremur) pauca quæpiam attingere, pro veritatis cognitione.

Tota igitur vis Dominorum Cōsultorum Mediolanensium, quod non obstante clausula, procedat dis-
29 positio *tex. in l. 2. C. de pignor.* in eo stat, quod exercitium tantùm generalis hypothecæ suspenditur, donec specialis excutiatur, non autem derogatur obligationi generali, vndè possunt simùl stare, quod effectum suum clausula operetur, & quod *tex.* prædictus etiam procedat; Verbum etenim *derogare* (inquiunt) importat
30 idem ac tollere, non etenim tollitur generalis, per specialem, sed tan-
31 tùm suspenditur, vndè etiam adamussim clausula obseruata, fit locus dispositioni *d. l. 2.*

32 At ratio hæc: si verùm amamus, tùm ieiuna est, & parum efficax, tū vires habet nullas, si *tex.* ipsum perpendamus, per quem cautum est creditorem habentem specialem hypothecam in bonis nominatis, & ad omnia alia bona generalē, æquale ius in omnibus habere, idq; satis constare; attamen *Imperatores Seue-*
33 *rus, & Antoninus* sanxerunt *iurisdictionem esse temperandam, vt si certum sit, posse eum vniuersum exigere creditum ex ijs, quæ nominatim ei pignori obligata sunt, ea quæ posteà ex eisdem bonis Aduersarius pignori accepit, auferri non debent;* Ecce igitur, quod nō
34 adiecta clausula protestatiua, *quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra,* primus creditor temperare debet facultatem agendi super omnibus bonis debitoris, & prius specialiter obligata experiri, quàm generaliter hypothecata persequi; eiusmodi Imperialis dispositionis gnarus creditor, non aliter intendit contrahere cum debitore, nisi libera sit illi potestas agendi super bonis debitoris, siue specialiter obligatis, siue generaliter, nulla facta prius excussione super bonis speciali hypothecæ obnoxijs, apponunt clausulā
35 illam; Quæro modò à *Dominis Consultis Mediolanensibus,* quid operabitur clausula prædicta? nam secundum eorum assertionem ni clausula operabitur, vt in facultate creditoris sit, super quibus bonis vellet experiri, seruiret de vento, staret otiosa, & esset prorsùs inutilis contra
36 *tex. in l. si quando 109. ff. de lega. 1.* quo cauetur verba debere operari omne possibile. *l. hanc legem, ff. de contrah. empt. l. si stipulatus, ff. de vsur. Bal. in rubr. num. 16. C. de contrah. empt. Ceph. conf. 87. num. 10. lib. 1. Rolan. à Vall. conf. 122. vol. 3.* post *Alex. conf. 21. num. 3. lib. 5.* nec minimum
37 quidem verbum debet esse sine virtute operandi, ad *glos. in l. 1. ff. quodmet cau. Alex. Turam. lib. sing. de legi. cap. 21. num. 19. Surd. conf. 81. num. 20. 315. num. 5. 319. nu. 8. 347. num. 22. Rot. Rom.* apud *Farin. decis. 702. num. 3. par. 2. Cyriac. controuers. forens. cap. 531. nu. 6. Bellon. conf. 53. nu. 8. Gratian. discept. forens. cap. 639. num. 31. Garon. variar. resol. lib. 1. cap. 12. num. 124.* verb. *Interpretatio,* vbi tradit etiam in materia statutaria procedere.

Quòd autem adstruunt: clausulā posse operari in casu, quo tolleretur creditori generalis obligatio, non autem ex eo, quod suspenditur eius exercitium, itaq; verba, quibus clausula concipitur, insinuare.

Aduertendum rogo, *textumet* nulla adiecta clausula id disponere, quod temperetur potestas illa libera creditoris super omnibus bonis, donec discutiantur specialiter obligata, & sic clausula iterum deseruiret ad nihilum, ni aliquid *tex.* operaretur,
38 cum nō possit clausula aliquid operari, nisi secundum actus naturam, vt tradit *Ceph. conf. 199. num. 2. lib. 2. Alex. conf. 21. num. 9. lib. 5. & conf. 92. num.*

num. 16. lib. 6. ex l. damni infecti stipulatio in princ. ff. de damn. infec. dùm ad hunc finem Maiores nostri clausulam adinuenerint, & approbarūt Europæ Prætoria Suprema.

Quodq; clausulæ non præiudicetur, eò quod generalitas non tollitur, & sic non derogatur, sed sistitur tantùm in eius exercitio, donec specialitas discutitur, nemini hoc fermè enunciatum, viro adhùc mediocriter erudito, unquam arridere poterit, Siquidem impedire creditorem ne super bonis omnibus debitoris experiatur, hoc ipsum est tollere clausulam protestatiuam, eiq; derogare, nàm per clausulam circa hoc sibi prouidere intendebat
39 creditor dùm contraxit, modò ei id denegatur, quod virtute clausulæ sibi quæsiuit, & nō erit hoc clausulæ derogare, eamq; tollere? Herclè omni res caret scrupulo, sicuti punctuatim annuit *Rot. Rom.* apud *Put. dec.* 38. vbi tradit hanc esse efficaciā
40 dictæ clausulæ, vt possit inchoari à generali hypotheca etiam in præiudicium secundi creditoris, cique se subscripsere *Osasch. Franch. Carroc. Afin. Alb.* alijq; à Nobis consarcinati: eò fortius, quia clausula illa *Ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra*, indefinitè prolata
41 æquipollet vniuersali, *l. si pluribus*, vbi *Bart. ff. de legat. 2. Caph. conf. 53. num. 16. conf. 74. num. 15. & conf. 104. nu. 28. lib. 1.* quę quidem generalitas tantùm operarur, quantùm singulorum expressio, *l. si duo in fin. ff. de admin. tutor. glos. in l. si quis mihi bona, §. iussum, ff. de acquir. hared. Aretin. Socc.* & alij, quos refert *Rip. in l. 1. num. 51. ff. de vulg. & pup. Rol. à Vall. conf. 2. num. 9. lib. 4.* vndè clausula operatur respectu impedimenti, q creditori præstatur circa exercitiū
43 generalis hypothecę; etenim genus in suo genere tantùm operatur, quātùm species in sua specie, *l. si chorus, ff. de legat. 3.* & ex *Alex. Rol. & Menoch.* probat *Reg. Valenz. conf. 19. nu. 5. cum tribus seqq. lib. 1.*

Pręterquàm quod: clausula illa apponi in contractu consueuit, in quo creditor sibi prospexit specialiter, & generaliter, vndè secundùm naturam contractus, cui apponitur iuxtà subiectam materiam intelligi debet, vt verba illa *non deroget specia-*
44 *litas generalitati, nec è contra*, importet quod impedimentum non pręstetur creditori circa liberam facultatem agendi super bonis omnibus debitoris, DD. communiter trahūt conclusionem, ex *tex. in l. si vno, ff. locat. Bal. in rub. num. 9. C. de contrah. empt. Dec. in l. quoties idem sermo nu. 2. ff. de reg. iur. & conf. 473. num. 11. Gozad. conf. 74. num. 16. Caph. conf. 104. num. 8. & conf. 105. num. 5. Rol. conf. 39. à num. 9. lib. 4. Menoch. præsum. 133. num. 5. lib. 4.*
45 Quę adeò veritate nituntur, vt DD. passim tradiderint verba impropriari debere, vt iuxtà subiectam materiam intelligantur, *in l. si insulā, ff. de præscr. verb. in l. si olei, C. locat. in cap. constitutus de religios. domib. Rim. conf. 116. num. 26. lib. 1. Gomez de Leon, alleg. 87. num. 3. Menoch. d. lib. 4. præsum. 139. num. 12. Reg. Valenz.* qui & alios aggregat *conf. 14. num. 39. lib. 1.* Cum igitur clausula iuxtà subie-
46 ctam materiam ad illum finem fuit adinuenta, & apposita in contractibus. Quod specialis hypotheca generali non deroget circa exercitium actionū, intelligi debet iuxta subiectam materiam, vt non sit impedimenro liberę facultati creditoris agendi, super quibus maluerit bonis, siue specialiter, siue generaliter obligatis, nulla facta discussione prius bonorum specialiter obligatorum; Verba etenim captari non debent, *l. pen. ff. ad exhiben.*
47 Vlteriùs vrget contra *Dominos Mediolanenses* argumentum ab absurdo vitando, quod in iure validissimum esse tradunt *DD. in l. nam absurdum,*

S 2 iuncta

iuncta *l. præcedenti*, *ff. de bon. libert.*
eoq; vtuntur *Iurisconsulti in l. 1. §.*
vndè quæritur, ff. de publican. in l. obser-
uare §. fin. ff. de offic. Proconf. & legat.
in l. si quis ex argẽtarijs §. fin. ff. de eden.
in l. scire oportet, §. aliud, ff. de excusat.
tutor. & in l. siue hereditaria in fin. ff.
de negot. gest. Canonistæ in cap. venera-
bilem, & cap. in Genesi de elect. in cap.
ex ore de priuil. cap. solitè de maior. &
obed. & DD. communiter, & passim,
varijs in in locis, quę recenset *Eue-*
rard. in topic. legali loco Ab absurdo nu.
1. eam reddens rationem, quia eius-
48 modi argumentum desumitur à ra-
tione naturali, Certum namque sit,
49 hypothecam specialem multas af-
ferre vtilitates, quę ex generali obli-
gatione non oriuntur, secundum
Neguf. de pignor. 1. membr. 2. par.
num. 1. & seq. & nu. 10. & in 2. memb.
5. par. in fin. quibus in locis sex dif-
ferentias, & vtilitates ponit, inquiẽs
quod specialis affert aliquod plus
iuris, vndè *Surd. d. cons. 495. num. 11.*
vers. *Et sine dubio,* adducto *Neguf. loc.*
cit. & glos. in §. Nos igitur, verb. *cre-*
ditoribus in fin. in Authen. de non alie-
50 *nan.* pro indubitato tenet, specialẽ
hypothecam plus iuris tribuere cre-
ditori, quàm generalem.

Modò ponamus: creditorem cõ-
tentum fuisse generali tantùm obli-
gatione, nulla acquisita speciali hy-
potheca super designatis bonis de-
bitoris, poterit nè secundus credi-
tor impedimentum præstare primo
creditori, quod super aliquibus tan-
tùm bonis ille experiatur, non autẽ
super bonis possessis per ipsum? Vti-
que *tex. in d. l. 2.* super hoc non dis-
ponit; Triuiales habemus conclu-
siones, ex vtroq; iure decerptas, prio-
51 rẽ in tempore, esse potiorẽ in iure,
l. 1. l. qui balneum, l. qui prior, ff. qui po-
tior. in pignor. habean. cap. qui prior de
regul. in 6. cum concordan. remanet
52 itaque libera facultas creditori an-
teriori agendi super bonis, quibus
maluerit, nulla refragante opposi-
tione debitoris, & creditoris poste-
rioris.

53 Contrahit tamen primus credi-
tor, & vult sibi cautiùs prospicere,
addendo hypothecam specialem ad
hoc, vt plus iuris in bonis debitoris
habeat, subnectens postmodum ge-
neralem, agnoscit obicem de *tex. in*
d. l. 2. quapropter apponit salutarẽ
clausulam, quod *specialitas generali-*
tati non deroget, nec è contra; vult in
concursu secundi, & per consequens
posterioris creditoris nonnulla ex
bonis generaliter obligatis, quo iu-
re exercitium huius actionis impe-
diri debet, donec discutiantur bona
specialiter hypothecata? Esset igitur
si hoc admitteretur permaximum
absurdum, quod inducta in fauo-
rem clausula, retorqueretur in odiũ
54 contra *tex. in l. quod fauore, C. de legi.*
& inducta ad augmentum, opera-
rentur diminutionem, contra *tex. in*
l. si mancipia in princ. ff. de fun. instr.
l. cum tale §. fin. ff. de condit. & dem. l.
qui hominem §. fin. cum ibi *not. ff. de*
solut. l. cum is §. 1. ff. de condict. indeb.
l. 2. C. de iuram. calum. cum alijs addu-
ctis per *Brun. in tract. de diminutione,*
conclus. 6. col. 2. vers. *Idem etiam est è*
contra, & apposita clausula ad vnum
finem proficiendi creditori anterio-
ri, operaretur contrarium, contradi-
cente regula *tex. in l. legata inutiliter,*
ff. de adim. lega. l. 3. §. si emancipatus
filius, ff. de bonor. possess. contra tab. ibi,
Quò magis admittatur, non quò minus
adhibeatur, & obseruat perbellè *Reg.*
Valenz. cons. 35. num. 43. vers. *Vndè*
non debeat, Surd. d. dec. 44. num. 6. vers.
His tamen, & insulsè loquutus fuisset
Surd. d. cons. 495. num. 12. dùm vo-
55 luit ex *Gabr. cons. 41. num. 13.* quod
habens generalem, & specialem di-
citur habere duplex vinculũ, quod
plus stringit, nam secundum Domi-
nos Mediolanẽses, eiusmodi duplex
vinculum vix pro vno connumerari
posset, & adeò debile, & futile, vt pe-
nè ficulneum dixerim.

Hæc

Hæc ergò præfati, facillimè confutari posse putamus aliud contra-
56 dicentium assumptum, quod clausula illa protestatiua, etsi effectum suum operetur, illum tamen proficuum erit creditori anteriori, quatenus sibi aduersetur debitor communis, non autem secundus creditor, in cuius beneficium autumant emanasse legem illam imperialem, vndè hoc posito per ipsos pro constanti, tradunt protestationem factam cum debitore, minimè officere secundo creditori, qui in contractu prædicto non interuenit, & ius habet quodam peculiare ab Imperatore illi tributum per *d. l.* 2.

Quò circa ne longius abeam (demus) *tex.* verba facere in secundo creditore, non autem in debitore, sic retorqueo argumentum, Indu-
57 bium est ni secundùm Contradicentium opinionem, debitorem, non posse refricari quæstionem primo creditori, quin super omnibus eius bonis generalem exerceat hypothecam, minimè discussis bonis specialiter obligatis. At nequidem
58 secundum creditorem obijcere posse, intrepidè sustineo; Cui dubium secūdum creditorem omne ius metiri ex persona debitoris, qui non
59 potuit plus iuris in illum transferre, quàm quod ipse habebat ad *tex. in l. nemo plus iuris, ff. de regu. iur.* Debitor post contractam obligationem cum primo creditore, non potest illi quicquam apponere volenti exercere iura sua contra bona generaliter sibi hypothecata, dimissis bonis hypothecatis specialiter; hunc debi-
60 torem, & non alium repræsentat creditor secundus, dùm vult se iuuare aduersus primum creditorem, ac instrumentum cum illo initum producit, igitur resoluto iure datoris
61 resolui, & ius acceptoris necessum est per *tex.* qui non recipit cauillum in *l. lex vectigali, ff. de pignor.*

Et si fateamur, debitorem non potuisse secundo creditori præiudicium inferre ex clausula protestatiua, fateantur mecum Domini contradicentes, necesse est, nequidem debitorem valuisse præiudicare primo creditori, ex regula correlatiuorum, ad *tex. in l. fin. C. de indict. viduit. tollen.* quin sua experiatur iura, quæ in contractu cum ipso inito acqui-
62 uit, nam quando creditor primus accepit rem pignori, videtur sibi dari potestas, vt vendat tanquam Dominus, & sic creditor ex pignoris cōstitutione habet ius vendendi, & dominium transferendi, quod tale debet posse transferri, quale fuit tempore licentiæ datæ, idest pignoris
63 conuenti, & si debitor posteà rem illam alij obliget, obligatio secunda pendet ex dominio istius, ita quod si ex causa præcedenti auferatur dominium debitoris, per consequens aufertur omnibus, quorum ius pendet ex facto debitoris, quia soluto iure datoris, tollitur ius acquisitoris, sicuti aliàs contingit in *l. commissoria, l. vbi, §. Sed Marcellus, ff. de in diem adiect.* Cum ergò, & si tollatur, meritò & ius tollitur, quod pendebat ex ea; Mihi in hoc non præstetur fides, non tamen denegetur eximio
64 Illo Interpreti, *Cyn. in l. 1. C. si antiq. credit. num. 1. verf. Modò,* qui prædicta exarauit, subdens *in fin.* (vt hanc signet conclusionem) quod *vbi debitor vendit, non potest facere in præiu-*
65 *dicium creditoris*, & eodem modo, quo potest creditor ab eo euellere, eodem modo posset auelli à suo emptore, quam doctrinam magistralem (nec immeritò) præconizat *Reg. Lanar, consf. 9. num. 14* verf. *Vltimo terra, & nu. 15 ad fin.* inquiens eum se-
66 ctari inibi *Aug. Alber. & Salic.* nec video qua ratione secundus creditor aduersus primum creditorem possit se opponere, eò magis, cum titulum habeat à debitore, secundum aueam *Affl. decis. 139.* vbi *Addent.* obseruant, & in puncto expendit

Ad-

Addit. ad Thes. decis. 215. in fin.
Et si adhùc instant Domini Me-
diolanenses, secundo creditori spe-
cialiter fuisse prouisum per *tex. in d.
l. 2.* vndè ius non metitur à debito-
re, adhùc respondemus primum
creditorem peculiari pacto cum de-
bitore inito sibi prospexisse, vt quã-
do debitor cum alio posteriore cre-
ditore contraxerit, suis iuribus per
prius acquisitis in bonis debitoris,
nequidem in minimo per secundã
67 obligationem prçiudicare potuisse,
Ideò lex suum denegare potest au-
xilium, non autem ius creditori per
ipsum quæsitum tollere, ad *tex. in l.
ius nostrum, ff. de regu. iur. Bal. in l. si
constante num. 4. C. de donat. ante nupt.
& in l. si quis num. 1 ff. de seru. export.
Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. de alter-
nat. mens. glos. 56. num. 116. Guttier.
cons. 21. num. 18.* Et sic euanescit in-
stantia.
Quę autem asseruntur in 3. & 4.
ratione, quod *d. l. 2.* fundata est in
68 æquitate, quę ęquitas sugerit, vt
prius excutiatur specialis hypothe-
ca, quàm generalis ne damnum ter-
tio possessori exindè accidat, quodq;
faciẽdum Iudex decernit illud quod
tibi non nocet, & alteri prodest, sa-
tis brocardica sunt, & nictu oculi
diluuntur, nam si *l. 2.* fundata est in
æquitate, adhùc æquitas, & iustitia
69 suadent, neminem iure suo priuan-
dum esse sine legitima causa, nam
70 auferre alicui ius suum sine legiti-
ma causa est contra ius naturale, &
diuinum, quo cauetur reddendum
esse, cuiq; ius quod suum est, nec
lædatur alter in iure suo, *l. iustitia, §.
inter, ff. de iust. & iur. cap. satis per-
uersum 56. dist. Bal. in l. 2. num. 4. C.
quib. ex caus. seru. pro præm. liber. accip.
Prob. in Addit. ad Io. Monach. in cap.
veniens num. 7. de verbor. signif. lib. 6.
Reg. Valenz. cons. 69. num. 38. lib. 1.*
sibiq; impuiet secundus creditor, si
71 dùm contraxit, non fuit curiosus
qualitatis debitoris, quam ignorare
non debuerat, *l. qui cum alio, ff. de re-
gu. iur. cum concord.* & debuit cogi-
tare alios contractus fuisse initos cũ
clausula prædicta, sicuti in simili
ponderat *Caneer. variar. resol. lib. 3.
tit. 14. de procur. num. 177.* vers. *Cu-
riosus*, arg. *tex. in l. si quis domum, §.
1. ff. locat. & l. inter stipulantem, § sa-
cram, ff. de verbor. obl.*
Sicuti euanescit pariter aliud as-
sumptum de regula, *Quod tibi non
72 nocet, & alteri prodest, esse faciendum*,
nam hoc esset probãdum, quod pri-
mo creditori non noceat, etenim
73 damnum cuiq; oritur ex lite, ad *tex.
in l. properandum, C. de iudic. cum con-
cordan.* adductis per *Dom. Larr. alleg.
fiscal. c. 44. n. 12.* vers. *Verumtñ lib. 1.*
Vltra quod satis damnifica-
tur quis ob interesse indiuiduum
voluntatis per *tex. in l. fin. ff. de vsu, &
habit.* dùm impeditus venit à secun-
do creditore, ne libera facultate ex-
periundi contra bona generaliter
obligata pro libito possit, quam ex
anteriori contractu quæsiuit, dam-
74 num etenim non solùm est illud,
quod tendit in diminutionem pa-
trimonij, sed voluntatis, & affectio-
nis cùm aliquid contra nostram
voluntatem facere cogimur etiam
quod bona non tangat, tamen dam-
no nos afficere dicitur, & est maxi-
75 mum interesse, & damnum à lege
consideratum, quia voluntas nostra
offenditur, quæ non debet esse ser-
ua, sed libera, ex *regu. d. l. fin. ff. de vsu,
& habit.* quem *tex.* extollit, & expe-
dit *Iser. in cap. Imperialem num. 4. de
prohib. feud. alien. per Feder.* & alibi
passim, plenè *Camer.* post *Iser. in d.
cap. Imperialem*, vndè *Bal. in l. 1. num.
15. in fin. ff. de lega. 12.* tradidit, quod
76 grauare dicitur omnis, qui me co-
git facere actum contra meam vo-
luntatem, licèt damnum non infe-
rat *Tiraq.* qui plura alia ad idem cõ-
gerit *de retrac. consang. in prohem. &
nu. 25.* ex quibus infert *Consil. Gizz.
dec. 29. num. 15.* in casu suo, quòd il-
lud

lud omne quod fit contra, & præter alicuius voluntatem, hoc ipſum dãnum, & intereſſe eſt, etiamſi ex eo, alicui vtilitas proueniat, *l. quamuis melius, ff. de vſufr.* & alludit *Caſſiodor. lib. 1. epiſt. 38.* ibi, *Non eſt beneficium, quod praſtatur inuitis, nec cuiquam videtur vtile, quod aduerſa voluntate conceditur*, & pro arbitrio ſuo, quem velle, vel nolle, maximum intereſſe conſideratur, ſecundum *gloſam in l. cum ſeruus*, verb. *furti, ff. de condic. cauſ. dat. Alex. in l. cum quidam num. 1. ff. ſi cert. pet. & conſ. 55. in fin. vol. 2. Iaſ. in l. 2. num. 99. C. de iur. emphyt.* latè *Tiraq. in præfat. lib. 1. de retract. num. 25. Pinell. in rubr. C. de reſcin. vend. par. 1. cap. 2. num. 24.* quorum memoriam habuit eruditiſſimus *Larr. d. allegation. 44. num. 13. verſ. Sed etiam*; Non etenim debet
77 prohiberi creditor ex multis bonis ſibi obligatis, vt quæ velit, eligat, ad hoc vt creditum ſuum conſequi poſſit, *l. Moſchis, ff. de iur. fiſc. l. creditoris, ff. de diſtract. pignor. Couarr. variar. lib. 3. cap. 7. num. 7.* eſt quælibet res inſolidum obligata, *l. 1. C. ſi vnus*
78 *ex plurib. hared. cred.* ità vt parte debiti ſoluta omnes res ſint nihilominus obligatæ, *l. quamdiù, C. de diſtrat. pignor. l. ſi rem, §. omnis, ff. de pignorat. actio.* & qui prior eſt tempore, eſt etiam potior in re, *cap. qui prior, de reg. iur. in 6.* præſertim in pignore, *l. qui generaliter, ff. qui potior. in pignor. habean.* & in terminis ponderauit *Surd. d. dec. 44. num. 6. cum duob. ſeqq.*
79 Vndè ex Superioribus exaratis, perquàm dubia mihi Dominorum Iuriſconſultorum Mediolanenſium opinio videtur, atque illos, vt Clienti eorum preſtarent operam, contra tot Doctorum placita, ac Supremorum Tribunalium determinationes, ingenij acuendi cauſa ſcripſiſſe exiſtimo, dùm Ego non inuitus *Caſſan. Oſaſc. Franch. Surd. Coſt. Treutacinq.* alijſq; eiuſdem ſententiæ viris, meũ præbeo calculum, & hanc eſſe veriorem ſententiam approbo, quicquid in contrarium à quibuſcunq; fuerit attentatum, nam etſi ieiunè nimis fortaſsè nonnulli ex ijs remtractauerint, attamen ex reſolutionibus à *Nobis* adductis ad omnia euadendum motiua, efficacior eorũ apparet opinio, quam praxis forenſis vſu recepit, & amplectitur, eiſq; addo *Conſil. Gizz. dec. 29. num. 4.* vbi pro abſoluto clauſulam prædictam approbat, & *Caſtill. deciſ. 98. num. 2. lib. 1. Pacific. de Saluian. interd. cap. 3. inſpect. 3. num. 47.*
80 Monitos tamen facio contrahentes, vt clarioribus verbis clauſulam illam proreſtatiuã concipi ſatagunt, ad euitandum ſcrupulos à nonnullis ex Doctoribus ex Aduerſo adductis propoſitos, quod nedùm dicatur, *Ita quod ſpecialitas generalitati nõ deroget, nec è contra*, ſed etiam addatur, *nam per ſpecialem hypothecam declarant partes ipſæ voluiſſe creditorem ſibi cautiùs prouidere, & pro maiori cautela illam appoſuiſſe, ex qua nullo tempore poſſit impedimentum ſibi præſtari de ſuis iuribus experiundi ſuper bonis generaliter obligatis, pro eius libito voluntatis, etiam nulla facta diſcuſſione bonorum ſpecialiter hypothecatorum etiam in concurſu aliorum creditorum poſteriorum ipſius debitoris, qui expreſsè declarat quaslibet obligationes, & hypothecas fortè contrahendas cum alijs creditoribus eſſe intelligendas, prout ex nunc pro tunc, & è contra vult, & promittit etiam cum iuramento, quod intelligantur factæ abſque vllo præiudicio dicti creditoris anterioris circa electionem faciendàm ſuper quibuſuis eius bonis, etiam penès tertium diſtractis, ad finem conſequendi eius creditum, tàm generaliter, quàm ſpecialiter obligatis ad eius liberam voluntatem, vt ſupra*, Et quatenus (*quod non credunt*) aliquod impedimentum poſſet præſtari dicto creditori circa exercitium eius iurium, pro conſequutione dicti ſui crediti clauſula prædicta

cta, vt prius sint discutienda bona specialiter obligata, & postea ea, quæ generali obligationi obnoxia reperiuntur, volunt partes ipsæ, quod in eo tantùm casu prædicta specialis hypotheca habeatur ac si non fuisset apposita, firmo remanente contractu circa omnia alia in eo contenta.

Nec silentio pertransire volo, quod *tex. in d. l. 2.* nonnullas recipit ampliationes, & restrictiones, quarum ampliationum

81 Primo loco designatur, vt procedat etiam in fructibus rei specialiter obligatæ, quia ipsi veniunt etiam in hypotheca, ideò ad generalem non potest deueniri, nisi præuia liquidatione fructuum simul cum rei specialiter obligatæ excussione, *l. Lucius, ff. qui pot. in pign. hab. Rota Florent.* apud *Magon. dec.* 134. *num.* 4. *Dom. de Franch. dec.* 334. *num.* 12. *par.* 2. *& dec.* 523. *num.* 11. *par.* 3. *Cost. d. remed.* 11. *num.* 6. vers. *Extenditur nunc, Episcop. Ricc. in addit. ad Dom. de Franch. d. dec.* 5.

82 Secundo ampliatur etiam in dotis causa, secundùm *Surd. cons.* 495. *num.* 9. *vol.* 4. vbi alios adducit, *Minad. cons.* 18. *Rom. cons.* 183. *num.* 2. vbi *Additio. Viscon. in addit. ad Dom. de Franch. dec.* 5. vers. *An dicta lex*, ibiq; *Episc. Ricc.* vers. *Amplia primò*, vbi alios allegat.

Restrictiones autem adductæ à præcitatis DD. infrascriptæ frequentius obseruantur.

83 Prima est, vt non procedat in obligatione Camerali, in ea etenim nullus attenditur ordo, sed creditor potest pro suo arbitrio agere, & eligere, quæ mauult bona pro consequutione sui crediti tantoperè priuilegiati, *Surd. d. dec.* 44. *num.* 18. adducens *Paris. cons.* 103. *num.* 3. *in* 3. contra quem nihil allegantem, dubitari posse, tradit *Surd.* ibi, sed veram restrictionem autumat ex eo,

84 quod vbi non attenditur ordo, fit præposteratio causæ ad causam, & vnius causæ ad seipsam, ex dictis per *Socc. cons.* 24. *num.* 48. *lib.* 1. *Ceph. cons.* 439. *num.* 24. *Farin. cons.* 57. *num.* 12. *Sigism. Scacc. tract. crimin. par.* 1. *cap.* 61. *Cost. d. remed.* 11. *num.* 7. vers. *Non obtinet*, vbi alios adducit, eamq; approbant *Viscont. & Episcop. Ricc. in addit. ad Dom. de Franch. d. dec.* 5. & idem *Surd. cons.* 513. *num.* 20. absolutè amplectitur, eiq; inhæret *Castill. decis.* 98. *nu.* 3. vbi *ad fin.* monet, *Surdum* omninò adeundum esse, asseritque *Castill. num.* 3. vers. *Item*, quod

85 contractus guarentigiati in forma Cameræ, sunt quæ in Regno Siciliæ dicuntur instrumenta publica, *Pacific. de Saluian. interd. cap.* 3. *inspect.* 3. *num.* 46. vbi quod hæc vera sunt, & ita seruatur, *Gratian. discept. forens. cap.* 8. *num.* 28. *tom.* 1. *& cap.* 593. *num.* 5. *tom.* 3. qui alios allegat, *Castill. in addit. ad d. dec.* 98. vers. *Et quid stante obligatione.*

Secunda limitatio traditur, quoties in instrumento adest constitutum, cuius virtute creditor exequu-

86 tionis viam ingressus, ipso constituto intendit vti, eòq; fortiùs si possessionem bonorum obligatorum penès debitorem tempore constituti probauerit, ità *Episc. Ricc. loc. alleg. in* 3. *limit.* adducens *Thes. decis.* 215. qui verè materiam de more, optimè enucleat, ex qua limitatione cessaret prorsùs omnis quæstio, nam si verum est per clausulam constituti cessare excusionem, secundùm *Ias. in §. item si quis in fraudem num.* 57. post *Aret.* & alios per ipsum citatos, & latiùs per *Tiraq. de constit. par.* 1. *num.* 54. vbi innumeros allegat, eiq; remittendum se putauit *Thes. d. dec.* 215. *num.* 2. addens *Gabr. comm. conclus. lib.* 4. *tit. de fideiuss. concl.* 1. *limit.* 4. *Menoch. de recuper. possess. remed.* 14. *q.* 18. *Guttier. de contract. iurat. cap.* 23. *num.* 22. *& Ludou. dec. Perus.* 45. *nu.* 14. vtiq; ex hac tantùm clausula, etiamsi illa protestatiua non fuerit inserta, *Quod specialitas generalitati*

non

non deroget, nec è contra, primus creditor poterit quæ maluerit, debitoris bona persequi. Nulla facta excussione bonorum speciali hypothecæ submissorum, sequitur *Cost. d. remed. 11. num. 9.* vers. *Multo minus*, eam tamen restrictionẽ obiter, & per transennam minus tutam censet *Amendol. ad Dom. de Franch. d. dec. 5. num. 2.*
87 *&* 3. eo sub prætextu, quia constitutum potius de stylo Notariorum, quàm de voluntate contrahentium appositum videri, ipse aliàs fundasse tradit in sua *quæst. forens.* verb. *Constitutum num.* 20. quę tamen allegatio apocrypha est, dùm è pręlo proditam adhùc nescimus, ideò restrictioni innitendum.

Tertia restrictio ad *d. l. 2* affertur *à Surd. d. dec. 44. num.* 20. quando op-
88 ponitur exceptio discussionis post litem contestaram, quia dilatorias inter exceptiones connumeratur, alijs contradicentibus, quos ipse adducit *d. num.* 2. vbi ijs explosis tradit limitationem esse tenendam, quæ sententia communis est, adducit alios *Cost. d. remed. 11. nu. 4.* vers. *Secundo requiritur* & nonnullos alios consule apud DD. laudatos *à Dom. Caluin. d. cap.* 30. *num. 14.* vers. *plures alios casus.*

Quartam restrictionem absq; hęsitatione adducit *Castill. dec. 99. n. 4.* vt
89 *d. l. 2.* non procedat vbi agitur summariè simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta, inquiens de hoc esse pragmaticam in Regno Siciliæ, & in Regno nostro pariter extat pragmatica incip. *Dispendia litium*, & *cap. Regn. Detestantes*, insertũ inter ritus *Magn. Cur. Vicar. rit.* 228. quibus ità expressim procedi in Regno cautum est, tunc enim non requiritur discussio, secundùm *Mynsing. centur. 2. obseru. 15. Dueñ. regu. 335. num. 9. Caualc. decis. 27. num. 4. par. 2. Rol. cons. 9. num. 21. & cons. 14. num. 15. cons. 79. nu. 25. vol. 1. & cons. 88. nu. 2. lib. 4.* quos adducit *Castill. d. num. 4. Mastr. dec. 110. par. 2.* quę restrictrio securiorem designat opinionem, quod in Regno potest creditor super bonis generaliter obligatis ad libitum experiri, nulla facta discussione bonorum specialiter hypothecatorum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator in causis criminalibus non admittitur.*
2 *Reus ideò non admittitur per procuratorem in criminalibus, quia iudicium redderetur elusorium, & in casu condemnationis ad pœnam corporalem, sui copiam non faceret.*
3 *Absens damnari potest.*
4 *Delicta non debent remanere impunita.*
5 *Reus in criminalibus, diligentius causam suam defendit, quam procurator.*
6 *Accusator in criminalibus dolore tactus, diligentius se defendit, quàm mediante persona procuratoris.*
7 *Rationes vigentes ex parte accusati, vt non admittatur ad se defendendum per procuratorem, an etiam procedant ex parte Accusatoris?*
8 Franciscus Aretinus *Illustris, & acutissimus Doctor denominatur à* Prospero Carauita.
9 *Partibus litigantibus per se, melius potest liquere de veritate causæ, quàm si litigent per Procuratorem.*
10 *Veritas in criminalibus, melius elucescit ex sermonibus, trepidatione, & constantia partium.*
11 *Procurator ex parte Rei accusati in criminalibus non admittitur de potestate ordinaria, neque per Papam, neque per Imperatorem.*
12 *Procuratorem in causis criminalibus*

non admitti, communis conclusio est.

13 *Procurator admittitur in criminalibus, quando pro delicto imponitur pœna pecuniaria.*

14 *Crimen an sit capitale, vel non, iudicatur ex genere pœnæ.*

16 *Procurator an possit interuenire in causis criminalibus, non attenditur ius commune, aut statutum, neque origo delicti, sed pœna, quæ imponitur pro ipso delicto.*

17 *Procurator potest interuenire regulariter, quando agitur de pœna pecuniaria, etiamsi imponeretur pœna priuationis omnium bonorum, ac etiam pœna infamiæ.*

18 Dom Io.Franciscus Sanfelicius Regens, *laudatur.*

19 *Procurator cum omnimoda potestate, idem importat, ac si esset cum libera.*

20 *Citatus ad legitimè comparendum, admittitur quod compareat per Procuratorem.*

21 *Verbum* legitimè *intelligi debet secundum subiectam materiam.*

22 Decisio 237. nu 7. Reg. Io. Franc. Sanfel. *recensetur.*

23 Decisio Senatus Cathaloniæ *apud* Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 14.tit. de procurator. num. 168. *vers.* An in criminalibus, *per quam fuit determinatum esse admittendum procuratorem in causa cuiusdam nobilis citati ad personaliter comparendum ad videndum declarari, se incidisse in pœnam confiscationis bonorum ob falsificationem monetæ, adducitur vti singularis.*

24 *Interesse de pecuniario si agitur confiscationis bonorum, non autem de punitione criminis ordinaria, admittitur procurator.*

25 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 269. *non admittit procuratorem in causis criminalibus ad opponendas exceptiones, nisi fuerit exceptio infirmitatis, aut absentiæ, aut captiuitatis.*

26 *Exceptio carcerationis apud alium Iudicem, & exceptio nullitatis opponi possunt per procuratorem in causa criminali, ex inueterata praxi Magnæ Curiæ Vicariæ.*

27 *Nullitatis notoriæ exceptio ex eisdem actis apparens, potest allegari per Procuratorem in causa criminali, & de ratione.*

28 *Exceptio nullitatis, non est propriè exceptio.*

29 *Terminus statutus ad excipiendum, non comprehendit exceptionem nullitatis.*

30 *Statutum excludens exceptionem falsitatis, non excludit exceptionem nullitatis.*

31 *Citatio circumducta opponi potest per Procuratorem in criminalibus, quia circumducta citatio, non est citatio, & habetur ac si nunquam facta fuisset.*

32 *Nullitas citationis quando, & quibus in casibus non possit in criminalibus opponi per Procuratorem?*

33 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 108. *corrigit dispositionem iuris communis circa admissionem Procuratoris in causis criminalibus.*

34 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 269. *intelligitur quando agitur de causis criminalibus, quæ criminaliter aguntur, non autem de ijs, quæ ciuiliter tractantur.*

35 *Pœna pecuniaria quando venit imponenda ex delicto, admittitur Procurator, quia seorsum à crimine agitur.*

36 Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, *vti statuta particularia, strictè sunt interpretandi, vt minus lædant ius commune.*

37 *Extensio non fit in pœnalibus, sed restrictio ad casum suum.*

38 *Pœna pro crimine si est pecuniaria, admittitur Procurator, quia agitur ciuiliter.*

39 Camillus Borrellus *laudatur.*

40 *Relegationis pœna si venit imponenda, non admittitur Procurator.*

41 *Absentem defendere, maximè Reipublicæ interest.*

AR-

ARGVMENTVM.

Procurator an admittatur ad defendendum eum, qui citatur, vt personaliter compareat ad videndum se declarari incidisse in pænam confiscationis bonorum ob delictum commissum? quòd sanè theorema ex eo promptam recipere solutionem *Author* insinuat, si Iudicium criminale, vel ciuile iudicatur, cuius occasione plura congeruntur ad probandum, quod Iudiciũ potius ciuile, quàm criminale reputatur, quando pro delicto pæna pecuniaria potius, quàm corporalis imponitur, etiamsi pæna irrogetur priuationis omnium bonorum, concomitante pæna infamię. Citatus vt legitimè cõpareat, ad dicendum causam quare non debeat condemnari ad pænam in mandato contentam, potest comparere per Procuratorem (quicquid in contrarium decreuit *Rota Magnæ Curiæ Vicariæ* vti delegata in casu relato per *Dom. Regent. Io. Francisc. Sanfelic. dec. 237. nu. 6.* vers. *Mihi autem*) quę determinatio minimè arrisit eidem *Regenti*, imò eam improbat, concordantemq; habet sententiam *Senatus Cathaluniæ* apud *Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 14. tit. de procurator. num. 168.* vers. *An in criminalibus. Ritus Magnæ Curiæ* 269. respectu exceptionum proponendarum ex parte inquisiti qualiter sit accipiendus, & vltra exceptiones inibi enumeratas quęnã alię practicentur, distinctè satis enarratur, quiduè per *rit.* 108. fuerit iuri communi derogatum, indicatur.

OBSERVATIO XXX.

B*Artoli* communis Præceptoris placito in *repetitione l. pen. §. ad crimen, ff. de public. iud.* adhęrentes Nostrates, communi sen-
1 su tradiderunt procuratorem in causis criminalibus, tàm ad instantiam Rei, quàm Actoris non admitti, cuius rei rationes reddit *Bart.* ibi
2 *num. 1. & 2.* quia Iudicia non debent esse elusoria, & si procurator interueniret ex parte rei, iam sequeretur iudicium esse delusorium, videns
3 etenim Reus se condemnari, nunquam sui copiam faceret, & absens damnari non potest, *l. absentem, ff. de*
4 *pæn.* Secũdam affert rationem *Bart.* quia delicta non debent remanere impunita, *l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.* Tertiam quoq; assignat, quia ipse diligentius defendet causam,
5 quàm procurator, *l. 1. in fin. ff. ad*

Carbon. quæ postrema ratio, quod militet etiam in Actore tradit *Bart.*
6 quia verisimiliter proprio dolore tactus, quo mouetur ad agendum diligẽtius causam suam, per se aget, quàm per procuratorem, & tandem relatis nonnullis rationibus ab alijs
7 adductis, ijsque refutatis, residet in opinione, quod rationes vigentes ex parte accusati, procedant etiam ex parte accusatoris, ibi, *Vndè sunt eadẽ rationes in accusatore, quæ in accusato dictæ sunt.* Cuius dictum *Ego* intelligo quatenus vtrisque applicari possunt, nempè Accusato, & Accusatori;
8 & placet obseruatio tradita à *Franc. Aretin.* quem illustrem, & acutissimũ Doctorem appellat *Prosp. Carau. in rit. Magn. Cur. 269. num. 8. in cap. veniens num. 6. de accus.* vers. *Et ideò re-*
9 *iectis*, quia partibus litigantibus per se, melius potest liquere de veritate causæ, quàm si litigent per Procura-
10 torem, dicente *Consulto in l. de minore, §. tormenta, ff. de quæstion.* quod veritas melius elucescit in iudicio criminali, ex sermonibus, trepidatione, & constantia partium, *Foller. in pract. crimin.* vers. *Et si comparent ante contumaciam, examinentur, n. 14. ad fin. Alex. in apostill. ad Bart. lit. A.* inquiẽs, quod in causis criminalibus
11 de iure non admittitur Procurator, neque Papam, neque Imperatorem de potestate ordinaria posse ex parte Rei procuratorem admittere, per *tex.* singularem in *d. cap. veniens*, quem refert, & sequitur *Bertazol. cons. 432. num. 13. vol. 2.* & commu-
12 nem esse conclusionem regulariter, quod in causis criminalibus non admittitur procurator, tenet *Clar. in §. fin. q. 32. num. 1.* vbi allegat *tex. in l. seruum quoque, §. publicè, ff. de procur.* & tàm in criminibus publicis, quàm delictis priuatis, de quo communem esse opinionem *Scribentium*, apertè testatur, & *num. 3.* rationes approbat, ibiq; *Addent.* plura obseruant; *Affl. dec. 64. num. 2.* vers. *In dicta causa, Boss. in tract. crim. An in criminali iudicio num. 1. Menoch. de arbitrar. q. 80.* vbi plura suadet ad materiam statutorum, *Farin. in pract. crim. q. 99. Dom. de Franch. dec. 470. num. 8. & dec. 314. num. 1.* vbi plura per *Addent. Caball.* qui *Dom. de Frãch.* allegat *resol. crimin. 23. num. 13. Reg. Ron. in prag. 1. num. 34.* vers. *Nec dicant in fin. Cauall. in tractat. commun. contra comm. q. 237. num. 1.*

Restringitur tamen eiusmodi placitum ab eodem *Bart. num. 7. d. §. ad crimen*, vt non procedat, quando
13 pro delicto imponitur pæna pecuniaria, secutus opinionem *Vltramõtanorum*, quos rectiùs sentijsse tradit, quàm *glosam* contrarium edocentem, & iterum *num. 14.* inquiens
14 ex genere pænæ iudicari crimen capitale, vel non, ex dictis per ipsum in *l. 2. ff. eod. tit. de public. iud.* vndè
15 cum pæna sit pecuniaria, poterit interuenire procurator, eamque opinionem approbasse *Dyn.* ex parte Rei, tradit *Clar. d. q. 32. num. 3.* vers. *Cæterum*, vbi etiam communem opinionem dicit post *Soccin. d. cap. veniens num. 24.* ibiq; *Clar.* obseruat hoc in casu cessare rationes desuper adductas, *Boss. loc. cit.* vers. *Est verũ*, inquiens distinctionem nõ esse adhibendam, an pæna pecuniaria impo-
16 natur iure communi, an secundum statutum, alterato ipso iure communi, secũdum quod imponeretur pæna corporalis, quia non attenditur origo delicti, sed pæna ipsa, & *num. 4. in 3. conclus.* tradens adeò verum
17 esse, quod procurator possit interuenire regulariter, quando agitur de pæna pecuniaria, vt hoc etiam locum habeat tametsi imponeretur pæna priuationis omnium bonorũ, imò etiamsi vltra hanc pænam, imponeretur pæna infamiæ, ex quibus anulari sanè digito insinuatur in casu præmisso procuratorem esse admittendum, quia non nisi de pæna pecuniaria agitur.

In

In quam sententiam descendisse
18 scio *Reg. Io. Francis. Sanfel.* virum sanè Consultissimum in *dec.237.nu.6.* vers. *Mihi autem non placuit*, vbi exprobat determinationem in contrarium emanatam per Magn.Cur. Vicar. procedentem vti Delegatam in causa Marci Antonij Columnæ Principis Gallicani,cui de mandato Excellentissimi Proregis fuit prohibita conuersatio cum quadam scænica muliere, sub pæna duc. decem mille, nam cum Fiscus per testes receptos ad informationẽ Curiæ parte non citata, citari eum instetisset, quod legitimè compareat ad dicendum causam quare non sit condemnandus ad pænam in mandato contentam,& comparuisset procurator cum generali mandato ad omnes
19 causas etiam criminales cum omnimoda potestate, quæ idem importat, quod libera, ex dictis per *Bart. in l. procurator, cui libera num. 2. ff. de procurat.* & petijsset audiri cum in citatione dictum fuerit,quod com-
20 pareat legitimè,& sic ciuiliter agatur, quo casu semper potest interuenire procurator, ex sententia *glos. in cap. caritatis*, verb. *Defendendo de dol. & contum.* cum alijs adductis per *Gabr. comm.conclus. tit.de malefic.concl. 9. num.*44. vers. *Primò amplia*,ac etiã quia agebatur de pæna pecuniaria, attamen Magn. Cur. Fisco instante, denegauit audientiam procuratori, & decreuit, quod remaneat contumax, & exequatur pro pæna duc. decem mille in mandato contenta.

Verior siquidem mihi videtur opinio *Reg. Sanfel.* non ex eo quod dum fuit dictum in citatione, quod compareat legitimè, videbatur electa via ciuilis, nam intelligitur ver-
21 bum legitimè,secundum subiectam materiam, adeò quod si procurator interuenire poterat, admittatur,sin autem personaliter, de persona, & non per procuratorem comparere teneretur, verbum etenim legitimè illud importat.

22 Eòq; magis id approbamus, quia *glos.*allegata ab eodem *Dom.Reg.Sanfel. d. dec.* 237.*nu.* 7. vers. *Erat enim admittendus in l. seruum quoq; §. publicè*, verb. *Defensio*, sed voluit allegare *glos.* in verb. *Datur*,ibi, *quia aliqua pecuniaria pæna ei imponitur quandoque*; non ex alio sustinet admittẽdum esse procuratorem in causa criminali, nisi quod pæna pecuniaria imponebatur.

23 Cui sanè opinioni *Reg.Sanfel.*cõtra determinationem Magnę Curię collineat *Senatus Cathaloniæ Authoritas* ab ipso non adducta, quę est in casu fortiori, per quem in terminis fuit determinatum esse admittendũ procuratorem in causa cuiusdam nobilis citati ad personaliter comparendum ad videndum declarari se incidisse in pænam confiscationis bonorum ob falsificationem monetæ, *Cancer. variar. resol. lib.3.cap.14. de procurator. num.*168 vers. *An in criminalibus*, authorante ipsomet *Cancer. & Michaele Salbà*, licèt Senatus dubitauerit, quorum consilium
24 fundarunt, quia in dicta causa non agebatur de ordinaria criminis punitione, sed tantùm de interesse pecuniario confiscationis bonorum, quo casu tradit *Cancer.* ibi omnes admittere, procuratorem esse admittendum.

25 Benè verùm fateor determinationem Magnæ Curiæ posse approbari ex peculiari dispositione *Rit.* 269.secundum computationem *Caran.* incip. *Die 21. Mensis Iulij*, quo cautum est, *In quibuscunq; causis criminalibus per quascunq; personas in dicta Curia pro tempore mouendis, nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi, aut citandorum per procuratorem: scilicet ipsius citati offerenda, nisi fuerit exceptio infirmitatis, aut absentiæ, aut captiuitatis*, quem *Rit.* luculentis, doctisq; commentarijs exornans *Caran.* tradit *num.*4.vers. *Quinto, & vltimo*, quod exceptiones omnes

nes à DD. adductæ, queq; adduci potерũt, quarũq; nõnullas cõgessit *Affl. dec.* 189. attẽta dispositi *Rit.* prædicti, si opponatur pro parte citati, eo nõ comparente minimè admittuntur, nisi sint de enumeratis *in Rit.* quodque ità practicatur, & obseruatur. addit tamen *num.* 13. præter dictas tres exceptiones numeratas in *Ritu*, infirmitatis scil. Absentiæ, & captiuitatis, adesse duas alias, scil. quartã,
26 quæ tàm de iure, quàm de obseruantia practicatur in Regno, quę est exceptio carcerationis penès alium Iudicem, cuius exceptionis practicam insinuat *num.* 14. & quintam
27 *num.* 20. quæ est exceptio nullitatis notoriæ ex eisdem actis apparentis, vtputà si dicatur relationem esse sine testibus, aut carere nomine nuntij citãtis, citationem fuisse factam die festiuo, vel esse circumductam, & contumaciam non esse accusatã suo die, vel fuisse accusatam die feriato, quæ nullitas non edum per procuratorem, sed per quemcumq; allegari posse tradit *Carau.* ibi, quem adduxit *Dom. de Franch. dec.* 232. *nu.* 3. *in fin.* vbi aduertit *Carau.* nihil ibi allegasse, eamq; fundari tradit *num.*
28 3. quia exceptio nullitatis non est propriè exceptio, & proindè termi-
29 nus statutus ad excipiendum, non comprehendit exceptionem nulli-
30 tatis, & statutum excludens exceptiones falsitatis, non excludit nullitatis exceptionem, ex dictis per *Florian. in l. aduersus num.* 17. *ff. si mens. fals. mod. dixer.* & *Socc. cons* 78. *num.* 49. *vsque ad* 53. & allegat *Foller in pract. crim.* verb. *Audiantur excusatores num.* 7. ibiq; *Dom. de Franch num.* 4. inquit ideò opponi posse per pro-
31 curatorem citationem circumductam, quia circumducta citatio, non est citatio, nam habetur, ac si nunquam esset facta, adducens *Bald. in l. fin.* vers. *in eadem glos. ff. de eo, per quẽ fact. erit*, & de *Prasid. nostro in d. dec.* 132. memini *Ego in Annot. ad Prax. Muscatell. par.* 2. *lib.* 1. *glos. gradum*, *pag.* 63. *col.* 2. vers. *Ad num.* 8. vbi adduxi *Gabriel. lib.* 1. *conclus. tit. de citat. num.* 556. *&* 448. Secùs verò si eiusmodi nullitas ex actis non appareat, sed aliquam indaginem, discussionem, vel extrinsecam probationem requirat, vt quia diceretur relationem esse falsam, quia talis nunquam
32 fuit citatus, vel quia locus vbi fuit citatus, non erat domus suæ solitæ habitationis, nam eo casu nullitas non admittitur; sed proceditur ad contumaciã non comparentis, etiãsi offeratur in promptu probatio eorum, quæ opponuntur, & quandoq; in eadem interloquutoria, dicitur, quod ipso comparente, de oppositis habebitur ea ratio, quæ de iure habenda erit, & licèt nõ dicatur, idem erit, si postmodum apparebit.
33 Cuius *Ritus* virtute correctam esse dispositionem iuris communis, idem et *Carau.* tradidit *in rit.* 108. *nu.* 31 vers. *Sed quia hodie*, quem ad hoc allegauit Fiscus, sicuti testatur, *Reg. Sanfel. d. dec.* 237. *num.* 5. vers. *Et in Regno*, quem *Ritum* ad tollendas disputationes, & ad sedandum difficultates Doctorũ in *d. §. ad crimen*, fuisse factum, tradit *Dom. de Franch. d. dec.* 314. *num.* 4. vbi de *Carau.* meminit *loc. cit.* & *Dom. de Franch.* adducit *Baiard. ad Clar. in d. §. fin. q.* 32. *nu.* 3. vers. *Item adde*, *in dec.* 233. ibique tradit *Baiard.* Idem fuisse statutum in statu Ecclesiastico per *Constitut. March. lib.* 4. *cap.* 15. *& per Pium V. in Constit.* 76.

Attamen subsistendum ducimus in opinione, quod in causa pecunia-
34 ria procurator debeat admitti, nam *Ritus* Magn. Cur. 269. non debet intelligi, nisi quando agitur de causis criminalibus, quæ criminaliter agũ-
35 tur, non autem de ijs, quæ ciuiliter tractantur, aut pecuniaria pæna ex delicto veniret imponẽda, tunc etenim seorsum à crimine agitur, sicuti docet *Bart. in d. §. ad crimen nu.* 19. & se-

& ſequutus fuit *Senatus Cathaloniæ*,
36 vt per *Cancer. d. cap. 14. num. 168.* eò fortiùs, quia *Ritus* prædictus, vti ſtatutum particulare, eſt ſtricti iuris, *l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fonte, l. 3. §. hac verba*, vbi *Bart.* & communiter *Scribent. ff. de negot. geſt. Dec. conſ. 438. nu. 5.* ideò ſtrictè eſt interpretandus, vt minus lædat ius commune, *cap. cum dilectus de conſuet. l. 2. C. de noxal. actio.* cum notatis in *l. quicquid adſtringendæ, ff. de verbor. oblig. Bart. in l. Cæſar num. 31. ff. de publican. & vectigal. & in l. certa forma nu. 12. C. de iur. fiſc. lib. 10. Menoch. lib. 4. præſum. 121. num. 9. Gratian. dec. 45. num. 14.* Cum igitur per *Ritum* cor-
37 rigitur ius commune *in d. §. crimen*, & ſumus in pænalibus, nō debet extendi, ſed reſtringitur ad caſum ſuū, vt procedat quando agitur criminaliter ex delicto, non autem quando de pæna pecuniaria, facit *Bald. in l. 3. C. de Epiſcop. aud. & in l. 3. C. de hæredit. inſtit. per tex. in d. l. quicquid adſtringendæ, & in cap. odia, de regu. iur. in 6.* etiamſi eadem eſſet ratio in vtroq; caſu, ſecundum *gloſ. Bart. & Ang. in l. ſi furti §. fin. ff. de iis, qui notan. infam.* & dicunt illam *gloſam* eſſe communiter approbatā, & ità cōſuluit *Capol. conſ. 2. nu. per tex. in d. l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt.* & *in l. 1. §. is qui nauem, ff. de exercitor. act. l. hodie, & l. ſi de interpretatione, ff. de pæn. Gram. voto 9. in fin.*

Præſertim, quia eam approbat
38 *Camill. Borrell. in ſumm. deciſſ. vniuerſ. Orbis, tit. 66. de procurator. num. 14. in 12. declarat. lib. 1.* inquiens, quod quando pro criminali cauſa agitur ciuiliter ad pænam pecuniariam, procurator admittitur, adducens *Affl. d. dec. 64. num. 2.* quem refert, & ſequitur *Gayll. de pace publ. lib. 1. cap. 10. num. 13. & 14. Fachin. controuerſ. iur. lib. 1. cap. 25.* alioſque plures inibi coaceruatos, & vtique ſi *Rit. 269.* eſſet in contrarium, *Borrell.*
39 ipſe ſummæ lectionis vir, ac inſignis Doctor ſciuiſset dicere, dùm *eod. tit. num. 119. in 1. declarat.* aſseruit in criminalibus, in quibus venit imponenda pæna relegationis, nō admit-
40 ti procuratorem, allegauit *Carau. in d. rit. 269.* & *108.* vbi tenuit eſse correctam diſpoſitionem iuris cōmunis, de qua in *d. §. publicè per d. Rit. 269.* & *Borrellum* ſectatur *Epiſc. Ricc. in addit. ad dec. 314. Dom. de Franch.*
41 Eiſque adſtipulatur, quia defendere abſentem, Reipublicæ maximè intereſt, prout docuit *Vlpian. in l. ſeruum quoque, §. publicè, ff. de procur.* vbi *gloſ.* adducit *concordan.* & aduertit *Borrell. loc. cit. num. 117.* verſ. *Contraria opinio.*

SVMMARIVM.

1 Cauſarum pericula, in articulis conſiſtunt.
2 Cæſar Vrſill. qui verè elaborauit in Annotationib. ad deciſiones Affl. laudatur.
3 Ingenui pudoris eſt, profiteri per quos profeceris.
4 Author exprobat Pragmaticos parum doctos, & minus verſatos, qui ex eorum capite, articulos in cauſis formant.
5 Author fatetur vidiſſe plura teſtium examina vti Aduocatus, ex quibus potius contrariorum iura cōprobabantur, quàm iuribus eorum, pro quibus producebantur, adiuuamen afferre viſa ſint.
6 Cauſidici ignorantes, quot mala producant.
7 Articulandi ars, ſummum inter Cauſidicos, gradum tenet.
8 Curiam intrantes, quantumuis magni ſint

sint Iuristæ, non debent in principio ex suo capite formare articulos in causis, sed antiquis Aduocatis assistere debent, vel secum expertos habere procuratores.

9 Author *omnia consulebat cum* Dom. Octauio Vitaliano suo Præceptore, *nec de per se quicquam agebat in initio suæ Aduocationis.*

10 Dom. Octauius Vitalianus Authoris Præceptor, *collaudatur.*

11 *Articuli non sunt formandi, nisi de eo, quod testis debet deponere.*

12 *Procuratores incauti, & incautiores Aduocati consueuere formare articulos de eo, super quo nullus testis habet deponere, dùm probationes consistunt in scripturis Authenticis.*

13 *Articuli non sunt formandi de ijs, in quibus consistit scriptura, quia non est aliud, quàm dare notam in facto Aduersario, eiq; arcana reuelandi, vt suæ causæ defensionibus prospiciat.*

14 Author *monet Causidicos circa formationem articulorum in causis, nè in errorem incidant.*

15 *Articuli, & positiones formari debent de corpore petitionis, & conclusione libelli.*

ARGVMENTVM.

Articuli in causis summa diligentia sunt formandi; in articulis etenim causarum esse pericula, communi quasi dicterio Pragmatici tradiderũt, edocti à *Cæsare Vrsill in Annotation. ad Affl. decis. 7. nu.* 8. Imò articulandi artem summum inter Causidicos gradum tenere, aduertit *Author*, exprobrans nonnullos incautos procuratores, incautioresq; Aduocatos, qui articulos formare consueuerunt de ijs, super quibus testis non habet deponere, sed ex scripturis authenticis probatio emanat; Id etenim nihil aliud esse, quam Aduersæ parti arcana reuelare, ac notam tradere, vt rebus suis consulat, atque prospiciat, ex *Dom. Regentis Scipionis Rouiti* placito *in commentar. ad prag.* 8. *de ordin. iudicior.* incip. *Quinta die, num.* 19. vers. *Et quia*, comprobatur; pluraque alia ad materiam adducuntur.

OBSERVATIO XXXI.

1 IN articulis; esse causarum pericula, Pragmatici nostri communi quasi dicterio didicerunt, ex originali placito eximij illius viri *Cæsaris Vrsilli in Annotation.*
2 *ad decis. Affl. 7. num.* 8. vers. *Et iuxtà prædicta* (quem verè elaborasse in *Annotationibus* ad omnes *Afflicti decisiones* cũ laude commemorat *Dom.*
3 *de Franch. dec.* 217. *num.* 3. *in fin.*) & cùm ingenui pudoris sit, profiteri per quos profeceris, *Ego* ingenuè fateor plura ab *Vrsill.* didicisse, aliosq;
4 non paucos scio doctos fuisse euasos; Agnoui tamen, & mouebat sæpè stomachum, nonnullos Curias infestantes ex eorum capite articulos for-

formasse, nulla iuris principia, minusq; praxis prima erudimenta callentes, qui ad causam prorsùs faciebant nihil, & miseros iurgantes expensis defatigatos, aquam (vti aiũt)
5 ex cribro traxisse, ità ut non fine lachrymis (testor Deum) testium examina quamplura vidi vti Aduocatus, ex quibus potius Aduersarij iura comprobabantur, quàm eorum, ad quorum instantiam non sine magnis impensis, producta erant, iustitiam fouerent; Indè malum proue-
6 niens, quia quamplures Causidici prorsùs nescij, quid agant, totum in praxi sapere gloriabundè se iactant, & iactabundè, ni dicam pudendè, se gloriantur, praxim absque theoresi, omnia suggerere, ac theoricos, plerosq; in forensi puluere parùm versatos nihil prorsùs ignorare sibi ipsis pariter blandientes. Bone Deus? *Ne sutor vltra crepidam?* cui alludit illud ex libello Hispano concepto idiomate, cui nomen impositum fuit *Fabrica de la Esperiencia*, nuper mea solertia in lucem edito, ibi

Ni el simple Procurador
Pretenda ser Abogado.

At sciant velim *Io. Andr.* maximum Iureconsultum *in addit. ad Specul. in tit. de teste, §. nunc videndum in 1. addit.* dicere, artem articulandi sum-
7 mum tenere gradum inter Causidicos, ac *Io. Bernard. Muscatell.* post Antiquiores, Practicæ Principem, *in prax Sac. Consf. lib. 1. par. 5. glos. Impertinentes num. 10.* monitos facere
8 Curiam intrantes, quantumcumq; sint magni Iuristæ, ne suo capite in principio hanc artem assumant; sed antiquis Aduocatis assistant, vel secum habeant procuratores expertos, ne incidant in illud *Vrsill.* enunciatum *in 7. dec. Aff.* ibiq; *Dom. Muscatell.* plura ad materiam formandi articulos exarauit, & *Ego* pleraque alia addidi in *Annotationibus ad ipsum* superiore anno è prælo proditis, quæ curiosus Lector si consulat, ei forsitan non videbuntur insulsa. Et meam adstringo fidem, quod dũ *Ego* plurium annorum curriculo in Supremis Tribunalibus Aduocatum
9 agerem, non infrequenti Clientum calculo detentus, grauissimasque Magnatum causas præ manibus haberem, nedùm articulos, verùm etiã omnia difficilia in causis contingẽtia, semper consulebam cum insigni
10 Præceptore meo perdocto, facundo, ac maximo Practico, & Theorico Aduocatorum (absq; iactantia profero) nemini secundo *Dom. Octauio Vitaliano*, de cuius correctione lætabar, & tuta conscientia causas agere mihi suadebam, quando cum ipso communicabam: Delatã hæc sit ad posteritatem, de tanto Præceptore recordatio.
11 Et rediens nunc de semita ad viã, vt quæsito satisfaciamus, Articuli non sunt formandi, nisi de eo, super quo testis debet deponere, idque ex *Bellamer. in cap. cum Ecclesia num. 34. extr. de cauf. possess. & propriet.* animaduertit *Dom. Reg. Reu. in commentar. ad prag. 8. de ordin. Iudic.* incip. *Quinta die num. 19.* vers. *Et quia agitur*, inquiens esse omninò menti tenendum, nam multi incauti procuratores, & incautiores Aduocati formant articulos de eó, super quo
12 nullus testis habet deponere, sed probatio consistit in scripturis authenticis, quæ nulla indigent testiũ probatione, ex quo nihil aliud re-
13 sultare tradit, nisi quod patet aditus Aduersario sciendi arcana causæ, eique notam in factó tradere, vt suæ causæ defensioni prospiciat, Idcircò de ijs, quæ ex scripturis elucescunt,
14 articuli non debent formari, sed ponderanda postmodum veniunt in informationibus domi faciendis, & tempore discussionis causarum in Aula, dùm propè sunt expeditioni, & memoria teneo, in ore Præceptoris mei fuisse semper ad propositum illud *Psalmi*; *salutem ex inimicis*

micis nostris, Alliga igitur digito Causidice eiusmodi monitum in praxi, quod sanè vti quotidianum, ità profuturū tibi, in spē ducor; & post hac exarata incidi in *Matthiā Berlich.* eximiū. ac doctum virum in *dec* 87. *n.* 11 *par.* 1. vers. *Ratio est*, vbi tradit articu-
15 los, & positiones debere formari de corpore petitionis, & conclusionis libelli, secundum *Bal. in cons.* 2. *num.* 3. *sub fin.* vers. *Et quia de corpore petitionis, & seq. lib.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Sacri Cons. Neapolitani Authoritas tanti est, vt etiam ab Alienigenis veneretur.*

2 Philippus Decius *Iureconsultus celeberrimus, deterritus fuit ex Authoritate Sac. Consil. Neapolitani.*

3 Ill. Dom. Carolus Tapia Regens Marchiō Belmōtis Supremi Collateralis Consilj Decanus, *laudatur.*

4 *Decisiones Sacri Consilij apud* Dom. de Franch. dec. 13. & 49. *passim observantur.*

5 *Heres institutus tenetur pro tempore, quo fructus hareditatis exegit, non fideicommissarius.*

6 Author *veridicas semper habuit determinationes factas per Sac. Consil. de quibus apud* Dom. de Franch. dec. 13. & 49. *& ab ijs nec latum quidem vnguem discedere ausit.*

7 Tex. in l. deducta 58. §. qui post tempus, & l. postulante, eod. tit. *declarantur.*

8 *Testator qui iniunxit fideicommissum, & mandauit heredi primò loco instituto, vt infra praefixum diem solueret debitum, vel pro eo vsuras penderet, hoc casu hares tenebitur, & si soluerit, fideicommissario ad interesse adstringetur, quia damnum sentit, non autem ex eo quia fructus percepit iudicio, vel non iudicio Testatoris.*

9 *Mora in non soluendo debita, heredi imputari debet, non fideicommissario.*

10 *Mora est delictum, quod suos tenet authores.*

11 *Heres qui emolumenta percipit, semper tenebitur ad onera, varietur quomodocumq; dispositio* tex. in l. postulante, ff. ad Trebellian.

12 *Legati onus, non expresso proprio heredis, siue instituti nomine, sed tantum appellatiuo, idem importat quoad solutionem ipsius, ac si proprio nomine iniunctum fuerit.*

13 *Heredis nomen appellatiuum, dùm in vno verificari potest, nominis proprij vicem obtinet.*

14 *Legatum proprio nomine ab instituto relictum, quando censeatur repetitum à substituto.*

15 *Heredis persona potius, quàm hereditas, quando videatur grauata.*

16 *Heres potius censetur in dubio grauatus, quàm substitutus, aut fideicommissarius.*

17 *Legatum est donatio quedam à testatore relicta ab herede praestanda.*

18 *Legati solutio collata in tempus mortis heredis, an ab ipso fieri debeat, vel à substituto, seu fideicommissario.*

19 *Legata sunt soluenda ab herede, qui percepit fructus, quia onus fructuum esse censetur eiusmodi solutio.*

20 *Incommoda eum sequi, quem onera praecesserunt, secundum naturam est.*

21 *Substitutus, aut fideicommissarius, cui restituta est hereditas non potest conueniri pro ann. legatis ab herede non solutis, saltim pro terminis decursis, antequam fideicommissum esset apertum.*

22 *Legatum soluendum ex fructibus praestandum est ab herede, qui percepit fructus, & si non viuit, ab eius heredibus, & non à fideicommissario, etiamsi talet fructus fuerint consumpti,*

pti, & bena, ex quibus fuerunt percepti per heredem, fuerint alienata.

23 Anton. de Ballis inuehit probris ſanè verbis contra determinationes Sac. Conſil. apud Dom. de Franch. dec. 13. & dec. 49. & contra textum in l. deducta 58. §. qui poſt ff. ad Trebell. quodq; nec in iure, nec in æquitate fundari ea poſſint.

24 Tex. in l. deducta, §. qui poſt tempus, ff. ad Trebell. non eſt terribilis, & exorbitans, ſed continet æquitatem, & deciſionem rationabilem, ſecundum Anton. de Ballis ſuper Bulla de cenſib. q. 34. num. 9.

25 Aequitas ponderata ab Anton. de Ballis in Bulla de cenſib. q. 34. num. 9. ad intellectum tex. in l. deducta, §. qui poſt tempus, ff. ad Trebell. cõſiſtit in partitione onerum.

26 Grauatus in vno, debet in alio releuari.

27 Paul. de Caſtr. conſ. 18. in 3. dub. explicatur.

28 Commoda quem ſequuntur, onera ſequi debent.

29 Hæres non debet in plus grauari, quã Teſtator ordinauit.

30 Quem non honoro, non onero.

31 Fructus ſequuntur Dominum.

32 Locupletari nemo debet cum aliena iactura.

33 Aequum, & rationabile, pro iniquo haberi non debet.

34 Fructus ſpectantes ad heredem, non debent eſſe fideicommiſſarÿ, ſicuti nec onera maturata tempore, quo fructus percepit heres, ſoluenda ſunt à fideicommiſſario.

35 Sacrum Conſilium cenſuit exorbitantem fuiſſe diſpoſitionem textus in l. deducta, §. qui poſt tempus, ff. ad Trebell.

36 Creditores hereditarÿ, ante Senatuſconſulti Trebelliani conſtitutionem, quomodo poterant agere contra hæredem ſcriptum, & fideicommiſſarium, hereditate etiam reſtituta.

37 Fideicommiſſarius nõ repræſentat perſonam debitoris, ideòq; non poteſt per creditores hæreditarios conueniri.

38 Actiones actiuæ, & paſſiuæ tranſeunt in fideicommiſſarium.

39 Author improbat dicta per Anton. de Ballis in loco indicato.

40 Legata ab instituto relicta, cenſentur repetita à ſubſtituto, & fideicommiſſario.

41 Teſtator præſumitur prædiligere inſtitutum, non ſubſtitutum.

42 Subſtitutus eſt ſubrogatus in locum inſtituti, omneſq; illius qualitates aſſumit.

43 Inſtitutus dicitur in omnibus ſubſtitutus.

44 Fideicommiſſarius poſt agnitum, & apertum fideicommiſſum vniuerſale, habetur loco heredis, & in eum tranſeunt omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ, omniaq; onera hæreditaria ſubire tenetur.

45 Hereditas nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit.

46 Iuris appellatione veniunt nomina debitorum.

47 Dom. Garſia Maſtrillus laudatur.

48 Cenſus annui non ſoluti per hæredem grauatum facta reſtitutione fideicommiſſi, an ſolui debeant per hæredem hæredis grauati, vel per fideicõmiſſarium.

49 D. Garſia Maſtrillus in addition. ad Petr. de Gregor. de cenſib. approbat opinionem Sac. Conſ. in deciſ. 13. & 49. apud Dom. de Franch.

50 Hæres grauati, quòd percipiat fructus hereditatis, & onus redditũum hereditariorum non ſolutorum ſpectet ad fideicommiſſarium, ſatis durum exiſtimatur.

51 Onera ſoluenda ſunt de fructibus.

52 Io. Petrus Surdus conſ. 92. enucleatur.

53 Onus legatorum, ſpectat ad fideicommiſſarium.

54 Hereditas tranſit in fidicommiſſarium cum onere legatorum, & in eum tranſeunt actiones actiuæ, & paſſiuæ.

55 Crediteres velint nolint, ſicuti, & le-

gatarij, tenentur conuenire fideicommissarium.

56 *Doctoris dictum debet intelligi secundum Authoritatem, quam allegat.*

57 *Fideicommissarius si soluerit, facta sibi cessione à creditore subingatario, poterit cogere heredem heredis ad sibi soluendum.*

58 Authoris *exhortatio ad Scribentes, ne probris verbis in aliorum sententijs, siue referendis, siue confutandis vtātur, queque ab ipsis in eorum monumentis posteritati traditis seruari debeant?*

59 *Veritatis intuitu, certandum est.*

60 *Veritas summum gradum obtinet in rebus humanis, exagitata magis redolet, dicitur lux, estq; aromatorū instar, que quò magis conteruntur, magis redolent.*

61 *Humana imbecillitatis conditio non patitur, adeò perfectè quem scribere, vt nihil pretermittat, & nunquam à veritate aberret.*

62 *Inscitie, & crassitudinis non leue argumentum est, aliorum scripta contumeliosis verbis impugnare.*

63 *Inuidia, que mala pariat.*

64 *Iudicandum est, sicuti passim indicatum fuit secundum determinationes factas per Sac. Conf. apud* Dom. de Franch. decis. 13. & 49. *quicquid contrarium asserere tentauerit* Antonius de Ballis loco indicato.

65 *Fideicommissarius attenta Bulla Nicolai V. tenetur ad soluendum onera hereditaria, vti detentor bonorum subingatorum, annuisque redditibus obnoxiorum, secundùm opinionem* Mastrill. in addition. ad Petr. de Gregor. de censib.

ARGVMENTVM.

Interesse decursum creditoribus hæreditarijs, pendente tempore restitutionis faciendę ab hærede primo loco instituto, qui fructus hęreditatis percepit, An solui debeat ab hærede ipso, siue eum repræsentantibus, vel à fideicōmissario? Exornantur *text. in l. deducta 58. §. qui post* ff. *ad Trebell. & in l. postulante,* ff. *eod.* pariterq; defenduntur Sacri Regii Consilij Neapolitani determinationes in materia iurium prędictorum, apud *D. Vincent. de Franch. dec.* 13. *&* 49. ab impugnationibus *Antonij de Ballis Consulti Siculi in eius Commentar. ad Prag. Regn. super Bulla de censib. quæst.* 34. *nu.* 9. qui pariter ab *Authore* carpitur, dùm probris verbis cōtra veneratam ab omnibus Europæ Prætoriis eiusdem Sac. Consil. Authoritatem, insurrexerit, quod (vt omni pateat æuo) non sine ingenti labore *Authormet* singula eius dicta recolens, iuraque adducta per ipsum perpendens, aliorumq; Doctorum cōsarcinatas Authoritates dispungens, occurrit; ac metho-

dice

dicè inſinuat, qualiter ſint accipienda aſſumpta ab ipſomet *de Ballis* ſub aliorum fide, exarata; quemq; genuinum habeant ſenſum; adeò quod inconcuſſa ſecernatur, veritateq; comprobata elucefcat, Sac. Reg. Conſilij Neapolitani ſcita, ſiue (vti aiunt) Deciſiones, quæ ex ponderatis, & adductis per *Authorem*, maiorem præbet efficaciam; nec illepidè adducitur, & ponderatur *Dom. Garſia Maſtrill. in addition. ad Petr. de Gregor. de ſenſibus, quæſt. 5. num. 197.* verſ. *Ex prædictis*, & verſ. *Ego autem*, qui exprobato *Antonij de Ballis* placito in *Sede indicata*, veriorem Sacri Conſilij ſententiam recenſet, eamq; in praxi tutiorem deſignat; quo loci *Author* mellifluis ſanè verbis, Scribẽtes exhortatur, vt in aliorum ſententiis, ſiue referendis, ſiue confutandis modeſtè ſe gerant, nec aliud quàm veritatis indaginem perquirãt, alioquin ſummę craſsitudinis, & inſcitię argumentum fore, ſuadet.

OBSERVATIO XXXII.

1 Tanti eſt Authoritas Sacri Regij Conſil. Neapolitani, vt nedùm in Regno ab omnibus veneretur, verùm etiã alienigenas deterruerit, teſte *Philip-*
2 *po Decio in conſ. 379. in princ.* magno ſanè Iureconſulto, qui de ſe ipſo perhibet teſtimonium, quem adhoc allegat non minoris Authoritatis, &
3 nominis *Conſultiſſimus Dom. meus Ill. Marchio Belmontis Reg. Carolus Tapia, Supremi Collateralis Conſilij*, poſt multa alia ſumma cum laude magiſtratuum expleta munera, Decanus *in Epiſtol.* ad *deciſiones Sac. Conſil.* per ipsũ congeſtas, & grauiorem eſſe tãti Prętorij Authoritatẽ fidem pręſtat *Andreas Alciatus* Conſultorum Conſultiſſimus in *reſponſ.* 109. verſ. *Et in primis*, quorum memor extitit ipſius Sac. Conſ. *Præſ. Dom. de Franch. dec. 238. n.* 3. prętereà, quę ad propoſitũ tradidit *Affl. dec.* 190. *in fin.* vbi *Addentes* nonnulla conſarcinarunt.

Quò factum eſt, vt paſſim Suprema Tribunalia iudicarint, quęſiti pręmiſſi reſolutionem claram emergere ex determinationibus factis
4 per Sac. Conſ. *dec.* 13. *num.* 10. & *dec.* 49. *num.* 11. apud *D. de Franch.* hæ-
5 redem ſcil. inſtitutum teneri pro tempore, quo fructus hæreditatis exegit, non fideicommiſſarium, quas ſanè determinationes, iuribus, & rationibus munitas, ſemper mihi perſuaſum habui, & nec latum quidem
6 vnguem ab ijs in conſulendo abij, alioſq; eruditos Collegas meos approbaſſe, non ſemel vidi, nobiſque ſuppetias tribuit *Peregrin.* in abſoluto *tractat. de fideicom. art.* 49. *num.* 66. vbi determinationes Sac. Conſ. enarrat, ea nempè irrefragabili ratione, quia licèt *tex. in l. deducta* 58. *§. qui poſt, ff. ad Trebell. & l. poſtulan-*

te eod. tit. videantur aliter determi-
nare,ſicuti in *dec.13.Dom.de Franch.*
latè declarat, attamen in theſi præ-
8 poſita per *Dom. de Franch. d.dec. 49.*
*num. 11.*quando teſtator iniunxit fi-
deicommiſſum. & mandauit hęredi
primo loco inſtituto, vt infra pręfi-
xum diem ſolueret debitũ, vel pro
eo vſuras penderet, hoc caſu hęres
tenebitur, & ſi ſoluerit fideicom-
miſſario ad intereſſe adſtringatur,
quia damnum ſentit, non tamen
ex eo,quia fructus percepit iudicio,
vel non iudicio teſtatoris, ſicuti in
dd. iuribus, § qui poſt, & l. poſtulante
videtur diſpoſitum: ſed quia teſta-
toris voluntati non paruit,qui mã-
dauit infra certum tempus ſolui, ex
9 qua non paritione ipſe eſt in mora,
quę ſibi, & non fideicommiſſario
10 nocere debet, cum omnis mora ſit
delictum,quod ſuos tenebit Autho-
res. & licèt nihil alleget, faciunt ta-
men adamuſſim, quę exararũt *Iaſ.*
Mantic. & Menoch. ſtatim allegandi,
verſ. *Iiſque adſtipulatur num. 12.* id
quod in noſtro quæſito etiam pro-
cedere tradit *Dom.de Franch. d.num.*
*11.*verſ. *Et quamuis hæres*, ibi, *Et quã-*
uis hæres etiam quod teſtator non expreſ-
ſiſſet, teneretur ad huius debiti ſolutio-
nem, quia hæres, ſubdens poſt *Cyn. in*
l. iubemus, C. *ad Trebell.* quam per
prius allegaſſe meminit in *dec. 10.*
quod varietur quomodocumque,&
11 qualitercumque diſpoſitio *d. §. qui*
poſt, ſemper hæres, qui emolumenta
percipit, tenebitur ad onera.

12 Iiſque adſtipulatur *Ioannes Cri-*
uellus deciſ. Dolan. 55. num. 1. verſ.
Et poſito, inquiens, quòd licèt legati
onus non expreſſo proprio,ſed tan-
tùm appellatiuo inſtituti nomine,
vtpotè hæredis, fuerit iniunctum,
tamen adhùc idem eſſet dicendum,
13 ac ſi proprio hæredis nomine,onus
appoſitum fuiſſet, ex ijs quę tradit
Caſtrenſ. in l.licet num.4. ff. de lega. 1.
quod nomen appellatiuum hære-
dis, cùm in vno ſolo verificari po-
teſt, nominis proprij vicem obtinet,
dùm per prius *eod. num. 1.* edixerat
14 nulli dubium eſſe, quin legato reli-
cto ab inſtituto proprio eius nomi-
ne expreſſo, minimè legati onus re-
petitum cenſeatur in ſubſtitutum,
ſicuti de communi teſtatur *Iaſ. conſ.*
95. num.1. lib.1. Cardin. Mantic. de
coniectur. ultim. volunt. lib. 8. tit. 2.
num.15. & Menoch. de præſumpt.lib 4.
præſ. 108. n.24. tunc etenim videtur
15 potius grauata perſona hæredis,
quàm hereditas, per *tex. in l.nonnun-*
quam, ff. ad Trebell. & approbat *Me-*
noch. loc.cit. num.29.

Nec diuerſa erit diſpoſitio ſecun-
dum *Criuell.* ibi *num. 3.* ſi hæredi da-
tus ſit ſubſtitutus vniuerſalis, & im-
perſonaliter iniunctũ ſit legati onus,
nam tunc, adhuc etiam dicendum
16 eſt in dubio, hæredem potius cen-
ſeri grauatum onere legati, quàm
ſubſtitutum aut fideicommiſſarium
vniuerſalem, vulgare ſiquidem eſt
ex definitione,ſeu mauis deſcriptio-
ne legati *in §. 1. Inſtit. de lega. & eod.*
tit. ff. l. legatum eſt quædam,& ibi *gloſ.*
legatum in dubio potius cenſeri re-
17 lictum ab hærede, quàm ab alio,
cùm ſit donatio à teſtatore relicta
ab hærede præſtanda, præſertim ſi
non purè, ſed in diem,aut ſub con-
ditione relictum ſit fideicõmiſſum,
vti poſt *Bart. in l. Marcellus, §. idem*
Pomponius, ff. ad Trebell. tradit *Man-*
tic. de coniect. ult. vol. lib. 8. tit 2. nu.
8. vbi ex *Bald. Crau. Corn. & Alcia.*
communem eſſe teſtatur,idq; locum
ſibi vindicare inſinuat *Criuell. d.nu.*
3 verſ. *Quinimò*,etiamſi ſolutio col-
lata ſit in tempus mortis ipſius hæ-
redis, per ea, quæ tradit *Bart.in l.qui*
duobus, ff. de vulg. & pup. quæ ſequu-
ti ſunt *Dec. conſ.581.num.8.* verſ. *Vl-*
terius, & Menoch. præſ.131. num.11.
lib.4.

Potiſſima autem ratio, ex qua
eiuſmodi aſſumptum comprobatur,
nempè legata ab eo deberi,qui fru-
19 ctus percepit, ea eſt, quia fructuum

onus

onus esse censetur, ad *tex. in l.fin.* §.
fin autem, C. *de bon. quæ liber.* & *in l.*
liberto, §. 1. *ff. de ann. lega. l.firmio*, §.
pater, *ff quan. dies lega. ced.* ex qui-
bus consequentiam optimè format
Criuell. d. dec. 55. *num.* 8. vers. *Con-*
sequens est, eandem quoq; vigere dis-
positionem quãdo testator expres-
sè mandauit legatum solui ex fru-
ctibus, cum secũdum naturam eum
20 incommoda sequi, quem onera præ-
cesserunt, *l. secundum naturam*, *ff. de*
regu. iur. cum *concordan.*

Et propriùs rem nostram attin-
gens *num.* 10. vers. *Et in specie*, substi-
21 tutum, aut fideicommissarium, cui
restituta est hæreditas, non posse
conueniri pro ann. legatis ab hærede
non solutis, saltem pro terminis de-
cursis (vti est casus noster) antequã
fideicommissum esset apertum, in
dubiũ reuocari minimè posse affir-
mat, ex ijs, quæ in terminis, omniũ
primus affirmauit *Pau. de Castr. cons.*
16. *in* 3. *dub. num.* 4. *vol.* 2. quem se-
quuti sunt *Ias. d. cons.* 95. *num.* 2. *vol.*
1. *Simon de Prat. de interpret. vltim.*
volunt. lib. 4. *dubit.* 9. *num.* 27. vers.
Ideò, *Crau. cons.* 19. *col. fin. in princ.*
Natt. cons. 323. *ad fin.* & iterum *de*
Petris dubit. 11. *num.* 30. vers. *de alijs*
autem, & *lib* 5. *dubit.* 2. *nu.* 10. & 11.
vers. *Quia ad hæc*, & *dubit. vltim num.*
30. inquiens expressè legatum sol-
22 uendum ex fructibus præstari spe-
ctat ad hæredem, qui percepit fru-
ctus, & si non viuit, ad eius hære-
des, & non ad fideicommissarium,
etiamsi tales fructus fuerint con-
sumpti, & bona ex quibus fuerunt
percepti, per hæredem fuerint alie-
nata, sicuti respondit *Corn. cons.* 183.
lib. 1. & doctrinam *Paul. de Castr. in d.*
cons. 16. quod est 78. *in antiq. in* 3. *dub.*
esse notabilem, & memoria dignam
tradit *Cotta in suis memorab.* verb.
Hæres grauatus, vers. *De onere.*

Et licèt ab hac conclamata sentẽ-
tia resilientem, neminem quisquis
crediderit; *Proh dolor?* oppugnantẽ
vidimus *Antonium de Ballis* Iurecon-
23 sultum Siculum in eius *commen-*
tar. ad Prag. Regn. super *Bull. de cen-*
sib. q. 34. *num.* 9. qui probris sanè
verbis adstruit sententiam Sacri no-
stri Consilij, de qua apud *Dom. de*
Franch. d. dec. 13. & 49. sibi securam
non videri, nec iuridicam, & iterum
num. 12. vers. *Ex quibus*, audacter af-
firmat determinationem Sac. Cons.
esse contra *tex. in d.* §. *qui post*, nec in
iure, fundari posse, nec in æquita-
te.

24 Idq; vt oculata fide suadeat *num.* 9.
ponderat dispositionem *tex. in d.* §.
qui post, non esse adeò terribilem,
particularem, aut exorbitantem, si-
cuti Domini de Sac. Cons. existima-
uerunt, sed potius videtur contine-
re æquitatem, & decisionem ratio-
25 nabilem, æquitatem verò, & ratio-
nabilitatem ex eo fundat *num.* 11.
quia bipartit onera, & commoda
inter hæredem institutum, & graua-
tum, & fideicommissarium, nam
grauauit hæredem institutum, & ip-
sius hæredem, vt non acquirat iura
non exacta, & è contrario releuat
eum à solutione onerum non solu-
torum, & similiter fideicommissa-
rium grauat vt teneatur ad onera
non soluta, & eum releuat, vt acqui-
rat onera non exacta, vndè infert,
maximam æquitatem demonstrari
in illo *tex.* & paritatem grauaminis,
26 & beneficij, vt si in vno sunt graua-
ti, pariter in alio releuentur, per
tex. in l. qui sentit, *ff. de regu. iur.* &
cap. qui sentit eod. tit. in 6. ex quibus
cessare tradit rationem illam, in qua
se fundauit Sac. Cons. quod si ha-
buit fructus, teneatur ad onera, quia
iam ille *tex.* si in aliquo releuauit fi-
deicommissarium, & similiter hære-
dem institutum, iam in alio graua-
uit.

27 Nec obicem facere autumat *Pau.*
de Castr. d. cons. 18. *in* 3. *dub.* quia (vi-
dere suo) fundat eius dictum ex *tex.*
in l. apud Iulianũ, §. *hæres*, *ff. de lega.* 1.
ex

ex quo eius dictum non fundatur, & in sui defensorem adducit *Surd. consf.92. num.10. & seqq. lib.1.* qui licèt referat *Castrens. & Natt.* id perfunctoriè factum tradit.

Verùm: eiusmodi singularis Doctoris placitum, adeò abest, vt ex dictis per ipsum probetur, vt potius insulsum, vndiq; videatur, nam si ex æquitate, & rationabilitate suum dictum formare intendit, quæ maior est æquitas ea quam tradidit *Consultus in d. l. secundum naturam, ff. de reg. iur.* vt eum sequantur onera,
28 quem commoda sequuntur? vndè si hæres institutus percepit fructus hæreditatis, eum & onera exoluere debere pro tempore, quo percepit, æquum est, nam dùm fideicommissarius debet potiri cõmoditatibus, & fructibus hæreditarijs à die restitutionis hæreditatis secundum mentem, & intentionem testatoris, si esset obnoxius solutioni onerum hæreditariorum debitorum tempore,
29 quo hæres fructus percepit, vtique in plus grauaretur, quàm testator ordinauit contra *tex. in l. ab eo, C. de fideicom.* ex quo elicitur illa conclu-
30 sio, *Quem non honoro, non onero*. Et è contra, dùm hæres institutus non potest exigere fructus maturatos in vita sua, vt illos postmodum habeat fideicommissarius, & non hæres hæredis instituti, adhùc voluntati, & intentioni Testatoris repugnat, qui primo loco voluit illum esse hæredem, & sic dominum totius hæreditatis, fructus autem sequuntur
31 dominum, *l. Herennius, ff. de vsur.* Imò adeò elongatur æquitas, ex dictis per *Anton. de Ballis in loc. cit.* vt rectiùs dici possit alterutrum ex his hæredem, scil. institutum, vel fideicommissarium locupletari cum al-
32 terius iactura, si eius dictis annueretur, repugnante *tex. in l. nam hoc natura, ff. de condict. indeb. cap. locupletari, de regu. iur. in 6. l. iure naturæ, ff. eod. l. si quis mancipij, §. fin. ff. de institut. Affl. dec. 316. Giurb. obseru. 1. num. 14. in fin.* vndè euidenter apparet, irrationabile, & iniquum, id
33 quod pro æquo, & rationabili tradidit præfatus *Author*, imò improportionabile, dùm vult æquum esse
34 quod fructus spectantes ad hæredẽ sint fideicommissarij, & onera maturata tempore, quo fructus percepit hæres, soluantur à fideicommissario contra *tex. in l. fin. C. de pact. conuen.* vbi ius attendit proportionẽ genericam in quolibet actu.

Meritò igitur iure, Domini de Sac. Cons. viri vndequaq; dati, & perspicaces censuerunt *tex. in d. §. qui post* esse particularem, & exorbi-
35 tantem, dùm prima (vt aiunt) fronte cõtrarium sibi persuadebat, teste *Dom. de Franch. d. dec. 13. num. 4. vers. Et re vera.*

36 Et quatenus idem *de Ballis num. 10.* pro intelligentia eius racionationis ad *tex. in d. §. qui post*, prænotauit omnia fecisse SenatusConsultum Trebellianum, nam antè ipsius constitutionem creditores hæreditarij poterant solum agere contra hæredem scriptum, non autem contra fideicommissarium etiam hæreditate restituta, duabus rationibus; Prima scil. quia actiones personales competẽtes creditoribus dabantur olim contra debitorem, vel eo mortuo contra eius hæredem, quò fit, vt dùm fideicommissarius non repræsentat personam debitoris, non poterat per creditores hæreditarios conueniri; Altera ratio, cui innititur, ea est, nam hæres adeundo quasi contrahit cum creditoribus, & erit eis obligatus ex hoc quasi contractu, qui non potest verificari in fideicommissario vniuersali etiam restituta hæreditate, vndè à creditoribus conueniri non poterat, sed postmodum SenatusConsulti Trebelliani Constitutio indulsit, vt in
38 fideicommissarium transeant actiones actiuæ, & passiuæ, sicuti habetur

in *tex. in l. 2. ff. ad Trebell.* concludẽs
ex Trebelliani efficacia, & operatio-
ne iure ſuo hæredem fructus perci-
pere, & exindè bipartitam illam
æquitatem ortam fuiſſe.

39 Mihi videtur falſum eius enũcia-
tum, nam *textum* habemus ſingula-
rem *in l. licèt Imperator 72. ff. de lega.* 1.
quo cauetur legata ab inſtituto re-
40 licta, cenſeri repetita à ſubſtituto,
vel fideicommiſſario, *Iaſ.* & commu-
niter *DD. in d. l. 1. Guid. Pap. dec. 296.*
& conſ. 8. nu. 3. D. de Franch. plenè *dec.*
1. n. 5. Menoc. de præſum. præſ. 108. *lib.*
4. vbi in terminis examinat quæſtio-
nẽ, probatq; tribus rationibus poſt
Iaſ. & alios nempè, Primò, quia te-
41 ſtator cenſetur magis diligere pri-
mò inſtitutum, quàm ſubſtitutum,
l. Publius, §. 1. ff. de condit. & demon.
vndè ſi illum grauauit legato, multò
42 magis eſt præſumendum voluiſſe
grauare ſubſtitutum, Secundò, quia
ſubſtitutus eſt ſubrogatus in locum
inſtituti, ob idq; omnes illius quali-
43 tates aſsumit, *l. ſi eum, ff. ſi quis cau-*
tion. Tertiò, quia inſtitutus, in om-
nibus ſubſtitutus dicitur, *l. Iulianus,*
ff. de hæred. inſtit. quæ nedùm vigent
in vulgariter ſubſtituto, ſed etiam
in ſubſtituto per fideicommiſſum
vniuerſale, ſecundùm *Menoch. loc. cit.*
num. 57. & 58. Peregr. de fideicom. art.
4. per tot. benè *Crivell. d. dec. 55. num.*
15. vbi tradit fideicommiſſarium
44 poſt agnitum, & apertum fideicõ-
miſsũ vniuerſale, loco hæredis eſse,
& in eum tranſire omnes actiones,
tàm actiuas, quàm paſſiuas, ob idq;
teneri ſubire omnia onera hæredi-
taria, & ea exequi, prout tenebatur
hæres, ex dictis per *Bellon. conſ. 62.*
num. 7. DD. communiter *in l. Mar-*
cellus, ff. ad Trebell.

Et ſi replicetur, prædicta proceſ-
ſiſſe vigore Senatus Cõſulti Trebel-
liani, & non antè, ideòq; incidere
cum dicto ipſis *de Ballis*; Adhùc vr-
geo etiam ante Conſtitutionem di-
cti Senatus Conſulti idem fuiſse diſ-
poſitum, nam cum hæreditas nihil
45 aliud ſit, quàm ſucceſſio in vniuer-
ſum ius, quod defunctus habuit, *l. ni-*
hil aliud ff. de regu. iur. & appellatione
46 iuris veniunt nomina debitorum,
dicendum eſt quemcumque, ad quẽ
hæreditaria bona peruenerunt fuiſ-
ſe obnoxium ad ſolutionem legato-
rum, & onerum.

Nec ex eo (etiamſi concedamus)
quod virtute Senatus Conſulti poſ-
ſint creditores vrgere fideicommiſ-
ſarium ad ſolutionem debitorum, &
onerum, quod per prius non erat
prouiſum, niſi contra hęredem in-
ſtitutum, ex dictis per *Ballis* poſt *Iaſ.*
nu. 10. quę bona deduci poteſt con-
ſequentia, ſiue ęqua, aut rationabi-
lis promanat diſpoſitio, vt hęres in-
ſtitutus non acquirat ſibi, eiuſq; hę-
redibus fructus maturatos pendẽte
tempore reſtitutionis, quo hæredi-
tatem habuit, & fideicõmiſſarius
teneatur ad exoluẽdum onera ma-
turata tempore quo hæres fructus
percepit; ſicuti modò adnotaui-
mus.

Quid dicendum modò erit ad
aliud aſſumptum ipſius de *Ballis*,
dùm aſſeruit *Pau. de Caſtr. d. conſ.* 18.
minimè probare eius opinionem, &
in contrarium vrgere tradit *Surd. d.*
conſ. 92.

Mihi herclè elaborandum non
eſt pro aſſumpti prædicti diluitio-
ne, Alium etenim, atque alium ha-
47 bes Lector Doctorem magni nomi-
nis, apprimèq; doctum, & eruditũ,
qui noſtram ſuſtinet aciem. Is eſt *D.*
Garſia Maſtrillus, qui in *additionibus*
(ſanè aureis) *ad Petr. de Gregor. de cen-*
ſib. q. 5. num. 197. verſ. *Ex præceden-*
ti, verſ. *Ego autem*, excitans quæſitũ,
48 quod practicabile dicit, An cenſus
annui non ſoluti per hæredem gra-
uatum, facta reſtitutione fideicom-
miſſi, ſolui debeant per hæredem
hæredis grauati, vel fideicommiſſa-
rium, tradit articulum eſſe ſubtiliẽ-
ſuper quo DD. varia dixiſſe, addu

cens *Anton. de Ballis loc. iam allegato,* qui tenet spectare ad fideicommissarium, ex multis, motus authori-
49 tate *Surdi d.cons.*92.quodq; contrarium tenuerunt Domini de Consilio Neapolitano in *d. dec.*13. & 49. apud *Dom.de Franch.*

Quò circa: rem (de more) optimè, & funditus degustatus *Mastrill.* apertè Sac. Cons. determinationes amplectitur, reprobata sententia
50 ipsius *de Ballis*, ea nempè ratione, quia durum esset, quod hæres grauati perciperet sibi fructus hæreditatis, & modò onus redditum hæreditariorum nō solutorum spectaret ad fideicommissarium, adducēs in terminis *d. dec.*49.*Dom.de Franch.* & *Pau. de Castr. cons.* 16. vbi expressim id determinare asserit sequutū *à Iaf. d. cons.* 95. *lib.* 1. & *Natt. cons.* 321. & *cons.* 323. *lib.* 1. nam de fru-
51 ctibus soluenda sunt onera ad *tex. in l. apud Iulianum*, §. *hæres*, *ff. de legat.*1.
52 Vtq; fuimet macerie dicta per *Ballis*, destruātur,asserit *Surd.d.cons.* 92. per ipsum allegatum, minimè loqui de onere annui redditus non soluti tempore, quo hæres possedit, sed tantùm firmat conclusionem
53 (quam verissimam existimat *Mastrill.* ibi) quod onus legatorum, & hæreditatis spectat ad fideicommissarium,ad *tex.in l* 2.& *l.fin.C.ad Trebell.* quia hæreditas transit in fidei-
54 commissarium cum onere legatorum,& in eum transeunt omnes ac-
55 tiones actiuæ,& passiuæ,adeò quod creditores,& legatarij,velint nolint, tenentur conuenire fideicommissarium, ad quod probādam cotas adducit,dùm autem tangit articulum nostrum *num.*14.firmat conclusionē pro hærede, allegando *Castrens. Iaf.* & *Natt.* non quia perfunctoriè, sicuti censet *de Ballis*, quia satiùs putauit *Surd.* præfatos Authores adducere ad eiusmodi thesim cōpro-
56 bandam, vndè succedit conclusio Doctoris dictum esse intelligendum secundum authoritatem,quam allegat ex recepta doctrina *Bart.in l.non solum*, §. *liberationis, ff. de liberat.lega.* Vndè infert *Mastr.* ibi quod si fol-
57 uerit fideicommissarius, facta sibi cessione à creditore subiugatario, poterit cogere hæredem hæredis grauati ad sibi soluendum.

Ecce igitur,clauus clauum tradit. Siculus, Siculum inuehit,& venerāda Sac. Consil. authoritas à contrariorū labe expurgata,nitidior exur-
58 git;Optandum sanè esset(vt meum in hoc semel animum adaperiam)ab Authoribus quarumcumq; disciplinarum, præsertim ijs, quibus à Deo datū est in legali scientia adeò proficere,vt alijs lucem aliquam eorum lucubrationibus afferre possint, dū pro veritate insinuanda, non tamē contradicendi studio calamum arripiunt, decentiùs in aliorum sententijs, siue referendis, siue confutandis,non nisi honesta de Authorum personis, earumq; operibus proferre, quàm eosdem verbis malè dictis, perperàm conceptis, conuitijsq; carpere.
59 Est pro veritate certandum, vt. potè, quæ summum gradum obtinet in rebus humanis,atq; exagitata
60 magis splendescit, *cap.grane* 35.*q.*9. estq;aromatum instar,quæ quò magis conteruntur, magis redolent,secundùm *Castrens. cons.* 28. *lib.*1. lux dicitur *ad tex. in l ob carmen in fin.ff. de testi. cap. causam*, vers. *Ex præmissis de probat.* cum alijs adductis à *Dom. Sueln. cons.* 42. *nu.* 26. omnes scimus omnia,vnus prorsùs omnia ignorat. Omnes quidem currimus, vnus accipit brauium.Reuelantur paruulis, quæ abscondita sunt Sapientibus; Ingeniosum existimo, & laudabile nimis ad indaginem veritatis,aliorū sententias perscrutari, easque si oportet, improbare.Veritas namq; summum tenet gradum, & alterius verbis alligari, dùm ità non sentias, pu-

61 pudendè facis, nec humanæ imbecillitatis conditio patitur, adeò perfectè quem scribere, vt nihil prætermittat, & nunquam à veritate aberret, Attamen quid commune habēt verba contumeliosa, vt veritatem fecerìs? imò fateor ingenuè, stomachatus sum non semel, dùm apologica nonnullorum scripta recensui, tot plena contumelijs, tot verbis iniuriosis, vt nihil ad rem, quàm agunt pertineant, neq; aliud efficiāt, quàm aliorum ingeniorum irritatos sentire aculeos, quod quidem
62 est potissimum summę inscitię, & crassitudinis argumētum, sicuti aduertit *Reg. Galeot. in 1. lib. controuers. illustr. cap. 35. in summar. respons* editi per *Cardin. Mantic.* idq; mihi obloquēdi genus nunquam arrisit, nec arridere poterit vsquequaq; donec manus calamum reget (Deo fauente) sicuti palàm detestor, abhominor, atq; exhorresco adhùc referens; paruiq; faciendam nonnullorum ingloriorum scripturientium ambitionem censeo, qui ex alienis laboribus mendicatim congestis, suos infartierunt centones, nec in alio elaborasse videtur, quā alio conducto, & subducto pallio, & filo, cōsuant, cōsarciantq; adhùc viuentiū Authorum folia, & aliena pro suis, gloriabundè satis, seù mauis pudebundè venditant, vndè sæpè accidit, quod negligunt, quæ non intelligunt, & carpiunt, quæ vix capiunt. Sincero sint Authores animo; æmulari charismata meliora, enitendum est, summaq; ope elaborandum; Inuidia detestabilis est, Authorisq; sui maculata detinet ossa, vndè Vates ille cecinit,

63 *Inuidus alterius macrescit rebus opimis.*

Et illud probè collineat,

Inuidus esse nolo, inuidiosus esse laboro.

Ausam mihi tribuit, vt prædicta exararem *Anton. de Ballis*, qui vt ingeniosum se præbeat in intellectu *tex. in d. §. qui post l. deducta, ff. ad Trebell.* dùm Sac. Conf. decisiones redarguere satagit, obloquutus est, adeò quod effecerit Deus, vt conciuis suus *Mastrill.* ipsum obiurgando, Sac. Conf. determinationibus inhæserit, eique nos subscribimus, & te-
64 stamur ità passim iudicatum esse, & debere in posterum iudicari.

Restringit tamen *Mastr.* eiusmodi determinationes attento priuilegio *Reg. prag. 1. de censib.* super *Bulla Nicolai V.* quo in casu tenet fideicommissarium omninò cogi ad soluendum onera hæreditaria, vti detentorem bonorum subiugatorum, & obnoxiorum annuis redditibus.

SVMMARIVM.

1 *HOmines plus sperant in eorum bonis, quàm quod habeant.*

2 *Decoctus non potest petere interesse ab eius debitoribus.*

3 Bursatus in cons. 72. num. 8. *vers.* Quarto accedat lib. 1. *dùm inquit decoctum non posse ab eorum debitoribus petere interesse, nullam de hoc affert rationem, sed Doctorum Authoritatibus innititur.*

4 Author *fatetur non reperisse Authores à* Francisco Bursato *adductos* in cons. 72. num. 8. *vers.* Quartò accedat lib. 1. *dicentes id ad quod ab ipso* Bursato *allegantur.*

5 Franciscus Bursatus *in magna æstimatione fuit habitus à* Dom. Vincentio de Franch. Sac. Conf. Præside.

6 Author *consueuit in articulis elaborandis, præter iura, & Doctorum Authoritates, rationem semper exquirere.*

7 *Argumentum ex vi correlatiuorum desumptum, dicitur probabile, forte, vtile, & multum frequens.*
8 *Argumentum ex efficacia correlatiuorum procedit constructiuè, & destructiuè.*
9 *Decoctus statim amittit administrationem suorum bonorum.*
10 *Decocto in Regno, statim dantur personæ, quæ exigant, & conseruent pro creditoribus bona decocti, per quos omnia geruntur circa bonorum ipsius administrationem.*
11 Author *impugnauit liquidationem instrumenti initi per eum, qui mercator dum extitisset, eius bona in Sac. Consil. deducta fuerunt vrgentibus creditoribus, illique curator fuit datus, & secundum eius patrocinium extitit iudicatum.*
12 *Decoctio si superuenit, omnes contractus initi per decoctum, qui vendidit ann. introitus, habentur pro resciissis, & dominium illud acquisitum per venditionem resoluitur, seu potius transfunditur in creditum, & emptores annuorum introituum, efficiuntur creditores tàm sortis principalis, quã annualitatum.*
13 *Interesse annuorum introituum non currit existente debitore decocto, ità iuris ministerio fit, vt resoluatur contractus.*
14 *Interesse tertiarum deberi ex contractu reseisso, impossibile est in iure.*
15 *Tertia vbi non debentur, nec earum interesse deberi, certum est, quia remoto principali, remouetur, & accessorium.*
16 *Interesse non debetur, data mutatione status debitoris, ex qua detegitur paupertas.*
17 *Paupertas superueniens excusat à mora, & ab omni interesse.*
18 *Paupertas excusat nedùm à mora, sed etiam à periurio, & pœna.*
19 Dom. Gabriel Valascus *laudatur.*
20 Dom. Camillus de Medicis *laudatur.*
21 *Interdictus, bonorum administrationẽ amittens, ideò non tenetur ad interesse, quia impossibile est, vt pareat obligationi.*
22 *Impossibilium, nulla est obligatio.*
23 *Impossibilium præstatio, natiuitati etiã obligationis naturalis resistit.*
24 *Promissio de re impossibili non tenet, siue contractus sit stricti iuris, siue bonæ fidei.*
25 *Impossibile promittens, non videtur habere animum se obligandi.*
26 *Moræ purgatio impeditur per mutationem status, ex qua detecta est paupertas.*
27 Author *rationem eam esse adstruit, quod decoctus non potest petere interesse ab eius debitoribus, quia ipsemet decoctus non tenetur ad interesse solutionem, & sic ex vi correlatiuorum.*
28 *Retorsio iuris iniqui, procedit de iure.*
29 *Moratoriam opponens contra suos creditores, pati debet, vt illa etiam vtatur sui debitores.*
30 *Decocto, an debeatur ab eius debitoribus interesse, non passim apud Doctores discussum inuenitur.*

ARGVMENTVM.

Decoctus, sicuti non tenetur ad interesse eius creditoribus ob mutationem status, & interdictionem bonorum, siue iuris ministerio, ob detectam prupertatem, siue ex quotidiana, & inconcussa Regni Tribunalium praxi, qua eliguntur personæ pro administratione patrimonij ipsius, qui solum vertit, seu foro cessit, & deputatione prędictæ peracta intelligitur interdicta

ċta adminiſtratio, An poſsit petere intereſſe ab eius debitoribus? Noua, & curioſa indagatio:quę vſquemodò Rotalem non dùm recepit determinationem; ad cuius enucleationem *Author* negatiuam ſuſtinens opinionẽ, quamplura allegauit, & conuincentibus rationibus defendit; Reſolutio, ſiue reſciſsio contractuum in Regno, ſuperueniente debitoris decoctione, vndè ortum habuit, vt venditores ann. introituum teneantur ad ſortem principalem, eiuſq; intereſſe ad diem vſque decoctionis, non vltrà, & ſic emptores eorũdem ann. introituum efficiantur expliciti creditores, adeò quod ſortem illam principalem, ſeu capitale demortuum in terminis *Bullæ Nicolai V.* redactę in *volum. Pragmaticar. Regni, rubr. de cenſib. prag.* 1. iuſtè valeant conſequi, inuito debitore, eodemq; annuorum introituum venditore? Quãuè vim, & efficaciam prębeat argumentum deductum ex natura correlatiuorum?

OBSERVATIO XXXIII.

QVotidianus eſt caſus (malo humani generis fatò) adſcribendus, qui adeò ſpiſſim contingit, vt Practicorum oculis paſſim occurrat, ſeſeque ingerat, dùm homines con-
1 ſueuerunt longè plus in eorum bonis ſpem habere, quàm par eſſet; vndè tẽporis curſu fruſtratos ſe agnoſcentes, ac creditorum molè obæratos, cedunt bonis, ſiuè ſolum ver-
2 tunt, quo caſu intereſſe ab eorum debitoribus minimè petere poſſe,
3 ttadit *Burſ. conſ.* 72. *n.* 8. *verſ. Quartò accedat lib.* 1. nullam de hoc dicto rationem expendens, ſed Authoritatibus dumtaxat ſuffultus, allegat *Couarr. variar. reſol. lib.* 3. *cap.* 4. *Plot. in repet. l. ſi quando num.* 427. 455. & 469. *Rebuff. in l.* 1. *num.* 570. *C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profer.* quos adducit ad idem dictum comprobandum *Intrigl. ſing.* 62. *num.* 1. *lib.* 2. quos Authores à *Me* perlectos,
4 tale quod dicentes reperire non valui; vnicus tantùm pro opinione re-
5 manet *Burſatus*, cui ſanè credendum cenſeo, eo quod magni eum faciebat *Præſ. de Franch.* vti ipſe teſtatur *dec.* 109. *ad fin.*

Cùmquè: præ manibus articulus defendendus mihi contigiſſet, præ-
6 dictos DD. allegaui, iis tamen (ſecundum morem meum) minimè contentus, rationem perquiſiui, quę ad ità determinandum mouere poterat præfatos Conſultos, & firmè ſuſtinui, ex regula correlatiuorum emanare, de qua *in l. fin. C. de indict. vid. toll. in l. fin. ff. de acceptil & in l.* 1. *C. de cupreſſ. lib.* 10. *cap. debitum de baptiſm. cap. fin. de inſtit. clem.* 1. verb. *æternaliter de ſumm. trinit. & fid. cathol. gloſ. in l.* 1. *C. ne fideiuſſor. dot. dent. cap.* 1. *de locat. & in cap. ſi poſt-*

quam

quam de elect. in 6. Bart. in l. liberorum §. 1. ff. de his qui notan. infam. Hyppol. de Marsil. in l. si quis viduam num. 14. cum seqq. ff. ad l. Cornel. de Sicar. post *Ias. in d. l. fin. C. de ind. vid. toll. Mexia in prag. taxæ panis, concl. 2. num. 60.* vers. *Quodq; & in 2. par. responsi super immunitate farsaniorum equitum, num. 28. & seqq.* cuius argu-
7 mentum probabile, forte, vtile, & multum frequens extollit post *Bald. in l. conuenticulam, C. de Epis. & cler.*
8 *Euerar. in topic. legal. loc. à correlatiu. in princ.* vbi tradit procedere constructiuè, & destructiuè, per plura exempla discurrens.

Scitum etenim est, eò ipso quod quispiam foro cedit, seu solùm ver-
9 tit, statim illi administrationem interdici, per *tex. in l. item si vnus, ff. de arbitr. l. is qui bonis, & l. qui bonis, ff. de cession. bonor.* per quæ iura tenet *Straac. de decoctor. par. 3. num. 14. Dom. de Franch. dec. 55. num. 2.* vbi adducit *Bal. conf. 400. num. 5.* hinc in Regno
10 praxis inoleuit, quod decocto dantur personæ, quæ exigant, & conseruent pro creditoribus bona decocti, & ex tunc decoctus aliquam administrationem non habet, sed omnia per personas deputatas geruntur, sicuti fidem præstat de obseruantia *Dom. de Franch.* ibi *num. 3.*
11 vers. *Sed ad hoc, Camill. de Medic. conf. 98. num. 25.* & post ipsos adnotaui *Ego* in pulchro casu liquidationis instrumenti vigore Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, quam impugnaui, & secundum scripta per *Me* fuit iudicatum, quæ exarata sunt *in 1. discept. forens. cap. 39.* imò decoctum haberi pro mortuo, tradit nouissimè *D. Petrus Franciscus de Tonduti Sanlegerius* celeberrimus Cõsultus *in quæst. ciuil. cap. 72. num. 9. & cap. 100. num. 19*

Alteraq; exindè emanauit praxis in Regno, quam frequentissimam dicit *Reg. Rou. in prag. 3. num. 12.* vers. *Inoleuit sub tit. de cession. bonor.* in con-
12 tractibus venditionũ annuorum introituum ad formam Bullę, & *prag. 1. de censib.* per superuenientem decoctionem haberi cõtractus pro rescissis, & dominium illud acquisitũ per venditionem resolui, seu potius transfundi in creditũ, & quod emptores efficiuntur expliciti creditores,
13 tàm sortis principalis, quàm annuorum censuum, nec amplius currere annualitates, nec earum interesse, tradit *Reg. Rou. num. 17.* vers. *Ratio dubitandi ad fin.* vbi eam esse vim, & efficaciam resolutionis contractus per decoctionem, ministerio iuris
14 insinuat, subdens *num. 19.* vers. *Ansequuta,* impossibile esse, quod ex illo contractu resoluto, & rescisso debeatur interesse tertiarum, quod sicuti prouenit à tertijs ipsis, dùm
15 eę non debentur, minus earum interesse deberi, fatendum est, quasi remoto principali, & accessorium remoueri necesse sit, *l. cum lex, ff. de fideiussor. & cap. accessorium, de regu. iur. in 6.*
16 In alijs verò contractuum speciebus, nequidem decoctus ad interesse tenetur, eo quia per mutationem status detecta est paupertas, quę ex-
17 cusat à mora, & ab omni interesse, *Rebuff. in l. vnic. glos. fin. num. 32. & seq. C. de senten. quæ pro eo quod inter.* & maximè in praxi adnotandum esse, animaduertit *Roder. de ann. reddit. lib. 3. q. 1. num. 35.* vers. *Declaro sexto.* Paupertas siquidem excusat,
18 nedùm à mora, sed etiam à periurio, & pęna, *Surd. de alim. q. 48. num. 37. Couarr. variar. resol. lib. 2. cap. 1. num. 9.* vers. *Quoties verò, Io. Arnon. sing 62. Io. Ant. Trigen. sing. 33. nu. 4. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 22. tit. 27. num. 54. Carroc. de locat. & cond. 2. par. tit. de effect. locat. ad long. temp. q. 6. num. 38. & 39.* vbi veriorem, & magis communem sen-
19 tentiam enunciat *Dom. Gabriel Aluarez de Velasco* in celebri Regia Vallisoletana Cancellaria eximius causa-

ſarum Patronus in *tractat. de priuil. pauper. & miſerab. perſonar. par. 1. q. 33. num.22.* & in Sac. Conſil. deciſum, recenſet *Minad.dec.17.* eiſque cõferũt,quæ punctuatim tradit *Reg. Saufel. dec. 124. num. 5.* verſ.*Et inter alias*, quorum memor Ego *fui in 2. diſceptat. forenſ. cap.49. num.45.*

20 Iiſque arrident, quę doctè exarauit *Camill. de Medic.* Aduocatus ſua tempeſtate facundus *conſ.* 39. quod edidit pro Principe Biſiniani bonis

21 interdicto *num.* 22. inquiens per mutationem ſtatus, & interdictionem bonorum ſubſequutam, ideò bonis interdictum ad intereſſe non

22 teneri, quia impoſſibile eſt, vt pareat obligationi, & impoſſibilium nulla eſt obligatio, ad *tex. in l.impoſſibilium cum concord. ff.de regu.iur.* per

23 quem *tex.* impediri etiam natiuitatem obligationis naturalis, tenet *Rebuff. in l. vnic. C. de ſenten. quæ pro eo quod inter.profer. num.6.* adducens iura concordantia in *l.impoſſibilis, ff. de verb. oblig.* vbi *Iaſ.* & in *cap. nemo poteſt*, vbi bona *gloſ. de reg. iur. in 6.*

24 ſiue contractus ſint bonę fidei, ſiue ſtricti iuris,nam ſub conditione impoſſibili non valent, *l.non ſolum,ff.de actio. & oblig.* quibus aſſiſtit ratio,

25 quia tunc non videtur quis habere animum ſe obligandi, ad *tex. in l. cũ hæres, §. 1.* & ibi *Benedict. Plumbi, ff. de ſtat.liber.* quem adducit *Rebuff.loc. cit. num. 5.* ſuadens videndum eſſe *tex. in l. 3. §. ſi quis ità, ff. de eo, quod cer. loc.* & *Inſtit. de inutil. ſtipul.* & *Ego* conſulendum moneo *Rebuff. d. notab. 4. per tot.* in materia actuum impoſſibilium, qui pulchrè loquitur, & in re noſtra *Staiban. conſ. 30. num. 19. & 20.* qui in caſu ferè ſimili conſuluit; *Gratian. diſceptat. forenſ. cap.708. num. 4.* inquiens per mutationem ſtatus,detectam eſſe pauper-

26 tatem, per quam impeditur purgatio moræ,*Epiſc.Rice.in addit.ad Dom. de Franch. dec. 249. in fin. Egomet d: cap.39. num. 27.* verſ. *His poſitis in 1. diſceptat. forenſ.*

27 Cum igitur decoctus non tenetur ad intereſſe aliquod ex pręexaratis, quadrat modò non illepidè, ratio à Nobis adducta ex vi correlatiuorũ, vt nequidem ſibi intereſſe debeatur à ſuis debitoribus.

Quibus, & altera illa ratio conſentanea eſt, quæ deducitur haud prorſus obſcurè, ex rubr. *Quod quiſque iuris in alium ſtatuerit, ipſe eodem*

28 *iure vtatur*, & ex *tex. in l. 2. §. Sed ſi agat, ff. de iud.* vbi *Scribentes* notant retorſionem iuris iniqui licitè opponi poſſe, benè *Valaſc. conſult. 25. num.6. Rip.* qui loquitur in morato-

29 ria *in rubr.de reſcrip. nu. 4.* vbi quod opponens exceptionem moratoriæ contra ſuos creditores, pati debet, vt illa etiam vtantur ſui debitores, *Conſiliar Ann.in addition. ad Io.Vinc.* eius genitorem *alleg.75.num.1.* verſ. *Vide.* Et ità firmiſſimè teneo, licèt

30 articulus à Nobis enunciatus *num. 6.* iudicialiter diffinitus non fuerit, & fortaſſis alibi ità ex profeſſo ab alijs tractatus non facilè erit, vt reperiatur.

SVMMARIVM.

1 *Moleſtia duplicem habet ſenſum, vel de facto, vel de iure.*

2 *Prohibitio à Teſtatore facta, quod hæres legatarium, vel alium quempiam nõ moleſtet, minimè de moleſtia iuris intelligitur.*

3 *Teſtator priuans hæredem in caſu quo moleſtauerit vxorem à ſe relictam vſufructuariam, intelligitur de moleſtia de facto, non de iure.*

4 *Teſtator prohibens quem omninò aliũ moleſtare, ac omnem, & quamcunq; moleſtiam inhibens, intelligitur nedùm de moleſtia iuris, verùm etiam de moleſtia facti.*

5 *Mo-*

Molestia de iure etiam includitur, quando per verba generalia prohibetur, & de iure dicitur quando fit in iudicio, vel extra iudicium de facto, vel in iudicio sub colore, & prætextu iuris.

6 *Molestia de iure prohibita intelligitur, quando fit malo animo, & calumniosè, secùs verò si bona fide, & intentione, vt ius suum consequatur, quia tunc non incidit in pœnam.*

7 *Iure suo vtens, vt in pœnam incidat, & dicatur exindè molestiam inferre alicui, absurdum est, & ab omni intellectu alienum.*

ARGVMENTVM.

Testator hęredi inhibens in testamento, ne legatario, aut cuipiam alii molestiam inferat, de qua molestia intelligatur, de iure nè, vel de facto? quidq; tenendum sit, si prægnantibus verbis, & generalibus fuerit molestia vetita? & quando includatur molestia, si quis ad Iudicium prouocauerit?

OBSERVATIO XXXIV.

1 PRofectò cum molestiæ verbum, duplicem habeat sensum, de iure scil. vel de facto, placuit nonnullis, quod
2 in casu prohibitionis à testatore factæ, minimè de molestia iuris intelligatur; ad quod adducũt *glosam*, quã singularem reputant *in l. si seruum* 20. §. *hac verba*, verb. *Abstinet*, vbi *Accurs.* declarat, *Idest, abstinere vult, & abstinet de facto, nam de iure non potest, ff. de acquir. hæred.* & est consimilis *glosa in cap.* 1. verb. *inferatis de stat. Monachor.* & melior in *cap. pro illorum*, verb. *Contradictore*, ibi, *Hac sententia non comprehenduntur, nisi partes, & alij etiam qui de facto contradicunt: & non de iure, Bal. in l.* 1. *C. de his qui pænę nomin.* inquiens quod si
3 Testator priuauit hæredem, si molestauerit vxorem à se relictam vsufructuariam, intelligitur de molestia de facto, non autem de iure, & *Bal.* secuti sunt *Anton. Corset. in suo sing.* verb. *Molestia, Barbat. cons.* 4. *col.* 10. vers. *Pręterea hoc ostendunt lib.* 4. *Dec. cons.* 581. *num.* 10. *in fin. Barbat. in cap. Raynutius de testa.* & in pluribus consilijs, quæ commemorat *Rebuff. in repet. l. vnic. num.* 49. vers. *Tertiò infertur,* C. *de senten. quę pro eo, quod inter. profer.*

Nisi tamen prohibuerit testator omnimodò molestare, vel omnem,
4 & quamcumq; molestiam, nam tunc etiam de iuris molestia intelligeretur, *l. vnic.* C. *de nundin. & in Authen. de fideiussor. in fin. princ.* ibi, *qui pro eo in molestia fuerunt, collat.* 1. *glos. & Bart. in l. Lucius, §. tres hęredes, ff. ad trebell. Alex. cons.* 52. *viso testamento in* 2. *vol. & cons.* 177. *in* 5. *vol. & cons.* 195. *col. vltim. in* 6. *vol. Rebuff. in tract. nominatio. q. vltim. nu.* 3. *Dec. d. cons.* 591. *num.* 11. vers. *Respondetur,* inquiens, quod licèt per verba
5 generalia includatur etiam molestia de iure, tamen procedit de iure, quando fit in iudicio, vel extrà iudicium de facto, vel in iudicio sub
6 colore, & prætextu iuris, intelligitur tamen quãdo facta sit malo animo, & calumniosè, secùs videtur, si bona fide, & intentione, vt ius suum consequatur, quia tunc non incidit
7 in pænam, subdens, esse absurdum, & ab omni sanè intellectu alienum,

vt

vt in pænam incidat, qui iure ſuo vtitur, & dicatur ex hoc inferre moleſtiam alteri, *l.* 3. *§. is tamen, ff. de liber. hom. exhiben. l. iniuriarum, §.* 1. *ff. de iniur. l. nullus videtur, ff. de regu. iur.* Itaque Conſultus Ego reſpondi.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio non eſt extendenda ad incogitata.*

2 *Tranſigentes videntur recedere ab eo, quod eſt deductum in iudicio.*

3 *Verba generalia in tranſactione appoſita, quid operentur.*

4 *Tranſigens omne ius, quod habet, & habere ſperat, etiamſi eſſet tale, quod ignorat ſibi competere, intelligit de incogitatis.*

5 Author *quæ verba addere conſueuit in minutis tranſactionum, adhoc vt omnis tollatur ſcrupulus, vtrum tranſactio generalis contineat etiam incogitata necnè.*

ARGVMENTVM.

Tranſactio, An, & quando ad incogitata extendatur? & quibus verbis concipi debet cōtractus tranſactionis ad hoc, vt omnis tollatur ſcrupulus, vtrum tranſactio generalis contineat etiam incogitata, nec nè?

OBSERVATIO XXXV.

In ea mente DD. perſiſtunt, ducti ex *tex. in l. cum Aquiliana, ff. de trāſ. gloſ. in l. de his, ff. eod.* & ex *tex. in l. Age cum Geminiano, C. eod.* vt negatiuam tueantur opinionem, ſcil. non eſſe ad incogitata extendendam
1 tranſactionem, & eſt *tex.* capitalis, vbi *Scribent. in l. ſi de certa re, C. de tranſ.* cuius rei ea eſt ratio, quia trā-
2 ſigentes cenſentur recedere ab eo, quod eſt deductum in iudicio, *l.* 1. *ff. de tranſ. l.* 2. *C. eod. tit. Eugen. conſ.* 13. *num.* 31. *lib.* 1. *Reg. Valenz. conſ.* 11. *num.* 31. *lib.* 1. *Fontanell. dec.* 380. *num.* 4. verſ. *Hoc præſuppoſito, & numeris ſeqq.* vbi adducit plures *Rot. Rom.* determinationes apud *Farin. dec.* 110. *tom.* 2. & in alio *tom. dec.* 29. *num.* 4. *& dec.* 272. *num.* 12. benè *Anton. Fab. in eius Cod. lib.* 2. *tit.* 4. *de trāſact. defin.* 6. *&* 12. vbi tradit quan-
3 do operentur verba generalia in tranſactione apposita, *Cardin. Mantic. dec.* 245. *num.* 13. & in *tractat. de tacit. & ambig. conuent. lib.* 26. *tit.* 6. *quib. de reb. tranſactio facta intelligatur ex num.* 12. *cum ſeqq.* quam reſtringendam eſſe tradiderunt quando verba tranſigētium hoc importarent, *l. ſub prætextu* 2. *C. de tranſ. l. fin. §. idem quæſijt, ff. de condict. indeb.* vbi notat *Bart. & in l. Aurelio, §. Gaius, ff. de liberat. lega. Alex. conſ.* 42. *in* 1. *vol. conſ.* 11. *in* 2. *vol. & conſ.* 8.
4 *in* 5. *vol.* vt putà ſi tranſigens remittat, & quietet omne ius, quod habet, & habere poſſet, aut ſperat, & cautum eſſet, ac proficuum, ſi adderetur, *etiamſi eſſet tale, quod ignorat ſibi competere, arg. l. qui iure, ff. de re milit. Ang. in l. tres fratres, ff. de pact.* cuius meminit *Barbat. conſ.* 16. 2. *vol.* & approbat *Rebuff. in repet. l. vnic. num.* 50. *C. de ſenten. quæ pro eo*

quod interest profer. & apposui Ego manu mea in minutis quorundam Magnatum se concordantium, ac transigentium, quàm maximas differentias, vt omnis tolleretur scrupulus, an transactio generalis contineret etiam incogitata, nec nè.

SVMMARIVM.

1 Textus *vnicus est in iure* in l. 2. C. de pact. inter emptorem, & venditor. *qui de pacto de retrouendendo loquitur secundum opinionem* Anton. Fabr. & Andreę Tiraquell.

2 *Reemendi facultas, nunquam praescribitur.*

3 *Consuetudine tolli non potest facultas reemendi.*

4 *Facultatis quae sunt, impraescriptibilia sunt.*

5 *Mala fides emptoris efficit, vt facultas reemendi nunquam praescribatur.*

6 Toties quoties, & quandocumque, *verba sunt apta denotare temporis infinitatem.*

7 *Facultati reemendi an praescribatur per lapsum* 30. *annorum.*

8 *Pactum reemendi quandocumq; intelligitur si intra annos* 30. *fuerit petitum exerceri.*

9 *Praescriptio potest currere cum mala fide contra eum, cui nondum actio competit, sed est competitura.*

10 *Heres potest praescribere contra legatarium, antequam acceptet legatum sibi relictum, cùm ignoret, an legatarius velit acceptare legatum praedictum.*

11 *Praescriptione sublata, non censetur sublata praescriptio tricennalis.*

12 Author *approbat opinionem, quod pactum de retrouendendo* Toties quoties, & quãdocumque, *possit exerceri etiam post lapsum* 30. *annorum.*

13 *Pactum de retrouẽdendo* Toties quoties, & quandocumque emptor voluerit, *non praescribitur spatio* 30. *annor.*

14 *Verba non debent esse otiosa, nec seruire de vento.*

15 *Verba apposita in pacto de retrouendendo* Toties quoties, & quandocumque emptor voluerit, *nullam inducunt praescriptionem, etiamsi tricenalem, quia tempus reemendi, nunquam competijt, vt praescriberetur, sed tantum exercetur in illo actu, & tempore, quo vult emptor reemere eo quod ex desinentia vnius, alterius origo proficiscitur.*

16 *Praescriptio sine possessione nequit procedere.*

17 *Prohibitio nisi praecedat in actibus facultatiuis cum subsequuta acquiescẽtia, nunquam datur praescriptio.*

18 *Emptor cum pacto de retrouendendo* Toties quoties, & quandocunq; *non potest praescribere facultatem reemendi, quia est in mala fide.*

19 Texx. in cap. fin. de praescript. & in cap. Possessor de regul. iur. in 6. *etiam in foro ciuili obseruantur, quia concernunt materiam peccati.*

20 Decisio Parlamenti Burgundiae, *quod nulla datur praescriptio facultati reemendi per verba* Toties quoties, & quandocumque emptor voluerit, *affertur, & approbatur ab* Authore.

21 Decisio Senatus Parisiensis, *quod facultati reemendi* Toties quoties, & quandocumque emptor voluerit, *praescribatur spatio annorum* 30. *improbatur.*

22 *Iuramentum appositum in instrumento pacti de retrouendendo* Toties quoties, & quandocumq; venditor voluerit, *efficit vt etiam post* 30. *annos teneatur emptor retrouendere.*

23 *Iuramentum actui appositum, debet intelligi secundum ius.*

24 Pa-

24 *Pactum de retrouẽdendo* Toties quoties, & quandocumque venditor voluerit, *ſi contractus eſt feneratitius, nulla datur præſcriptio.*

25 *Præſcriptio nulla datur in cauſa vſuraria.*

26 Deciſio Sac. Regij Conſilij *de anno 1551. qua emptores ann. introituum fuerunt condemnati ad retrouendendum ex æquitate ipſius Sac.Conſil. de qua apud* Io. Vincen. Ann. alleg. 11. num. *19. verſ.* Demum, *affertur.*

27 *Cautela inſinuatur ad finem, vt emptor ann. introituum cum pacto* Toties quoties, & quandocumq; venditor reemere voluerit, *non poſſit aliquam præſcriptionem allegare.*

28 *Clauſulæ in contractibus cenſentur ſemper appoſitæ, de voluntate contrahentium.*

29 *Determinationes aliàs facta in articulo iuris in Regno, ſectanda eſt, licèt contrariæ apud Prætoria aliarum Nationum fuerint ſuper eodem articulo emanatæ ſententiæ.*

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo in inſtrumento appoſitum, *Toties quoties, et quandocumque emptor voluerit*, An poſsit exerceri poſt lapſum 30. annorum, vel poſsit emptor opponere exceptionem præſcriptionis fundatam in lapſu tanti temporis? Excitatur ad partes controuerſia, pluribuſque hincindè adductis, & ponderatis, Affirmatiuam *Author* inſectatur ſententiã, eamq; ſuſtinet, & defendit, contraria eneruans, omniaq; ex aduerſo excogitata reſoluens, ac rerum iudicatarum authoritatem expendens, nedùm in *Prætorio Burgundiæ* verùm etiam in *Sacro Regio Conſilio Neapolitano* apud *Io. Vinc. Ann. allegat.* 11. *num.* 19. verſ. *Demum*; Vtq; omnis hæſitandi occaſio in eiuſmodi articulo, in poſterum tollatur, cautelam *Author* inſinuat, contrahentibus proficuam, vt præſcriptionis exceptio penitùs explodatur.

OBSERVATIO XXXVI.

1 Affirmatiuam ſententiã innuere videtur *tex. in l. 2. C. de pact. int. emptor. & vendit.* quam legem, vnicam eſſe in iure, quæ de pacto de retrouendendo loquatur, obſeruat acutiſſimi ingenij vir *Anton. Faber de errorib. pragmaticor. decad. 9. error. 9.* pluribus quæſitis eam exornans, ibique *gloſ.* verb. *Dabitur*, allegat iura concordantia in *l. ſi vir ff. de præſcript. verb. l. qui fundum, ff. de contrahen. empt. l. iuriſgentium, §. Sed cum nulla, ff. de*
2 *pact.* & ante *Fabr.* aduertit omniſcius *Tiraq. de retract. conuention. §. 1. gloſ. 2. num 17.* verſ. *Et vt intelligas*, inquiens nullam aliam eſſe legem, quæ de hoc diſponat. Nec ratione deſtitutam aſſerunt eo quod

facultatis, dùm sit retroemere, ea nunquam præscribitur, *l. viam, ff. de via publ.* vbi *Bart.* & alij relati à *Tiraq. loc. cit. nu.* 22. vers. *Et hinc*, adeò quod nec consuetudine tolli potest
3 secundum *Panorm. in cap. cum Ioannes ante fin. de cleric. coniug. & in cap. inter cæteras de rescrip. l. Proculus* 26. *ff. de damn. infec. l.* 1. §. *Denique, l. si in meo* 21. *ff. de aqu. pluu. arcen.* Canonist. passim *in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possession. & propriet.* vbi *Innoc. num.* 5. & *Rip. num.* 45. *Ann. alleg.* 116. *num.* 2. & *sing.* 557. *Afflict. dec.* 388. *nu.* 4. *Reg. Valenz. conf.* 149. *num.* 30. *Ill. Dux Regin. Reg. Galeot. lib.* 2. *controuers. Illust. cap.* 42. *num.* 1. & 6. *Ego ipse in* 2. *discept. forens. cap.* 30. *num.* 7. vbi innumeros propè collegi.

Idq; exemplis conuallant pluribus, de solito venire ad molendinũ alterius, furnum ad coquendum, aut ad emendum carnes ad macellandum, vel ad aliquod hospitium ad
4 hospitandum, vt non possit compelli ire ad locum solitum, licèt aliò vadat; quia per viam facultatis sit quæ necessitatem non inducit, secũdùm *Io. Fabr. in §. æqui col.* 6. vers. *Sed quis erit modus, Instit. de action. Bald. in l.* 1. *C de seruit. & aqu. Guid. Pap. decis.* 298. *Iacobin. de feud.* verb. *Et cum molendinis, & in l. de quibus, ff. de legib. Ias. in repet. l. quominus num.* 27. *in* 1. *quæst. Rip. in d. cap. cum Ecclesia num.* 44. *de caus. possess. & propriet. Rebuff. in repet. l. vnic. in* 2. *notab. num.* 53. *C. de senten. quæ pro eo quod inter. profer.* subdens vers. *Tum*
5 *propter*, malam fidem emptoris efficere, vt facultas prædicta non præscribatur, tum etiam quia verba illa *Toties quoties, & quandocumq;* nullam
6 recipiunt temporis determinationem, imò apta sunt ad temporis infinitatem, secundùm *Barbat. conf.* 18. *in* 2. *dub. vol.* 3. & *conf.* 22. *vol.* 4. *Alex. conf.* 46. *in* 2. *q.* 3. *vol. Fabian. de Mont. de emptio. q.* 7. *Cassan. in Consuet. Burgun. tit. de reditibus venditis ad recaptum* §. 1. *num.* 80. vbi ita iudicatum recenset in Ciuitate Heduen. & confirmatam sententiam per arrestum in Curia Parlamenti Burgundiæ, idem *Barbat. conf.* 51. *col.* 8. vers. *Capio secundum lib.* 1. vbi ità dicit fuisse consultum ab excellentissimis Iurisperitis, & se quoq; aliàs consuluisse apud *Marchiam And. Alciat. in l. petens in glos.* 1. *in fin. C. de pact.* vbi hanc opinionem dicit æquiorem, & conscientiæ aptiorem, & *in rubr. de præscript. num.* 64. & *seqq.* vbi dicit hanc opinionem tanquam æquissimam, esse tenendam in practica.

Negatiuam verò opinionẽ, quod scil. dictæ facultati reemendi non
7 sit locus ob lapsum 30. annorum, sed præscribatur, deducunt nonnulli ex *tex. in l. omnes, C. de præscr.* 30. *annor.* alijq; permulti quos recenset *Tiraq. d. glos.* 2. *num.* 6. vers. *Sed non parum* cum *pluribus seqq. vsque ad fin.* vbi ad vtramque partem excitata quæstione, dubia mouet, & resoluit, licèt *n.* 31. vers. *Porrò*, asserat hanc opinionem negatiuam esse sectandam, eò quod arresto Supremæ Curiæ Parisiens. fuerit approbata, *Ias. in l. petens, C. de pact.* vbi inquit, quod
8 tale pactum reemendi intelligitur, si intra 30. annos retrouenditio petita fuerit, & idem *Ias. in l. si mater in fin. C. de instit. & subst.* tradens prædicta procedere, etiamsi tale pactum fuerit iuratum, itaque consuluisse, quæ consilia non vidisse affirmat *Cassan. loo. cit. num.* 10. licèt viuę vocis oraculo acceperit *à Iasone*, quod volebat ea ponere in lucem, & pro hac parte cõsuluit *Signorol. de Homod. conf.* 140. *Ang. conf.* 55.

Illi autem obiecto de mala fide, quod impedimentum præstet præscriptioni, occurrit *Rebuff. in l. vnic. num.* 54. vers. *Et etiam*, quia præscri-
9 ptio potest currere cum mala fide contra eum, cui nondùm actio cõpe-

petit, sed est competitura: vt in le-
10 gatario contra quem hæres potest præscribere, antequam acceptet legatum sibi relictum: cum ignoret an legatarius uelit acceptare dictũ legatum, *Anchar. in regu. sine possessione, de regu. iur. in 6. Socc. cons. 63.* vers. *Prætereà lib. 1. Io. Fab.* & alij *in l. cum notissimi, C. de præscr* 30. *annor. Felin. in rubr. de præscr.* quem adducit *Cassan. d. num.* 10. *Dec. cons.* 554. *Boer. de præscr. in* §. 1. *in fin.* 1. *glos. Balb. de præscript.* 4. *par.* 5. *par. principal. q.* 2.

11 Nec ratione caret præfata opinio, nam & sublata præscriptione, præscriptio tricenalis sublata non videtur, ad *glos.* singularem in *cap.* 1. *de capitul. Conrad. Balb. d. tractat. in* 5. *par. quæst.* 9. vbi veriorem, & communiorem dicit, à qua in iudicando, & consulendo non esset recedẽdum, *Cassan. in Consuet. Burgun. in rubr. des fiefs.* §. 1. *glos. de dans l'an.* 4. *q. num.* 12. *& seq.* & in *rubr. des droicts*, §. 18. *glos. Non obstant & in rubr. des main mortes* §. 2. *glos. par. quelque laps de temps.* quem refert *Rebuff. in d. l. vnic. num.* 54. vers. *Quia.*

Mihi tñ diutiùs cogitanti, prima placet opinio affirmatiua, tanquam verior, & tutior, à qua in consulendo non recedam, sicuti & in iudicando, nequidem recedendum esse existimo, quicquid in contrarium à nonnullis fuerit excogitatum, præsertim à *Surd. decis.* 2. *per tot. & Episcop. Barbos. in tractat. de dictionib. dict.* 108. *num.* 7. teneri scil. emptorem retrouendere quandocumque
12 venditor voluerit exercere facultatem reemendi; idque vt insinuem, contrarijs satisfacere onus assumam.

Nam quod præscriptione tricennali omnis tollatur actio, verùm
13 censeo, sed in casu quo pacto fuit conuentum, vt *Toties quoties, & quandocumq;* venditor reemere voluerit, teneatur emptor retrouendere, tũc
14 nulla datur præscriptio, alioquin verba illa starent otiosa, & seruirent de vento, contra *tex. in d. l.* 2. *C. de pact. int. emptor. & venditor.* & facit *tex. in l. ait Prætor* §. 1. *ff. de iureiur.* ibi, *Nec frustrà adijcitur, & in l.* 1. ibi, *Omni temporis definitione summota, C. ne rei domin. l. si quando in princ. ff. de legat.* 1. *l. hanc legem. ff. de contraben. empt. l. si stipulatus, ff. de vsur.* cum alijs adductis per *Reg. Valenz. cons.* 23. *num.* 104. & *Memetipsum in* 2. *discept. forens. cap.* 43. *num.* 16. *& cap.* 48. *num.* 44. & iterum in *Annotation. ad Muscatell par.* 2. *glos. Debet pag.* 393. vers. *Ad num.* 6. imò eò ipso, quod quis vult reemere, tunc actio competit, & sic non cœpit currere tempus aliquod, nec vlla datur præscriptio.

Id autẽ quod asseritur, quod sublata omni exceptione, non censetur sublata præscriptio tricẽnalis, adhùc in iure verum autumo, sed non est eiusmodi assumptum, rei de qua agimus, applicandum, nam attentis illis verbis *Toties quoties, & quandocumque*, nulla datur præscriptio, quia tempus reemendi, nunquam com-
15 petijt, vt præscriberetur, sed tantum exerceretur in illo actu, & tempore, quo vult emptor reemere, eò quod ex desinẽtia vnius, alterius origo proficiscitur, vti benè aduertit *Cassan. loc. cit. num.* 14. *in addit.* vbi adducit *Petr. Gerar. sing.* 18. inquiens istam cautelam in simili tradere, *Bal. in l.* 2. *C. Vt in possess. legator.* ibiq; reprobat *Ang. d. cons.* 55. & plenè *Cassan. cons.* 11 *per tot.*

Cuius rei eam affero rationem, nam si verum est præscriptionem
16 non procedere sine possessione, *l. sine possessione, ff. de vsucapio. cap. sine possessione, de regu. iur. in* 6. *l. acquiritur in fin. ff de acquir. rer. dom. l.* 1. §. *per seruum, ff. de acquir. possess. Couarr. in regu. Possessor in princip. nu.* 1. alijque tenent à *Me* adducti *in d. cap.* 30. *num.* 14. Nemo negauerit emptorẽ possessionem allegare minimè posse, quoad actum non reuendendi,

quia

quia nũquam fuit deductum ad actum proximum, & res erat de acti-
17 bus facultatiuis, qui non præscribuntur, nisi præcedat prohibitio, seu cõtradictio cùm subsequuta acquiescentia, ex traditis per *Boer q. 125. col. 2. Çardin. Seraph. decis. Rot. Rom. 1086. num. 1. Sixtin. de regalib. lib. 2. cap. 3. nu. 35. & 36. Castill. Sotomayor de tertijs debitis cap. 32. num. 2. & per tot. cap. de rebus facultatiuis, Ill. March. Torell. consultat. 110. num. 14. Ego ipse d. cap. 30. num. 16. & cap. 47. nu. 36. in 1.* vbi alios recensui, præsertim *Dom. Larr. alleg. fiscal. lib. 2. allegat. 92. num. 6.* vers. *Quartò, quia, & alleg. 94. num. 8. Franc. Stephan. decis. Curiæ Aquens. dec. 9. num. 16.*

Præterquàm quod: etiamsi dari posset præscriptio (quod mordicùs negamus) emptor qui promisit re-
18 uendere quandocumq; cùm sciat se ad id esse obligatum, nullo tẽpore posset præscribere, quia esset in mala fide, *cap. vltim. de præscr.* vbi communiter DD. & in *cap. possessor de re-*
19 *gu. iur. in 6.* quorum iurium decisionem, & in foro ciuili obseruandam esse, quia agitur de materia peccati, tenet *glos. in d. cap. possessor, Bart. in l. priuilegia num. 2. C. de sacros. Eccles. Panor. cons. 94. num. 5. lib. 2. Felin. in cap. Ecclesia num. 41. de constitut.* alijq; adducti per *Grau. de antiquit. tempor. 4. par. §. materia ista, num. 20.* cuius meminit perdoctus Lusitanus *Petr. Barbos. ad rubr. tit. C. de præscr. 30. vel 40. annor. nu. 43. in paruis.*

Vt indè satis iustum appareat iudicium Dominorum de Parlamento Burgundiæ, qui determinarunt
26 per illa verba *Toties quoties, & quandocumque* minimè fuisse præscriptũ facultati reemendi per spatium annor. 30. quicquid in contrarium
21 determinatum fuerit per Parlamẽtum Parisiense de anno 1520. de qua determinatione fidem facit *Io. de Montholon. in promptuario iuris,* verb. *Emere*, contra quem insurgit *Cassan. loc. cit. num. 15.* inquiens melius determinasse Parlamẽtum Burgundiæ, cui se subscribit, reiecta opinione *Ang. cons. 55. Petr. de Anchar. Ias.* & aliorum.

Eòq; magis prædicta procederẽt
22 virtute iuramenti in instrumento appositi, quod liceat *Toties quoties, & quandocumque reemere*, nam ratione periurij, quod incurreret emptor præscriptionem opponens, & vendere recusans, teneretur quandocumq; etiam post 30. annos, secundùm *Rom. in l. 1.* vers. *Et aadde duas notabiles cautelas, ff. de vsucap. & DD.* per *tex. in l. nam postea, §. si is, qui ff. de iureiur. Petr. Gerar. d. sing. 18.* vbi *Rom.* allegans tradit opinionem esse æquam, & veriorem.

Et licèt non ignorem *Rebuff. in d. l. vnic. num. 55.* vers. *Tamen Ego* im-
23 probasse dictum *Rom. & Gerar.* eò quod putet iuramentum esse intelligendum secundum ius, hoc est, si emptor venerit ad reemendum intra tempus iuris, scil. 30. annor. per *tex. in l. fin. C. de non numer. pecu.*

Attamen: eiusmodi cogitatio *Rebuff.* nullum præstat obicem quin Rom. & Gerar. adhæreamus locis iam allegatis, siquidem hoc est quod negamus in nostra facti specie, nempè nullum dari determinatum tempus emptori reemere volenti, quando pacto fuit conuentum, vt *Toties quoties, & quandocumque* illi fas sit reemere, & ideò data desinentia vnius temporis, statim ac fit reemptio, alterius origo proficiscitur, sicuti adnotauimus *num. 15.* & aduertit punctuatim *Tiraq. in d. glos. 2. num. 22.* vers. *Præterea.*

Ampliãda tamen venit ex abũdanti approbata à Nobis affirmati-
24 ua opinio, quando contractus præsumeretur fœneratitius, nam in cau-
25 sa vsuraria nulla datur præscriptio, *Alex. cons. 46. 3. vol. Cassan. loc. cit. nu. 19.* à contrario sensu *Iacob. in l. mu-*

tuum,

tuum, ff. si cert. pet. Rebuff. in d.l. vnic. num. 56. vers. *Vel posset*, subdens ex prædictis de anno 1536. die 18. Ianuarij in Magna Camera fuisse decretum interpositum annullatum, etiam post 40. annos, cui subnectimus *Nos* idem fuisse determinatum per Sac. Conf. de anno 1551. referente *Consiliario Hectore Minutolo* cōdemnandi emptores ad retrouendendum ex æquitate Sac. Conf. sicuti testatur *Io. Vinc. Ann. alleg.* 11. *num.* 19. vers. *Demum*, inquiens *num.* 20. habuisse à *Consiliario Io. Thoma de Minadois*, ità Sac. Consil. determinasse motum authoritate *Iacob. in d. l. mutum.*

Vtq;, materiam claram faciamus, esset valdè proficua in praxi caute-
27 la tradita à *Gerar. d. sing.* 18. vt nedùm retrouenditio promittatur toties quoties,& quandocumq; verùm tamen addatur *Et quoties præscriptum fuerit, toties se obliget retrouendere*, quam approbat *Cassan. d. num.* 14. *in addit. & Rebuff. num.* 57. vers. *Vel potest saluari*, adducens *Bart. & alios in l. nemo potest, ff. de lega.* 1. *Bal. in l. 2. C. vt in possess. legat.* per *tex. in l. sicut, ff. quib. mod. vsusfr. amitt. Capol. caut.* 65. & est consulendus in materia *Tiraq. in d. glos.* 2. *num.* 32. *& seqq.* vbi plures notabiles adducit restrictiones, & ampliationes.

Nec conturbat nitidam hanc veritatem, obiectum adductum à *Rebuff.* ibi, quod in praxi parum prodesset isthæc clausula, quia censetur ex voluntate Notarij,& stylo apposita, & ideò sic esset restringenda illa generalitas.

28 Siquidem; Nos præsupponimus appositè clausulam prædictam fuisse à contrahentibus appositam, & sic cessat motiuum; Vltrà quod clausulæ semper censetur in contractibus adiectæ de voluntate contrahētium, etiamsi à Partibus non fuerint expressè, sicuti exornat *Ill. D. Magister meus Sac. Conf. Præs. March. Ramont. in* *1. controuers. forens. cap.* 35. *nu.* 6. eamque approbat cautelam *Cassan. d. §. 1. in addit. nu.* 14. post *Gerar. d sing.* 18. eamq; in praxi recipiendam existimamus, quicquid *Rebuff.* alijque eius sectatores adstruere in contrarium enixi sunt; Eoq; magis in hoc Regno, vbi habemus peculiarem Sac. Consil. determinationem apud *Ioann. Vincent. Ann.* modò indicatū, & sicuti *Tiraq. in d. glos.* 2. dubiam habens quæstionem, affirmatiuam respuit sententiam, eò quod negatiuam amplexus fuit Senatus Parisiensis, vt videre est *num.* 31 *§. Porrò*, ità & *Nos* affirmatiuā debemus insectari sententiam, vtpotè è Summo Regni Iustitiæ Prætorio emanatam.

SVMMARIVM.

1 *Populo nihil fame horribiliùs, nihil perniciosiùs contingere potest.*

2 *Fames omnium pestis est teterrima, & ad omne scelus suadendum efficacissima.*

3 *Fames, quæ, quantaq; mala efficiat, non pauca adducuntur.*

4 *Gladio præstat occidi, non autem fame tabescere.*

5 Dauid *maluit pestem, quàm famem eligere.*

6 *Compendium malorum, fames reputatur.*

7 *Sacra pagina quid exarauerit de fame, eiusque malis.*

8 *Filios proprios venundare permittebāt leges, ad euitandam famem.*

9 *Ensis acutissimus est fames.*

10 *Fame necari, nihil tristiùs, nihilque fami comparari potest.*

11 Author, *consultim plura, ex fame enarrat.*

12 Author *de Mense Martij* 1648. *durantran-*

rantibus adhuc plebiscularijs commotionibus hoc volumen exarauit.

13 *Commotiones plebiculares initium habuerunt in die 7. Iulii 1647.*

14 Comes de Ognate Excellentissimus Regni Prorex, *ob redditam pacem Regno, extollitur.*

15 *Ciues, & Incolæ diuites tenentur de proprio, quando necessitas vrget, & Aerarium Vniuersale pecunijs caret, ad illas mutuandum, pro modo substantiæ, vt frumentum ematur, & fiat panis depositum, ex cuius venditione, illis de mutuo satisfiat, vel ex pecunia communi, vel ex Collecta, Authoritate superioris imponenda.*

16 *Ciues diuites possunt cogi ad mutuandum pecunias, quando necessitas vrget, vt frumentum ematur, ex cuius venditione illis satisfiat, etiamsi Vniuersitas recognoscat superiorem.*

17 *Necessitatis ratione possunt Ciues adstringi ad mutuandum Vniuersitati, etiam nulla præcedente Superioris licentia.*

18 *Necessitate vrgente, quæ fiunt, iustè fieri dicuntur, nec licentia Superioris requiritur.*

19 *Vniuersitates, eorumque Rectores, seu Sindici, ad cauendam imminentem inediam, tenentur prouidere quomodo efficiatur horreum publicum tritici.*

20 *Sindici, seu* Rectores *Vniuersitatum, possunt constituere annuum censum super bonis proprijs, & Vniuersitatis, cum licentia Principis superioris, quando non vrget necessitas magna, secus verò si necessitas vrgeat, tunc enim licentia non requiritur.*

21 Cappella Tholosana dec. 348. *loquitur in casu, quo necessitas non vrget, secùs verò existente necessitate.*

22 *Collecta indici potest absq; metu pœnæ, sine licentia Superioris, quando casus inopinatus obuenit pro reparatione Pontium, murorum, & similium, qui fortè ruerent, si Princeps adiretur.*

23 *Necessitatis casus, nulla lege, aut dispositione videtur exceptus.*

24 *Ciues possunt cogi ad mutuandum pecunias pro discessu exercitus à Prouincia, ne Milites deprędent vicinos, & si renitentes fuerint possunt cogi etiã per districtionem personalem.*

25 *Ciues qui possunt cogi ad mutuandum pecunias Vniuersitati in casu necessitatis, non debent esse duo, aut tres, sed vniuersalis omnium Ciuium pro rata bonorum debet esse coactio.*

26 *Nobiles, & hidalgui non excusantur à mutuo pecuniæ faciendo Vniuersitati in casu necessitatis, ratione cuiusuis priuilegij.*

27 *Habitantes in domibus Imperatoris, et in domo ipsa Augustali non excusantur à præstando mutuo tempore necessitatis famis ad hoc vt ematur frumentum ab Vniuersitate, etiamsi habuerint priuilegium cum clausula,* Nõ obstante tempore guerræ, vel alterius necessitatis.

28 *Priuilegia tempore famis, aut guerra, silere debent, non loqui.*

29 *Tributum ab omnibus est conferendũ pro salute Reipublicæ.*

30 *Vtilitas publica, & necessitas communis neminem excusat à præstatione munerum.*

31 Annæus Robert. lib. 2. rer. iudicatar. cap. 3. per tot. *pro singulari adducitur, circa præstationem tributorum in casu necessitatis, fauore publico.*

32 *Viarum instructio facilem vehendi, importandi, & exportandi commoditatem præstat, ideoq; à contribuendo in earum instructione, & reparatione, nemo exemptus sit.*

33 *Immunitates omnes intelliguntur, & locum habent in tributis ordinarijs, at in prestationibus fauore publico introductis, cessat cuiuscumq; immunitas.*

34 *Princeps tempore necessitatis, an possit cogere subditos ad sibi mutuandum, remissiuè.*

AR-

ARGVMENTVM.

Incolæ Ciuitatis diuites, An possint cogi ad mutuandum pecunias tempore penuriæ ad hoc vt frumentum ematur, & panis fiat Ciuibus, & Incolis vendendus, ne fame opprimantur? quò loci insinuatur, tempore necessitatis vrgente, nullam requiri, nec expetendam esse licentiam à Principe Superiore, quando ob eius aditionem impedimentum foret, nè succurratur necessitati; Ea etenim necessitas, nulla continetur lege, nullisque cancellis dispositionum restringitur; quinimò necessitatis tempore omnia silent iura, omnia comprimuntur priuilegia, ex quibus alicui immunitas concessa reperitur; Idque procedere indicat *Author*, vt Ciues etiam cogi possint ad mutuandum, ac districtione personali coerceiantur, ad mutuum faciendum, etiam in casu discessionis exercitus à Prouincia ne Milites deprędent vicinos; Immunitates etenim omnes locum sibi vindicare in tributis ordinarijs dumtaxat, at in præstationibus fauore publico introductis, omnem cessare immunitatem, etiamsi Imperiales domus, & Augusiæ inhabitauerint, ex pluribus commonstratur; Fames quantum vitanda à Rectoribus Ciuitatum, quæque pariat mala in Republica, non inconcinnè innuitur; quò loci *Excellentissimus Comes Ognate Regni Prorex, ac Moderator*, ob pręclara eius gesta, extollitur, & collaudatur.

OBSERVATIO XXXVII.

1 POpulo nihil fame horribiliùs, nihil perniciosiùs contingere potest; sicuti post *tex. in càp. 2. de obseruatio. ieiunior.* insinuat *Ludouic. Mexia in pragmat. taxæ panis in* 1. *concl. nu.* 57. vers. *Et quidem iure*, quæq; omnium
2 pestis est teterrima, ac ad omne scelus suadendum efficacissima, vndè *Tullius lib. 2. officior.* Necessitati parendum esse iubet, *ab ea etenim multa*
3 *façimus mala, eaq; omnia in seruitutem redigit velociter*, vndè *Claudianus in Rufinum*, eam imperiosam vocat, quod extrema quæq; imperat

Imperiosa fames, letho vicina senectus,

Et *Lactantius in Phœnice* violentam,

Et curæ insomnes, & violenta fames,

Et *Ouid. lib. 8. Metamorph.* pestiferam,

Pestifera lacerare fame,
Et duram *lib. 4. de Ponto,*
Vix humili duram repulit arte famem.
Et ante eum *Orat. lib. sermon. 1. Satyr. 11.*
Duramq; famem depellere possis,
Et atram *Claudianus*
Pallor, & atra famēs
Et *Homerus lib. 12. Hodyssea,* teterrimum mortis genus, famem etiam pronunciauit. hinc *Quintilianus* adductus à *Luc. de Penn. in l. 2. C. de quib. muner, vel præstatio. lib. 10.* vt famis mala describeret, sic inquit, *Fames aspera vitalia haurit, præcordia carpit, animi tormentum, corporis tabes, magistra peccandi, dirissima necessitatum, deformissima malorum; Hæc ad humile corpus debiles manus mittit, hæc alienis pedibus mendicantes prosternit, hæc sępè sociorum fidem fregit, hęc venena populis publicè dedit, hęc in parricidium pios dedit,* adeòq; fugienda est, & euitanda, vt dixerit *Plinius lib. 2. belli punici, famem esse vltimum humanorum malorum supplicium, Ammianus Marcellinus, lib. 19. Vltimum omnium malorum, & lib. 25. Ignotissimum mortis genus* appellat, veluti admodum ignobile, & iterū *Dies* (inquit) *quatuor sunt euolati inedia cruciabiles, & omni supplicio tristiores. Aegesippus* famem vehementem *carnificem appella:, lib. 5. Dinus Hyeremias Trenorum,*
4 *cap. 4. Melius esse occidi gladio, quàm fame extabescere,* cui suppetias ferens *Vegetius Ferro* (ait) *multò sęuior fames est,* cuius rei typum habemus in *sacris paginis lib. 2. Regum cap. 24.* vbi *Dauid Rex* cum pestilentiæ, vel famis optio sibi data esset, maluit pestilē-
5 tiam eligere, quàm famem, *Tiraq.* plura ad rem eruditè, & curiosè de more congerens in *tract. de retract.*
6 *lignag. §. 26. à num. 14.* vt compendij vice famis malæ insinuaret, *nu. 27.* vers. *Et sanè Lector,* sic fatur; *Hæc pestis omnium rerum teterrima est, & ad omne scelus suadendum efficacissima, Ex nullo malorum fonte fędiora manarunt exempla; Hinc filiorum cędes, & infandæ epulę: hinc pręcipitationes, alięq; festinatæ mortes; & quod omnium atrocissimum est, reperti sunt, qui seipsos laniarunt, quando obsęnos morsus in alios vertere non potuerunt,* plura adducēs exempla, sanè relegenda, vt non abs
7 re scriptum sit in *Sac. Pagin. Esaiæ cap. 9. Esuriet, & comedet ad sinistram, & non saturabitur. Vnusquisq; carnem brachij sui vorabit.* Et adeò leges fa-
8 mi detulerunt, vt permiserint parentibus ob famis necessitatem proprios venundare filios, de quo est *tex. in l. 2. C. de patrib. qui filios suos distraxer,* cum ibi notatis per *Bart. Bal.* & alios *Cagnol. in l. non debet num. 4. ff. de regu. iur.* plenè *Syluest. Aldobran. in §. 1. num. 17. Instit. de patr. potest. Io. Baptist. Asin. in prax. iudiciar. in princ. cap. 2. num. 20. Hippol. de Marsil. sing. 100. num. 16.* quæ iuris communis dispositio recepta fuit per leges Hispaniarum, vt patet in 4. *parte, tit. 17. in 8. & 9. leg.* cum ibi notatis per *Gregor. Lopez,* & vti obseruat *Tiraq. loc. iam alleg. num. 17.* vers. *Igitur,* à paterna pietate alienum videri non debet, quandoquidem *Nehemię 5. cap.* populus fame oppressus in hæc verba prorupit: *Filii nostri, & filię nostræ multę sunt nimis, accipiamus pro pręlio eorum frumentum, & comedemus, & viuamus,* benè *Consiliar. Pascal. de virib. patr. potest. cap. 1. par. 1. num. 6. & duob. seqq.* vbi obseruat *Tiraquell.* satis corruptè allegasse locum Sacræ Scripturæ infra adducendum, *Præs. Reg. Cameræ Balthas. Amesc. de potestat. in seipsum lib. 2. cap. 14. num. 27.* vers. *Quod autem.* Et vt finiam: plura etenim habet Lector apud *Tiraq.* de famis vt ità dicam facinore; vndè benè *Bal. in l. pactum, C. de pact.* tradit illud tanquam pro-
9 uerbium vulgò celebratum, *Fames*
10 *est acutissimus ensis, & cons. 458. lib. 3.* scribit, *Nihil tristiùs esse, quàm fame necari, nihilq; fami comparari.* Nec

pu-

putes Lector, quisquis fueris. *Me* in-
11 scitè præfata de fame exarasse, nam dùm omnia tempus habēt, adamussim quæ adnotaui quadrant huius Regni quotidianis calamitatibus,
12 præsertim Ciuitatis Neapolis, in qua moram ducimus, adeò etenim calamitosa sese offert calamitas, dū hæc scribo de Mense Martij 1648. vt maxima sit panis inædia, aliarumque comestibilium, efficiētibus plurium mensium dissensionibus illis popularibus, quæ paulatim die 7.
13 Iulij anni præteriti exortæ, in magnam publicarum rerum perniciem erupserunt, & ni Deus consuetas misericordiæ suæ tribuat largitiones, vt fatò cedant, vereor satis ne
14 in totale Regni exitium ocyùs ruāt, sed liberati sumus Dei potentis præsidio, qui de cælitus nobis emisit, veluti Sydus quodam terris illapsū, Excellentissimum Comitem de Ognate, Regniq; Moderatorem præbuit, qui eius fortitudine, & prudentia, rerumque gerendarum dexteritate, & peritia, expulsis seditionum nebulis, optatam pacem, Regno, & Ciuitati Neapolis dedit, concordiam inter Regnicolas, vndique coaluit, iusta, & æqua lance iustitiam ministrauit, & ad tranquillitatem conseruandam (*Mirùm*) quantum omnia diligenter curat, quàm humanitèr fouet, & studiosè complectitur, vnoq; vt verbo omnia perstringam, non est apud ipsum acceptio personarum, vndè Regni Neapolitani Ciuibus, eiusque commodis potius quam sibi natum dixeris, & nulli addubitauerint supra omnem ingenij aleam positum esse Principem.

Modò vt quæsitum aggrediamur, affirmatiuè disponit *tex. in l. 1.* vbi *glos. Bart. & Scribentes*, passim, C. *Vt nemin. liceat ab empt. specierum se excusare*, posse scil. Ciues diuites quando necessitas vrget, & Aerarium communitatis, pecunijs caret, cogi ad illas mutuandum pro modo substātiæ, vt frumentum ematur, & fiat panis depositum, ex cuius venditione illis de mutuo satisfiat, vel ex pecunia communi, vel ex collecta Authoritate Superioris imponenda, cui se subscribit *Ludou. Mex. in dicta*
16 *prag. Taxa panis, num. 28.* inquiens etiamsi Concilium populi, siue Vniuersitas recognoscant Superiorem,
17 nam ratione necessitatis nulla etiā præcedente Superioris Domini licentia, possunt Ciues prædicti adstringi, itaque esse intelligendum, & procedere tradit *cap. 127. Comitiorū Vallis Oleti anno 1555.* & *Mex.* adducto nihil aliud allegans *Guttier. practicar. quæst. lib. 2. cap. 181. num. 29.* illum sequitur, eò quód iustè fieri posse dicit tempore necessitatis, &
18 *num. 28. in fin.* inquit quod Rectores populorum ad cauendam imminētem inædiam tenentur prouidere
19 quomodò efficiatur horreum publicum tritici, quod vulgò in Hispania dicitur (*Albondiga, y posito de pan*) ibiq; monet posse quoque annuum
20 censum cōstituere super bonis proprijs, & Conciliorum, siue Vniuersitatis, cum licentia Principis Superioris, id quod sæpissimè fieri testatur; id autem quod dicit *Guttier.* de licentia, est sanè intelligendum, iuxtà dictum *Mex. loc. cit.* quando non vrget necessitas, tunc etenim non requiritur licentia, & in puncto *Auendañ de exequen. mand. Reg. par. 2. cap. 14. num. 9. in 4. cas.* vbi aduertit, mutuum sine vlla Regis licentia posse fieri, *Rip. in tract. de pest. par. vltim. num. 185.* Id quod in practica haberi quotidie tradit *Auendañ de exeq. mandat. reg. d. par. 2. cap. 14. num. 9. in fin.* quicquid in contrariū determinatum fuisse, tradidit *Cap-*
21 *pelll. Tholos. q. 348.* ibi etenim proponitur casus collectandi à Consulibus alicuius Ciuitatis, vel Castri propria authoritate, nullo dato casu necessitatis, vndè *additio* ibi tradit

dit secus esse pro necessitate Ciuitatis, & Prouinciæ, tunc etenim, benè possunt, *Bart. Imol. & Rebuff. in l. vnic.* C. *de muner. & quo loc.* & plura tradit exempla *Ang. in l. 4. §. actor, ff. si cert. pet.* alijque plures adducti per *Addent. ad d. decis.* 348. *Cappell. Tholos.*; idem *Auendañ nu.* 8. in casu minus forti, quando scil. obuenisset casus necessitatis, exemplificans in reparatione pontis, cuius imminet ruina propter impetum aquarum, qui fortè rueret, si Prin-
22 ceps adiretur pro impetranda licētia ad imponendam collectam pro exigenda pecunia necessaria ad reparationem, nam isto casu, sine vllo metu pœnæ, potest iudici collecta, imminēte dicta necessitate, arg. *tex. in l. pro locis, & in l. Mediterraneæ,* C. *de annon. & tribut.* itaque expressim docet *Luc. de Penn. in l. hac prudentissima*, C. *de quib. muner. liceat se ex-*
23 *cus. lib.* 10. Nam casus tantæ necessitatis, nulla lege, aut dispositione videtur exclusus, vt in *cap. licet de fer.* & notat in terminis *Mex. loc. alleg. num.* 62. vers. *Quod tamen*, facta mentione *Auendañ per tot. cap.* 19. vbi consulendum monet, & plura habētur apud *Reg. Sanfel. in discept. vnic. de Donatin. tempor. Belli per tot.* præsertim *num.* 26. post 1. *volumen decisionum*, benè doctus *Bouadill. in Politic. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 22. vers. *El septimo, rubr. de las sisas, y Repartimientos*, post plures, quos adducit Authores, præsertim *Auiles in cap.* 17. *Prætor. glos. A razonables, num.* 33. *in fin. & in cap.* 34 *glos. Sin nuestra*, vers. *Attamen, Matien. in l.* 1. *glos.* 9. *num.* 6. *tit.* 25. *lib.* 5. *Recopil.* & in casu proposito, quod possint cogi Ciues diuites ad mutuandum pecuniam, nōnulla ordinatè tradit *Dom. Mastrill. de Magistrat. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 81. *& seqq. tom.* 1. adducens præcæteris, à Nobis relatis, *Vasq. controuers. Illust. cap.* 6. *num.* 7. *Dom. Reg. de Pont. de potest. Proreg. tit. de abundan. Ciuit. in princ. num.* 6. subdens ad id compellendos esse etiam per carceratione͂, quodquè ità quotidiè practicatur.

24 Quæ sanè opinio procedit, etiam in casu quo oportet exercitui aliquid dare, vt discedat à Prouincia, nè milites deprædent vicinos, nam si nolint Ciues mutuare pecunias pro causa prædicta, cogendi sunt, etiam per districtionem personale͂, secundùm notabile dictum *Guliel. de Cun. in l. neminem,* C. *de Sacros. Eccles. Io. de Platea in l.* 1. C. *de omn. agr. deser. lib.* 11. & extollit *Mex. in dicta prag. num.* 58. allegans *Auendañ d. num.* 9.

25 Recipit tamen declarationem præfata conclusio, vt tunc locū habeat, quando compulsio est generalis, talis enim esse debet, non particularis, vtputà contra vnum, vel duos Ciues, teste *Bart. in l. nullus,* C. *de Iudais, Luc. de Penn. in l.* 1. C. *de quib. muner. & præstation.* de quo est bonus *tex. in d. l.* 1. C. *vt nemin. liceat in emption. specie se excusar.* vbi *nu.* 2. *Io. de Plat.* notat ad hoc etiam tene-
26 ri nobiles, & fidalguos, sicuti aduertit *Mex. in d. prag. num.* 59. vers. *Bonus*, nec cuiusuis priuilegij ratione excusari legē Regiam *Alphonsi Sexti in ordinationibus antiquis* apud *Complutum* allegat, quam expendit quoque *Auendañ de exeq. mand. cap.* 19. *num.* 34. & ante ipsos notat *Alex. ad Bart. in d. l.* 1. C. *vt nemin. lic.* post *Din. in l. si ex toto, ff. de lega.* 1. *Fran. Marc. dec.* 542. *par.* 1. subdens post alios,
27 nequidem excusari habitantes in domibus Imperatoris, nec domum ipsam Augustalem, quamuis habuerit quis priuilegium cum clausula *Non obstante tempore guerræ, vel alterius necessitatis, ad tex. in l. absit,* C. *de priuileg. domus August. lib.* 11. ibi, *Nullum genus hominum, nulliusq; dignitatis, ac venerationis meritis cessare oportet, & tex. in l. fin. §. ab huiusmodi, ff. de muner. & honor.* ibi, *Ab huiusmodi muneribus, neque primipilares, neque*

ve-

veteranus, aut miles, aliuſuè, qui priui-
legio aliquo ſuffultus eſt, Maſtrill.deciſ.
156. *num.* 12. vbi plures cumulat,
quicquid dicat *Additio ad Rebuff. in*
d. l. 1. *Vt nem.liceat*, & facit ſecundum
Mex. d. num. 59. *lex* 15. *tit.* 4. *lib.* 4.
Ordinat. Regia quippè ratione, quia
neceſsitas legibus non ſubeſt, *l. vnic.*
& ibi *gloſ. ff. de Conſul.* ſilere etenim
debent priuilegia tempore famis,
28 aut guerræ, non autem loqui, *l pro*
Tyronibus, C. de priuileg. domus Auguſt.
lib. 10. & ſatis lepidè tradidit elo-
quentiæ pater *Cicer. lib.* 2. *officior.* ibi,
Non eſt dubium propter ærarij tenuita-
tem, tributum eſſe conferendum, vt om-
29 *nes intelligant pro ſalute Reipublicæ, ne-*
ceſſitati parendum, & diſponit *Pragm.*
Hiſpan. 182. verb. *Pan in vol pragmat.*
ſecundum *Mex. d. num.* 59 *in fin.*

Vrgetq; adeò præfata opinio, vt
etiam Eccleſię, & perſonę Eccleſia-
30 ſticę ad id teneantur, cùm ſit utili-
tas publica & neceſsitas communis,
ut notat *Bart. in l. nullus, C. de curſ.*
publ. lib. 12. *& Canoniſtæ* poſt *gloſ. in*
cap. non minus de immun. Eccleſ. & ex
pluribus tradit *Mex. nu.* 60. uerſ. *Ità*
etiam, poſt *Bart. Luc. de Penn. Guid.*
Pap. Bellamer. Iaſ. Rip. *Caſſan. &*
Vaſq. eiſq; conducunt, quę elegan-
ter exarauit *Anneus Robert. rer. iudi-*
catar. lib. 2. *cap.* 3. *per tot.* vbi ad par-
31 tes rem agens de immunitate præ-
tenſa ab Abbate, & Monachis Diui
Victoris à ſumptibus pro refectio-
nibus, & inſtructionibus viarum pu-
blicarum, eò quod à iure priuilegia-
ti viderentur *ad tex. in l. placet, C. de*
Sacroſ. Eccleſ. & *in l.* 2. *C. de Epiſc. &*
Cler. cap. non minus de immun. Eccleſ.
ac etiam, quia Monaſterium prædi-
ctum, pluribus Regum priuilegiis à
munerum publicorum vacatione
erat exemptum, attamen Senatus
determinauit tributum illud, ſiue
portorium, viarum inſtructioni de-
ſtinatum, ab omnibus, etiam nulla
Eccleſiaſticæ immunitatis ratione
habita exolui debere 24. Maij 1583.
32 ea ratione, nam cum viarum in-
ſtructio vnicuique facilem vehendi,
importandi, & exportandi commo-
ditatē præſtet: æquum eſt, vt ſimul
omnes communem vſum, & publi-
cam vtilitatem communi ſumptu,
omniumq; impenſis tueamur, & ſu-
ſtineamus, inquiens immunitates
33 omnes locum habere in tributis
ordinarijs, at in præſtatione, quæ
tanto fauore, tanquam laudabili cō-
mendatione digna eſt, conuenit, vt
omnis ceſſet immunitas, pluraque
alia in caſu ferè ſimili, tradidi *Ego in*
2. *diſceptat. forenſ. cap.* 27. *num.* 23. *&*
ſeqq.

34 An autem poſsit Princeps tem-
pore neceſsitatis cogere ſubditos ad
ſibi mutuandum, lata eſt quæſtio,
quæ pluribus circumuallatur pro-
poſitionibus, itidem ampliationi-
bus, & reſtrictionibus, de qua noſter
erit ſermo in *obſeruat. fin. huiuſce ope-*
ris, vbi etiam agemus, An, & quan-
do Principi aſserenti habere neceſ-
ſitatem ſit credendum, ad hoc vt à
ſubditis illi ſubueniatur, de quibus
plenè *Bouadill. in Politic. lib.* 5. *cap.* 5.
num. 3. *cum plurib. ſeqq. tom.* 2. *An-*
ſald. de iuriſd. fol. mihi 603. *num.* 25.
& *Reg. Sanfel. deciſ.* 396. *tom.* 3. *Theſ.*
dec. 257. *num.* 9. *&* 10. *Purpurat. conſ.*
428. *num.* 75. *&* 78. *Illuſt. Dux Regi-*
næ Reg. Capic. *Galeot.* vir apprimè
doctus, perpetuo memorandus, &
extollendus in 2. *lib. controuerſ. Illuſt.*
cap. 18. *nu.* 22. vbi de donatiuis Prin-
cipi faciendis; pulchrè loquitur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Magistratuum dignitas toto terrarum Orbe emicat.
2 Pretoria dignitas, post Imperatoriam, & Regiam connumeratur.
3 Magistratus dicuntur Principes Ciuitatum.
4 Plato maximè detulit Magistratibus.
5 Apollo requisitus de Magistratibus, quid responderit.
6 Magistratus à Deo positi sunt, Dijque vocantur.
7 Officiales, Ministri Dei sunt, eiusque authoritate, munere hoc defunguntur.
8 Magistratibus obtemperare, summa libertas est.
9 Naturæ quodam instinctu, Magistratibus honor debitus est, & reuerentia.
10 Honorari debent Magistratus ab omnibus.
11 Indices digni, honorandi sunt.
12 Iudicare, est honor.
13 Magistratum qui honorat, Regem ipsum honorare videtur.
14 Princeps suæ dignitatis, & potestatis splendorem, ac effectum communicauit, & ad instar fontis, totius nobilitatis, dignitatis, & iurisdictionis, plures ex se riuulos fecit.
15 Magistratus totius Orbis, sunt habendi in maxima æstimatione ob eorum præsumptam doctrinam, & integritatem.
16 Officiales Ciuitatis Neapolis, quibus ex causis sint maximè honorandi.
17 Salutari debent Officiales ab omnibus, etiam à non subditis.
18 Magistratus repræsentant Principem, & in eorum persona Principis maiestas honoratur.
19 Magistratus pluribus potiuntur priuilegijs, pluribusq; fruuntur immunitatibus.
20 Author summoperè delectatur assidua lectione Politic. Bouadill. à quo plurimum edoceri profitetur.
21 Officiales, & Magistratus, an sint immunes ab excubijs, & portarum custodia, & in casu quo teneri de iure sit dispositum, an factum sit satis, si stipendiarium, vel ex suis domesticis aliquem delegarent, à quo munus illud personale Domini absentis vice præstaretur.
22 Senatores liberi sunt, & immunes ab omnibus oneribus, omnibusq; sordidis, & extraordinarijs muneribus, maximè personalibus.
23 Onere quo impediuntur Magistratus eorum officium exercere, sunt immunes.
24 Officiales, & Consiliarij, an teneantur ad Collectas.
25 Magistratus sunt immunes à muneribus personalibus, & extraordinarijs realibus, secùs verò ab ordinarijs.
26 Immunitas esse verbis amplissimis concessa, latioriq; priuilegio, quid contineat.
27 Immunitatis priuilegia sunt odiosa, idcircò restringenda; quia alij grauantur.
28 Magistratus sunt immunes ab excubijs, & custodia murorum, & portarum Ciuitatis, dùm illud munus personale est, non reale.
29 Magistratuum postulatio, ne teneantur ad excubias, & custodiam murorum, & portarum Ciuitatis, licèt id munus personale sit, est tamen iniusta, secundum Annæum Robert. rer. iudicatar. lib. 2. cap. 11. vers. Pro maiore.
30 Securitas publica negligi non debet.
31 Officiales magis exemplo, quàm vacationis licentia, publicam lædunt disciplinam.
32 Senatores, qui per se munus vigiliarum obierunt, enarrantur.
33 Magistratus ex eo quod forensibus negotijs occupati, volunt se excusare ab excubijs, & portarum Ciuitatis custodia, absurdum est secundum Annæum Robert. loc. citat.
34 Excubiæ ab omnibus Ciuibus cum per vi-

vices mutuis fieri debeant, non sunt ab eis Officiales excusandi.

35 *Determinatio Senatus Franciæ, quod nulla danda sit immunitas Officialibus ab excubijs, & custodia portarum Ciuitatis de anno* 1583.*die* 15.*Martij, apud* Annæum Robert. lib. 1. rer. iudicatar. cap 11. *vers.* Pro, maiori in fin. *uti singularis affertur.*

36 *Vrbis custodia an à stipendiato ab Officiali sit facienda, casu quo fuerit determinatum non esse Officialem immunem à custodia prædicta.*

37 Tex. in l. fin. C. de quib. muner. & præstation. nemini liceat se excusare, *enucleatur.*

38 *Muris Vrbis Ciuitatis, non sunt præficiendi mercenarij, vel stipendiati custodes.*

39 *Securitas nulla, nullaq; fidei obligatio ab ijs expetenda est, qui neq; pro aris, & focis dimicant.*

40 *Determinatio Senatus Franciæ de anno* 1586.*die* 22. *Decembris, quod Vrbis custodia nō per stipendiarium, vel mercenarium, sed personaliter præstanda sit, nulla habita dignitatis, vel Magistratus excusatione, recensetur.*

41 Author *in magna æstimatione habet* Annæum Robertum *Authorem Gallicum in* libro, *cui nomen imposuit* rerum iudicatarum, *ob eius ingenij acumen, legum peritiam, ac dicendi facundiam.*

42 Petrus Matthieù Henrici IV. Galliæ Regis Historiographus *celeberrimus laudatur.*

43 Petrus Matthieù Henrici IV. Galliæ Regis Historiographus *allegatur* ab Illust. Marchion. Ramont. Sac. Consil. Neapolitani *emeritissimo* Præsid.

44 Author *duras censet determinationes factas per Senatū Parisiensem, quod Magistratus nulla potiantur immunitate ab excubijs, & portarum custodia, quodque nequidem per alios munera prædicta exercere valeant, sed tantùm de persona, & per seipsos.*

45 *Magistratus speciali aliqua honoris prærogatiua à cæteris secernendi sunt, illisq; ne cum vili plebe misceantur, priuilegia, & immunitates non leui rationum momento Reges indulserunt.*

46 *Senatus dicitur Orbis ornamentum, & splendor Ciuium.*

47 *Iudices non debent distrahi à iudicandi munere, eò quod excubias facere, & portas Ciuitatis custodire teneantur.*

48 *Armorum strepitus impedit legum, & præconis vocem exaudiri.*

49 *Iudices, dùm petunt vacationem à muneribus personalibus, non tàm ocium, quam negocium dignitati suæ conueniens quærunt.*

50 Decisiones Senatus Parisienses *denegantes Magistratibus vacationem à muneribus personalibus intelligendæ sunt, ut procedant in Ciuitatibus, & Portubus limitaneis, quibus hostes propè imminent, vt irruptionem faciant, & Ciues, & Incolæ non satis sunt ad subeunda munera.*

51 *Priuilegia, & immunitates, necessitatis tempore, vel publica suadente necessitate, silent.*

52 *Immunitatum priuilegia tempore necessitatis, habent labia clausa, manus ligatas, & arbitrium refrenatum.*

53 *Lex nulla permissiua, prohibitiua, siue consultoria loquitur in fauorem priuilegiorum immunitatum, necessitate imminente, vel publica utilitate suadente.*

54 *Præstat in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare.*

55 *Ciuitas Neapolis Regnum facta est ob frequentiam incolarum Regni.*

56 *Magistratus cuiuscumq; ordinis, nunquam accersiti fuerunt ad excubias faciendas, aut ad custodiendas portas Ciuitatis in Ciuitate Neapolis.*

57 *Nobiles in Ciuitate Neap. plebicularijs vigentibus cōmotionibus de anno* 1647 *&* 48. *fuerunt admissi ad substinendum*

dum aliquos ex plebeis, qui eorum vice excubias facerent, vel quod quotidianam pecuniæ præstationem facerent, ad finem se eximendi de persona.

58 Authori, *quid acciderit plebicularium commotionum tempore de anno* 1647 *&* 48. *in Ciuitate Neapolis.*

ARGVMENTVM.

De Magistratuum, & Officialium dignitate, Authoritate, & Præheminentia, quantiq; ij æstimandi, ac honorādi sint à subditis, eò quod Principis eos eligentis Maiestatem cōtineant, eiusq; corporis pars sint, ac etiam, quia publico rerum commodo, Ciuiumq; & Incolarum incolumitati prospiciunt; deq; necessario eorum munere in Republica, nonnulla summatim, non tamen inordinatè, & incomptè, præludii vice ad thesim propositam adducuntur: Et Ciuitatis florentissimę Neapolis Magistratibus, ob eorum peritiam, doctrinam, ac integritatem, dicta ab eloquentiæ Patre *Marco Tullio Cicerone*, relato *ab Isidoro*, quàm bellè collineant, itidem adnotatur. An autem Magistratus ab excubiis, & custodiis portarum, & murorum Ciuitatis sint immunes? curiosa indagatur quæstio, quam (primo licèt obtutu) fauorabilem iactet aleam in beneficium ipsorum, vt excusentur, & immunes censeantur, immunitateq; & vacatione potiantur, secundum nonnullorum receptam opinionem, Attamen in contrarium plura alia vrgere, immunitatem prædictam denegantia, quę maximè innituntur necessitati, quę nullius diplomatis, legis, aut rescripti etiam Imperialis, & Regii limitibus constringitur, aut limitatur; (Tempore etenim necessitatis, aut publico suadente bono, nullam reperiri legem, siue permissiuam, siue prohibitiuam, siue consultoriam, quę à munerum pręstatione, vacationem aliquam admittat) diffuso sermone indicatur; ac punctuales determinationes *Senatus Parisiensis*, quibus primo loco de anno 1583. die 15. Martii, fuerunt exclusi, Magistratus à vacatione munerum prędictorum, & denegata illis immunitas; ac secundo loco de anno 1586. die 22. Decembris, quod nequidem illis liceat stipendiatum, vel ex eorum domesticis aliquem de-

legare; à quo munus illud perſonale Domini abſentis vice præſtaretur, de quibus fidem præſtat eximius Doctor *Annæus Robertus lib. 2. rer. indicatar. cap. 11. verſ. Pro maiore, et in fin.* referuntur, & enucleantur; eiſq; *Author* vt occurreret, ingenioſè excogitat ad exemplum non eſſe illas trahendas, ſed locum ſibi vindicare in Ciuitatibus, ſeu Portubus limitaneis, quibus hoſtes propè imminent, vt irruptionem faciant, & Ciues, & Incolę, non ſatis ſunt ad prędicta ſubeunda munera, ſecus verò in Ciuitatibus, & Portubus, quibus ſatis ſunt homines ad cuſtodias, & excubias faciendum, ſicuti in Ciuitate Neapolis hominibus repleta, & ditiſsima, in qua *Senatus Pariſienſis Arreſta*, minimè poſſent procedere; & *Authormet* memoriam facit obſeruantię habitę plebicularijs illis vigentibus commotionibus in Ciuitate Neapolis de anno 1647. & 1648. circa excubias, & cuſtodias à Nobilibus faciendas, quo loci quid ipſimet *Authori* tunc contigerit, non ſine animi dolore poſteritati inſinuat.

OBSERVATIO XXXVIII.

1 MAgiſtratuum dignitas adeò emicat toto terrarum Orbe, tantæq; magnitudinis eſt, vt non inſcitè *Soccin. conſ. 22. num. 4. vol. 1.* poſt *Bald. in princ.*
2 *num. 11.* dixerit poſt Imperatoriam, & Regiam Maieſtatem, Prætoriam
3 numerari, quia Magiſtratus dicuntur Principes Ciuitatis, affirmante *Conſulto in l. Spadonem, §. ſi Ciuitatis*
4 *Princeps, ff. de excuſat. tutor.* & *Plato de legib.* poſt Deos immortales, Magiſtratibus primas, & honoris, & gloriæ ſedes deberi concinit, vtpotè qui publici muneris Magiſtratus gerunt, & ſua virtute aliorum vitam moderantur, vndè *Valer. Maxim.* relatus à *Dom. Garſ. Maſtr. in celebr. tract. de Magiſtrat. lib. 5. cap. 3. nu. 1. tom. 2.* poſteritati inſinuauit, quod
5 *Apollo* requiſitus de iuſtis Magiſtratibus, reſpondit, ſe neſcire vtrum Deorum numero, an hominum aggregari deberent; multos refert ad materiam *Bouadill. in Politic. lib. 3. cap. 2. num. 9.* quibus collineant, quę ex *Sacra Pagina* elicitur *Deutoron. cap. 22. verſ. 8.* cum ſimilibus ibi exa-
6 ratis, Magiſtratus ſcil. à Deo poſitos eſſe, Deoſque vocari, ſicuti perbellè aduertit *Maſtr. eod. tract. lib. 1. cap. 1. num. 21.* vbi aduertit ex *Diuo Paulo Apoſtolo ad Roman. cap. 13.* etiã Ethnicis obediẽdum eſſe per Chriſtianos
7 cùm Miniſtri Dei ſint, eiuſq; authoritate, munere hoc defunguntur, & iterum *cap. 13. ad Hebræos,* ibi, *Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peru gilant, tanquam rationem reddituri pro animabus veſtris;* eiſque
8 obtemperare ſumma libertas eſt, ſecundum *Boet. 1. de conſolation.* adeo q; Magiſtratibus debitus eſt honor, &
9 reuerentia, vt inſtinctu quodam naturæ illis deberi, aſſerat, *Ariſtot. 3.*

Politic. cap. 8. nec immemor fuit *Summus Pontifex in cap. irrefragabili de offic. ordinar. cap. nec is*, 15. *q.* 1. *cap. non solum* 23. *q.* 5. *lib.* 1. *Chassan. in Catalog. gloriæ mund. par.* 7. *consider.* 6. *Petr. Gregor. Tholos. Syntagmat. iur. par.* 3. *lib.* 47. *cap.* 1. *num.* 9. Et sic ab omnibus honorari debent, ad *tex. in l. omnem honorem*, C. *quan. pronoc. non est necess.* quem *tex.* ad hoc extollunt *Salic. & Bald.* & concors est *tex. in l. Iudices*, vbi *Luc. de Penn. & in l. pen.* C. *de veter. lib.* 12. est *textus* peculiaris *in §. Pretorum quoque edicta*, ibi, *qui honores gerunt, idest, Magistratus, Instit. de iur. natural. gent. & ciuil. & in Auth. de Consul. §. pen. collat.* 4. vbi
10 dignos Iudices honorandos esse tradit, ibique *glos. in §. volumus in Auth. Vt Iudic. sine quoquo suffrag. in fin.* ibi, *Sicut enim eos iniusto lucro prohibemus, ità etiam omni honore, & reuerentia, & honestate frui sancimus*, *l. semper* in princ. *ff. de iur. immun. cap. vt debitus honor*, vbi *glos. & Dec. de*
11 *appell.* ibiq; *Abb. in* 1. *notab.* inferens quod iudicare est honor, per *tex. in l. cui muneris, ff. de muner. & honor.* Cùmque ipsiusmet Principis personam, eiusq; corporis partem ostendant, ad *tex. in l. ius Senatorum, C. de dignitat. lib.* 12. *l. etiam*, ibi, *qui imaginem Principis, C. de appellat. Bellug. in Specul. Princip. rubr.* 6. *nu.* 16.
13 Quinimò Regē ipsum honorare videtur, qui Magistratum honorat, secundum *Andreæ de Barulo* placitum, & *Ioannis de Platea in l fin. in fin.* per illum *tex. C. de re militar. lib.* 12. *Barthol. Veronens. in tract. de Imperator. milit. eligen.* verb. *Pro Imperatore in* 3. *& 4. col.* cum suæ dignitatis, ac
14 potestatis splendorem, & effectum communicauerit, ac ad instar fontis totius nobilitatis, dignitatis, & iurisdictionis, plures ex se riuulos fecerit, ad notata per *Bal. in cap.* 1. *§. ad hæc de pac. iuram. firm.* plura per *Afflict. in Constit. Regn. Ea qua ad decus*; & licèt in totius mundi Prætorijs cen-
15 seam Magistratus omni honore dignos esse, & in maxima existimatione habendos, ob eorum doctrinam,
16 peritiam, & integritatem, fas sit mihi insinuare nullum esse honoris specimen, nullam reuerentiam, quę Magistratibus huius florentissimæ Ciuitatis Neapolis non debeatur. de illis etenim conuenit, quæ eloquētiæ Pater *Cicero* relatus ab *Isidoro*, quos laudat *Dom. Mastr. d. cap.* 3. *lib.* 5. *de Magistratib. num.* 18. mellifluis sanè verbis cecinit, ibi, *Magnam esse laudem boni Magistratus, qui sicut nocere Ciuibus nescit; ità prodesse omnibus nouit. Alys enim præstat censuram iustitiæ, alios æquitate iudicij sine personarum acceptione suscipit, neque iustitiam infirmat auaritiæ flamma, hi sunt verè Iudices, qui sicut de iusto iudicio ditari non appetunt, sic æterno præmio coronantur, bonorem etiam maximum consequuntur*; Et quo præclariùs *secundum Ciceronem in loco relato, digniusq; inter mortales exercitium excogitari potest, quàm vnum hominem in republica reperiri, qui communi pro suis, & sua pro communibus habeat? qui communi vtilitati seruiat? qui velit, & sciat personam Ciuitatis gerere, dignitatem, defensq; sustinere? Certè is non modò gloriam, & honorem, sed & vtilitatem consequi notissimum est?* Hæc *Isidorus.*
17 Nec mirum, si ab omnibus salutari debent Magistratus, secundum *Signorol. cons.* 108. *col* 1. vers. *Redeo ad primum* per *tex. in l. item eorum, §. Decuriones, ff. quod cuiusque Vniuers. nom. Surgens de Nepol. Illustrat. cap.* 21. *num.* 13. *&* 16. *Anton. de Ball. lib.* 4. *practicar. q.* 6. *num.* 1. vbi ampliat etiam in non subditis, *Carau. rit.* 5. *num.* 11. *quæst.* 6. *d. cap.* 3. *lib.* 5. *num.* 25. *Reg. Rou. in d. prag.* 11. *de suspict. Official. num.* 5. *&* 6. vbi adducit *Nicol. Boer. de ordin. grad. vtriusq. for. §. Prætereà etiam nu.* 48. *Mut. in Consuetud. Panor. cap.* 8. *num.* 13. ibique rationem affert *Dom. Rouit.* quia
18 Magistratus repræsentant Princi-
pem,

pem, & in eorum persona Principis maiestas honoratur, ibiq; in *addit.* adducit *Mastrill. loc. cit. Bouadill. Gratian. Cassan. Reg. Valenz. & Henning. Arnisæum de iur. maiestat.* in sedibus inibi indicatis, Minúsq; admirationi
19 locum præbet si Magistratus pluribus potiantur priuilegijs, pluribusq; fruantur immunitatibus, de quibus post *Parid. de Put. de Sindic.* verb. *Gabella, Auendañ in cap. 14. Pretor. num. 29. lib. 2. Didac. Perez in l. 20. tit. 4. lib. 4. ordin. col. 1440. & seqq. Guttier. lib. 1. practicar. quæst. q. 21. 22. & 23. per tot. Azeu. in l. 2. nu. 120. tit. 10. lib. 8. Recopil. Petr. de Gregor. in syntagmat. iur. 2. par. lib. 8. cap. 20. num. 10. & 1. par. lib. 3. cap. 8. num. 5. vsque ad fin. Petr. Antibol. de muner. & honor. par. 3. cap.* incip. *His igitur,* pulchrè, & eruditè satis, more quidem suo insignis *Bouadill. in Politic.*
20 *lib. 5. cap. 5. num. 31. lit. F. lib. 2.* cuius operis assidua lectione Ego delector, plurimumq; edoceor.

Verùm cum incidisset sermo inter Collegas super theoremate præposito, *Vtrum Officiales, & Magistratus sint immunes ab excubijs, & Portarum custodia? Et in casu quo teneri de iure sit dispositum, An factum sit satis, si stipendiarium, vel ex suis domesticis aliquem delegarent, à quo munus illud personale Domini absentis vice præstaretur?* volui Ego super illius dilucidatione elaborare.

Et pro immunitate in fauorē Of-
22 ficialiū, & Magistratuū, pōderabam *tex. in l. Senatorū, & l. nemo, C. de dignit. lib. 12.* vbi cauetur Senatores liberos esse, & immunes ab omnibus oneribus omnibusq; sordidis, & extraordinarijs muneribus, maximè personalibus, secundum *Bart. & Luc. de Penn. in l. omnes, C. de annon. & tribut. lib. 10.* eò quod impediunt exercitium
24 officii, *l. vnusquisque, & l. Decurionibus, C. de silent. & decur. eor. glos. in l. honorem, ff. de muner. & honor. l. obsistere, C. de annon. & tribut. l. cum institutionem, C. de sacros. Eccles. Rebuff. in l. actores, C. de exactor. tribut. lib. 10. Petr. de Vbal. in tractat. de collect. num. 18. Mynsing. centur. 1. decad. 11. num. 103. Franc. Marc. dec. 102. num. 1. & dec. 458. num. 7. Mastr. dec. 156. num. 9. par. 2.* vbi allegat *Salern. in addit. ad Consuet. Neap. in proemio. pag. 25. lit. B.* qui tamen remissiuè loquitur, adducens *Petr. de Vbal. loc. cit. num. 45.* vbi quærit an Consilia-
24 rij, & Officiales teneantur ad collectas; de quo plenè *Bouadill.*

Hinc *Mastr. d. dec. 156. num. 13.* ponderans *tex. in d. l. vnusquisq; & in l. Decurionibus, & in l. iubemus, C. de prox. sacror. scrinior.* tenet pro in-
25 dubitato à muneribus personalibus, & extraordinarijs realibus, Officiales esse immunes, secùs verò ab ordinarijs, itaq; esse de mente *Io. de Plat. in dd. iuribus, & ex Bal. Alex. & Ias.* voluit *Lancellott. Gall. cons. 3. num. 53. Crem. sing. 108. Rim. cons. 12. num. 56. lib. 1. Menoch. cons. 297. num. 7.*
26 etiamsi verbis amplissimis, & latiori priuilegio concessa fuerit immunitas ad *tex. in l. fin. §. pen. ff. de muner. & honor. & l. fin. C. quib. muner. vel præstat. nem. lic. lib. 10. Platea in l. 1. C. de vacat. muner. lib. 10. Maluas. cons. 5. num. 4. Gilmann. dec. Imperial. 14. num. 8. lib. 2.* sunt namq; priui-
27 legia immunitatis odiosa, ideò restringenda, quia alij grauantur, *cap. porro de priuileg. Bal. cons. 112. ad fin. lib. 1. Guliel. de Cun. in l. fin. ff. de constit. pecun. Alex. cons. 125. lib. 2. Dec. cons. 223. Cott. in suis memorabilibus,* verb. *Immunitas,* vers. *Sed omitto, Lancell. Gall. cons. 25. num. 96. Franc. Marc. dec. 259. num. 14. Mastr. d. dec. 156. num. 6.*

Ex quibus videtur rectè sustineri resolutio à Nobis tradita *num. 22.* quod Magistratus sunt immunes ab excubijs, & custodia murorum, & portarum Ciuitatis, dùm illud mu-
28 nus personale est, non reale, *l. 1. circa princ. ff. de muner. & honor.*

Contrariam tamen sententiam, re ad partes disputata tenet eruditissimus *Annaeus Robert. rer. iudicatar.*
29 *lib. 2. cap. 11.* vers. *Pro maiore*, inquiẽs, quod etsi munus illud sit personale, attamen, iniusta videtur Magistratuum postulatio, quae eò spectat, ne se, ac suos, neuè patriam, suaq; omnia custodire teneãtur, nec p se vigilare, & excubias agere, nec Ciuitatis suae portas tueri, casque ab hostili impetu, & excursione vindicare compellantur, iniquamque, &
30 iniustam immunitatis praetensionem redarguit, qua securitas publi-
31 ca negligitur, & magis exemplo, quàm vacationis licentia publicam
31 laedunt disciplinam, Senecae dictum adducens *in 1. lib. de clemen.* pluribusque historiarum exemplis exor-
32 nat, Senatores munus vigiliarum per se obijsse, quicumq; per valetudinem, ac per aetatem poterant tùm ex *Liuio lib. 2.* ac *Heliodoro, lib. 9.* cùm etiam ex *Appian. lib. 2. belli ciuil. Cicer. lib. 1. epist. 17. ad Atticum. Tacit. lib. 3. histor. Plutar. in vita Marcelli in princ. & in vita Camill. in fin. Socrat. lib. 2. histor. cap. 21. Nicephor. Callist. lib. 4. cap. 22.*
33 Quod autem asseritur pro Magistratibus, eos excusatos esse, vtpotè forensibus negotijs occupatos, quibus vacare debent, hoc certè leue esse, ac potius absurdum, & ridiculum, inquit *Robert. loc. cit.* nam cum excubiae ab omnibus Ciuibus per
34 vices agantur, atque etiam ipsi Ciues mutuis, & alternis operis portas Vrbis custodiant, satis, superque erit Magistratibus, & otij, & temporis ad lites dirimendas. Neque enim continuò, sed certis, ac statis diebus vacare eos nocturnis excubijs, & custodię Vrbis oportebit, quibus, alijsque congestis tradit *in fin.* Senatum
35 Franciae, nulla Magistratibus data immunitate, determinasse omnes aequo iure ad custodiam Vrbis teneri, & excubias per vices agere iussit *Arrest. lato die 15. Martii 1583.*

Quae determinatio aditum patere fecit ad aliam quaestionem decidendam, num scil. attenta praedicta iudicatura, quod munus excubiarũ, & custodiae portarum Ciuitatis sit
36 ab omnibus, etiam à Magistratibus subeundum, necessè sit, vt ipsi de persona adsint, vel factum sit satis, si stipendiarium, vel ex suis domesticis aliquem delegarent, à quo munus illud personale, domini absentis
37 vice praestaretur? Et adducens *tex. in l. fin. C. de quib. muner. vel praestat. nemin. liceat se excusare lib. 10.* quo cauetur munus esse personale, & per hoc ab ipsismet Ciuibus nulla excusatione, praestari, & impleri debet, eaq; expensa ratione, quod si viles
38 sint, & stipendiarij custodes, non dubitandum, quin Ciuitas facilem apud mercenarios emptorem inueniat; Si venales animae portis, murisque praeficiantur, eisque salus pu-
39 blica committatur: Quae securitas, quaeuè fidei obligatio ab ijs expectanda est, qui neque pro aris, & focis dimicant, neque vllo in patriam affectu, & charitate incitantur? tradit *in fin. d. cap. 11.* Senatum eundem
40 *Arresto* lato *die 22. Decembris 1558.* statuisse, custodiam Vrbis, non per stipendiarium, vel mercenarium praestandam esse, sed personaliter, Idq; nulla habita dignitatis, vel Magistratus excusatione.
41 *Ego* verò, qui magnifacio *Annaeum Robert.* ob eius ingenij acumen, legum peritiam, ac dicendi facundiã, quemq; Aduocatum, & Oratorem maximũ in Supremo Frãciae Senatu
42 percepi ex *historia Henrici IV. Regis Galliae* Authore *Petro Mattheo* eiusdẽ Regis Historiagropho celeberimo, quem non fuit dedignatus allegare
43 *Illust. D. & Praeceptor meus March. Ramont. Sac. Cons. Praes. in 2. lib. controu. forens. cap. 33 n. 26* ꝙ in maximum illius Historiographi decus, atque honorem cuenisse, nemo addubitauerit

uerit, qui illum Demosthenem Gal-
44 licum vocat, satis duras eiusmodi
determinationes existimo, quæ nul-
lam Magistratuum dignitati, quæ
spectabilis omnibus esse debet, in-
dulgentiam tribuunt, dùm speciali
45 aliqua honoris prærogatiua à cæte-
ris secernendi sunt, illisq; ne cum
vili plebe misceantur, priuilegia, &
immunitates non leui rationum
momento Reges indulserunt, Sena-
tus etenim, quem Orbis ornamen-
tum, & splendorem Ciuium *Cicer.*
lib. 1. officior. appellat, nihil indignius
censeri debet, quàm si Magistratus,
qui iudiciis præsunt, iisdem mune-
ribus obstringi, & obligari velimus,
quibus viles, & plebeios quosuis su-
besse oportet; Quin etiam: licet di-
gnitati Magistratus nulla deberetur
immunitas; At hoc certè muneris
necessitati tribui, & concedi con-
ueniens esset.

Quæ etenim æquitas sustinet, vt Iu-
dices qui lites dirimũt, delicta coer-
47 cent, & Ciuitatis politiam tuẽtur, à
publico iudicandi munere ad excu-
bias, & portarũ custodiam auocari?
Quod si in Ciuitatibꝰ etiam limita-
neis, Magistratus assiduam, & sollici-
tã iuris, iustitiæq; curam non gerant,
48 plerumq; inter arma, quorum stre-
pitum legis, & præconis vocẽ exau-
dire impedit: prædonum more cer-
49 tandum, non viuendum erit, Itaq;
dùm Iudices vacationem ab eiusmo-
di munetibus petunt, non tam
ocium, quàm negociũ dignitati suæ
conueniens quærunt: Quietè, & à
militaribus muniis immunitatem
petunt, magis, vt iuri dicundo, & ne-
gotijs forensibus liberè vacare pos-
sint, quàm vt sibi, aut vlli desidiæ
indulgeant, *Mastr. d. decis.* 156. *nu.*
9. vbi ponderat Consiliarios Regios
esse exemptos ab ijs muneribus, quę
exercitium officij impedirent, sicu-
ti in excubijs, & portarum, aut mu-
rorum custodijs contingit.

50 Quapropter; in eo casu vera Se-
natus Parisiensis scita, & spectanda
censeo, in quo videntur præsertim
fundata, scil. in Ciuitatibus, seu
Portubus limitaneis, quibus hostes
propè imminent, vt irruptionem
faciant, et Ciues, & Incolæ non satis
sint ad prædicta subeunda munera,
51 Necessitatis etenim tempore, vel
publica suadente vtilitatę, omnia
silent priuilegia, & vti in alio ca-
su tradit *Napodan.* noster, insignis
Consuetud. Ciuitatis Neapolis enu-
52 cleator in *Consuet.* habent priuilegia
immunitatum labia clausa, os liga-
tum, & arbitrium refrenatum, nec
pro eis lex aliqua, siue permissiua,
53 siue prohibitiua, siue consultoria
loquitur, aut patrocinatur, imò vr-
gente necessitate, vel publica vtili-
tate suadente, nihil fieri dicitur cõ-
tra legem, *tex.* est singularis, secun-
dum *Ludouic. Mex. d. 5. conclus. in*
prag. taxe panis num. 65. vers. *Et ne-*
cessitas, in l. si hominem, ff. mandat.
quem approbat *Guliel. de Bened. in*
repet. cap. Raynutius, verb. & *uxorem*
num. 255. tunc etenim procedere
potest id quod tradidit *Ann. Robert.*
loc. cit. Melius esse in tempore occur-
54 rere, quàm post exitum vindicare,
l. 1. C. quan. liceat vnicuiq; sin. iud. se
vindic. l. fin. C. in quib. caus. restit. in
integr. necess. non est D. Reg. *Tap.* dignis-
simus Supremi Collateral. Consil.
Decanus *March. Belmon.* præcipuus
Dominus, & Mæcenas meus *dec.* 16.
Suprem. Senat. Ital. num. 61. quem
Ego cum nonnullis alijs adduxi *in* 1.
disceptat. forens. cap. 11. *num.* 32. *&*
seqq. & aduertit *Mex. loc.* mox ad-
ducto, illud Virgilianum recolens,
Tardè venere subulci; quodq; *Impera-*
tor scribit *in l.* 2. *C. de iur. & fact.*
ignor. ibi, *Sera prætę tibi subueniri de-*
sideras, & in l. 2. *C. de hæreditat. vel*
actio. vend. ibi, *Serò desideras tibi suc-*
curri post destructam Ciuitatem, ideò
prouideas ante.

At in Ciuitate Neapol. exarata
per *Ann. Robert. d. cap.* 12. vix obti-
nerent,

nerent, adeò namq; hominum locuples est, vt totum penè Regnum,
55 Ciuitatem euasisse tradiderit *Traianus Boccalinus in tract.* cui nomen imposuit *Ragguagli di Parnaso*, &
56 ideò Magistratus, & Officiales cuiuscumque ordinis ad id munus subeundum nunquam arciti fuerunt; Imò popularibus (seu mauis) plebiculariis illis deplorandis sanè cõmotionibus vigentibus de anno 1647. & 48. satisfactum putarunt populares, si Nobiles, aliquos ex eius fa-
57 miliis deligebant ad excubias faciẽdum muris, & portis Ciuitatum, vt eorum vices sustinerent, vel quotidiana pecuniæ præstatione se eximerent; quod magis practicatum fuit, Expertus loquor, & si curiosè indagare volueris *Lector*, quò sta-
58 tum meum, deplorandæ illæ plebiculares commotiones duxerint, cõsule *Epistolam meam ad Lectorem in 2. disceptat. forens.* vbi de multis erudieris; rectiùs dixerim ærumnarum mearum compatieris.

Ideòq; hęc inesse videtur consuetudo in Ciuitate Neapolis, quam in eiusmodi casu sectandam fore, concors Doctorum sententia inualuit, ad *tex. in l. si publicanus, §. in omnibus, ff. de publican. Guid. Pap. decis. 376. & 377. Boer. dec. 377. Mastr.* horum memor, *d. dec. 156. num. 17.*

SVMMARIVM.

1 *Casus, sapè sæpius, qui potest accidere, posteritati resolutus est tradendus.*
2 *Monasterio Monialium potiùs, quàm virorum (cæteris paribus) est deferendum.*
3 *Monasterium Monialium, reputatur à iure locus magis pius, & pauperior, quàm virorum, propter earum clausuram, & imbecillitatem in acquirendo.*
4 Ludouicus Mexia *eruditissimus Præceptor suus appellatur à* Petro Peralta in l. si quis seruum, §. si inter duos num. 9. ff. de legat. 2.
5 *Monialibus magis, quàm viris religiosis, eleemosyna est facienda.*
6 *Viri conuenientiùs operari possunt, quàm feminæ.*
7 *Pragmatica edita Matriti die vltimo Mensis Octobris 1563. enunciatur.*

ARGVMENTVM.

Exequutores testamentarii, quibus certa pecuniæ quantitas distribuenda inter pauperes Religiosos commendata est, si in electione discordãt, vno ex eis Religiosos pauperes eligente, Altero verò pauperes Religiosas, eiusdem tamen Ordinis Sancti Francisci, cui potius adhęrendum in relicti distributione? quęque sit ratio, quod Monasterium Monialium reputatur à iure lo-

cus

cus magis pius,& pauperior, quàm virorum?

OBSERVATIO XXXIX.

1 FAcilè eſt, vt in dies eiuſmodi caſus in praxi determinandus ſeſe offerat, vndè non inutile erit, vt illum poſteritati reſolutum tradamus; Ideòque Religioſas Pauperes, ſiue Monaſteria Monialium eſſe præferenda, veriorem exiſtimamus ſententiam, quam omnium primus nobis inſinuauit *Cyn. in l. cum multa, C. de donat. ante nupt.* quem ibi ſequuntur *Bald. & Salic.* eamque ſententiam commendat *Bald. in l. in multis, ff. de ſtat. hom. in fin.* dicens
2 notandum eſse, quod cæteris paribus magis fauetur Monaſterio Monialium, quàm virorum Religioſorum, ea ratione, quia Monaſterium
3 Monialium reputatur à iure locus magis pius, & pauperior, quàm virorum, propter earum clauſuram, & imbecillitatem in acquirendo, ſecundum *Cyn. loc. cit.* vbi tradit eſse menti tenendum, eique ſe ſubſcribit *Petrus Peralt. in l. ſi quis ſeruum, §. ſi inter duos nu. 9. ff. de lega. 2.* inquiēs multos dies elapſos non eſse, quod iſtum caſum habuit in contingentia facti, quem ad hoc allegat *Ludou. Mex. in prag. tax. panis in 6. concluſ.*
4 *num. 42.* verſ. *Cuius rei*, vbi appellat *Mexiam* eruditiſſimum Præceptorē ſuum, & notandum monet ad intellectum, *l. 12. tit. 4. lib. 5. Recopil. leg. Reg. & in 1. concluſ d. prag. num. 45.* verſ. *Et pauperibus*, inquiens, paupe-
5 ribus Monialibus magis, quàm viris etiam Religioſis, eleemoſynam eſſe faciendam, *cap. 1. de ſtat. regular. in 6.* eam ſubnectens rationem, quia viri conuenientiùs, operari poſſunt, quā
6 fœminæ, *l. ſi quis,* verſ. *ad filias, C. ad l. Iul. maieſt.* idque in praxi notandum ad explicationem pragmaticæ
7 Comitiorum Madritiorum æditæ die vltimo menſis Octobris de anno *1563.* per quam veſtes ibidem prohibitæ (quæ à Iudicibus condemnātur) pijs applicantur locis. Itaque non ſemel vidiſſe practicari teſtatur.

SVMMARIVM.

1 AVthor *præludij vice nonnulla adnotauit antequam theſim aggrediatur, An dies termini computetur in termino.*

2 *Dies à luce dicitur, quaſi nocti oppoſitus, quæ à tenebris denominatur.*

3 *Deus in creatione mundi dùm creauit lucem, illam appellauit diem, & dùm creauit tenebras, noctem appellauit, perque noctem, & tenebras diuiſit diem.*

4 *Dies diuiditur in naturalem, & artificialem, ſiue ciuilem.*

5 *Dies naturalis eſt ille, qui habet 24. horas, & incipit à media nocte, & finitur in alia media nocte.*

6 *Dies artificialis, ſiue ciuilis dicitur ille, qui non habet præciſas horas, ſed iuris artificio diſtinguitur à nocte, & dicitur à mane iam orto Sole in Orizonte vſque ad veſperam iam in occaſu, ità vt nihil de tenebris comprehendat.*

7 *Statutum puniens grauiori pœna delinquentem de nocte, qualiter ſit accipiendum.*

8 *Dies in actis iudicialibus incipit à mane, vbi primùm dies elucèſcit, & terminatur à tenebris.*

9 *Dies Eccleſiaſticus quot modis, ac rerum*

rum differentia sumitur.

10 Dies, quoad esum carnium, incipit post canam.

11 Dies quoad collationem ordinum, & officia diuina, qualiter sit accipiendus.

12 Dies diuiditur in vulgarem, ciuilem, & conuentionalem.

13 Dies termini, an computetur in termino, adeò anceps quæstio visa fuit Tiraquello, vt cæteras antecellat.

14 Dies termini, quod computetur in termino, qui Doctores tenuerint.

15 Tempus regulariter computatur de momento ad momentum.

16 Dies in quo quis accipit literas, vt eat, computatur in termino.

17 Tempus appellandi statim à lata sententia, currit de momento ad momentum.

18 Dies termini, quod non computetur in termino, quibus ex iuribus deducatur.

19 Diem termini, non esse in termino computandam, verior, & tutior, ac de consuetudine obseruata opinio recensetur.

20 Tex. in l. vbi lex, ff. de regu. iur. enucleatur.

21 Mensis absolutè, & simpliciter prolatus, sine relatione certi mensis, intelligitur de 30. diebus.

22 Dies termini an computetur in termino, nulla traditur certa regula generalis, sed tantùm per ampliationes, et restrictiones à Doctoribus declaratur.

23 Author, vt methodicè insinuet, an dies termini computetur in termino, distinctionis fœdere materiam pertractat.

24 Dies termini non computatur in termino, quando terminus simpliciter impertitur, scilicet dierum octo.

25 Termino impertito mensis, seu anni, intelligi is debet, vt finiatur à die sequenti illius mensis, seu anni, in quo assignatur, vsque ad tot dies alterius mensis, & anni.

26 Dies termini currit de momento ad momentum, quando assignatur hinc ad octo dies.

27 Diem termini non computari in termino, quocumque modo terminus impertiatur qualiter sit intelligendum.

28 Dies termini non computatur in termino, quando in eius impertitione præponuntur dictiones A, Ab, Ex, & similes exclusiuæ.

29 Dictiones A, Ab, Ex, ijsque similes, sunt suapte natura exclusiuæ, & separatiuæ.

30 Dictiones A, & Ab, accipiuntur pro dictione Post.

31 Præceptum ad reluendum tenutam, & bona infra terminum quindecim dierum à die exequutionis computandum, non expirat, nisi à die tota decimaquinta immediatè sequenti transacta, post diem illam, in qua fuit facta exequutio.

32 Dictio Postea, vel Post, quid operetur si apponatur in impertitione termini.

33 Terminus quando est præfixus per dictionem A, dies termini non computatur in termino.

34 Terminus dierum nouem datus ad retrahendum consanguineo per legem Regiam, non comprahendit diem vēditionis.

35 Dictionum A. & Ab, rectè proprietas consideranda est in impertitione termini.

36 Dies termini, an computetur in termino, attendendum est an actus, in quo impertitur, sit fauorabilis, vel odiosus.

37 Dictiones A, vel Ab, quandoque stant inclusiuè, si apponantur actui fauorabili.

38 Statutum prohibens delationem armorum à pulsu campanæ de sero sub pœna, intelligitur exclusiuè post pulsum campanæ, quia est odiosum ob pœnam, quæ infligitur, secùs verò dicendum est in statuto cōcedente deferri arma de mane à pulsu campanæ, nam tunc stabit inclusiuè, cùm concessio sit fauorabilis.

39 Dies termini an computetur in termino, Iudex præ oculis habere debet odium,

odium, vel fauorem actui, cui impertiatur, vt indè statuat diem termini esse computandum in termino, vel nõ computandum, prout fauor, vel odiũ, suadebit, dissuadebitue.

40 *Dies termini in Regno ex stylo, & obseruantia Tribunalium quibuscumq; verbis impertiatur, nunquam computatur in termino.*

41 *Diem termini non computari in termino, in Regno seruatur, tàm in citationibus, quàm in quibuscumque decretis, & prouisionibus.*

42 Author *fidem præstat semper practicasse, & practicatum vidisse in supremis Regni Tribunalibus, quod dies termini non computatur in termino.*

43 *Diem termini non computari in termino, vulgatum practicorum dicterium est.*

44 *Diem termini non computari in termino in statu Ecclesiastico, & in terris Italiæ, obseruatur.*

45 *Diem termini non computari in termino, obseruat Senatus* Cathaluniæ.

46 *Diem termini, non computari in termino, obseruatur in Regno Aragoniæ.*

47 *Diem termini non computari in termino, verior est opinio, & in praxi receptior etiam iure communi attento, à qua in consulendo, & in iudicando non est recedendum.*

48 *Diem termini non computari in termino, obseruatur ex consuetudine Curiæ Delphinalis Parlamenti, & alijs in Curijs Patriæ Delphinatus.*

49 *Dies termini, ne computetur in termino, apponi soles clausula*, Die exequutionis minimè computata, *quæ tamen in Regno Neapolitano necessaria non est.*

50 *Non solent, quæ abundant, vitiare scripturas.*

ARGVMENTVM.

Diem termini computandum esse in termino, necnè: famigerata est quæstio, adeò inter Scribentes controuersa, vt vix quæ verior, quæ tutior, quæque in praxi sectanda magis sit opinio, quamque Tribunalium consuetudo, & stylus admiserit, discerni possit. Ad eiusmodi quæsiti enucleationem *Author* Aientiũ, & Negantium placita recollens, ac in medium afferens Iura, Doctorum placita, & rationes; quibus vtraque sustinetur opinio, quicquid in materia, tùm Antiquiorum, cùm Recentium, expensis placitis dictum, scriptumuè fuerit, dilucidum tradit examen, siuè de Iure communi quæstionis resolutio excogitetur, siue de iure Cõsuetudinario, plurium Europę Tribunalium; siue terminus in actu fauorabili, siue odioso impertiatur, siue simpliciter elargitus fuerit, siue dictionibus præcedentibus *A. Ab. Ex*, quæ suaptè natura, exclusiuæ an sint diei, vel inclusiuæ, fauorabili, aut odioso si

apponantur actui, pleno cõmonstrat *Author* calamo, obliuioni minimè tradens questiones passim excitatas in materia statutorum, quę infra diem pręfinitum quid fieri, vel permittunt, vel non fieri, iubent, quando dies in termino computetur, necne; quidue dicendum sit si pęnã contineant, vel odium, aut si fauorabili super actu dispo nere noscatur; Vtq; certam, nec variam, aut irresolutam questionis indaginem legentibus pręteremittat, toto ferè terrarum Orbe, consuetudine, approbatam esse opinionem, quod dies termini non computetur in termino, eãque veriorem, tutiorem, ac receptiorem, fore in praxi, etiam iuris communis dispositione attenta, *Author* insinuat; recolitq; memoria, in *statu Ecclesiastico*, *in Regno Aragoniæ*, *& Cathaloniæ*, *Parlamento Delphinali*, omnibusque *Prouinciæ Delphinalis Curijs*, *totiusq; Italiæ Tribunalium subsellijs*, pręsertim in *Regno Neapolitano*, eiusque *Supremis Prætorijs*, ità passim circumferri ex Pragmaticorum vulgari, frequentatoq; dicterio, Quod *Dies termini nunquam in termino computetur*, ac ità haud hęsitanter obseruari, & practicari.

OBSERVATIO XXXX.

1 INutile haud existimamus, nonnulla prælu dij vice in gratiã Tyronum, quibus præsertim plururos nostros labores, in spem ducimur, adnotare, antequam quæsiti dispunctionem aggrediamur?

2 Dies à luce dicitur, quasi nocti oppositus, quę à tenebris denomi-
3 natur, Deus etenim in creatione mundi, dùm creauit lucem, illam appellauit diem, & dùm creauit tenebras, noctem appellauit, perque noctem, & tenebras diem diuisit, sicuti scriptum est *Genes.cap.1. Gemin. in cap. fin. §. in festiuitatibus col. pen. de senten. excomm. in 6,* vbi *Io. Andr. Ias. in l. more Romano nu.8. ff. de ferijs,* qui tradit in hoc attendi vsum loquendi, vnde illud *Diui Ambrosij.*

Qui mane iunctum vesperi, Diem vocari præcipis.

4 Diuiditur itidem dies in naturalem, & artificialem (quamuis *Ias. in d. l. more num. 1.* quintuplicem esse tradat) siue ciuilem, perperam nãq; artificialem diem appellari, tradit *Tiraq. de retract. lignag. §.1. glos. 11. num. 3.* Dies namque naturalis est
5 ille, qui habet 24. horas, & incipit à media nocte, & finitur in alia
6 media nocte. Dies autem artificialis, siue ciuilis est ille, qui non habet præcisas horas, sed iuris artificio distinguitur à nocte, & dicitur à mane iam orto Sole in Horizonte vsque ad vesperam, iam in occasu ità vt nihil

hit de tenebris comprahendat, *cap. si perfodiens de homic. & l. ideoq; ff. de vsucap. l. capite quinto, ff. ad leg Iul. de adulter. d.l. more*, vbi passim notant DD. *ff. de fer. l. furem, ff. de sicar. & l.* 1. vbi *Ang. C. de custod. reor. cap. consuluit de offic. deleg. Bart. in l. aut facta*, §. *tempus num.* 2. *ff. de pæn.* qui loquitur in materia statuti punientis
7 maiori pæna delinquentem de nocte, *Abb. in cap. quoniam num.* 3. *de fer. Iaſ. in l. Titius*, §. *Lucius nu.* 16. *ff. de liber. & posthum. Tiraq.* vbi sup. verſ. *Quòd fa it ad statuta, Alber. in* 2. *par. statutor. q.* 19. *Gandin. de malefic. in tit. de pæn. num.* 42. *Aretin. in tractat. de malef.* verb. *de nocte*, & ibi *August. Arim. in addit.*

In actis tamen iudicialibus diem
8 incipere à mane, vbi primùm dies elucescit, & à tenebris terminari per *d. cap. consuluit de offic. deleg. Auth. de Iudic.* §. *sedebunt collat.* 6 *gloſ.* verb. *prius in cap. quoniam de feryſ*, & *Abb. in d. cap si perfodiens nu.* 2. *de homic.* tradit D. *Anton. Cardoſ. in summ. seu prax. Iudic. & Aduocator.* verb. *Dies*, §. 4. verſ. *In iudicialibus*, nulla facta mentione *Tiraquell.*

9 Estq; pariter dies Ecclesiasticus secundum *Tiraq. loc. iam allegat. nu.* 13. verſ. *Postremò*, qui varijs modis ex rerum differentia sumitur. Nam quantum ad indulgentias, siue priuilegia, constituitur à vesperis in vesperas inclusiuè *clem.* 1. *in fin.* verſ. *In primis autem festis de reliq. & venerat. Sanctor. gloſ. in cap. Alma*, §. *adijcimus*, verſ. *In cæteris festiuitatibus*, in verb. *Assumptionis de senten. excõm. in* 6. *Calder. in tract. de ecclesiast. interd. in* 6. *memb. q.* 56. *Falin. d. cap. consuluit*, & *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ de Constit.*

10 Quo verò ad esum carnium, dies post cænam incipit, *cap. de esu carnium, de consecrat. dist.* 3. vbi *gloſ. & Panorm. in cap.* 2. *de fer.* licèt *gloſ. in d. cap. de esu*, dixerit primùm hoc casu, diem constitui à media nocte vsque ad sequentem mediam noctem, itaque se habere consuetudinem, deindè verò subdit incipere à vesperis.

11 Et quantùm attinet ad collationem ordinum, & officia diuina, qualiter dies sit accipiendus sunt recensenda loca adducta per *Tiraq. d. gloſ.* 11. *num.* 24. & ex *num.* 2. vbi *Iasonem* insectatus in *d. l. more*, plures aliàs
12 diei diuisiones tradit, nempè Vulgarem, Ciuilem, Legalem, & Conuentionalem, ibique benè, & luculenter more suo explanat, quem videndum hortamur, ne procliuiores simus, aliorumque laborum trãſscriptores dumtaxat videremur.

Hæc ergo præfati: ad propositæ quæstionis decisionem accingamur,
13 quæ adeò anceps visa fuit, *Tiraq. in tract. de retract. lignagier, gloſ.* 11. *nu.* 17. verſ. *Sed vt omissis*, vt cæteras antecellat, habet etenim aientes, & negantes quamplures, adeòque spatiosum ampliationum campum, ac restrictionum, siue (vti aiunt) limitationum, cancellos tàm angustos ex materierum, & casuum diuersitate, vt vix tuto pede sistere quispiam possit.

14 Affirmatiuam opinionem, nempè, diem termini esse in termino computandum, tenuit *gloſ. in l. Gallus in princ.* verb. *Proximis*, & ibi quamplurimi, *ff. de liber. & posthum. Cyn. Bal.* sibi contrarius, *Alex. & Iaſ. in l.* 1. *ff. si quis cautio Iacob. de Aren. in l.* 1. §. *Sed si maritus, ff. de lib. agnoſ. Specul.* sibi item contrarius in *tit. de appellat. par.* 2. §. *restat*, verſ. *Sed nũquid dies*, *Io. And.* secum quoque pugnans, *Bald. Imol. Panor. Cardin. Alex. & Dec. in cap. super eo el* 2. *de appell.* iterum *Io. And. in cap. cupientes col.* 1. verb. *Post consensum in* 6. *Bal. in l. eos*, §. *Si autem, C. de appell.* & *in l. si quando in* 5. *quæst. C. de testi. & in l. si duobus*, §. *Sed & si quis in fin. C. comm. de legat. & in cap. cum vigesimum de offic. deleg.* vbi regulam facit generalem omnium tẽporum, vt fiat

Bb 2 com-

computatio de momento ad momentum, nisi aliud exptimatur, vel nisi sit tempus vtile, quod suas habet intercapedines, & alibi passim, sicuti refert *Tiraq. d. glos.* 1 1. *nu.*20. vers. *Alij enim.* alijquè DD. relati ab *Alex. Trentacinq. variar. resol. lib.* 2. *tit. de dilation. resol* 1. *num.* 3. vers. *Prima*, vbi inter cæteros adducit *D. Carol. Molin. in Consuetud. Parisien.* §. 4. *nu.* 4. & hanc esse communem opinionem fatetur *Trentacinq. loc. cit.*

15 Cuius opinionis eam præcipuam præcitati Doctores, adducunt rationem, quia tempus regulariter computatur de momento ad momentum per *tex. in l.* 3. § *minorem, ff. de minor.* cui suffragatur *tex. in cap. propter* 2. *q.* 6. vbi; dies quo quis accipit

16 litteras vt eat, computatur in termino, & in *l. biduum*, §. *dies*, & ibi,

17 *glos.* in verb. *Subtraxisse, ff. quan. appell. sit*, vbi tempus appellandi, statim à lata sententia currit de momento ad momentum, *Alberic. in l.* 1. § *si mulier, ff. de liber. agnos.* & in suo *dictionario*, verb. *Ex die mortis.*

Negatiuam verò sententiam, diē

18 termini in termino non computari, trahunt nonnulli ex *l. eum, qui calendis in princ. ff de verb. obl. ex glos. in l. vbi lex, ff. de regu. iur. & in cap. quisquis*, verb. *Ex ea.* 4. *q.* 5. *glos. Inno. Goffr. Philipp. & Host. in d. cap. super eo* 4. *q.* 5. *Bal.* & *Ang. in l.* 2. *ff. de annal. except. Vant. de nullitat. ex defect. iurisdict. ordinar. num.* 16. *Gratian. disceptat. forens. cap.* 161. *num.* 17. 40. *dec.* 124. vbi *Addit.* & sic obseruari

19 de consuetudine, docent *Tiraq. d. glos.* 1 1. *nu.* 22. *Guid. Pap. dec* 270. *Farinac. dec. Rot.* 333. *nu..* & ab ea nō esse recedendum in iudicando, & consulendo, ex *Parlador. lib.* 2. *rer. quotidian.* 5. *par. cap. vltim.* §. 16. *nu.* 4. dixit *Ceuall. comm. contr. commun. q.* 401. *nu.* 6. plura tradit *consil.* 26. *diuersor. Siciliæ nu.* 7. & 9. & *in addit. num.* 7. *D. Ioseph de Vela dissert.* 18. *nu.* 8. Quorum memor fuit *D. Ioan. Christoph. Sueluez lib.* 1. *consilior. decisiuor. consil.* 15. *num.* 4. & 5. vbi veriorem hanc, & in praxi receptam opinionem affirmat, idem *Bal. in l. si ea*, vers. *Item nota*, C. *qui accusar. poss.* alijq; relati à *Tiraq. num.* 18.

20 Quam sententiam comprobari apertè ex *tex. in d. l. vbi lex, ff. de reg. iur.* ibi, *Vbi lex mentionem facit duorum mensium, & qui sexagesimo primo*

21 *die venerit, audiendus est*, tradunt præallegati Authores, nam mensis absolutè, & simpliciter prolatus sine relatione certi mensis, intelligitur, de 30. diebus, ad *tex. in l. si maritus praeuenerit*, §. *hac in maritis, & in l. miles*, §. *Sexaginta, ff. de adult.* & *glos. in l. fin.* §. 1. verb. *Sexaginta*, C. *de iur. deliber* & aduertit *Tiraq.* concordantes adducens tàm in *loc. cit. nu.* 19. quàm alibi *Trentacinq. loc. cit. nu.* 3. vers. *Secunda est opinio*, quàm ipse amplecti fatetur, eò quod *Tiraquellum* habet sectatorem.

Hinc volentes Consulti hanc dissoluere antinomiam, satius putarūt,

22 regulam pro maiori parte constituere, quod d es termini non computatur in termino, verum tot tantisq; conuallarunt ampliationibus, & restrictionibus, vt potius asseuerandum sit casus enarrasse peculiares, quàm regulam generalem firmasse, sicuti peregit *Tiraq. d.* §. 1. *glos.* 11. *num.* 22. & *seqq.* cuius dictis quotquot post ipsum de materia tractarunt, simplicìter inhærendo, se subscripserunt, sicuti fecit *Vrsill. ad Affl dec.* 73. *in fin.*

23 Ego verò, vt pro viribus methodicè (quatenus in me est) posteris articulum vsui forensi accomodatissimum insinuem, ità distinguendū in re censeo; Aut etenim imperti-

24 tur terminus dierum simpliciter, veluti si dictum fuerit detur terminus dierum octo, & tunc dies termini non computatur in termino, per *tex.* singularem *in l. eum qui Calendis*,

dis, ff. de verb. obl. & l. eum qui certarum, eod. tit. gloſ. in cap. quam ſit, verb. *Menſem, de elect in 6. & gloſ. in cap. 1.* verb. *quindecim, de reſtit ſpoliat. eod. lib. Bart. Ang. Pau. de Caſtr. & Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis cautio. Dec. in d. l. vbi lex num. 2. ff. de regu. iur.* vndè *Cardoſ. in d.* verb. *Dies* §. 5. inquit, dato ter-
25 mino menſis, ſeu anni, illum debere intelligi, vt finiatur à die ſequenti illius menſis, ſeu anni in quo aſſignatur, vſque ad tot dies alterius menſis, & anni, adducens *tex. in cap. licet de ſupplen. negligen. Prælator. gloſam in d. cap. quàm ſit*, verb. *Menſem de elect. in 6. l. 2. §. illud*, *C. de tempor. appellat. & l. denique*; §. *minorem*, vbi *Scribentes, ff. de minor*. Aut verò ter-
26 minus non aſſignatur ſimpliciter, ſed cum præpoſitione *hinc ad octo dies*, & tunc currat de momento ad momentum per *tex. in l. 1. §. dies, ff. quan. appellan. ſit*, ità in terminis tradit *Guid. Pap. dec.* 270. vbi allegat *Bart. in d l. 1. ff. ſi quis cautio.* ibique *Addit. lit. B.* notat de hoc eſſe videndum in *d. l. 1. Alex.* verſ. *In tex.* ibi,
27 *præterea*, inquiens quod dies dati termini non computatur in termino quocumque modo impertiatur. At *Ranchin. in addit. ad d. dec.* 270. *Guid. Pap.* approbat diſtinctionem per *Nos* traditam, itaque in palatijs ſeruari aſſerit, eamq; veram credidit *Guliel. de Bened. in Conſuet. Burgund. rubr. 1. §. 8. tit. de iuſtic. ſeu iuriſdict.* verb. *Et diem num.* 9. ſabdens procedere in dilatione data ab homine.
28 Pariter eſt magnoperè attendendum, quibus verbis terminus impartiatur, veluti ſi opponuntur dictiones *A, Ab, Ex*, nam eo caſu dies termini non computatur in termino, cum ſint excluſiuæ, ſicuti adnotauit *Tiraq. d. gloſ. 11. num.* 51. verſ. *Limita ſeptimo*, vbi ex pluribus comprobat, & verius eſſe credit *num.* 52. quicquid alij cõtrarium aſſeruerint,
29 ea ratione, quia dictiones prædictæ ſuaptè natura ſunt excluſiuæ, & ſeparatiuæ, itaque voluit *gloſ. in l. ratio, §. ſi per venditorem in fin. ff. de actio. empt. & in l ſi duobus in princ.* verb. *Ab altero*, & ibi *Ang. ff. de duob. reis*, *Rebuff. in l. nepos Proculo* 125. verſ. *Ab eo, ff. de verbor. ſignif. Rot. diuerſor. dec.* 75. *num.* 2. *par.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. lib.* 1. *cap.* 161. *num.* 5. *gloſ. recepta in clem. ſicut*, verb. *à die de appellat. Bal. in l.* 21. *num.* 1. *C. de nupt. & in l. 2. ff. ſi quis cautio.* vbi *Alex. num.* 15. *Caſtren. nu.* 2. *Azeued. lib.* 4. *nou. recollect. tit.* 4. *l.* 1. *num.* 34. *Gratian. d. dec.* 123. *conſ.* 26. *diuerſor. Sicil. num.* 17. & ibi *in addit.* ex quo omne dubium ceſſare tradit *D. Chriſtophor. Suelu. d. conſ.* 15. *num.* 6. verſ. *Omneque dubium.*
30 Idque ex eo magis ſuaderi aſſerit *Tiraq. nu.* 53. quod qui rectè, ac propriè loquuntur, ijs dictionibus *A*, & *Ab*, pro dictione *Poſt*, quæ & ſep araua eſt, ſæpè vtuntur, nonnullos textus, Doctorumque placita ad id probandum expendens *Gratian. loc. cit. nu* 6. & 7. adducens *tex. in l. 2. §. quod ad Magiſtratus attinet, ff de orig. iur.* vbi dicitur ſecundum locum à Regibus obtinebat, ideſt *Poſt* Reges, *Cicer. 1. Academ.* 66. qui quartus ab Archeſila fuit, idem de *ſenectute* 17. ibi, *cuius à morte hic tertius, & trigeſimus eſt annus*, hoc eſt, Poſt cuius mortem, *Liuius 3. ab Vrbe condita, neque hoſtium à tergo incurſum vidit*, vndè infert *Gratian. num* 8. verſ. *Quare*
31 *etiam*, ipſum determinaſſe, quod præceptum ad reluendum tenutã, & bona infra terminum quindecim dierum à die exequutionis computandum, non expirauit, niſi tota die decima quinta immediatè ſequenti tranſacta poſt diem illam, in qua fuit facta exequutio, adducens in terminis deciſionem *Rota in vna Auximana tutela die 24. Nouemb.* 1595 *Paul. Bellon. in celebr. tractat. de eorum quæ fiunt in continent. cap.* 94. *num.* 17. verſ. *Huc pertinent lib.* 1. qui licèt aſſerat *Vrſill. ad Afft. dec.* 73. latè materiam

teriam agere, an dies termini computetur in termino, attamen ficuti modò adnotaui *num.*22. *Vrsill.* nihil prorsus agit, solùm se remittit ad *Tiraq in loc.* pluries allato, id etenim
31 operatur dictio *Postea*, vel *Post*, vt si alicui termino, vel dilationi adijciatur, dilatio præcedens omninò sit consumpta, sicuti post *Cardin.Tusc. practicar. conclus. tom.2. lit.D. conclus.* 336. *Dom. Episcop. Barbos. dictio.*270. *in princ. & dict.* 271. *in fin.* & alios, tenet *D.Christoph. Suelues cons.*15.*nu.* 8. vers. *Dictio enim*, inquiens denotare actum perfectum, & non pendentem, eisq; subscribunt se *Doctor Castel. in l. Taur.* 64.*glos. Desde el dia*, & *Gomes. in regu.de infirm.resign.q.*37 inquiens omnes in hocesse concordes, quod quando terminus est præ-
33 fixus per dictionem *A.* dies termini non computatur in termino: vndè ad plurium legum Hispaniæ intelligentiam infert *Guttier. practicar. quæstio. q.* 154. *nu.* 2. vers. *Ex quo infertur lib.*2.

Quod etiam sectatur *Guttier. loc. cit.num.* 4. vers. *Quid tenendum*, lo-
34 quens in termino nouem dierum impertito per *leg.Reg.*ad admittendum consanguineum ad retrahendum, an dies venditionis computetur in termino dictorum nouem dierum, & firmè sustinet non esse computandum applaudens *Tiraquello in locis allegatis*, inquiens, tenentes contrarium non esse audiendos, imò lapsos faciliter fuisse, eò quod non satis perpenderint, nec
35 calluerint proprietatem, & significationem suprascriptarum dictionum *A, & Ab*, ibique dicit, ingentem hanc esse antinomiam, & *num.* 5.*in fin.* affirmat negatiuam sententiam, quod dies termini non computetur in termino, esse iudistinctè, & indiscriminatim tenendam in casu legum regiar. siue terminus statuatur à lege ab ipso actu, siue à die actus, nihil etenim inter se dif-
ferre tradit has formulas; & antea cum tradiderat ex pluribus, *Tiraq. d. glos.* 11. *nu.*25.55. 56. *&* 57. *Gratian. disceptat. forensi.cap.*161. *num.* 1. *tom.*2. inquiens diem termini non computari in termino quando adiungitur numero dierum, vel mensium cum dictione *A*, vel *Ab*, ea ratione, quam supra indicauimus, quia illæ dictiones ponuntur exclusiuè in termino, cui adiunguntur, denotãdo separationem, idque regulare esse tradit *Gratian. num.*5. vers. *Prout*
26 Nec parum facit ad materiam, vt attendatur ad actum, cui terminus præfigitur sit, nè fauorabilis, vel odiosus, tūc etenim etiamsi dictiones illæ *A*, vel *Ab*, apponantur, quæ separationem inducunt, & diem ter-
37 mini in termino non includunt, nihilominus ex materia, cui apponitur stant inclusiuè *Oldrad. cons.* 49. *in princ. num.* 1. vers. *Non à subdiacono*, *Bal. in l. à Caligato q.*2. *nu.*2. vers. *Et certè hoc dic*, C. *de nupt.* vbi idem statuendum esse tradit de dictione *Vsque*, *glos. in l. idest vsque.* 11. *ff. de dol. Gratian. d. cap.* 161. *nu.*21. vers. *Ex quibus & num.* 23. vers. *Ideò*, tradens pulchrum casum de statuto prohibente delationem armorum à pulsu campanæ de sero sub pœna, quod intelligatur exclusiuè post
38 pulsum campanæ, quia est odiosum ob pœnam, quæ infligitur, secus autem sit dicendum in statuto concedente deferri arma à pulsu campanæ de manè, tunc enim stabit inclusiuè, cum sit concessio fauorabilis, id quod fuit de mente *Rip.de noctur. tempor. cap.* 63. *nu.* 64. post *Firman. in Repertor. in lit. A.* vers. *Hanc theoricam*, punctuatim *D. Suelues d. cons.* 15. *num.* 9. vers. *Et cum versamur*, multaque alia ad propositum congerit *Mandos.reg.*19.*q.*18.*in fin.* vers. *Quarto contraria non procedunt*, vndè apposite *Bellon. loc. cit. num.* 19. post *Tiraq. in d. glos.* 11. *num.*67. *& Gra-*
39 *tian. d. cap.* 161. inquit, Iudicem hac in

in re præcipuè præ oculis habere debere odium, & fauorem, vt indè statuat diem termini computandum esse in termino, vel non computandum, prout fauor, vel odium suadebit, dissuadebitué.

40 Tu autem Regnicola (quicquid sit de iure communi Romanorum) ex prædictis regulam statue in Regno de stylo Curiarum, & de consuetudine, diem termini quibuscũque verbis termini assignatio concipiatur, nunquam in termino computari, stylum etenim suadent duo ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, alter sub *num.* 119. alter verò sub *nu.* 123. secundùm computationem *Caran.in*
41 *commentar.ad d. rit.* 119. *num* 2. inquiens ità vbique seruari hodie non solùm in citationibus, sed etiam in quibuscumque decretis, & prouisionibus, quæ per Curiam assignando terminum expediuntur, & si mihi
42 aliqua præstari posset fides, meam adstringo, à prima sanè die, quatorensi in puluere versatus sum, ità practicasse, & practicatum vidisse,
43 adeò quod in ore Pragmaticorum conuersum video in adagium, *Diem termini non computari in termino*, quã sanè propositionem sex declarationibus exornat *Alex. Trentacinq. d.resol. 1. per tot.* aliosque plures recolit tradidisse *Tiraq.loc.iam citat.* Sed pro nostra opinione, quam in Regno practicatam testatus sum, faciunt adducta per *Sigismun. Scacc. de appellat. q.* 12. *num.* 54. & ante eum *Menoch. de præsumpt.lib.2.præs.*95.*sub nu.* 6. qui aduertunt in toto statu Ec-
44 clesiastico in terris Italiæ obseruari eundem stylum, ut non fiat cõmputatio per momenta, idemque de Se-
45 natu Cathaluniæ attestatur *Fontanell. dec.* 409. *num.* 3. uers. *Et non est solus, & num.*15.uers. *Hic est ergo,par.* 2. quod dies termini non computatur in termino, & dixerat *in dec.*161 *num.* 16. *& seq.par.* 1. *& d.dec.* 409. *nu.* 5. memor extitit styli nostri Regni, seu practicatæ consuetudi-
46 nis, itidemque practicari in Regno Aragoniæ, quod in 15. diebus citationis foralis absentium, dies ipse citationis non comprehendatur, aduertit *Petr. Molinos in prax. iudiciar. in process. crim.absentia*, uers. *Aduiertese, pag.* 331. ibi, *No contando el dia de la citation*, cuius meminit *Dom. Sueln. d. cons.* 15. *num.* 10. *Sess. decis.* 161. *per tot.* ubi plura affert notabi-
47 lia; imò etiam iure communi attento, ueriorem, ac praxi receptam opinionem, quod dies termini non computetur in termino, tradit *bertazol. cons.civ.* 10. *num.*28. *Vant.de nullit.ex defect. iurisd. ordin. nu.* 16. *Gratian. d. cap.* 161. *& decis. March.* 124. ubi *addit. Farin. dec. Rot. Rom.* 333. *num.* 5. ubi quod ab ea in iudicando, & consulendo non est recedendum, *Parlador. lib.* 2. *rer. quotidian.* 5. *par. cap. vlt.* §.16.*num.*4. *Cenall. commun.contr. comm. q.*401.*num.* 6. *D. Ioseph Vela dissertat.* 18 *à num.* 8. *Borrell. cons.*19.*per tot.Sueln.loc.cit. num.* 5. quæ sanè consuetudo attendenda est, & adamussim uiget in
48 Curia Parlamenti Delphinalis, & alijs Curijs Patriæ Delphinatus, sicuti tradit *Guid. Pap. dec.* 270. uers. *Sed quicquid*, inquiens nonnullos ad maioris cautelæ cumulum, consueuisse apponere clausulam in literis compulsorijs, & alijs oppositis diem
49 continentibus, nempè *Die exequutionis minimè computata*, quæ tamen in Regno necessaria non est, licèt non soleant, quæ abundant, uitiare
50 scripturas, *ad tex.in l.non solent, ff.de regu. iur.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Authores negantes testamenti factionem habere condemnatos ad mortem, recensentur.*

2 *Condemnati ad mortem, de iure digestorum, testamenti factionem non habent.*

3 *Damnati ad mortem, de iure digestorum, siue ad ferrum, bestias, & metallum, statim Ciuitatem, & libertatem amittebant, & pœnæ serui efficiebantur.*

4 *Damnati ad mortem amittunt Ciuitatem, & dicuntur Peregrini, ideòque testari non possunt, non magis, quàm serui, qui testari similiter prohibentur.*

5 *Damnati de iure digestorum nulla habent bona, quia statim post eorum condemnationem, eorum bona publicantur, & confiscantur.*

6 *Damnati de iure digestorum, nequidem ad pias causas testari possunt.*

7 P. Antoninus Diana *laudatur.*

8 *Damnatus, licèt testatus fuerit ante condemnationem ad pias causas, tamen capitali condemnatione sequuta, testamentum rumpitur.*

9 *Seruus pœnæ, de iure Nouellarum, & Codicis, hodie nemo efficitur.*

10 *Confiscatio, & publicatio bonorum hodie est sublata, excepto casu criminis lesæ Maiestatis.*

11 *Damnati an etiam hodie, iure Codicis attento possint testamentum condere.*

12 *Damnati ad mortem ciuilem, an possint etiam hodie iure Codicis attento, testari?*

13 *Damnati ad perpetuos carceres, an possint testari?*

14 *Testamentum antea factum à damnato ad mortem, sequuta condemnatione, irritatur, etiamsi ad pias causas fuerit conditum.*

15 Authores *tenentes, damnatos ad mortem testamenti factionem actiuam habere, iure nouissimo Codicis, & Authenticorum attento, recensentur.*

16 *Consuetudine generali receptum est damnatos ad mortem hodie de iure Codicis posse testamentum condere.*

17 *Seruus pœna hodie nemo efficitur, quamuis delictum atrox fuerit, iure nouissimo attento.*

18 *Damnato, propter aliquod crimen, publicatio bonorum non comitatur, excepto Maiestatis crimine, iure nouissimo attento.*

19 *Iuris veteris, & ratione mutata, eaque cessante, hodie damnati ad mortem testamenti factionem habent.*

20 Author *approbat opinionem, quod attento iure nouissimo, hodie damnati ad mortem possunt facere testamentum, eamque in consulendo, & indicando veriorem affirmat.*

21 Author *impugnat* Matthiam Berlichium practicabil. conclusion. lib. 3. concl. 8. num. 3. *vers.* Contrarium tamen, *negantem hodie iure nouissimo attento, damnatos ad mortem testamenti factionem habere.*

22 *Confiscatio bonorum sublata est hodie per* Auth. Bona damnatorum, *excepto crimine lesæ Maiestatis.*

23 *Damnati ad mortem, non poterant de iure digestorum testari, quia per confiscationem nulla habebant bona.*

24 *Rationibus pluribus concurrentibus ad dispositionem aliquam indicandam, vna earum deficiente, non cessat dispositio.*

25 Matthias Berlichius, *plures rationes assignat, ex quibus damnati ad mortem de iure digestorum testamentum condere non poterant.*

26 *Damnati ad mortem, quia capite minuuntur, & Ciuitatem amittebãt, non habebant testamenti factionem de iure digestorum.*

27 *Nemo benè natus à principio, fit hodie seruus pœnæ, nec pœna alicuius supplicij coercetur, sed Ciuitas salua, & in-*

integra manet, attento iure nouiſſimo.

28 *Damnatus ad crimen famoſum, vel aliud crimen capitale, efficitur inteſtabilis.*

29 *Inteſtabilis nemo efficitur hodie ſi dánetur, quia bonorum confiſcatio ſublata eſt.*

30 *Damnatorum bona, quod hodie non publicentur, introductum eſt fauore heredum ab inteſtato venientium.*

31 *Teſtamentum ſemper præſupponit aliquid fieri in odium, & præiudicium hæredum ab inteſtato venientium.*

32 *Damnati quod poſſint hodie facere teſtamentum, nedum in fauorem hæredum ab inteſtato venientium introductum eſt, ſed etiam fauore ipſius damnati.*

33 *Ratio finalis ob quam damnati ad mortem de iure digeſtorum, teſtamentum facere non poterant ea eſt, quia efficiebantur ſerui pœna.*

34 *Damnatorum perſona, quę ſerua pœna hodie non efficitur, eſt in cauſa, vt teſtamenti factio illi concedatur.*

35 *Teſtamenti factio, connumeratur inter ea, quæ iuris gentium ſunt.*

36 *Secundariò quæ fiunt, non attenduntur.*

37 *Diſponere de re ſua, cuilibet liberum eſt.*

38 *Teſtatorum voluntas, tanquam Regina attendi debet in teſtamentis.*

39 *Leges nouæ, veterum correctoriæ ſunt strictè accipiendæ.*

40 *Leges antiquæ teſtamenti factionem actiuam interdicentes, quod ſint correctæ de iure nouiſſimo, nullibi reperitur, ſecundum* Berlich. loc. indicat. *ſed de veritate* num. ſeq.

41 Author *impugnat* Berlich. *in eo quod dixit, neque in Codice, neque in Nouellis reperiri legem corrigentem legem antiquam circa teſtamenti factionem.*

42 *Teſtamenti factio inhibebatur damnatis ad mortem de iure digeſtorum, quia ſerui pœnæ efficiebantur, quo obſtaculo ſublato per* Auth. Sed hodie,

rectè permittitur teſtamenti factio.

43 *Argumentum à ceſſante ratione legis, rectè deducitur.*

44 *Ratione legis ceſſante, ceſſat lex, vel diſpoſitio.*

45 *Correcta ratione legis, cenſetur correcta ipſa lex.*

46 *Argumentum à ratione legis ceſſante, an procedat quando ratio legis vnica eſt, vel plures aliæ concurrunt.*

47 *Publicatio bonorum etiam hodie reperitur ſublata per ius nouum, excepto tantùm leſæ Maieſtatis crimine.*

48 *Correcta ratione per legem nouam, cenſetur etiam correcta lex ipſa antiqua.*

49 *Teſtamenti factionem, vt quis habeat, an neceſſariò bona habere debeat, de quibus teſtatur.*

50 *Damnatus, bona quæ ipſe non habet, ſed ex prouiſione legis alijs ſunt delata, an amittat, adeò quod teſtari nequeat?*

51 *Teſtabilis, vel inteſtabilis, quod quis dicatur, non conſiderantur bona, ſed ſtatus perſonæ.*

52 *Hæreditas conſiſtit in intellectu iuris, etiam ſine corporibus hæreditarijs.*

53 *Teſtamentum factum ab eo, qui nihil in hæreditate relinquit, prorſus ſine vtilitate non eſt.*

54 *Teſtari qui poteſt, licèt nihil habeat in bonis, poteſt filio ſuo ſubſtituere pupillariter, quod facere non poſſet, ſi non haberet teſtamenti factionem.*

55 *Tutorem dare filijs ſuis nemo poteſt, niſi in teſtamento, aut codicillis teſtamẽto confirmatis.*

56 *Teſtamentum habet effectum reſpectu damnati ad mortem, circa bona futura, quæ in confiſcationem non comprehenduntur, ſicuti neque bona adititionalia.*

57 Matthias Berlichius *laudatur.*

58 *Diſponere quempiam de re ſua, ſatis fauorabile eſt.*

59 *Damnati ad mortem teſtamenti factionem hodie habent, attento iure nouiſſimo, ac conſuetudine obſeruatur, quicquid de iure aliàs diſpoſitũ reperiatur.*

60 *Testamentum damnatorum ad mortē, quibus bona non confiscantur, rectè sustinetur, & si testamentum non faciunt, successores habent ijdemet dānati, ab intestato.*

61. *Leges Hispaniæ approbant testamentum damnatorum ad mortem, quibus bona non publicantur, nec confiscantur.*

62 *Hispaniæ leges recensentur, quibus dānati ad mortem admittuntur ad testamenti factionem.*

63 *Monachus professus, an possit facere testamentum?*

64 *Testamentum damnatorum ad mortē, etiam de iure Saxonico sustinetur, ex maiori Scabinensium voto, siue ante, siue post condemnationem factum fuerit.*

65 *Determinationes plures fori Saxonici, quibus damnatorum ad mortem testamenta approbata fuerunt, recensentur.*

66 *Damnatorum ad mortem testamenta valere, Elector Saxoniæ, statuit peculiari Constitutione.*

ARGVMENTVM.

Damnati ad mortem, testamenti factionem actiuam, An habeant? curiosa, nec minus practicabilis, hominumq; commercio conducibilis insinuatur quęstio, cuius enucleatio, ac resolutio distinctionis cōciliata fędere, inter Scribentes passim obtinuit, vt veteri Pandectarum iure obseruato, ex quo damnatorum bona publicabantur, & confiscabantur, testamentum condere iisdem damnatis esset inhibitum, eò fortiùs quia nedùm Ciuitatem, & libertatem amittebant ex condemnatione sequuta, verùm etiam serui pęnę efficiebantur; Iure verò Nouissimo Codicis, & Nouellarum attento, de quo in *Auth. Bona damnatorum, C. de bon. damnator.* & *in Authen. Vt nulli liceat haber. loc. seruator.* cap. *Quia verò Nos* 13. §. *vt autem non solum*, & §. *seq. et Auth. Sed hodie, C. de donation. inter vir.* & *vxor.* quibus cautum est confiscationi, & publicationi bonorum aditum occludi quodcumq; committatur delictum (excepto tamen Maiestatis crimine) si ex eo damnatus ad mortem quis fuerit, posse testamentum condere, pluraque iura, Doctorumque placita, ac rationes adducuntur, ex quibus verior, & tutior eiusmodi dissidentium opinionum conciliatio comprobatur, ab *Authore* insinuantur, qui vt omni ex parte posteritati enucleatam quęstionem indicaret, ingeniosè *Matthiam Berlichium*, strenuum Iurecōsultum, qui contrarię sententię Antesignanus affertur in *lib. 3. practicab. conclusion. lib. 3. concl.*

8 pu-

pugnantem introducit, tantique Athletę, rationes ſingulas diſpungens, ex quibus fundare tentauit etiam num hodie Iure Nouiſſimo penſitato, damnatos ad mortem teſtamenti factionem non habere, eis mirificè occurrit, ac omninò affirmatiuam ſententiam, iuxtà edictam conciliationem, ſectandam eſſe, tàm in conſulendo, quàm in iudicando, protenſo quaſi digito commonſtrat, ac plures Senatuum determinationes enartat, quibuſcùm vndique conuallatum, Doctorum diſtinctum placitum pro teſtamenti validitate, haud obſcurè, ſuam contra *Dom. Berlichium* adſtringit fidem, pluraque alia non aſpernenda *Author* ad eiuſmodi theſim conuincendam palàm facit.

OBSERVATIO XXXXI.

1 NEgatiuè reſponderunt infraſcripti DD. & veriorem, ac communiorem prędixerunt, imò opinionem, moti ex *tex. in l. ſi quis filio 6. §. Sed & ſi quis 6. ff. de iniuſt. rupt. irrit. fact. teſta. l. ex iudiciorum 20. ff. de accuſat. l. qui vltimo 29 ff. de pæn. l. eius qui apud hoſtes 8. §. 1. & fin. ff. qui teſtam. facer. poſſ. l. ſi quis mihi 23. §. ſi quis planè 3 ff. de acquir. hæred. Thadæus Piſo. variar. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 1. & ſeq.* Idque iure Digeſtorum expeditiſſimum eſſe nemo non negabit, ſicuti teſtatur *Matthias Berlich. practicab. concluſ. lib. 3. concl. 8. num. 1. & Ioann. Harprect. in addit. ad Iul. Clar. in §. Teſtamentum, q. 21. lit. A. num 1.* inquiens de iure
2 Digeſtorum apud omnes id conſtare.

Cuius opinionis negatiuę, duplex ratio communiter aſſignatur, tum
3 quia damnati ad mortem, ferrum, beſtias, & metallum, ſtatim Ciuitatem, & libertatem amittebant, & pænæ ſerui efficiebantur, *d. l. qui vltimo, ff. de pæn. l. quoad ſtatum 12. ff. eod. §. 1. Inſtit. de capit. diminut.* ſiue vt inquit *Vaſq. controu. Illuſt. cap. 96.*
4 *num. 1. damnati ſine* Ciuitate *videntur peregrini, l. quidam, ff. de pæn.* & conſequenter teſtari non poſſunt, non magis, quàm ſerui, qui teſtari ſimiliter prohibentur, *l. 1. C. de hær. inſtit. l. filiusfam ff de teſta.* tum etiam, quia
5 damnati nulla habent bona, cum ſtatim poſt condemnationem eorũ bona confiſcantur, & publicantur, per *tex.* quem expreſſum dicit *Berlich. loc. cit. nu. 2. in d. l. eius qui §. vltimo, ff. qui teſtam. facer. poſſ.* quibus

innixus *Clar. d. q.* 21. *num.* 1. inquit, hanc esse communem opinionem, 6 adeòq; veram, vt nequidem testari possit ad pias causas, sicuti post *Clar. loc. cit. Couarr. ad rubr. de testam. par.* 3. *num.* 27. *Petr. Gilchenium ad l.* 21. *num.* 7. *C. qui testam facer. poss. Michael. Graff. tit. de success.* §. *Testamentum*, *q.* 17. *num.* 8. *Ioann. Sichar. ad rubr. C. qui testam. facer. poss. num.* 21. *Tiraq. de priuileg. piæ caus. priuil.* 79. 7 refert *Admod. Reuer.* & doctissimus vir *P. Antonin. Dian.* huius ætatis ornamentum, *resolution. moral. par.* 7. *tractat.* 6. *de testam. priuileg. resol.* 8. inquiens ex *Sichard. loc. cit.* quod 8 licèt ante condemnationem ad pias causas quis testatus fuerit, tamen capitali damnatione sequuta, testamentum rumpitur.

9 At propriùs quæsitum excitantes; An etiam hodie iure *Codicis*, & *Nouellarum*, quibus sancitum est neminem seruum pœnæ effici, *Auth. Sed hodie*, *C. de donat. int. vir. & vxor. & Nouell.* 22. *cap.* 8. nec confiscatio, aut 10 publicatio bonorum procedit, nisi in crimine læsæ Maiestatis, cùm sit sublata per *Auth. Bona damnatorum*, *C. de bonis damnator. & in Authen. Vt nulli Iudic. liceat haber. loci seruatorem*, *cap. quia verò nos* 13. §. *vt autem non solùm*, & §. *seq.* præfata opinio procedat? & idem etiamnum hodie 11 procedere concludunt *Bart. in d. l. qui vltimo*, *ff. de pæn. & in l. eius qui* 8. §. *fin. ff. qui testam. facer. poss. Paul. de Castr.* ibid; *Aretin.* de communi, *Ias. in l. qui mihi bona*, §. *seruus num.* 23. *ff. de acquir. hæred. Dec. in l. seruitutē*, *ff. de regu. iur. Couarr. in rub. de testa. par.* 3. *num.* 27. & *l.* 15. *tit.* 1. *par.* 6. idemq; 12 procedere in condemnato ad mortem ciuilem, tenet idemet *Couarr. per tex. in d. l. eius qui* §. 1. & in damnato ad perpetuos carceres, & esse 13 de mente *Bartol. in l.* 2. *ff. de his, quæ pro nō script. & Bal. in l.* 1. *C. qui nō possint ad libertat. peruenir.* tradit *Didac. Perez lib.* 5. *ordinam. tit.* 2. *pag.* 64. *col.* 2. *vers. Quid autem Natt. cons.* 178. *Vasq. lib.* 3. *controuers. Illust. cap.* 96. *num.* 2. & 3. Cui te. *in d. l. eius qui in fin. Craff. receptar. sentent.* §. *testamentum*, *q.* 26. *num.* 2. quem refert, & sequitur *Peregr. de iur. fisc. lib.* 3. *tit.* 2. *num.* 2. *Ferdinand. Vasq. de successiõn. resol. lib.* 1. §. 3. *num.* 34. & *seqq. Thad. Piso. in d. cap.* 3. *num.* 2. *lit. A.* vbi allegat *Boer. dec.* 268. *Farin. de varijs*, & *diuers. quæst. q.* 102. *inspect.* 2. & receptiorem sentētiam autumat *Piso*, ibi, *Donnell. lib.* 6. *cõmentar. iur. ciuil. cap.* 16. ibiq; suus *Osuald. in suis not. in lit. L. Rolandin. Passager. in tract. de testam. & vltim. volun. rubr.* 2. *num.* 30. & *seq. Dauther. in tract. de testa. tit qui testa. facer. poss. n.* 209. *Dominic. Arumaus exercit. Inst.* 7. *thes.* 7. *Anton. Faber de errorib. Pragmaticor. decad.* 73. *Bocer. lib.* 1. *de Bello cap.* 29. *num* 21. *Chramer. discept.* 11. *thes.* 17. *Barter. decad.* 6. *quæst.* 9. *Schroter. Diatrib. domesticar. decad.* 5. *q* 3. *Dauther. tract. de testa. tit. qui testa. facer. poss. nu.* 209. *Vuegner. disput.* 7. *ad Instit. thes.* 4. *ad lit. I. Treutler. vol.* 2. *disp.* 10. *thes.* 2. *ad lit. B. Matthias Berlich. d. concl.* 8. *num.* 3. & *seq.*

14 Quam sanè opinionem procedere tradunt præcitati DD. vt etiamsi testamentum anteà factum sit, irritetur, nec valeat, *Thad. Pis. d. cap.* 3. *num.* 1. & etiamsi testamentum ad pias causas factum fuerit, sicuti adstruunt *Bart. in l.* 1. *C. de sacros. Eccles. num.* 26 *Bal. in d. l. eius qui* §. *sicut nu.* 4 *Castrens. nu.* 11. *Fulgos. nu.* 4. *Aretin. num.* 4. *Abb. in rub. de testa. nu.* 11. *Couarr. in ead. rub. de testa. par.* 3. *nu.* 27. *Crapra concl.* 102. *num.* 166. *Clar. in d.* §. *testamentum*, *q.* 5. *num.* 5. *Craff. receptar. sentent. q.* 17. *num.* 8. *Peregr. d. cap.* 2. *num.* 2. *Farin. d. q.* 102. *inspect.* 2. *num.* 114. *Piso loc. cit. num.* 5. *Nicol. Reusner. de testa. par.* 2. *cap.* 38. *num* 4. *Berlich. d. concl.* 8. *nu.* 5. vers. *Quæ assertio*, *P. Dian.* modo relatus.

15 Affirmatiuam tamen sententiam, nempè damnatos ad mortem testamenti

menti factionem habere, hodie de
iure nouiſſimo Codicis, & Authenti-
corum (quicquid iure Digeſtorum
aliàs fuerit ſancitum) tenet poſt gloſ.
in d.l.ſi q.is filio 6. §. 1. verb. Seruus,
ff. de iniuſt. rupto. irrit. teſta. Alber. de
Roſat. in d. l. eius qui 8. §.1.num.1. ff.
qui teſtam. facer. poſſ. & in Auth. Bona
damnatorum num.2. C de bon. damna-
16 tor. vbi hanc opinionem etiam ge-
nerali conſuetudine ſeruari dicit, Sa-
lic. in d.Auth. Sed hodie num.2. C. de
donat. inter vir. & vxor. Io. Igneus in
l. 1. § qui ſibi num. 108. ff ad Sena-
tuſconſ. Syllan. Iul. Clar. d §. teſtamen-
tum q. 21. vbi verſ. Verum eſt, inquit
quod quicquid ſit de iure, de gene-
rali conſuetudine, ſeruatur hodie
vbique contrarium Vigl. in §. Sed ha-
ctenus Inſtit. de militar. teſta. Petr. Gre-
gor in ſyntagmat. iur. vniuer. cap. 8.
num. 11. Valentin. Forſter. lib. 2. diſput.
12. theſ. 14. Beuſt. ad l. admonendi 31.
num. 494. in princ. & verſ. Sed con-
trarium, ff. de iureiur. inquiens hanc
opinionem etiam generali conſue-
tudine ſeruari, Matthæus Coler. deciſ.
34. nu 3. & ſeq. & num. 6. Heigius in
§. eius qui num 5. cum ſeqq. Inſtit. quib.
non eſt permiſſ. facer. teſtam Daniel.
Moller. in commentar. ad Conſtitution.
Saxon. par 3. conſtit. 6. nu. 1. & 2. verſ.
Contra verò alij, Hachelm. diſput. Illuſt.
16. theſ. 4. lit. S. Nebell. diſput. 19. theſ.
2. lit. B. Matthæus Stephan. centur. 2.
q. 54. lit. A. quos referunt Berlich d.
concl. 8. num. 2. verſ. Et hanc, & Io.
Har prect. in addit. ad Iul. Clar. loc. al-
legat. num. 2.

Cuius ſententiæ, ea præcipua af-
fertur ratio, nam cum hodie nouiſ-
17 ſimo iure, nemo propter delictum
quantumuis atrox, pænæ ſeruus ef-
ficiatur, d. Auth. Sed hodie, C de donat.
inter vir. & vxor. & d. Nouell. 22 cap.
8. & damnatum propter aliquod cri-
18 men, publicatio bonorum non cõ-
mitetur, excepto Maieſtatis crimi-
mine, d. Auth. Bona damnatorum, C.
de bonis proſcriptor. ſeu damnator. No-
uell. 134. cap. vltim. circa fin. mutata
19 iam, & ceſſante ratione iuris vete-
tis, quę damnatis ad mortem, teſta-
menti factionem adimebat, benè in-
fertur, damnatos hodie teſtamen-
tum facere poſſe, arg. cap cum ceſſan-
te de appellat.

20 Articulus hic dùm mihi conſulen-
dus contigiſſet, affirmatiuam opi-
nionem veriorem habui, nempè dã-
natos ad mortem hodie attento iu-
re nouiſſimo Codicis, & Nouella-
rum, teſtamenti factionem habere,
& ſecundum eam cõſului, ac in pra-
xi forenſi accipiẽdam cenſeo, quod
vt apertiùs inſinuem, fas eſſe duxi,
21 adductis per Berlich. negatiuæ ſen-
tentię acerrimum defenſorem, ac
ſtrenuum propugnatorem d. concluſ.
8 num 3. verſ. Contrarium tamen, oc-
currere.

Videns etenim Berlich. pręcipuam
rationem adduci ab ijs, qui negati-
22 uam tutantur ſententiam, eam eſſe,
quia per d. Auth. Bona damnatorum,
hodie ſubla a eſt confiſcatio bono-
rum, niſi in crimine lęſę Maieſtatis,
23 ideòq; de iure Digeſtorum, damna-
ti ad mortem teſtamentum conde-
re non poterant, quia nulla bona
habebant, de quibus teſtari valerēt,
d. l. eius qui 8. §. fin. ff. qui teſta. facer.
poſſ. vt eam euaderet, inquit, non ex
hoc quod hodie eiuſmodi publica-
tio bonorum ceſſat, ideò diſpoſitio-
24 nem iuris antiqui ceſſare, quia ratio
illa non erat vnica, ſed alię etiam
rationes concurrunt, ob quas teſta-
menti factio prohibetur, quę adhuc
in viridi obſeruantia extare etiam
de iure nouiſſimo hodie, tradit, eo
quippè adducto communi theore-
mate, quod ſi lex duabus, vel pluri-
bus rationibus copulatiuè ad quid
ſanciendum vtitur, vna earum ceſ-
ſante, non propterea ceſſat legis diſ-
poſitio, ad notata per DD. in §. affi-
nitatis Inſtit. de nupt. Tiraq. in tract.
ceſſante cauſa, limit. 21. num. 1. & ſeq.
Modeſtin. Piſtor. q. 13. num. 11. par 1.

Vtque

25 Vtque pollicitis annuere videre-
tur, *num.* 4. enarrat alias rationes
præter publicationem bonorum,
quarum

25 Primam in ordine constituit eo
dicterio, damnatus ad mortem ca-
pite minuitur, & amittit Ciuitatem,
& libertatem, *d. l. eius qui §. fin. in*
med. ff. qui testam. facer. poss. l. 2. ff. de
pæn. l. 11. ff. de capit. dimin. qui autem
ità capite diminuitur, testamentum
facere non potest, ad *tex. in §. alio*
autem modo Instit. quib. mod. testa. in-
firm. l. si quis, §. irritum, ff. de iniust. ir-
rit. fact. testa.

At eiusmodi ratio (si veritatem
amamus) tum ieiuna est, & parum
efficax, tùm vires habet nullas, in-
specto casu nostræ obseruationis,
procedere etenim poterat de iure
Digestorum, quo damnati ad mor-
tem, serui pænæ efficiebantur, ideò-
que Ciuitatem, & libertatem amit-
tebant, secus verò de iure nouissimo
27 Codicis, & Authenticorum quo at-
tento damnatis Ciuitas salua, & in-
tegra manet, cùm nemo benè natus
à principio, ex supplicio fit hodie
seruus pænæ, ac vti *glos.* explanat in
verb. *Ex supplicio d. Auth. Sed hodie,*
idest pæna alicuius supplicij, C. de donat.
inter vir. & vxor. & d. Nouell. 22. cap.
8 iuncto §. 1. *Instit. de capit. dimin.*
itaque resoluit appositissimè *Ioan.*
Harprect. ad Clar. loc. cit. num. 4. in-
quiens plura alia adnotasse in *d. §. 1.*
Instit. de capit. dimin. quem non ha-
beo, vt in fonte more meo consule-
rem; spero equidem quod ad manus
meas perueniet.

28 Secunda ratio adducta per *Berlich.*
ea est, quia ob carmen famosum,
vel aliud crimen capitale, damnatus
efficitur intestabilis, *l. ob carmen 21.*
ff. de testib l. 5. §. 9. ff de iniur. qui au-
tem ob delictum aliquod, intestabi-
lis factus est, nec testamentum face-
re poterit, ad *tex. in l. is cui lege, 18.*
§. vltim. ff. qui testam. facer. poss.

Profectò: prædicta ratio cum pri-
ma, vel omninò eadem est, vel non
absimilis, & ferè eadem, nam proce-
29 dere potest de iure Digestorum an-
tiquo, non autem de iure nouissimo
Codicis, & Nouellarum, quo atten-
to nemo seruus pænæ efficitur, ideò-
que intestabilis nequidem euadit.

Tertiam metitur rationem *Ber-*
lich. sub nu. 4. *ex regul. tex. in l. quod*
fauore 6. C. *de legi.* inquiens quod
30 hodie bona ad mortem damnato-
rum non publicentur, siuè confiscē-
tur, introductum est ad fauorem
hæredum ab intestato venientium,
Nouell. 134. cap. fin. §. 1. Paul. de Castr.
in d. l. eius qui, §. si cui num. 7. post
princ. & num. seq. ff. qui testam. facer.
poss. non debet igitur in odium eo-
rum retorqueri, quod vtique fieret
secundum *Berlich.* si damnati ad
mortem in beneficium hæredum
ab intestato succedentium, testari
possent, cum testamentum semper
31 præsupponit aliquid in odium, &
præiudicium proximiorum hæredū
ab intestato succedentium, fieri, &
sit contra dispositionem *tex. in d. l.*
quod fauore, C. de legib. cum concor-
dan.

Planè: pręcedens *Matthiæ Berli-*
chij ponderatio, qua ratione consi-
stere valeat, non satis intelligo; nam
quod asserit, in fauorem venientium
ab intestato hodie bona damnato-
rum in confiscationem non venire,
Nego: Pernego: Id etenim ꝙ factum
est, vt bona ad liberos, vel parentes
deuoluantur, non impedit, quò mi-
nus condemnati, facto testamento
aliam bonorum suorum diuisionem
faciant; relicta tamen parentibus, &
32 liberis legitima. Siquidem disposi-
tionem istam tantùm ab intestato
obtinere; & vti benigniorem, non
solum in liberorum, sed & condem-
natorum commiserationem prodi-
tam esse, colligi videtur ex *d. Nouell.*
22. *cap.* 8. & docet *Heig. in d. §. eius*
qui Instit. quib. non est permis. facer. te-
stam. vbi subijcit hanc opinionem,

Con-

Constitutione Electorali 6.*par*.3.appro-
batam esse, iterumq; tradit in *l. ad-*
monendi 13. *num*. 494. *ff. de iureiur.*
sicuti obseruat *Harprect. in addit. ad*
*Clar. d.q.*22. *num*.4. vers. *Nec obstat,*
vbi adducto *Berlich.* ità respondet
ad eius interpretationem euaden-
dam.

Quibus fauet fortiùs, quod licèt
veram admittamus *Berlich.* ponde-
rationem, fuisse scil. concessam te-
stamenti factionem de iure nouissi-
mo damnatis ad mortem in fauo-
rem venientium ab intestato, atta-
men causa principalis, & (vti aiunt)
finalis concessionis prædictæ, est, ex
33 quo per *d. Auth. Sed hodie,* nemo ef-
ficitur seruus pœnæ, ideò abrogato
iure antiquo, meritò damnati ad
mortem ad testamenti factionem
admittuntur, quasi à ratione causæ
cessantis, & sic fauor principaliter
attenditur, & metitur ex persona
34 ipsorum damnatorum, qui testari
non prohibentur, dùm serui pœnæ
per condemnationem non efficiun-
tur, & restituitur ijs omnia ea, quæ
35 iuris gentium sunt, inter quæ adest
factio testamenti, fauor autem con-
sideratus à *Berlich.* in fauorem ve-
nientium ab intestato, prouenit se-
cundariò, & ex consequenti, qui nõ
36 attenditur, nec vim magnam facit,
tex. est punctualis *in l. si quis nec cau-*
sam . ff. si cert. pet. Vndè non est cur
adeò fortiter se iuuare queat *Ber-*
lich. ex eiusmodi ponderatione fa-
uoris in beneficium venientium ab
intestato.

Itaque diluitur apertiùs alia eius-
dem *Berlich.* asseueratio, quod te-
stamentum semper præsupponit
aliquid in odium, & præiudicium
proximiorum hæredum ab intesta-
to succedentium; nam magis iura
considerarũt permissionem vnicui-
que de sua re ad libitum disponere,
37 ad *tex. in l. in re mandata, ff. mandati*
quàm quod inhibeatur cuipiam li-
bera testandi facultas, sub prætextu
quod venientes ab intestato lædi
potuissent; alioquin, tot, tantæque
excogitatæ à Consultis cautelæ ad
testamentorum, testantiumq; volũ-
tates coadiuuandas, firmandasque,
ex Pandectis, & Codice essent abra-
dendæ; sicuti ad *tex. in l.* 1. *C. de sa-*
cros. Eccles. communiter Scribentes
adnotarunt, aliaq; illa iura, quibus
sancitur in testamentis præcipuam,
38 imò tanquam Reginam, moriẽtium
voluntatem, esse attendendam, *l. in*
conditionibus. l. obtinuit, ff. de condit. &
demon. l. cum virum, C. de fideicom.
l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.
l. Lutius, §. quæsitum. ff. de lega. 3. *l.*
si plures, §. fin. ff. de vulg. & pup. l. li-
bertas, §. fin. ff. de manum. testa. l. cum
Auus, ff. de condit. & dem. l. non aliter,
ff. eod. cum sexcentis alijs, adhuc de-
seruirent de vento, vtque vnico ex-
pediamus verbo, nulla daretur te-
stamenti factio; ad hoc vt venienti-
bus ab intestato præiudicium non
inferatur, quod quàm sit absurdum
nemo est, qui non capiat.

Quarta ratio, quæ à *Berlich.* affer-
tur *loc. allegat.* ad suadendum dam-
natos ad mortem, nequidem hodiè
de iure nouissimo testamentum cõ-
dere posse, eo fulcitur fundamento,
39 quia leges nouæ, & veterum cor-
rectoriæ sunt strictè accipiendæ, &
quod expresè non corrigunt, stare
non prohibetur, ad *tex. in l. præcipi-*
mus 32. *§. fin. C. de appellat. l. sancimus*
27. *in med. C. de testa.* At nullibi, neq;
40 in Codice, neque in Nouellis inue-
nitur, quod antiquæ leges, damnatis
factionem testamenti actiuam in-
terdicentes sint correctæ. Igitur ta-
citè deducit consequentiam etiam
de iure nouissimo dãnatos ad mor-
tem testamentum facere non pos-
se.

41 Indigna herclè tanto viro, argu-
mentatio? cui vt dialecticè satisfa-
ciamus, concedimus maiorem eius
argumenti partem, leges nouas, ve-
terũ correctorias, esse strictè accipien-
das

das, quod autem neque in Codice, neque in Nouellis inueniatur, antiquas leges, damnatis testamenti factionem actiuam inhibentes, esse correctas, *Negamus: Pernegamus*; Nam si ideò damnati ad mortem, testamenti factionem actiuam non
42 habebant de iure antiquo Digestorum, quia ob condemnationem serui pęnę efficiebantur, *l. qui vltimo 29. ff. de pæn. l. quoad statum 12. ff. eod. §. 1. Instit. de capit. dimin.* quibus iuribus, & rationi innixi: tradiderunt DD. quamplurimi, quos initio huius *obseruationis num.* 1. indicaui, Dānatos ad mortem testamentum cōdere non posse; dùm posteà per *d. Auth. Sed hodie* statutum fuit hodie neminem hominem liberum pęnę seruum effici, nonnè correctę sunt leges veteres, quę eam ob causam seruitutis pęnę, testamenti factio-
43 nem prohibebant? Certè si non labimur; rectè argumētum deducitur ex vi, & efficacia cessantis rationis legis, ad *tex. in l. quod dictum, ff. de pact. & in cap. cum cessante de appell.* vndè *Euerar. in topic. legal. loc. A cessatione rationis num.* 1. inquit eiusmodi argumentum esse frequens, forte, & vtile, & *num.* 2. format conclusio-
44 nem, quod cessante ratione legis, cessat lex, vel dispositio, *d. l. quod dictum, & l. adigere, §. quamuis. ff. de iur. patron. cap. cum cessante de appellat. Menoch. lib. 6. de præsumpt. præs. 64. nu. 20. Eugen. cons. 9. num. 52, & cons. 15. num. 39. lib. 1. Caph. cons. 279. nu. 12. lib. 2. cap. cum infirmitas de pęniten. & remiss. Tiraq. in l. si vnquam,* verb. *Susceperit liberos* 166. *C. de reuocand. donat.* quodque rei nostræ suppetias fert, argumentum procedere dicit, generaliter, siue hoc proueniat ex eo, quod ratio legis est correcta, *Nam* (notanda sunt admodum verba hęc: *Euerar.*) *correcta ratione legis, censetur etiam correcta ipsa lex*, ad quod expendit *tex.* cum sua singulari *glos. in l.* 1. *in princ.* verb. *Prudentia,* vbi *Bar.* & DD. notant *ff. de legitimis tutor.* & *tex. in Auth. Ingressi in fin.* iuncta *leg. Generali, C. de sacros. Eccles.* vbi pulchrè per *Salic. in* 1. & 2. *col. Bal. in l.* 1. *ff. sol. matr.* vbi *Alex.* reputat dictam *glosam* pro singulari, sicuti singularem quoque reputat *Io. de Imol. in repet. l. si verò, §. de viro in* 1. *col. ff. sol. matr.* & plura adducit *Euerar. in ead. topic. loc. A ratione legis per tot.* præsertim *num.* 8. Igitur dicendum, est, quod ipsa ratione legis cessante, ex qua damnati ad mortem, testamenti factionem actiuam amiserūt, & ipsa lex vetus correcta censeatur.

Et ne, cuipiam ansa præbeatur contra nostrum placitum insurgere,
46 eo quod argumentum à ratione legis cessante locum sibi vendicet, quando ratio legis vnica est, non autem si plures concurrant, nam tunc vna cessante ratione, alię permanēt in viridi, & sic lex correcta dici non potest, ad *tex. in §. affinitatis, & §. sororum Instit. de nupt. Euerar. d. loc. A ratione legis num.* 7. vbi tres glosas notabiles, quæ communiter secundum ipsum allegari non solent, ad eam thesim comprobandam adducit, vndè dùm non vnica viget ratio seruitutis pænę, ex qua de iure antiquo damnati ad mortem ad testamenti factionem non admittebantur, sed alia adhùc vrget publicationis scil. bonorum, sicuti DD. eam firmantes opinionem tenuerunt, quos *Nos* adduximus *num.* 32.

47 Audiat quæso quisquis *Dom. Berlichio* inhęserit, resolutionem, quod etiam publicatio bonorum reperitur sublata per ius nouum, excepto tantùm lęsę Maiestatis crimine, ad *tex.* expressum *in Auth. Bona damnator. C. de bon. damnator.* vndè *Euerar. in d. loc. A ratione legis num.* 8. vers.
48 *Et certè tunc,* tradit, quod correcta ratione per legem nouam, correcta etiam censeri debet ipsa lex antiqua per iura inibi adducta ab *Euerar.*

49 Quin-

49 Quintam, & postremam *Dom. Berlichius* eam affert rationem. Vt quis testari possit necessariò debet habere bona, de quibus testatur. Damnatus verò ad mortem, ne hodie quidem vlla bona habet, nam quãuis eius bona hodie non publicentur, statim tamen post condemnationem, alijs eius hæredibus ex dispositione legis deferuntur, nec in potestate damnati relinquuntur *d. Auth. Bona damnatorum, C. de bon. damnator. Bal. in l. 1. num. 23.* vers. *Secundò ex parte priuationis, C. de sacrosf. Eccles.* Vndè infert, damnatum, bona,
50 quæ ipse non habet, sed ex prouisione legis alijs sunt delata, eis auferre, & de ijs testari nequit, ad *tex. in l. si arrogator 22. ff. de adopt.* ad quod probandum adducit *Bart. in d. l. eius qui apud hostes 8. §. si cui ff. qui testa. facer. poss. num. 1.* aliosq; plures.
51 Hæc tamen ratio (ni fallor) satis è longè deducitur; Quod etenim quis testabilis, vel intestabilis dicatur, non considerantur bona, sed status personæ, nam dato, quod damnati bona essent confiscata, non per hoc testari prohibetur, quia testamentum, & hæreditas cõsiderantur etiam in eo, qui nihil in
52 bonis relinquit, cùm consistat hæreditas in intellectu iuris, etiam sine corporibus hæreditarijs, ad *tex. in l. hæreditas ff. de regu. iur.* & vti ius vniuersale, continet actiones, & passiones, augmenta, & diminutiones, *l. item veniunt, ff. de petition. hæredit.* sicuti adnotaui *Ego in 1. disceptation. forens. cap. 34. num. 22. & 23.*
53 Præterquàm quod: testamentum factum ab eo, qui nihil in bonis relinquit prorsùs sine vtilitate non est, secundum *Clar. in §. testamentum q. 22. num. 3.* vers. *Relegatus, circa*
54 *med.* Nam qui potest testari, poterit (licet ipse nihil habeat in bonis) substituere filio suo pupillariter: quod tamen facere non posset, si non haberet testamenti factionem, *l. 2. §. si*
55 *lius, ff. de vulgar.* Poteritq; etiam dare tutorem filijs suis, quod pariter fieri non potest, nisi in testamento, aut codicillis testamento confirmatis *l. 3. ff. de testa. tutel.* & fuit de mente *Imol. in cap. quia ingredientibus nu. 7. de testa.* sicuti jaduertit *Clar. d.* vers. *Relegatus in fin.* & in *d. §. Testamentum q. 19.* vers. *Aliquando verò.*
56 Poteritque etiam testamentum operari circa bona futura, quæ in confiscatione non compræhenduntur, secundum *Clar. d. q. 19.* vers. *Aliquando*, sicuti neque bona additionalia, quod adamussim probat *tex. in l. si tibi mandauero, §. si cuius ff. manda. l. interdicit, ff. de cond. & dem. Dec. cons. 438. num. 10. Ias. in l. si ita stipulatus fuerim, §. cum stipulamur, ff. de verb. obl. Rom. sing. 170. Dec. cons. 235 num. 5. Arias Pinell. de bon. mater. 7. par. num. 2. 3. & 26.* quibus adductis, tenet *Gonean. in Addit. ad Clar. d. q. 19. lit. E.* vers. *Bona futura.*
57 Ecce igitur, qualiter rationes à *Dom. Berlich.* viro sanè erudito, ac politioris literaturę, & ingenij acumine nemini secundo, cuius opera, summè *Ego* veneror, adductæ resoluuntur; Ideòque tenendum est cum DD. citatis *num. 8.* Damnatos ad mortem hodie testamentum condere posse.

Quam sententiam comprobo eo præcipuo fundamento, quia satis fa-
58 uorabile est, quempiam de re sua disponere, per *tex.* celebrem *in l. 1.* ibi, *Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, qui vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, C. de sacrosf. Eccles.* & post alios ponderaui *Ego in 1. discept. forens. cap. 14. num. 5.*

Vndè inquit *Clar.* notabiliter in *d. q. 22. §. Testamentum num. 1.* vers.
59 *Benè verum est*, quod quicquid sit de iure, hodie ferè vbique pręfata opinio affirmatiua obseruatur, itaque seruari de consuetudine, attestatur

Imol. in d. cap. quia ingredientibus nu. 30. in fin. de testa. quem refert Natt. cons. 177. num. 4. & ex Iul. Clar. obseruat Malder. de instit. tract. 1. cap. 11. dubitat. 3. & obseruat P. Dian. d. resol. 8. vers. Sed licet, subdens vbiq;
60 obtinere, vt quando damnatorum ad mortem bona non publicantur, condere ipsi valeant testamentum, & firmum maneat prius conditum, imò si non condat, hæredes habeat ab intestato successores, itaque ipsum scripsisse par. 5. tract. 3. resol. 120. quo laudato idem tradidit Eminentissimus Lugo de iustit. tom. 2. disput. 24. sect. 4. num. 72. inquiens damnatos
61 ad mortem, quorum bona non cōfiscantur, testari posse, stante consuetudine, itaque decernere leges Hispaniæ, de quarum sensu, & declaratione, latissimè agit Vasquez cap. 9. §. 1. dubit. 1. & seqq. & Molin. 1. tom. tractat. 2. disput. 9. Perez loc. cit. vers. Hodie verò, inquiens per l. 4.
62 Taur. damnatos ad mortem naturalem, vel ciuilem posse facere testamentum, & concordantem esse legem Lusitaniæ lib. 4. tit. 94 l. vnic. incip. Achamos, ibique subdit Perez
63 idem dicendum esse de Monacho Professo, ad tex. in Authen. Ingressi, ibi, Neque de his testari possint, C. de sacros. Eccles. & in Authen. de Monach. §. Illud, & in l. 17. tit. 1. par. 6.

Et licèt in foro Saxonico, variæ fuerint aliquando Interpretum, &
64 Scabinorum sententiæ, maior tamē Scabinorum in partem affirmatiuā inclinabant, & eiusmodi testamentum, siue ante, siue post condemnationem factum valere pronunciabant, teste Beust. ad l. admonendi num. 494. Matth. Coler. dec. 34. num. 7. ibi, Et ità pronunciauimus par 1. vbi refert
65 ità lenæ in causa cuiusdam damnati ad furcas, qui priusquam sententia, ipsi publicaretur, facto testamēto, Xenodochium Zizense, suorum bonorum hæredem instituit de anno 1575. Mense Maio, pronunciatum fuisse, Modest. Pistor. q. 13. vbi ità in Scabinatu Lipsense Mense Iulio 1560. ad Ioachimum Camerarium, & eodem anno Mense Octobri, & Mense Augusto 1561. pronunciatum testatur num. 1. & seqq. par. 1. Consult. Constit. Saxonic. tom. 1. par. vltim. inter resolutiones aliquot quæstion. insign. q. 12. vbi idem refertur iudicatum num. 1. & seqq. quas iudicaturas recenset eruditissimus Berlich. d. conclus. 8. nu. 9. vers. In foro Saxonico, subdens num. 10. fuisse eandem sententiam postmodum approbatā,
66 & secundum eam in suis Prouincijs pronunciari, sanciuit Elector Saxon. in suis Nouellis par. 3. Constit. 6. per tot. vbi in Comment. Daniel. Moller. nu. 4. ibi, Hanc igitur opinionem, vbi adducit Beust. in d. l. admonendi num. 494. vers. Quemadmodum, & Nouellam Constitutionem, cuius quoque Constitutionis Electoralis, meminit Harprect. in addit. ad Clar. d. §. Testamentum, q. 22. num. 4. vers. Nec obstat, in fin.

SVMMARIVM.

1 Authorem scripsisse insinuat super articulo, An conclusio in causa admittat probationes per testes, aut per scripturas, quibusuè in casibus.

2 Scriptura etiam post conclusum in causa admittuntur, ex inueterata praxi Sac. Consil. quæ concordantem habet stylum Senatus Cathaloniæ.

3 Senatus Supremi non debent sic de facili os partibus claudere, vt post conclusum in causa, non admittantur instrumenta, & scriptura authenticæ.

4 Conclusio in causa dicitur in Cathaloniæ, Denunciatio processus.

5 Ini-

5 *Iniquitas foret repellere partem producentem instrumenta, in quibus de sua iustitia liquet, sub praetextu, quod in causa sit conclusum.*

6 *Aequitas magna suggerit instrumenta admitti post conclusum in causa.*

7 *Praxis Senatus Cathaluniae, non reijciendi instrumenta praesentata post conclusum in causa.*

8 *Obseruantia Tribunalium Regni, vt post conclusum in causa ante prolationem sententiae, admittantur scripturae etiam priuatae, super quibus sit etiã facienda recognitio, si petatur, vndè ortum habuerit.*

9 *Determinationes plures Senatus Cathaluniae afferuntur, ex quibus post conclusum in causa antè prolationem sententiae admittitur praesentatio scripturarum.*

10 *Iustitia non modicum offenderetur, si quando post conclusum in causa, ante prolationem sententiae scripturarum praesentatio non admitteretur.*

11 *Testes in Regno, an recipi possint super scriptura praesentata post conclusum in causa?*

12 *Testes non sunt admittendi in Regno super scripturis priuatis productis post conclusum in causa, quia tota fides consisteret in testibus, & daretur occasio subornationis.*

13 *Probatio per testes super scripturis praesentatis post conclusum in causa, si aliquando fuit admissa, processit absque contradictione, nam aliàs de iure fieri non potest.*

14 Sacrum Consilium Neapolitanum *variauit circa admissionem probationis per testes super scripturis priuatis praesentatis.*

15 *Decisio Sac. Consilij apud* Dom. Reg. Sanfel. 146. num. 11. *vers.* Similiter, *admittens terminum ad concomitandum apocam trino teste notatã post conclusum in causa, vndè processerit?*

16 *Terminus ad concomitandum copiam authoritate Notarij exemplatam, post conclusum in causa passim cõceditur, quia semiplenè probat.*

17 *Cessante suspicione subornationis testium, & protelationis in longum Iudicij moti, solet admitti terminus ad concomitandum scripturas praesentatas post conclusum in causa.*

18 *Determinatio facta per Sac. Consil. per quam fuit commissa recognitio originalis exemplationis audita parte, Officiali conuicino, recensetur.*

19 *Scripturae priuatae quae sint, quaeque semiplenam faciant probationem?*

ARGVMENTVM.

Scripturae an admittantur post conclusum in causa antequã sententia prolata fuerit? Et quid dicendum si priuatae dumtaxat, vel etiam publicae fuerint, vel semiplenem facerent probationem? quiq; in hoc sit stylus Sacri Consilii Neapolitani, & Senatus Cathaluniae? Et vndè orta fuerit praxis admittendi probationes per scripturas post conclusum in causa in Praetoriis Supremis; denegandi verò per testes? Quidquè sit practicatum in petente concomitare per testes apocam priuatam trino teste notatã, post causam conclusam? & quid in petente terminum ad concomitantiam copiae authoritate Notarii exemplatam? pluraque alia in materia adnotantur.

OBSERVATIO XXXXII.

1 SCripsi aliàs nonnulla non pænitenda, pro eiusmodi quęsiti enucleatione, in *Annotation. ad praxim* eximij illius Practici *Io. Bernardini Muscatelli in prax. Sac. Conf. lib. 1. par. 7. glos. Scriptura, pag. 238. col. 1. & 2.* quę ad praxim maximè conducunt, & in *2. discept. forens. cap. 35.* Modò adnotare libet Sacri Consilij pra-
2 xim, de quâ plenè in locis præallegatis, àdmittendi scripturas etiam post conclusionem in causa, esse receptam in Senatu Cathaluniæ (de quo valdè lætatus sum) teste nunquam satis laudato *Io. Petr. Fontanell. in 2. deciss. dec. 371.* vbi *nu. 23. & seqq.* extollit meritò nostrum *Muscatell. in d. prax. par. 7. glos. Presentatas*, quem doctè loqui fatetur *num. 26.* & de obseruantia Senatus Cathalon. fidem præstat *Ludou. Peguer. in prax. ciuil. rubr. 21. de denunc. proces. num. 11.* vers. *Limitatur tertiò*, vbi dicit se ita vidisse semper obseruari in Senatu prædicto, *Ripoll. variar. resol. cap. 6. de denunc. proces. num. 57. Fontanell. d. dec. 371. num. 2. & 5.* vbi
3 eleganter tradit optima ratione stylum prædictum fuisse introductum, quia Senatus Supremi non debent sic de facili os partibus claudere, nõ obstante quod per Constitutionem peculiarem Regni Cathalon. strictè admodum fuerit sancitum, post con-
4 clusum in causa, siue (vti Doctores Cathalani tradunt) post denunciationem processus, alia non esse admittenda, præter solam deductionem, aut scedulam, qua petitur assignari ad sententiam, vt in *Constit. 14. tit. de dilation. & in Constit. final. tit. de product. de actes*, cuius meminit *Fontanel. dec. 370. num. 9.* hancq; esse magnam Senatus æquitatem nullis
5 prohibitam legibus, imò ingentem videri iniquitatem, quod dùm Pars producit instrumentum, in quo exponit de tota eius iustitia liquere, sic siccè veniat repellenda, vt audiri nequeat: Quotidiana etenim nos praxis edocet, litigantem ex instrumentis, & scripturis post conclusum in causa productis, certum esse de victoria, & sine illis iacturam pati,
6 ideòq; magna suggerit æquitas, vt admittantur, sicuti aduertit *Ripoll. d. cap. 6. nu. 57.* vers. *Tamen*, inquiens etiam attenta stricta dispositione Constitution. Cathaluniæ, vt post
7 conclusum in causa, siue processum denunciatum, alia non admittantur, Iudices ante prolationem sententiæ inspiciunt, an producta ad causę iustitiam pertineant, & si cognouerint expedire, de illis tempore prolationis sententiæ, rationem habent, & in prolatione dictę sententię disponitur, quod instrumenta prędicta, in processu inserantur, seu conseruantur.

Id quod habet magnam congruẽtiam cum ijs quę tradit *Gizzar. dec. 42. num. 2.* inquiens ex *cap. Regn. Detestantes*, quod est insertum inter *ritus Magn. Cur. Vicar. rit. 288.* per quod est prouisum, esse in Regno procedendum summariè, simpliciter, & de plano sola facti veritate inspecta, sublatis iuris ciuilis subtilitatibus, ortum habuisse obseruantiam Tribunalium Regni, vt quandocumq; venit veritas, & de ea constare potest, etiam post conclusum
8 in causa, & ad sententiæ prolationẽ vsque exclusiuè, recipiantur scripturę etiam priuatę, adeò vt petenti illarum recognitionem, non sit deneganda, sicuti adducto *Gizz. d. dec. 42.* tradit *Reg. Rou. in prag. 15. num. 6. de ord. iudic.* & libenter admittere

Se-

Senatum Cathalun. tradit *Fontanel. d. dec.* 371. *num.* 15. *&* 16. *& dec.* 20.
9 *par.* 1. & punctuatim determinatum de anno 1577. die 19. Martij in causa vertente inter Fräcifcum Areny, & Ioannem Areny, referente *Ferrer*, tradit *Fontan. d. dec* 371. *num.* 16. *&* 17. vbi concordantem adhibet *Gizzar. d. dec.* 42. huncq; stylum fuisse semper insequutum Senatum Cathalun. tradit *Fontanell. d. dec.* 371. *num.* 12. ac determinationem adducit de anno 1569. die 25. Maij, quę determinatio licet loquatur de Supremis Tribunalibus, attamen in omnibus alijs etiã inferioribus inualuisse testatur *Fontanell. vbi sup.* eam ponderans rationem, quia contra-
10 rium cederet in magnum litigantium damnum, & pręiudicium, quibus quandoque sine culpa, elabitur terminus, & non modicum offenderetur recta administrandæ iustitiæ ratio.

Vt autem sciantur nonnulli casus particulares in praxi quotidiani,
11 id aliàs fuit anxiè hesitatum in Regno, an post conclusum in causa possint recipi testes super scriptura præsentata, & *Affl. dec.* 271. *&* 272. tenuit opinionem affirmatiuam, at *Dom. de Franch. decis.* 631. *per tot. Musicatell. d. glos. Præsentatas num.* 5. *cum multis seqq. Dom. Thor. in compen. dec. ff.* verb. *Terminus ad concomitandum scripturas*, & rursus verb. *Terminus ad concomitandum apodixas, Peregr. dec.* 146. *ex num.* 11. *Gizz. d. dec.* 42. *num.* 12. aliique plures adducti per *Addent. ad Dom. de Franch. d. dec.* 631. vbi fuit decisum non esse reci-
12 piẽdos testes super scripturis priuatis productis post cõclusum in causa cõtrariũ sẽtierũt ea ratione quia dũ scripturę sunt priuatæ, quæ de ꝑ se nullã fidem faciunt, tota fides consisteret in testibus, & daretur occasio subornationis testium contra *tex. in cap. fraternitatis, & cap. series de testi.* in quam sententiam descendit *Reg. Sanfel. dec.* 146. *nu.* 7. inquiens, quia tota probatio tunc esset in testibus, & de facili posset fieri fraus, & nunquam vidisse eam probationem cõ-
13 cessam, licèt quandoq; ex non contradictione, sed ex acquiescentia partis admissam, tradit *Fontanell. d. dec.* 371. *num.* 18. qui *num. seq.* aduer-
14 tit Sacrum Consilium Neapolitanum, quod tantam apud omnes semper habet authoritatem, circa eiusmodi quæstionem variasse.

15 Est benè verum, quod *Reg. Sanfel. in d. dec.* 146. *num.* 11. vers. *Similiter*, tradit per Sac. Cons. sub die 5. Decembris 1623. in causa appellationis Hieronymi, & fratrum de Aurilia, cum hæredibus Fabii de Aurilia, fuisse determinatum ad relationem Magnæ Curię Vicariæ, esse dandum terminum ad concomitandum apocam trino teste notatam, præsentatam post conclusionem, & de depositionibus testium habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit, quæ sanè determinatio sustineri potest, ex practica tradita à *Carau. rit.* 238. *in fin.* & ex adductis per *Vrsill. d. dec.* 272. quamuis *Dom. de Franch. d. dec.* 631. *nu.* 2. vers. *Vrsillus ad Affl.* contrarium sentire videatur, sicuti obseruat *Reg. Sanfel. d. dec.* 146. *num.* 11. vers. *Per Sacrum Consilium.*

16 Datur itidem terminus ad concomitandum copiam authoritate Notarii exemplatam post conclusum productam, nam semiplenè probat secundum communem opinionem, de qua testantur *DD.* adducti per *Mascar. de probat. concl.* 711. *num.* 26. vers. *Hanc limitationem verum esse*, cessat etenim illa præcipua ratio adducta per *Dom. de Franch. d. dec.* 631. quia esset timor suborna-
17 tionis, dùm tota vis esset in testibus, & secundum *Fontan. d. dec.* 631. *num.* 19. peruerteretur ordo iudicii, & post conclusum processum, esset facere nouum processum, non sine protelatione causæ in longum, & dare

dare materiam fabricandi falsum, vndè *Reg.Sanfel.in 1.dec.146. nu.10.* inquit, per Mag. Cur. & Sac. Cons. quod confirmauit decretum ipsius Mag. Cur. die 12. Decembris 1622.
19 fuisse prouisum, esse committẽdam recognitionem originalis exemplationis audita parte, Officiali conuicino, partibus non suspecto, in causa hæredum quond. Decij Quinque, cum Ludouico Quinque.

Alia plura ad materiam, consule (si libet) apud *Muscatell. loc. citato,* quem omnibus prætulit *Fontanell. d. dec. 371. num.22.* ad finem discer-
19 nendi, quæ in contingentia facti dicuntur scripturæ priuatæ, vel quæ semipleuam faciunt probationem, ibique meas *Annotationes,* ex quibus non inutilia percipies.

SVMMARIVM.

1 Authot *dispungit contrarietatem decisionum Sacri Consilij apud* Affl. dec.358. *& apud* D.de Franch. dec. 441.

2 Affl.dec.358. *enucleatur ab* Authore.

3 *Exequutio facta præposterato ordine tradito* in l. à Diuo Pio,§. in venditione, *an dicatur nulla?*

4 *Ordo traditus in exequendo per* tex. in l. à Diuo Pio, §. in venditione, *fuit speciali diplomate Regis in Regno Franciæ abrogatus.*

5 *Creditor an habeat liberum arbitrium exequendi super bonis debitoris, non seruato ordine tradito per* tex.in l.à Diuo Pio, §.in venditione, ff.de re iud.

6 *Determinatio Sac. Conf. apud* Vrsill. in addit.ad dec. Affl. *358. recensetur.*

7 *Ordo traditus* à Diuo Pio *in exequutione facienda, fuit inductus pro forma.*

8 *Forma non obseruata, actus redditur nullus.*

9 *Exequutio facta contra formam traditam* à Diuo Pio in §. In venditione, l. à Diuo Pio, ff. de re iud. *an sit nulla, vel oporteat ab ea appellare?*

10 Bartolus,& Io. Andreas *tenuerunt, exequutionem factam præposterato ordine* à Diuo Pio in §. In venditione, in l.à Diuo Pio, ff de re iud. *non esse nullam, sed quod ab ea oporteret appellare.*

11 Bartoli *ab opinione non est recedendum in iudicando.*

12 Io.Andreæ *Authoritas magna est, & dicitur Princeps Canonistarum.*

13 Bartolus, & Io. Andreas, *dicuntur luminaria iuris.*

14 *Exequutio facta præposterato ordine tradito* à Diuo Pio, *an dicatur nulla, vel oporteat ab ea appellare, valdè controuersus articulus est.*

15 *Ordo traditus* à Diuo Pio *circa exequutionem faciendam, an fuerit introductus pro forma, vel in vtilitatem debitoris, siue ad Iudicis instructionem.*

16 *Veritatis ad indaginem, summè elaborandum est.*

17 Alexander, & Fælinus *tenuerunt opinionem, quod exequutio facta, præposterato ordine tradito à* Diuo Pio, *sit nulla.*

18 Afflictus *parum sibi constans notatur in casu relato per ipsum in* dec.358.

19 Author *suum sistit iudicium, donec Doctorum pugnantes traditiones discutiat.*

20 D. Vincentius de Franchis *non benè ponderauit* Affl. in dec.358.

21 *Exequutor non potest vendere bona exequuta, de iuris censura, sed tantùm Iudex.*

22 *Exequutio facta præposterato ordine tra-*

tradito à Diuo Pio, *non ideò fuit declarata nulla per Sac. Conf. apud* Affl. dec. 358. *ex quo exequutionem Iudex vendere debebat, non autem exequutor, sed ex alio.*

23 Afflictus *Consultorum sui temporis Consultissimus.*

24 Cæsar Vrsillus *non fuit Consiliarius, ideò potuit ignorare rationes, ex quibus sententia Sac. Conf. fuit prolata apud* Affl. dec. 358.

25 *Argumentum à contingenti, & variabili, sine à perplexis, parum stringit.*

26 Cæsar Vrsillus in Annotation. ad dec. Affl. 358. *satis clarè fuit loquutus.*

27 *Authores Magistratum non induentes, non ex eo quod decisiones Senatuum congesserunt, sunt obiurgandi.*

28 *Sententiæ multoties emanant ex iis, in quibus nequidem alij somniarunt.*

29 Scriptio *nulla tam tenuis est, quæ non aliquam referat laudem.*

30 Author *insinuat non posse euadi* decisionem Affl. 358. *ex traditis per* Dom. de Franch. dec. 441.

31 Io. Bernardinus Muscatellus *quid senserit* de decis. Affl. 358. & de decis. Dom. de Franch. 441.

32 *Distinctio tradita per* Muscatellum *ad conciliandum* decis. Afflict. 358. *cum* decis. Dom. de Franch. 441. *recensetur.*

33 Author *exhibet se studiosissimum operum* Muscatelli, *quæ septies perlegit.*

34 Io. Petrus Surdus cons. 39. num. 12. *vers.* Quinto respondeo, *adducitur contra* Afl. dec. 358.

35 Author *improbat* Io. Petrum Surdum cons. 39. num. 23. *quatenus obiurgat* Affl. dec. 358.

36 *Lex semper loquitur.*

37 *Iudex si quid contra legem fieri iubet, nullum est præceptum.*

38 *Iudex simpliciter contra aliquem exequi decernens, intelligitur ut prius exequatur in mobilibus, deinde in immobilibus seruata forma* l. à Diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iud.

39 *Formæ nihil addi, vel detrahi potest.*

40 *Formæ defectus etiamsi sit in modico, vitiant actum in ipso iure.*

41 *Actus in dubio semper est peragendus in dubio, prout ius disponit, non autē ut iuri aduersetur.*

42 *Iudex non debet esse mitior lege, nec facere quicquam, quod legi repugnet.*

43 *Iudex dicitur Minister legis, ideòque debet illam ad vnguem obseruare.*

44 *Lex & si dura sit, est seruanda.*

45 Afflictus in Constit. dilationes nu. 23. *tradit ordinem exequendi præfinitum* à Diuo Pio, *non esse introductum pro forma, sed ad vtilitatem debitoris, sibimetipsi pugnans in* dec. 358.

46 *Doctori sibimet contrario, & parum constanti, minimè est credendum.*

47 Author *inhæret determinationi Sac. Consil. apud* Affl. dec. 358. *non tamen ex iis, quæ* Afflictus *adduxit.*

48 *Lex iubens sub certo modo quid fieri, semper pro forma id fieri intelligitur.*

49 *Deficiente forma à lege tradita, corruit actus.*

50 *Forma dat esse rei, eiusque esse perfectionem.*

51 *Præposteratio ordinis, vitiat actum, eumque nullum reddit.*

52 *Lex conditionaliter loquens, intelligitur requirere de substantia illam conditionem, ac pro forma.*

53 *Ordo datus in exequendo* à Diuo Pio, in §. in venditione, l. à Diuo Pio, ff. de re iud. *si non obseruetur, exequutio est nulla, etiamsi ab ea non appelletur.*

54 Tex. in l. à Diuo Pio, §. In venditione, ff. de re iud. *loquitur conditionaliter.*

55 *Verba met* tex. in §. In venditione, l. à Diuo Pio, ff. de re iud. *expenduntur ad finem insinuandi, quod important conditionem.*

56 *Lex* Hispaniæ *recensetur circa modum exequendi contra debitores.*

57 *Gerundium importat conditionem.*

58 *Dictio* Si, *importat conditionem.*

59 *Conditio importat formam.*

60 *Ar-*

60 *Argumentum à contrario sensu in iure est fortissimum, frequens, & vtilissimum.*
61 *Ordo præposteratus est nullus, quia non fit eo modo, quo lex disponit.*
62 *Actus corruit deficiente forma à lege tradita in illo actu.*
63 *Defectus si sit modicus in forma, vitiat actum ipso iure.*
64 Colerus de process. exequutiu. par. 3. cap. 9. num. 20. *vers.* Qui quidē, *tenet ordinē designatum à* Diuo Pio *in exequendo, esse inductum pro forma.*
65 Guttier. *simpliciter inhæret opinioni* Bartoli, *quod ordo traditus à* Diuo Pio *in exequendo, non sit pro forma.*
66 *Creditoris ne, vel Iudicis sit optio, satisfaciendi de bonis debitoris?*
67 *Pignorum captio debet inchoari ab iis rebus, quarum distractio minus nocet debitori, aliàs exequutio erit nulla, quasi contra solitum iudiciorum ordinem.*
68 *Electio est debitoris in alternatiuis.*
69 *Debitoris vertitur vtilitas, ne amittat eas res, quibus carere nollet, ex quo de aliis bonis creditor satisfactionem consequi potest.*
70 *Creditorem quod non lædit, & debitori prodest, de facili est concedendum.*
71 *Ordinem exequutionis esse seruandum in vtilitatem debitoris, non autem pro forma, quibus in casibus procedere sit dicendum.*
72 *Mobilium vilis, & abiecta est custodia.*
73 *Conciliatio decisionis* Affl. 359. cum dec. 441. Dom. de Franch. *qualiter fiat.*
74 Author *satis elaborauit in conciliatione decisionis* Affl. 358. cum decisione Dom. de Franch. 441.

ARGVMENTVM.

Exequutio facta non obseruato ordine tradito *à Diuo Pio in §. In venditione, l. à Diuo Pio, ff. de re iud.* imò contra formam inibi traditam, vt prius exequantur mobilia, deindè immobilia, & deinceps iura debitorum, siue eorum nomina, an sit nulla, vel ordo prędictus in vtilitatē potius debitoris inductus fuerit, itaut teneatur appellare, si pręposteretur? quo loci dispungitur, vtrum pro forma modus exequendi fuerit introductus? quiduè forma operetur circa actus nullitatem, vel inaliditatē? Enucleantur dissidentes Sacri Consilii Neapolitani determinationes, quarum vnam recenset *Afflict. dec.* 358. pro actus nullitate, Alteram verò refert *Dom. de Franchis dec.* 441. quod oporteat ab eo appellare; quorum fundamentis ponderatis, ac attentè dispunctis per *Authorem*, cui magis inhęrendum, suum interponit Iudicium, omnibus ex aduerso adductis contra relatam *ab Afflicto* determina-

nationem occurrens, explosis ijs, quæ præsertim insinuauit *Dom. de Franch. d. dec.* 441. aliiq; eius Asseclę; ostendens pariter *Consultum in d. §. In venditione*, non nisi conditionaliter fuisse loquutum per verbum Gerundii, quod de sui natura conditionem importare, insinuatur, ad quod comprobandum, singula textus verba perpendit, Quidué dicendum, in casu quo debitor plura habet mobilia diuersarum specierum, An creditor teneatur accipere illa pignora, quę ipsi debitor, vel Iudex tradere intendit, creditore ipso etiam inuito, & contradicente, An verò liceat ipsi ex his eligere vnum, vel alterum genus, aut speciem mobilium, super quibus fiat exequutio? Et an in hoc sit aliquis ordo seruãdus? Quoq; in casu, quibusué in terminis dissidentes Sacri Consilii decisiones possint conciliari, non inscitè *Author* adducit, post reiectas nonnullorum Authorũ traditiones, pręsertim *Ioannis Petri Surdi, & Io. Bernardini Muscatelli*, & aliorum.

OBSERVATIO XXXXIII.

Diuersimodè iudicatum in Sac. Cons. ab ijs qui tanti Prętorij summa cum laude decisiones cõgesserũt, in legendo reperi, super
1 quorum dictis attentè recogitans, statui meam sententiam posteris insinuare.
2 *Afflict. in decis.* 358. *num.* 1. & 2. refert decisum exequutionem factam per Porterium Sac. Consil. super quodam territorio, non facta prius exequutione super mobilibus, fuisse nullam, quia ità erat exequen-
3 dum de iure, per *tex. in d. §. in venditione*, adducens *Felin. in cap. quo ad consultationem de re iud.* ibique docet *Affl.* Porterium, vt rectò exequutoris munere fungeretur, debuisse referre in Consilio, quod fuit in domo debitoris, & nihil inuenit, itaque tradidisse *Bart. in d. §. in venditione*, & *Bal. in Auth. Sed hodie*, C. *de actio. & oblig. cum concord.* cui sanè sententiæ subscribit se *Cæsar Vrsill. in addit. ad d. dec. Affl num.* 1. inquiens ità esse tenendum, & sunt concordantes *Alex. in d. §. in venditione num.* 13. *Felin. in cap. cum dilectus* 22. *num.* 6. vers. *Secundum signum de rescr. & in cap. sicut de re iud. Cassan. in Consuet. Burgun. Des censes, rubr.* 11. §. 6. *num.* 7. vers. *Et aduerte*, vbi adducit post *Felin. in locis allegatis, Soccin. cõs.* 185. vers. *Secunda ratio est, lib.* 2 quam opinionem tenet, nõ obstante quod *Bart. in d. §. in venditione num.* 8. videatur tenere contrarium, *Cotta in memorial.* verb. *Lex quæ loquitur conditionaliter*, *Guid. Pap. decis.* 281. inquiens ita esse de iure, secus autem de consuetudine, nam speciali ordinatione Regis Francisci Primi ab anno 1539. fuisse abrogatum Diui
4 Pij rescriptum, de quo in *d. §. in venditione*, & concessum creditori, quod
5 liberam habeat electionem exequen-

di super bonis debitoris, nullo ordine seruato, vt prius super mobilibus, quàm immobilibus,& nominibus debitorum exequatur, sicuti cautum erat in *d.§.in venditione*, notat *Mattheus in addit. ad Guid. Pap. d. dec.* 281. & *dec.*568. *Maran in suo Specul. aur.6. par.*verb. *Exequutio nu.* 9. *&* 10. adeò ut dixerit *Vrsill.* sic
6 semper vidisse in praxi seruari in Sac. Cons., adducens peculiarem determinationem factam in causa Ill. Comitis Casertæ cum creditoribus Illust. Ducis Adriæ, de anno 1552. in qua fuit annullata exequutio facta, dicto ordine tradito à Diuo Pio, non seruato, *Viuius,comm.opinion.opin.*10. *&* 11.aliiq; adducti per *Dom.de Franch.dec.*441. *num.*5. *Paul. Meren. cons.* 62. *num.* 4. *vol.* 2. *Iaffr. dec.*14. *Corn.cons.* 159. *in* 2. *Bertran. cons.*81. *in* 1. *Rol. à Vall.cons.*31.*num.* 32. *in* 2. *Molin. de hispan. primogen. lib.*4. *cap. cap.*7. *num.*24. *Parlador.lib.* 2. *rerum quotidianar. cap. fin.* 5 *par.* §. 3. *num.*4. *&* 5. *Auendan. de exequen. mandat.* 1. *par. cap* 17. *num.* 4.

7 Cuius sententiæ ratio ea affertur, quia ordo prędictus traditus à Diuo
8 Pio, de quo in *d.* §. *in venditione*, est inductus pro forma, qua non obseruata actus redditur nullus,ad *tex.in l. non dubium*, C. *de legi. cum concordan.* à Me congestis in *Annotation. ad Muscatell.lib.*2. *par.* 1. *glos. Præsentare* 380. *col.*1. *l. si vnus*, C. *de testa. Alex. & Scribent.*communiter *in locis supra allegatis*, sicuti tenet apertè *Vrsill. ad d. dec.* 358. *Affl. num.*1. *Viu.loc.cit.* qui in Curia Aquilana obseruatum dicit.

Contrariam tamen sententiam, veriorem habuisse Sac. Cons. (licèt ex alio, casus relatus ibi determinatus fuerit) nempè exequutionem
9 factam contra formam traditam in *d.* §. *in venditione* non esse prorsus nullam, sed ab ea debere appellari inhærens opinioni *Bartoli*, tenet *D. Præs. de Franch. dec.* 441. *ex num.* 1. *& num.*8. vers. *Et decisio Bartoli*, quã insequuti fuerunt *Put.decis. Rot. Rom.* 318. *lib.* 2. *Mohedan. dec.* 185. *Gabr. comm. conclus. tit. de execut. rei indic. concl.* 2. *Contar. ad l. vnic.* C. *si de momentan. possess. limit.* 18. *num.* 24. *ad fin. vsque,Bertaz. cons.crim.*402.*num.* 94. *cum seqq. vol.*2. *Afin. de execut.* §. 4. *cap.* 90. *num.* 12. *Coler. de process. executiu. par.* 3. *cap.*9. *num.* 18. *Dom. Muscat. in prax. par.* 1. *glos. sententia, num.*126. *& par.* 3. *glos. seruata num.* 12. *Io. Bapt. Costa de remed. subsidiar. cap.* 43. *num.* 1. vers. *Quibus tamen* (licèt ex errore pro hac sententia aggregat *Vrsill. loc. cit.* qui vti modò insinuauimus *num.* 6. expresse contrarium sentit) *Maebel. patrocin.* 34. *num.*5. *&* 6. *Socc. cons.* 158. *num.* 14. 26. *&* 27. *in* 2. *Surd. cons.*39.*num.*22. vers. *Quinto respondeo lib.*1. *Milan. dec.* 5. *num.* 50. vers. *Confirmantur prædicta, lib.* 1. *Affl. in Constit. Dilationes num.* 23. vers. *Subsequenter Gam. dec.* 199. *num.*6. *Intrigl. sing.* 77. *num.* 2. *Gregor. Lopez in l.*3. *tit.*27.*par.*3.*glos.* 1. *Rebuff. ad ll. Gallicas tom.*1.*tract.de liter. obligator. art.* 11. *glos.*4. *num.*1. *Guid. Pap. dec.* 281. *Azeued. in l.* 19. *num.* 40. *tit.* 21. *lib.*4. *Recopil. Gamm. dec.*199. *num.*6. *Surd. cons.*39. *nu.*22. *&* 23. *lib.*1. *Trentaeinq. lib.*2.*variar. tit. de execution. rei iud. resol.*2. *ex nu.* 3. *&* 4. *Consiliar. Carleual lib.*2. *tit.de iud. disp.* 1. *num.*12. vers. *Contrariã*, qui nonnullos ex prædictis adducit, & hãc sententiam sequendam magis tradit,tanquam magis communem, & minus scrupulosam.

10 Quæ sanè opinio, Antesignanum habet *Bartolum in d.* §. *in venditione num.*8. vers. *Pro hoc, & Io. Andr. in cap. Quoniam frequenter* §. *fin.*vers. *In glosa hoc ordine, tit. Vt lit. non contest.* vbi reprobat opinionem *Io.glosator.* quem ibi sequitur *Bald. num.* 4. vbi dicit, quod exequutio non est ipso iure nulla, vndè *Socc. d.cons.*158. *nu.* 26. *vol.* 2. dicit, in iudicando non
11 esse recedendum ab opinione *Bar.* quia

quia cum luminaria vtriuſque iuris hoc teneant, periculoſum eſſet, ſi quis in iudicando ab eorum ſententia diſcederet, *Bertran. d. conſ. 12. nu. 12. vol. 1.* inquiens non eſſe ab opinione *Bartol.* facilè recedendum, præſertim hoc caſu, in quo id ipſum
12 ante eum tenuit *Io. And.* & poſt eũ *Bal. Butr. & Abb.* quodque magna eſt authoritas *Io. Andr.* Principis Canoniſtarum, notat *Surd. d. conſ. 39. num. 22.* iiſque arridet *Coſt. d. remed. 43. num. 1.* eò quod prædicta iuris lumi-
13 naria, *Bart.* ſcil. & *Io. And.* ità tenuerunt, & in caſu ſimili *legis Reg. 19. tit. 21. lib. 4. non. Collection.* re aliqualiter diſputata, tenuit cum *Bart. Guttier. practicar. lib. 1. q. 113. per tot.* vbi laborat in contrariis diluendis, præſertim *num. 3.* verſ. *Quid tenendum*, inquiens articulum eſſe valdè
14 controuerſum, ſed pro opinione *Bartol.* præter alios, ſtare *Grauat. in Annotat. ad Veſtr. in prax. Cur. Romana lib. 8. cap. vltim. num. 27. & Azeued. in explicatione d. l. Reg. num. 40. cum ſeqq.*

Ratio autem, cui innituntur præcitati DD. ea eſt præcipua, quia or-
15 do traditus à *Diuo Pio*, *in d. §. In venditione*, non eſt introductus pro forma, ſed tantum in vtilitatem debitoris, ſiue ad Iudicis inſtructionẽ, ſecundum *gloſ.* ibi, verb. *Inbentur*, & aliud eſt, quod ſit pro forma, aliud quod pro inſtructione, *Bal. in l. prolatam num. 2. C. de ſent. & interl. omn. omn. iud. Surd. d. conſ. 39. num. 23.* verſ. *Et non aduerſatur*, *Milan. d. deciſ. 5. num. 50. & ſeqq.* cæteriq; *DD.* paſſim in ſedibus indicatis.
16 Ecce Lector candidè, quantum elaborandum ſit ad indaginem veritatis? (*Summè herclè*) Nam quæ prima (vti aiunt) fronte facilis videbatur diſceptatio, perquàm difficilis ſecernitur, dùm pro vna parte certãt *Bart. & Io. Andr.* ac quamplures non modicæ fidei Authores, quibus arridet Sac. Conſil. determinatio apud *Dom. de Franch. dec. 441. nu. 7.* Pro altera verò parte ſtringunt for-
17 titer *Alex. & Felin.* copiaſq, præſtat auxiliares deciſio eiuſdem Sac. Cõſ. apud *Aff. d. dec. 358.* & apud *Vrſill.* ibi in eius *Annotation.* quodque diù me ſuper indagatione veritatis de-
18 tinuit, illud fuit, nam *Afflictum* vidi ſecum met pugnantẽ dùm vno modo dicit deciſum per Sac. Conſ. in *d. dec. 358.* & poſtmodum diuerſam firmat opinionem in *d. Conſtit. Dilationes*, nulla facta mentione præfatæ
19 determinationis, vndè non prius quàm Doctorum traditiones perpẽdam, meum (vt quod ſit iudicij) interponam cordi eſt.

Dom. de Franch. d. dec. 481. num. 6. verſ. *Sed prædictis*, vt determinationem ab *Affl.* recenſitam in *d. dec 358* euaderet, tradit in illa facti ſpecie, exequutorem vlteriùs proceſſiſſe, quia facta exequutione in ſtabilibꝰ, ea tradidit creditori, qui illa vendidit, & ſic non fuit ſeruatus ordo iuris in venditione, quia ipſe vendere debebat, non autem exequutor, ſiue Porterius, vel vt latinè aiunt, Apparitor.
20 In ſpem tamen ducor, quod cuipiam relegenti *Afflictum*, obuium fiet *Dom. de Franch.* (pace tanti viri dixerim) non benè illum ponderaſſe, nam quinque rationes fuerunt adductæ in caſu deciſionis *Aff.* ex quibus veniebat retractanda exequutio, & venditio facta, vt in *princ. num. 1.* & præcipua ratio fuit, ex quo ordo traditus à *Diuo Pio in d. §. In venditione*, quod prius exequantur mobilia, & poſtmodum ſtabilia, non fuit obſeruatus, Tertia autem ratio conſiſtebat eo quod exequutor tra-
21 didit ſtabilia creditori, qui ea vendidit, dùm Iudex debebat vendere, ſicuti apparet *num. 4. in fin.* verſ. *Sed ipſe Troianus*, nec *Aff.* aperit, ex qua cauſa fuit declarata nulla exequutio, ſed omnes de per ſe ſatis exſtiterunt ad actum exequutionis nul-

lum declarandum.

22 Quinimò: conuincitur manifestè, quod sententia Sac. Conf. non fuit fundata super eo quod Pars vendidit stabilia, dùm Iudex vendere debebat, sicuti adstruit *Dom. de Franch. d. num. 6.* nam *Affl.* Consultorum

23 sui temporis Consultissimus, hunc scopulum quasi in spiritu præuidēs, inquit notabiliter *in princ. d. dec. 358.* vtrumque actum fuisse annullatum, tàm exequutionis, quàm venditionis per Sac. Conf. ibi, *Et fuit votatum per Sac. Conf. quod debebat retractari tàm exequutio, quàm venditio prædicta, rationibus infrascriptis,* quas rationes deindè singillatim enarrat; & sic nō est verum, quod *Dom. de Franch.* inquit ex eo emanasse illam decisionē *Affl.* quod scil. venditio stabilium fuit facta à Parte, & non à Iudice, quia dixisset fuisse retractatā dumtaxat venditionem, sed addit etiam de nullitate exequutionis fuisse discussum, adducta dispositione *tex. in d. §. in venditione*, eamq; exequutionem fuisse pariter retractatam.

Quatenus verò eodem in loco *Præs. de Franch.* asserit non esse vim faciendam in dictis per *Vrsill.* qui *Afflict.* insectatum ità pariter determinatum fuisse successiuis temporibus in eodem Sac. Conf asserit, & casus peculiares determinationū

24 enarrat; eò quod non fuit Consiliarius, & potuit de facili ignorare, quæ fuerunt discussa in Sac. Conf. Hoc est facere vaticinium, & argumentari à contingenti, & variabili, siue à

25 perplexis, quod nulliter stringit, ex dictis per *Io. Andr. in regu frustrà, de regu. iur. in 6.* & recollectis per *Euerar. in topic. legal. loc. à tract. perplex. seu implicit.* Præterquàm quod *Vrsill. in d. dec. Affl.* 358. satis clarè loquitur, & articulum in puris termi-

26 nis proponit, adeò quòd non est inuestigandum, quæ discussa fuerint, dùm appositè nihil aliud proponit, super quo potuisset Sac. Conf. aliorum articulorum discussionem assumere.

Vtque obiter, nec tamen insulsè, dùm præsens se se offert occasio, nō

27 nullorum quærimonias iniustè delatas insinuem erga illos studiosos (quos Deus ad iudicandi munus nō vocauit) eò quod non sine ingenti labore, nec sine Lectorum profectu decisiones Senatuum congesserunt, Prouinciam assumpserint, dùm votis nō interfuerunt; Quid mali obsecro fecerunt in hoc? In quo peccauerunt? Si votantium calculos distinctè ex eorum capite enarrarent, quasi quod arcana Senatus detegerent, imprudentiæ eorum, esse imputandum, benè fateor; si Senatum ipsum, aut Senatores obiurgarent, eorum temeritati adscribendum fore, iterum annuo, Quod autem iuris articulo proposito, eoq; disputato, si quando per Senatum aliquem fuerit ille determinatus, Scriptores rationem inuestigent, ex qua potuerunt Iudicantes ad eiusmodi proferendam sententiam moueri (licèt cum *Dom. Reg. Rou.* sentiam multo-

28 ties sententias proferri ex iis, in quibus nequidem alii somniarunt) quā fraudem commiserunt? in quo detraxerūt Senatui, aut Senatoribus? Cur non iustiùs ob tantum susceptum laborem collaudandi sint? cur potiùs aspernendi? *O Temporum fœdata conditio? O fœdarum conditionum Tempora?* Optandum sanè esset eorum memoriæ recolant disertissimi, ac mellislui *Caroli Scribanii* verba in *celeberrimo tractat. de institut. Politic. christian. lib. 1. cap. 26.* præsertim *cap. 14. in fin.* quem cum laude commemorat insignis Iureconsultus *Dom. Io. Bapt. Larrea, alleg. fiscal. lib. 2. alleg. 118. num. 23.* vers. *Denique,* & eruditus *Antonius Bullaus in Epistol. ad Christophor. Crus. in tractat. de Indiciis par. 1. pag. mihi 15.* quæ sanè verba *Scribanii*, infra *hoc eod. oper. obseru. 69. Ipsemet* integra im-

imprimi curaui, quorum nonnulla hoc loci referam, ibi. *Conatus ſemper*
29 *in laude fuit; neque enim tam tenuis ſcriptio, qua non aliquam referat laudem*; quibus in gratiam Scriptorum indicatis, deueniamus ad materiam.

Quod autem ponderat ibidem authoritate *Viuii*, quod non poteſt trahi ad exemplum, concurro cum *Dom. de Franch.* ſed nihil ad rumbũ, vt deſtruatur determinatio facta per Sac. Conſ. apud *Affl.* toties recenſita *dec.358.*

30 Vndè mihi non videtur, ex dictis per *Dom. de Franch.* effugi poſſe, quã *Affl.* recenſuit Sac. Conſil. determinationem; Alios igitur percurramus Authores.

31 *Io. Bernardin. Muſcatell. in pract. Sac. Conſ. lib.2. par.3. d. gloſ. Seruata num.* 10. verſ. *Sed an ſupradictus ordo*, formans quæſitum de exequutione facta ordine præpoſterato contra tex. in *d. §. in venditione*, an ſit nulla, vel oporteat ab ea appellare, adducto *Bartol. in d. §. in venditione num.* 8. ſuſtinente actum non eſſe nullum, cum quo ipſum ſemper reſpondiſſe fatetur, ac adductis ijs, qui contrariam ſuſtinuerunt opinionem, *num.* 11. verſ. *Nuper verò*, tradit, reperiiſſe *Dom. de Franch. d. dec.* 441. qui refert Sac. Conſ. habuiſſe pro vera opinionem *Bart.* & approbat *nu.* 12. exarata per *Dom. de Franch.* ad euitandam *deciſ. Affl.* poſtmodum *num.* 13. reaſſumptis deciſionibus *Affl.* & *Dom. de Franch.* diſtinctionis fæ-
32 dere antinomiam conciliare nititur eiuſmodi; quod ex ſola, & nuda præpoſteratione dicti ordinis in modo exequendi, nunquam eſſet retractata exequutio, taliter quod ſtet in electione victoris, exequi facere ſuper mobilibus, ſeu ſtabilibus, nominibuſuè debitorũ, diuiſim, vel coniunctim, prout ſibi placuerit, non alias obſeruato iuris ordine, de quo in *d. §. in venditione*, adducens *Guid. Pap. dec.* 281. Sin autem cum ordinis prædicti peruerſione cõcurrerent aliæ rationes, & nullitates concernẽtes inualiditatem exequutionis, & tunc eſſet ſtandum deciſionibus prædictis.

33 Profectò meus *Muſcatellus* (cuius operum, iam penè totus agnouit orbis *Me* fuiſſe, & eſſe ſtudioſiſſimum, quemq; à prima fori ſalutatione, ſepties huſq; modò perlegi) verbalem admodum, præter morem ſuam hanc conciliationem inſinuauit, nec attentè (vt ſolet) obſeruauit, quæ *Affl. in d. dec.* 358. tradidit, quæq; *Dom. de Franch.* adſtruxit, quibus *Ego* apertè (ni fallor) modò occurri; cumque dicta per *Muſcatell.* reincidant, cum dictis per *Dom. de Franch.* eadem replicamus, quæ ad euadendam deciſionem *Dom. de Franch.* attulimus *num.* 20. Conſulamus modò exteros.

34 *Io. Petr. Surd.* qui vti vnus ex Anteſignanis contra *Affl.* adducitur *d. conſ.* 39. *num.* 12. verſ. *Quinto reſpondeo. Bart. & Io. Andr.* ſe ſubſcribens quaſi ob eorum authoritatem in eorum verba iuratus, *Io. Gloſatoris* ſententiam improbat, & conſequenter tenet exequutionem factam ordine tradito *in d. §. in venditione*, præpoſterato, non eſſe nullam, ſed quod ab ea oporteat appellare.

Et volens *num.* 23. ſententiam *Affl.* mitigare, inquit eam poſſe procedere, quando Iudex mandat ſimpliciter fieri exequutionem, quia tunc ſecundum aliquos exequutio eſt nulla propter expreſſum iuris errorem, dummodò tamen Iudex precisè iubeat, quod fiat exequutio in bonis immobilibus, quia ceſſat tunc ea ratio expreſſi erroris.

35 Mirùm herclè: quod vir tam doctus, quàm eruditus hanc adſtruxerit concluſionem; Si etenim *in d. §. in venditione* expreſsè ſtatutum eſt, exequutionem debere fieri prius in mobilibus; & deindè in ſtabilibus, dũm Iudex decernit exequutionem fieri

36 fieri debere in immobilibus, contra legem profert, quæ semper loquitur, *l. Arriani in fin. C. de hæret. l. non dubium*, C. *de legi. cap. erit autem lex 4. dist. Menoch. lib. 2. de præsum. præs. 16. num. 15. Marc. Ant. Eugen. cons. 33. num. 48. lib. 1. Reg. Valenz. cons. 61. num. 21.* & sic nullum est eius præceptum, Iudex etenim supra legem
37 non est, & dùm contra expressum casum legis quid fieri iubet, nonnè nullum est quicquid exindè sequitur? *texx.* sunt insignes *in l. non dubium*, C. *de legibus, & in l. nemo potest*, vbi communiter *Scribentes, ff. de legat.* 1.

Eòque fortius: si simpliciter exequi contra aliquem decernat Iudex
38 nulla facta expressione de mobilibus, vel immobilibus, si exequutio præposterato fit ordine, adhuc nulla erit, quia non nisi seruata forma iuris fieri debebat, quę forma cum præposteratur, actus redditur nul-
39 lus, quia formæ nihil addi, vel detrahi potest, *l. 1. §. opus nouum, ff. de nou. oper. nunc. Bal. in l. quoties nu. 4. C. de suis, & legit.* post *Bart.* à se allegatum, *Reg. Valenz. cons. 3. num. 23. lib. 1.* vbi *num. 28.* notabiliter declarat, quod defectus formæ etiamsi fit
40 in modico vitiat actum ipso iure, ex pluribus p ipsum allegatis. Vndè diluitur quoque resolutio tradita per *Surd. num. 23.* vers. *Et non aduersatur in fin.* dùm inquit *Affl. & Rolan.* contrarium volentes, in eo casu esse accipiendos, quando mandauit Iudex, quod exequutio fieret seruato iuris ordine, tunc etenim cōtra commissionem non valet, quasi quod si Iudex non diceret exequi debere seruato iuris ordine, liceat exequutori ordinem à iure traditum, præposterare? quo quid absurdiùs? quid detestabiliùs? nam faciens actum, censetur se conformare cum dispositione iuris communis, & se adstringere legibus loquentibus de illo actu, bonus *tex. in l. si duo*, vbi *Bal. & alij, ff. de acqui. hæred. l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian.* plures congerit *Reg. Valenz. cons. 75. num. 15. lib. 1.*
41 Actus etenim semper in dubio est accipiendus, prout ius disponit, non autem vt aduersetur, alioquin esset frustratorius, quod nō præsumitur, *l. hac stipulatio, §. Diuus, ff. vt legator. nomin. caueat. cap. 2. de probat. Zas. cons. 14. num. 28. lib. 1. Hieron. Grat. respons. 47. num. 15. & respons. 59. nu. 21. vol. 1. Menoch. lib. 6. de præsumpt. præs. 4. num. 1.* quæ ex abundanti vi-
42 gent in Iudice, qui non potest esse clementior lege, nec facere quicquā quod legi repugnet, cum dicatur il-
43 lius minister, ideòq; debet illam ad vnguem obseruare, *§. oportet in Au-*
44 *then. de iudic.* etiamsi videretur rigorosa, & dura, *ad tex. in l. prospexit, ff. qui, & à quib. Barz. dec. 15. nu. 5. Fontanell.* horum memor *dec. 598. nu. 9. par. 2.*

Id autem, quod asserit *Surd. d.* vers. *Et non aduersatur*, peruersionem ordinis actum vitiare, eò quod non fuit traditus pro forma *in d. §. in venditione*, sed tantum ad instructionem Iudicis, infrà dispungemus, moxque Lectori satisfacere curabimus. Redeamus ad Nostrates.

45 *Affl. in d. Constit. Dilationes nu. 23.* immemor determinationis per ipsum recensitæ in *d. dec. 358.* inquit, ordinem datum à Diuo Pio circa exequutionem in *d. §. in venditione*, fuisse ad vtilitatem debitoris, qui debet si grauatur, appellare, non autem pro forma, adeò quod ex ea non seruata, actus sit nullus, eumque sequitur, & approbat *Milan. d. dec. 5. num. 51. lib. 1.*

Tot inter scopulos, Portum petimus, tanta enim opinionum discrepantia, eò me deduxit, vt satis hæsitauerim aperire, quæ verior, quæuè tutior fuerit opinio. Quocirca post multas vigilias *Affl.* sequimur, non eius authoritati innixi, quia *Affl.* sibi parum constanti hoc in articulo,

imò

46 imò sibi ipsi contrario, ben è scimus minimè deferendum esse, ex dictis per *Reg. Rouit. dec. 20. num. 11.* post alios.

47 Sed determinationem Sac. Conf. memoratam ab *Afft. in d. decis.* 358. amplectendam esse dicimus, eo firmato solidissimo fundamẽto, quod
48 lex quoties sub certo modo quid fieri iubet, semper pro forma intelligitur fieri, à qua non est recedendum, quia deficiente forma à lege
49 tradita, corruit actus, *l. eum hi, §. si Prætor, ff. de transact. l. scimus, §. si verò postquam, C. de iur. deliber.* nam for-
50 ma dat esse rei, atque ipsius esse perfectionem, *Tiraq. in l. si vnquam,* verb. *Reuertatur num 67. C. de reuoc. donat. Reg. Valenz. cons. mox allegando*, dùm ergo in *d. §. in venditione,* primò res mobiles sunt exequendæ, deindè verò ijs non extantibus, vel non sufficientibus bona stabilia, debet intelligi ordinem prędictum præposteratum, actum exequutionis nullum reddere, quasi forma nõ seruata, quodq; neglectus, vel præposteratio ordinis vitiat actum, &
51 reddit eum nullum, plures textus singulares expendit *Euerard. in topic. legal. loc. Ab ordine num.* 16. vers. *Secundo.*

Rursus lex, quæ loquitur conditionaliter, intelligitur requirere de
52 substantia illam conditionem, tanquam formam necessariam, & grauem sollemnitatem, quæ omitti nõ potest, *Bal. in Auth. Matri, & Auiæ, C. quan. mul. offic. tutrie. fung. pot.* quam *Bal.* doctrinam pro singulari notat *Aretin. in cap. in causis in pen. col. circa fin. de testib. Alex. in l. 1. in finalib. verbis, ff. de liber. & posth. Iaf. in l. 2. §. 1. in 4. ff. sol. matr. & in l. cum quid in pen. col. ff. si cert. pet. & in l. Gallus, §. quidam rectè in 1. col. & in §. etiamsi à parente in 2. notab. ff. de liber. & posth.* ex attenta doctrina *Bald.* refert in terminis casus nostri, *Felin. in cap. cum dilecta in 7. col.* vers. *Secundum significatum de rescript.* quod vidit aliàs in-
53 ferri, quod si ordo datus à Iureconsulto in *d. §. in venditione* non seruaretur, actus esset nullus, etiam sine appellatione, quia *tex.* ibi loquitur conditionaliter, & ponderat *Cotta in suis memorialib.* verb. *Lex quæ loquitur,* quam opinionẽ approbat *Euer. in topic. legal. d. loc. Ab ordine num.* 6. vers. *Quibus quidem,* inquiens minus refragari, quod *Bart.* alijq; plures in *d. §. in venditione* contrarium tenuerint.

Vrgent tamen contrarię sententiæ sectatores, & insudant plurimum ad suadendum, quod ordo traditus in *d. §. in venditione,* non sit pro forma, sed ad instructionem, eò quod conditionaliter traditus non sit.

54 Vndè elaborandum nobis est, vt (protenso quasi digito) demonstremus, quod *tex. in d. §. in venditione,* nonnisi conditionaliter loquutus sit; quod adeò apertis verbis *Vlpian.* commonstrat, vt nihil apertiùs; quo circà propria verba *tex.* subnectenda ducimus, vt mirandum profectò sit, vndè tot legum vertices eiusmodi aduersantem sentẽtiam sibi per-
55 suaserint? Verba sunt hæc: *In venditione itaque pignorum captorum facienda; Primò quidem res mobiles, & animalia capi pignori iubent, mox distrahi; quarum pretium si sufficerit: benè est. Si non sufficerit: etiam soli pignora capi iubent, & distrahi. Quod si nulla mouentia sunt: à pignoribus soli initium faciunt. Sic denique Iudices interloqui solent, si mouentia non sint, vt soli quoque capiantur. Nam a pignoribus soli initium faciendum non est. Quod si nec quæ soli sunt, sufficiant: vel nulla sunt pignora soli: tunc peruenitur etiam ad iura. Exequuntur itaque rem iudicatã Præsides isto modo,* quibus collineant verba *d. leg. Reg.* relata à *Gutter. in d. q. 113. in princ.* tenoris infrascripti,
56 *Mandamos por el que se haga la execucion en bienes muebles, y à falta dellos en bienes rayzes,* & iterum ibi, *y por esta forma*

forma se haga la execucion en bienes muebles, y à falta dellos, à bienes rayzes, &c.

Sis mecum Lector in explanatione: Dispositio initium capit à conditione, ibi, *In venditione itaq; pignorum captorum facienda*; dùm per verba Gerundij concipitur, quod sanè Gerundium conditionem importat *Bald. cons.* 267. *nu.*3. & 4. *lib.*5. *Dec. cons.* 433. *num.* 6. *Castren. cons.* 463. *num.*2. *lib.*2. *Corn. cons.* 144. *num.* 5. *lib.*4. & *cons.*90. *num.*5. *eod. lib.*4. *Cardin. Paris. cons.*19. *num.*3. *lib.*2. *Card. Tusc. practic. conclusion. iur.* verb. *Gerundium, concl.* 41. *nu.*4. & *seqq. Surd. cons.*110. *num.*7. *Thes. iun. quaest. forens. lib.*3. *cap.*92. *num.*6.

In medio, conditionaliter loquitur *Consultus*, ibi, *Quarum pretium si sufficerit*, & iterum: *Si non sufficerit*,
58 dictio etenim *Si*, importat conditionem *Pres. de Frãch. dec.* 231. *num.* 2. Perficitur etiã dispositio *tex.* adhùc per dictionem *Si*, geminatè appositam, ibi, *Quod si nulla*, & ibi, *Quod si nec*, Et ne, latum quidem vnguem attentare sibi Iudices auferint ab eiusmodi ordine se elongare, coronidis loco statuit *Vlpian.* ibi, esse adamussim ea obseruanda, ac si di-
59 ceret pro forma, Conditio etenim formam importat, secundum *Dec. cons.* 11. & *in cap. quoniam iudicantiũ col.* 6. vers. *Solum contra testamentum*, quem refert, & sequitur *Tiraq. de retract. conuention.* §. 2. *glos.* 1. & *vnic. num.* 3. *Reg. Valenz. cons.* 2. *num.* 74. vers. *Et formam*, vbi allegat *tex. in l. Pretor in princ. ff. de collat. bonor.* quid etenim aliud importare possunt verba illa, *Exequuntur itaque rem iudicatam Praesides isto modo*; Nisi quod non possint alio modo exequi, vt argumentum à sensu contrario, ex verbis *textus* perpẽdamus, quod argumẽtũ
60 est in iure fortissimum, frequens, & vtilissimum, sicuti post *tex. in l.*1. §. *huius rei, ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. qui testamento*, §. *mulier, ff. de testa. cap. cum Apostolica in fin. de his, quae fiunt à Praelat. sine consen. capitu. & cap. cum virum de regular.* tradit disertè *Euerar. in topic. legal. loco à contrario num.*1. subdens procedere (id quod facit ad rem nostram) etiamsi verba legis essent conditionalia.

Quò fit, vt dùm ordo praeposteratur, non fit eo modo, quo Consultus statuit, & sic nullus erit actus
61 exequutionis praeposteratus. Nec dubitauit *glos. in d.* §. *in venditione*, eiusmodi sententiam approbare, quod *tex.* loquatur conditionaliter in verb. *Capiantur*, inquiens, *Et sic fertur sub conditione.* Cum igitur *tex.* sub conditione loquitur, & conditio formam inducit ex praedictis, indubium remanet theorema illud à Nostratibus passim frequentatum, quod forma dat esse rei, & vbi ea deficit, substantia ipsa deficere videtur, secundum *Bald. in l. nõn codicillum nu.*
62 4. *C. de testa.* & ideò deficiente forma à lege tradita, actus corruit, *l. scimus*, §. *si verò postquam*, *C. de iur. deliber. l. certa forma, C. de iur. fisc. lib.* 10. nam vti tradit *Ias. in l. si vnus*
63 *num.* 4. *C. de testa.* etiamsi defectus sit modicus in forma, vitiat ipso iure actum, *Ego ipse in d. Aunotat. ad Muscatell. lib.* 2. *par.* 1. *glos. Praesentare, pag.*380. *col.*1.

64 Nobisq; adstipulatur *Coler. de process. execut. par.*3. *cap.*9. *num.*20. vers. *Qui quidem ordo*, inquiens esse pro forma traditum ordinem designatũ in exequendo *in d.* §. *in venditione*, vndè eius peruersionem, vel praeposterationem vitiare processum, ipsumq; annullare ait, ponderans verba *d. tex.* ibi, *Si mobilia non sufficerint*, & iterum verba illa, *Sic etenim interloqui solent*, & istud absque scrupulo procedere tã apud *Glosatorem*. quàm etiam apud *Bart. in d.* §. *in venditione*, satisque probari ex illis verbis, *Nam à soli pignoribus initium faciendum non est*, affirmat. Vt mirandum
65 sit quomodo *Guttier.* praedicta minimè.

nimè perpendens, ſed pertranſiens ſimpliciter cum ea opinione, quam tenuit *Bartolus*, à more ſuo recedẽs, ſola ſubſcriptione fuit contentus ſub tanti Magiſtri clypeo nulla facta diſquiſitione ſuper ijs, quæ *Nos* ponderauimus, ſicuti nec minus ad vtramq; partem quid adduxit *Conſiliar. Carleual. loc. cit.*

Qua concluſione retenta, & ſic poſthabita *dec. Dom. de Franch.* 441. aliorumq; Aſſeclarum, quique ante ipſos ſententiam illis ſuaſerunt, ac pro veriori habita ex prædictis à Nobis exaratis determinatione per Sac. Conſ. facta, de qua apud *Affl. in d. dec.* 358. *num.* 1. libet, obiter tamen, nec extra materiam adnotare,
66 fuiſſe in praxi hæſitatum, ſi debitor plura mobilia diuerſarum ſpecierũ habeat, creditor teneatur accipere illa pignora, quæ ipſi reus, vel Iudex tradere intendit, creditore ipſo etiã inuito, & contradicente? an verò liceat ipſi ex his eligere vnum, vel alterum genus, aut ſpeciem mobiliũ, ſuper quibus fiat executio? & an in hoc aliquis ſit ordo ſeruandus? quæritur etenim an ſit in optione creditoris, vel Iudicis quid ipſe velit eligere, vt ſuper eo procedat exequutio?

Et ſanè eiuſmodi quæſitum formans *Coler. loc. cit.* exemplum ponit, vtputà penès debitorem exiſtũt pecuniæ, item catenæ argenteæ, vel aureæ, veſtes, frumenta, oues, & alia animalia, quomodo facienda erit exequutio? *Gloſ.* ſiquidem *in d. §. in venditione*, verb. *Animales*, tradidit quod licet *Conſultus* eo in caſu nullũ præſcripſerit ordinem certum, eum tamen ordinem ſeruandum fore, vt
67 pignorum captio inchoetur ab ijs rebus, quarum diſtractio minus nocet debitori, ſicuti ſunt ſuppellectilia, & ſimilia, adeò quod ſi alio modo procedatur, exequutio dicatur eſſe nulla, quaſi contra ſolitum iudiciorum ordinem proceſſus ſit inſtructus, *l. prolatam, C. de ſenten. & interl. omn. ind.* aut quod ſaltem executatus à tali grauamine poſſit appellare, *arg. l. ab exequutore*, *C. quor. appellat. non recip.* quam ſentẽtiam *gloſatoris* tenet, & probat etiam *Io. Andreas in cap. quoniam frequenter §. fin. vt lit. non conteſtat.* eam adducens rationem, quia *tex. in d. §. in venditione*, loquitur alternatiuè, ibi, *Res mobiles, animales, bona ſoli*, & in
68 alternatiuis electio eſt debitoris ad *tex. in l. plerumq;* 10. *ff. de iur. dot. cap. in alternatiuis de reg. iur. in* 6. *Coler. loc. iam allegat. nu.* 22. qui eleganter rem declarat.

Ex quibus modò edocemur, hunc eſſe caſum, in quo vertitur vtilitas
69 debitoris, ne amittat eas res, quibus carere nollet, ex quo de alijs bonis creditor ſatisfactionem conſequi poteſt, *arg. l.* 1. ibi, *In arbitrio debitoris eſt quid potius voluerit ſolutum*, *ff. de ſolut.* accedente naturali illa æqui-
70 te, Eſſe de facili concedendum, quod non lædit creditorem, & prodeſt debitori, per *tex.* quem adducit *Coler. in l. reſcripta* 7. *C. de praeib. Imper. offer.* & Ego addo *tex.* conſimilem *in l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. pet. l. in creditore, ff. de euict. l.* 2. vbi *Bart. Imol. & Roman. ff. ſolut. matr. Pau. de Cittadin. in. tractat. de iur. patronat. par.* 3. *conſ.* 2. *acquiren. num.* 92. adducit concordantia *Marius Giurba par.* 1. *obſeruation. cap.* 46. *num.* 7. verſ. *Tertio memoriæ.*

Nec poteſt applicari ad ordinem præpoſteratum in exequendo ab exequutore, ſiue Iudice, quod exiſtentibus penès debitorem mobilibus, & ſtabilibus, exequutio peruerſo ordine facta non ſit nulla, ſed tãtum concedatur facultas ſe grauãdi debitori, ſiue à grauamine appellandi, nam id prorsùs abſurdum eſt, & aduertit *Vlpian. in d. §. in venditione*, qui non aliàs ab exequutione ſtabilium initiandum ſtatuit, niſi quatenus debitor mobilia non habuerit

prorsùs abhorret, & arridet *tex.* consimilis *in l. cum hi, §. si Prætor* 17. ibique *Bart. in princ. & num.* 1. *ff. de transf.* in quam sententiam firmè sistit doctus *Coler. loc. alleg. num.* 23.
71 vers. *Pro quo*, inquiens hoc esse, vt volunt Interpretes ordinē exequutionis seruandum esse in fauorem debitoris, & ante ipsum notauit *Imol. in d. §. in venditione num.* 4. ductus ex *tex. in l. quamdiù* 6. *C. de distract. pignor.* & facit contextura *tex. in d. §. in venditione*, vbi præmittuntur res mobiles, de quibus fiat cap-
72 tio pignorum, cùm mobilium vilis, & abiecta sit custodia, ad *tex. in l. si rem mobilem* 47. *in princ. & l. rem quæ nobis* 15. vbi notat *glos.* verb. *Erepta, ff. de acquir. possess.*
73 Vt exindè emergat quoque opinionum veritas, veraque, ac solida conciliatio ipsarum in casibus vsui forensi contingibilibus, quando scilicet, & quomodò procedat sententia Sac. Conf. de qua *Affl.* meminit in *d. dec.* 358. *num.* 1. quonè in casu contraria sententia eiusdem Sac. Conf. relata per *Dom. de Franch. in d. dec.* 441. *num.* 7. & 8. locum sibi vendicare possit, de quibus Lector ità distinctè vix apud alios Scribentes discussum reperiet, *Ego* etenim
74 peruigili cura, vt veritatem hac in re posteris consulerē enixus sum, nō leuiter.

S V M M A R I V M.

1 *Stylus fori est attendendus.*
2 *Stylum Curiæ esse obseruandum, quibus iuribus probetur.*
3 *Stylus Curiæ facit ius, & potest allegari ad decisionem causarum.*
4 *Quæstiones deciduntur quotidie per stylum Curiæ.*
5 *Locus ab experientia, debet esse pro via veteri.*
6 *Stylus nihil aliud est, quàm practica confirmata.*
7 *Longæuus vsus causarum potest pro lege allegari, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidendam.*
8 Textus in l. Nam Imperator, ff. de legib. *est punctualis ad probationem styli.*
9 *Practica ab antiqua non est recedendum.*
10 *Pæna de stylo Sacri Consilii non debetur, nisi eum interesse concurrat tam si apponatur dationi quantitatis, quā ad implementum facti.*
11 *Ratio quamuis fortissima, prosternitur ab vsu causarum, is etenim vsus est semper obseruandus.*
12 *Consuetudo quid operetur ad finem inducendi stylum, & ex quibus ille constituatur.*
13 *Stylus, & consuetudo mercatorum attenditur, vt lex in causa mercantili.*
14 *Styli rationem non tenemur reddere, sed sufficit maiorum nostrorum Authoritas.*
15 *Stylus dicitur vsus Imperatoris.*
16 *Assensus* Regius *super alienatione feudorum in Regno, vel super contractatione rei feudalis, de stylo Cancellariæ consueuit expediri per verbum* Fiat.
17 *Citatio non facta secundum stylum, dicitur nulla.*
18 *Sententia lata contra stylum, dicitur nulla,*

nulla, ac ſi lata eſſet contra legem.

19 *Iudex non debet admittere libellum contra ſtylum, vel conſuetudinem, ſicuti nec contra ius.*

20 *Obſeruantia iudicij habetur pro forma, à qua non eſt recedendum, nec à Iudice remitti poteſt.*

21 *Iuris diſpoſitio non attenditur, vbi in contrarium vrget ſtylus.*

22 Dom. Andreas Marcheſius Sac. Conſil. Præſes *laudatur.*

23 *Stylus Curiarum mordicùs eſt obſeruandus, quia præſumitur introductus à Peritioribus.*

24 *Lex, vel ſtatutum ſi quando habet interpretationem ſeruari ſolitam, non debet aliquis Doctor in iudicando, ab ea recedere.*

25 *Iudex non debet recedere à conſuetudine approbata, licet communis opinio ſit in contrarium.*

26 *Articulus iuris dubius, ſi bis fuerit deciſus per Sacrum Conſilium, facit ius in Regno, à quo, etiamſi contraria opinio ſit verior, recedere non licet.*

27 *Maior annis* 14. *ſed minor* 18. *potitur priuilegio,* l. vnic. C. quan. Imper. int. pupill. & vid. *de ſtylo Tribunalium.*

ARGVMENTVM.

De ſtylo Curiarum obſeruando tàm quo ad ordinationem cauſarum, quàm ad earum deciſionem plura adducuntur, ex quibus originem ſtylus, & vndè traxerit, quibuſq; iuribus comprobetur, quantique ſit faciendus. Et qualiter cum conſuetudine conueniat, & an licitum ſit Iudici ab eo recedere in iudicando, & vtrum debeat admittere libellum contra ſtylum, vel conſuetudinem, quidq; operetur opinio, licèt communis, quando ſtylus vrget in contrarium, haud obſcurè inſinuatur, pleraque alia plura minimè negligenda quò ad ſtylum, compendii vice recenſentur.

OBSERVATIO XXXXIV.

1 CVm ſæpè ſæpiùs à Maioribus noſtris eiuſmodi eflatum audiuerim, Eſſe nimirum ſtylum in foro attendendum, perquiſiui, vndè initium deſumpſerit, quibuſuè iuribus, ſiuè Doctorum placitis comprobetur.

Suadet igitur in primis, optimus *tex. in l. fin. in fin.* ibi, *Mos iudiciorum,*
2 *qui hactenus obtinuit, in poſterum ſer-*
2 *uetur intactus,* C. *de iniur. l.* 2. C. *quemadmod. teſta. aperian. & l.* 3. cum ibi notat. *ff. de teſti.* & *cap. venerabilis de confirm. vtil. vel inutil.* vbi allegatur ſtylus Curiæ Romanæ, & *cap. ex literit de Conſtit.* vbi *Panor.* expreſ-
3 sè notat ſtylum Curiæ facere ius, & poſſe allegari ad deciſionem cauſarum, de quo meminit etiam *gloſ. in clem. appellanti,* in verb. *expreſſas de appell.* quibus adductis per eruditum *Nicolaum Euerard. in topica legal. loco A ſtylo Curiæ num.* 1. verſ. *Et hinc,* tra-
4 dit, quotidie quæſtiones decidi per

stylum Curiæ, ibiq; per *tot.cap.* pulchra exempla enarrat, in quibus stylus tenaciter extenditur, & *num.* 4.inquit locũ ab experientia debere
5 nobis esse pro via veteri, & tuta, nihil enim aliud est stylus, quàm pra-
6 ctica confirmata, quo styli argumẽto vsi sunt passim DD. plurimi varijs in casibus, *Io. Andr. in regul.delictum personæ de regul.iur.in 6.in Mercurialib.Calder. in cons.8.sub tit.de rescript. Lap. alleg.33.Io.de Anan.in cap. excommunicamus in §.quia verò in fin. de hæret. Felin.in cap. causam quæ el 2. de testib. & in cap.2.de rescrip.Franc.de Aretio cons.* 8. vndè *Cardin. in clem. sæpè, §. quia verò de verbor.signif.* do-
7 cet longæuum vsum causarum posse pro lege allegari, siue tendat ad litem ordinandam, siue decidendam, *Affl. dec. 79. num. 4.* vers. *Item quia*, plura per *Repetent.in cap. fin.de consuet.in cap. ex literis de constit.& in cap. 2. de præben. in 6. Georg. Natt. in d. clem.sæpè §. quia, Felin.in cap.2. de rescrip. in 6. col. Bal. in l. prolatam, C.de sentent.& in l. iubemus,C.de iud. Io.de Anan. in cap. quàm sit graue de crim. fals.*consonat *tex.in l.si de inter-*
8 *pretatione cum l.seq.* incip. *Nam Imperator, ff. de legi.* ibi, *Consuetudinem, aut rerum perpetuò similiter iudicatarum authoritatem, vim legis obtinere debere*, quem *tex.* ad hoc omnium optimum tradit *Felin.in cap.in causis num.*8. vers. *Ad hoc, de re iud. Bart.in l. iurisperitos in princ.ff.de excusat. tu-*
9 *tor.* & ab antiqua practica non esse recedendum insinuat *Bald.* per *tex.* ibi, *in l. illud, ff. de excusat. tutor. Anchar. cons.* 177. *Dec. in cap. Ex literis de Constit. & in rubr. de consuet.* nec minus facit *tex. in l. labeo 21. ff. de manum. testa.* ibi, *Morem agentium sequi debemus* (idest) *Morem obtentum in similibus*, sm̃ *glos.* ibi, verb. *Agentiũ Hippol.de Mars.sing.*171.*Stylus Curiæ.*

Vndè meritò Sacrum Consilium Neapolitanum apud *Afflict.dec.*135. *num.*3. conformauit se stylo, vt non
10 teneatur quis ad pœnam, siue sit appositᾳ dationi quantitatis, siue ad implementum facti, nisi quatenus interesse cõcurrat, & apud eundem *Affl. dec.* 253. *num.* 4. vbi quod longæuus vsus causarum potest allegari pro iure, benè *Io. Petr. Fontanel. dec.* 420.*num.*11. *& seq.* vbi tradit, ratio-
11 nem quantumuis fortissimam prosterni à stylo Senatus, qui vrget in contrarium, quia is semper est attẽdendus, per *tex.in cap.ex literis, ff.de Constitut. Bald. in l.* 1. *in fin. C.qua sit long.consuet.* habet etenim vim legis, & pro lege seruandus est, *Gonzal. ad regul. Cancell.glos.6.num.*210. *& glos.* 7. *proem. num.* 136. *&* 137. *Rot. Rom.* apud *Sanctiss.dec.*126.*num.*2.*& decis.* 484. vbi egregiè docet *Oliuer.* modũ probandi stylum, idem *Fontan. dec.* 90. *num.*18.*& dec.*95.*num.*15.& *dec.* 296.*num.*5. *par.*1. vbi tradit multa de vi, & virtute stylorum præcipuè
12 in Senatu receptorum, quiduè operetur consuetudo ad finem inducẽdi stylum, & ex quibus ille constituatur, pulchrè insignis *Larr. decis. Granat.* 41. *&* 47. *num.* 13. *&* 14. & *allegation. fiscal.alleg.*22. *num.* 26.*cum duab.seqq.* & alibi passim, *Salazar de vsu, & consuetud. cap.* 7. *per tot.* Reg. *Valenz. cons.*94.*num.*90.*par.*1.*& cons.* 78. *num.*3. vbi quod stylus, & con-
13 suetudo mercatorum, attenditur, vt lex in causa mercantili, dixi *Ego in* 1. *disceptation. forens. cap.* 43. *num.* 13. *cap.*1. *num.*49. *cap.*27. *num.*68.& iterum *cap.*1. *n.*80. vbi ꝙ styli ratio-
14 nẽ non tenemur reddere, sed sufficit maiorũ nostrorũ authoritas, & concordat *Fontanell.in* 2.*d.dec.*420.*n.*18.

Hinc lex appellat stylum, vsum Imperatoris, vt in *l.* 3. *in fin. ff. de suppellect. lega.* & notat *Alber. de Ros. in l. de quibus col.* 46. *ff. de legi. Inno. & Abb. in cap. bona el 2. de postul. prælat. glos.5. in l.circa, ff. de prob. Rot.in antiquis, tit.de consuet.* hinc notat in practica *Affl. d. dec.* 253. *nu.*5.
16 quod assensus regius, qui necessariò

in

in Regno eſt expetendus in alienatione, ſeu diſtractione, imò in qualibet contractatione de re feudali, vel tangente feudum, ex diſpoſitione *Conſtit. Regn.* incip. *Conſtitutionem Diuæ memoriæ, ſub tit. de reuocat. alien. feud. lib.* 3. quam alibi in 1. *diſceptat. forenſ. cap.* enucleauimus, expediri conſueuit de ſtylo Regalis Cãcellariæ per verbum (*Fiat*) & quod deindè expediantur literæ cum ſigillo magno Regis, qui ſtylus ſi non obſeruatur, facit quod non probatur aſſenſus per dictam ſignaturam regiam, niſi ad effectum, vt expediãtur literæ in forma Cancellariæ. Et obſeruat *Vrſill. in addit. ad Afſl. d. dec.* 135. *nu.* 2. adeò ſtylum vigentem in aliquo loco eſſe ſeruandum, per *tex. in d. l. labeo, & in l.* 1. vbi *Iaſ. num.* 3.
17 *C. de ſacroſ. Eccleſ.* vt citatio non facta ſecundum ſtylum ſit nulla, nam vim legis ſtylus obtinet, ſecundum *Caſſan. conſ.* 68. *num.* 57.

Ex quibus modò pacato ſedet animo quotidiana praxis, qua Aduocati Supremorum Tribunalium paſſim vtuntur, dicendi de nullitate
18 ſententiæ prolatæ contra ſtylum, nam cum habeatur ſtylus pro lege, videtur ſententia prolata contra expreſſam iuris determinationem, quæ praxis originem ducit, ex notab. doctr. *Cyni in l.* 2. *C. quan pronoc. non eſt neceſſ. in* 3. *q.* & tenet *Ray. de Sabanaco in ſua repet. l. more maiorum, ff. de iuriſd. omn. iud. Euerard. d. loc. A ſtylo Curiæ num.* 3. verſ. *Imò*, & verſ.
19 *Hinc etiam*, inquiens, Iudicem non debere admittere libellum contra ſtylum, vel conſuetudinem, ſicuti nec contra ius, ex *gloſ. notab. in l. de quibus*, vbi *Bal. & Ang. ff. de legib. & in l. diuturna, ff. eod. Guid. Pap. dec.* 292. *num.* 2. verſ. *Sed an ſententia, Bal. in l. fin. C. quæ ſit long. conſuet.* vbi expreſsè dicit talem obſeruantiã haberi pro
20 forma, & ab ea non eſſe recedendum, imò nec à Iudice remitti poſſe, dicit idem *Bald. in Auth. Iubemus in fin.* & ibi *Andr. Barbat. C. de iud. Bald. in tit. de milit. vaſſ. qui contum. eſt num.* 8. *Guid. Pap. dec.* 262. & 292. *Calcan. conſ.* 87. & 119. *num.* 2. & 3. *Soccin. conſ.* 39. *num.* 29. *vol.* 4. *Boer. conſ.* 8. *col. pen. & ſeq. & in tract. de authorit. magn. Conſil. num.* 170. *in fin. Neuizan. in Sylua nuptial.* verb. *Moniteria in* 2. *ampl.* verſ. *Et etiam obſeruat ſtylus*, *Oſaſc.* prædictorum memor *dec. Pedem.* 22. *num.* 6. *Farin.* plenè in *repertor. iudicial. q.* 82. *num.* 2. verſ. *Regula ſit*, vbi allegat *Oſaſc. d. dec.* 22. *nu.* 6. & 7. & *Menoch.* qui luculenter agit, *de præſumpt. lib.* 2. *præſ.* 8. *Brunor. à Sole conſ. crim.* 125. *Rolan. conſ.* 70. *num.* 12. & *ſeqq. vol.* 1. nonnulla per *Me in Annotat. ad Muſcatell. par.* 7. *lib:* 1. *gloſ. Condemnãdo col.* 2. verſ. *Ad num.* 23. *pag.* 277.

Tantique faciendus eſt ſtylus, vt pro lege ſeruari debeat, etiamſi in
21 cõtrarium eſſet iuris diſpoſitio per *tex. in d. l. fin. in fin. C. de iniur. §. fin. Inſtit. de ſatiſdat.* ſicuti tradit *Reg. Valenz. conſ.* 94. *num.* 90. & (ne Noſtrates negligamus) memoria recolo, eximium illum virum Aduocatum olim permaximum, tùm doctrina, cùm facundia, poſtmodum Regium Conſiliarium, ac tandem Sac. Conſ. noſtri Præſidem, quem
22 immaturè mors nobis abſtulit, *Andream Marcheſium* ſolitum fuiſſe aſſerere mordicùs ſtylo Curiarum innitendum eſſe, ea ſolidiſſima addu-
23 cta ratione, quia ſtylus præſumitur introductus à peritioribus, & poſtmodum reperi *Bald.* hanc attuliſſe rationem *in conſ.* 353. *num.* 3. *lib.* 1. quem ſequitur *Gratian. deciſ.* 273. *à num.* 18. & laudat *Reg. Valenz. d. conſ.* 94. *num.* 90. ſubdens, multò fortiùs prædicta vigere, quando ius aſſiſtit *Reg. Rou. dec.* 27. *num.* 5
24 Quin amplius: quando lex, vel ſtatutum habet interpræterationem ſeruari ſolitam, non debet aliquis Doctor in iudicando ab ea recedere, ſecundum *Socc. conſ.* 171. *col.* 2. *vol.* 2. ſe-

qui-

quitur *Aleiat.regu.2.præsum.*30.*nu.*2.
25 vbi hoc ampliat *num.*3. vsque adeò, quod nō debet Iudex ab opinione, per consuetudinem approbata recedere, licèt communis opinio sit in contrarium *tex.in cap.cum dilectus, de consuet. Dom. de Franch. dec.* 238.
26 *nu.* 2. & 3. & facit quod in articulo iuris dubio, si Sac. Cons. bis iudicauerit, factum est ius vniuersale in Regno, à quo etiamsi contraria opinio sit verior, recedere non licet, *Affl,dec.*96.*Gamm.dec.*33.*in fin.* & de styli obseruantia *Viu. decis.*297. *Cappell. Tholos. dec.*155. *Verall. dec.*88 *&* *&* 331. *par.*3.*Canalc. dec.*6. *&* 11.*par.* 1. *Bellon.Genuæ decis.* 206. *Raudens. dec. Pisan.*6. *Zuccar.dec. Lucens. crim.* 29. *num.* 20.benè *Reg.Rou.d.dec.* 27.
27 *num.*4.vers. *Fundamentum,*ubi tradit ex inueterata obseruantia Tribunalium inoluisse, ut maior annis 14. sed minor 18. potiatur priuilegio, *l. vnic. C. quan. Imperat. inter pupill. & viduas*, ex qua obseruantia stylum fuisse inductum,eumq;uim legis obtinere, sic practicandi inquit, adducens *Affl. d.dec.*253.*num.*4.*Cyn.in l.*2. *q.*4. *C. quæ sit long. consuet. Io. Fab.& Aretin. in d.* §. *ex non scripto*, *& Menoch. d.præs.* 8. *lib.*2.

Habes igitur ex prædictis quantū suffragetur practicantibus stylus, quæuè eius sit vis,& efficacia ad obtinendum in foris, quæ indicasse satis putamus pro quæsiti indagine, eisque subnectimus *And.*Knichen. *de vestit.pact. par.*3. *cap.* 2. *num.* 217. *& seq.* vbi pulchra adducit.

SVMMARIVM.

1 *PRæscriptionum materia,spatiosum habet campum in iure.*
2 Authores *tractantes materiam præscriptionum, referuntur.*
3 *Practici Tribunalium Regni,nihil certi tradiderunt, Vtrum detur præscriptio in Regno?*
4 Cæsar Vrsillus *affertur pro opinione, quod non datur præscriptio in Regno.*
5 Dom. Scipio Rouitus Regens *laudatur.*
6 Author *consueuit recurrere ad* Dom. Reg. Rouit. *maximè in ijs, quæ ad praxim conducunt.*
7 *Præscriptionis exceptio in Regno, an sit sublata,eò quod proceditur sola facti veritate inspecta.*
8 Dom. Anellus Amatus *Regiæ* Cameræ *Summariæ Præsidens, laudatur.*
9 *Doctores asserentes in Regno non dari præscriptionem eo quia proceditur sola facti veritate inspecta, dicuntur Empirici secundum* Præsidentem Amatum.
10 *Terminus passim in Regno fuit impertitus circa concernentia exceptionem præscriptionis.*
11 Author *diu hæsitauit in sua opinione proferenda nūm præscriptio detur in Regno?*
12 Author *inhæret sententiæ,quod in Regno procedat præscriptio.*
13 Cæsar Vrsillus, *an benè adducatur uti Antesignanus opinionis, quod in Regno non datur præscriptio.*
14 Author *fatetur nequidem per somniū* Vrsillum *adstruxisse non dari in* Regno *præscriptionem, quia proceditur sola facti veritate inspecta.*
15 *Causæ in Regno rarò per præscriptionem determinantur, quia vix inter-*

ne:

ueniunt omnia requiſita.

16 Cæſaris Vrſilli *verba appoſitè adducuntur ad finem ſecernendi,quod minimè inficias iuit, in Regno dari præſcriptionem.*

17 *Mala fides in præſcribendo nocet præſcribere volenti.*

18 *Poſſeſſor malæ fidei nullum acquirit dominium, nullam reiuendicationem.*

19 *Malæ fidei poſſeſſor, ſi à poſſeſſione ceciderit, nullum habet remedium ad rem recuperandam.*

20 *Præſcriptio à Regno facta non eſt exul, niſi in caſu,quo requiſita non concurrunt.*

21 *Præſcriptio deſtruitur prorſus, ſi mala adſit fides.*

22 Concilium Lateranenſe *quid ſtatuerit circa præſcriptionem.*

23 *Præſcribens, in nulla temporis parte rei alienæ conſcientiam habere debet, quia non poteſt præſcribere.*

24 Guido Papæ in dec. 483. *nequidem verbum de preſcriptione admittenda, vel nè, protulit.*

25 Author *allegauit deciſionem* Guid. Pap. 483. *& ſecundum illam obtinuit.*

26 *Preſcriptioni inductę in odium negligentis renunciari non poteſt tacitè, nec expreſsè, etiamſi deberet procedi ſecundum ęquitatem.*

27 Dom. Scipio Rouitus Regens, *non conſuluit in fonte Authores ab ipſo adductos.*

28 *Præſcriptio in Regno non procedit quādo adeſt mala fides ex parte preſcribentis.*

29 *Preſcriptiones malę fidei abhorrent ab omnibus iuribus.*

30 *Sciens ſe teneri ad centum ex cauſa mutui, depoſiti, vel venditi, peccat, ſi recuſat ſoluere.*

31 *Preſcribens cum bona fide, non tenetur ad reſtitutionem, etiamſi mala fides ſuperueniat.*

32 *Ius canonicum admittit preſcriptionē cum bona fide.*

33 *Portenti inſtar erit preſcriptiones cum bona fide in Regno non admittere.*

34 *Iudicum auaritia ob ſportulas, potiùs protrahi,quā extingui lites deſiderant.*

35 *Preſcriptiones cum bona fide,& omnibus neceſſabiis requiſitis, in omni ęquitatis iudicio ſunt ſeruandæ.*

36 *Aequitas ſummè ſeruatur in foro canonico.*

37 *Iuris apices non attendantur in foro canonico, & conſcientię, quia eſt forus boni,& ęqui,& dicitur Tribunal veritatis.*

38 *Preſcriptio cum bona fide, ſi non admittitur, æquitas elongatur.*

39 Author *approbat opinionem, etiam in Regno dari prescriptionem ex quotidiana Tribunalium praxi.*

40 *Exceptio preſcriptionis liquida ſi fuerit ſtatim ſuper ea Iudices interloquuntur, ſin autem altioris ſit indaginis, reſeruatur ad merita.*

41 *Preſcriptionis exceptio ſi non fuerit liquida, minimè proceſſum impedit ad vlteriora.*

42 Author *pleno calamo exarauit, quo in caſu exceptio peremptoria ſit, reſeruanda ad merita, vel ſuper ea ſtatim ſit interloquendum.*

43 *Exceptio reſeruanda eſt, quę protinùs nullius ſubſiſtentię exiſtit.*

44 *Nullus effectus producitur ex actu nullo.*

ARGVMENTVM.

Pręſcriptio an detur in Regno, in quo ex peculiari iuris municipalis diſpoſitione proceditur ſola facti veritate inſpecta? cuius quæſiti occaſione pugnantium Noſtratum placita afferuntur, & enucleantur; nempè *Dom. Reg. Rouit in conſ.*40. *num.* 14. verſ. Item

Item sumus lib. 2. qui eius opinamenti Antesignanum extollit *Cæsarem Vrsillum in Annotation. ad deciss. Afflict. dec.* 13. *num.* 9. vers. *Quid dicendum*, & *dec.* 329. *circa fin.* aientis in Regno præscriptionem minimè dari, & *Dom. Præsid. Regiæ Cameræ Amati in cons.* 96. *num.* 20. vers. *Nec præmissis*, qui affirmatiuam sententiam ibi apertè sustinet, & iterum *in cons.* 38. cuius placito inhęret *Author*, eique se subscribit, pluribus abundè adductis, in eius confirmationem, ac lato sanè calamo omnibus ex aduerso congestis, & trutinatis, occurrens, insinuat nequidem per somnium in ea opinione perstitisse *Vrsillum*, vt denegет in Regno pręscriptionē, eò quod sola facti veritate inspecta proceditur, sed tantùm eius mentis fuisse conuincitur, quod nunquam vidit causam in Supremis Regni Pretoriis ob pręscriptionem determinari, ea expensa ratione, quia raro, aut nunquam requisita necessaria, à iure prodita interueniunt; Nec obscurè demonstrat, Authores à *Dom. Reg. Rou.* adductos nempè *Guidonem Pap.* & *Natt.* minimè ad materiam esse applicandos, ac verus eorum, sensus, & genuinus traditur. Vndè *Author* recolens praxim Supremorum Regni Tribunalium prouidendi, quod exceptio præscriptionis si liquida fuerit, admittatur; sin autem illiquida, & altiorem exquirat indaginem, vt in promptu determinari nequeat, ad merita reseruetur, vti veriorem, & tutiorem comprobat opinionem, quod pręscriptio cum requisitis apposita, omninò procedat, iis autem deficientibus, nequaquam, idquè etiam in foro canonico, vbi ęquitas superabundat, inconcussè obseruari testatum facit.

OB-

OBSERVATIO XXXXV.

1 PRæſcriptionum materia adeò ſpatioſum habet campum, vt in Pandectis, Inſtitutionibus, & Codice peculiares habuerit titulos, quos luculentis commentarijs *Repetentes*, ibi gloſarunt, ſingulas eorum titulorum leges, ſingillatim, & accuratè explicantes; nec defuerunt percelebres præteriti, currentiſuè æui Authores, qui materiæ vtilitate allecti, peculiares ediderunt tractatus, omni herclè eruditione, & doctrina refertos, inter quos emicant exiguo meo Iudicio *Io.Franc. Balbus, & Pe-*
2 *trus Barboſa*, ad quorum perennes fontes ſi concurrant Aduocatij, alijque Curiarum inſectatores, caſuum determinationes ſitientes (præſtent mihi fidem) repellent ſitim, Nobis autem practicæ Tribunalium innitentibus quæſiti enucleationem diſpungere neceſſè ſit.

3 Et ſanè: adeò variè ſentierunt, nedùm Practici, noſtrorum Tribunalium, ſed Pragmaticorum Coriphæi, in facti themate præpoſito, nempè, An detur præſcriptio in Regno? vt nihil certi poſteritati tradiderint; imò dubiam quæſtionem reliquerunt, adeò quod in conſulendo, & iudicando, certus nemo exiſtat, facilèq; inter argumentationum anfractus, & ſcopulos quiſquis incideret.

4 Negatiuam ſiquidem opinionem videtur tenere inſignis *Additionator ad Afſl.* *Caſar Vrſill. deciſ.* 13. *num.*9. verſ. *Quid dicendum*, & iterum *in addit. ad dec.* 329. *circa fin.* quem ad hoc allegat, ipſumq; inſectatur ma-
5 ximus ille vir *Dom.Reg.Ron.* ſummæ apud omnes authoritatis, ad quem
6 *Ego* ſemper recurrere conſueui, in ijs ſignanter, quæ ad praxim conducunt, in *conſ.*40 *num.* 14. verſ. *Item ſumus lib.* 2. ſubdens eiuſmodi placitum in ſpecie approbaſſe *Guid. Pap. deciſ.* 483. cui inhæret *Petra de fideicom. q.*14.*num.*230. idq; comprobari etiam aſſerit *Dom. Ron. d. conſ.*40. *num.* 13. verſ. *Quartò, & vltimò*, eò quòd in Regno proceditur ſola fa-
7 cti veritate inſpecta, vndè infert, reiectam, & ſublatam eſſe in Regno exceptionem præſcriptionis, adducens *Rom. in rubr. ff. de recept. arbitr. num.* 4. verſ. *Poſſent tamen, & Natt. in clem. ſæpè*, §. *non ſic tamen nu.* 114. *cum ſeq. de verbor. ſign.* cui ſententiæ ſuffragari videntur *Ang. in l.* 1. *ff. de negot. geſt. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore num.*73. *ff. de vſuc. Corn. conſ.* 251. *num.* 4. *vol.*3. *Hippol. de Marſil. ſing.* 370. *Pariſ. conſ.* 101. *num.* 88. *Cran. conſ.* 201.*num.*37. *Rol. à Vall. conſ.*68. *num.*13. *vol.*5.

8 Affirmatiuam tamen ſententiam apertè ſuſtinet *Anellus Amatus*, Aduocatus peritiſſimus, regalis poſtmodum patrimonij Aduocatus, & deindè Regiæ Cameræ Prætorij Præſidens in *conſ.* 96. *num.* 20. verſ. *Nec præmiſſis*, inquiens empiricos
9 eos Doctores eſſe exiſtimandos, qui contrariam tutati ſunt opinionem, ſcil. in Regno non admitti exceptionem præſcriptionis, eò quod proceditur ſola facti veritate inſpecta, & *nu.*26.*d. conſ.*96. teſtem ſeſe de viſu exhibet, pluries fuiſſe per Magiſtratus Supremos impertitum terminum in cauſis, in quibus de præ-
10 ſcriptione fuit oppoſitum, circa concernentia exceptionem præſcriptionis, allegans ſemetipſum *in conſ.* 38. vbi peculiares determinationum caſus enarrat.

Ecce (mi Lector) duo Commilitones de noſtra legali ſcientia op-
11 timè meriti, Aduocati ambo docti,

pariter, ac primi ordinis, Tribunalium praxis experientissimi, inter se è diametro dissidentes, quorum authoritas diù me cogitare fecit, num *Ego* meum interponere deberem iudicium absque temeritatis noxa? At mecum recogitans, mei id esse muneris, dùm posteritati laborum meorum monumenta trado, vt pro veritate enitar, meam (qualiscumque ea fuerit) sententiam in medium proferre non sum veritus, quam submissam volo iudicio, & censuræ peritiorum, sincera tamen mente mecum peragant.

12 Amplectendam igitur duxi eam opinionē, quæ præscriptioni fauet, non quæ aduersatur, vtq; ferro viam mihi aperiam, ad eam comprobandam, per contraria procedam, iuxtà *Baldi* monitum in *l. petens num.* 3. *C. de pact.* ac Lectorem tantisper mecum sistat, rogo, exoroq;

13 Antesignanus negatiuæ sententiç (vti præmisimus) affertur à *D. Reg.*
14 *Rou.* alijsq; nonnullis eum sectantibus, *Cæsar Vrsill. loc. cit.* Ast *Ego* nequidē per somniū talē excogitasse sentētiam *Vrsillum* ad oculum insinuo. Is etenim (quatenus adducitur in *addit. ad Afft. d. dec.* 13. *num* 9. vers. *Quid dicendum*) hęc protulit verba, *Dico, prout notaui infra in decis.* 329. *& ità*
15 *etiam hic tangitur, rarò hodie causam determinari (prout mihi in facto fuit) per præscriptionem, ex quo quasi nunquam requisita interueniunt*; In *addit.* verò *decis.* 329. *circa fin.* audiamus amabo *Vrsill.* per ipsissima eius ver-
16 ba loquentem, *Igitur* (inquit) *præscriptio tollitur, quæ non potest esse cum mala fide, & propterea pars non potest se in ea fundare, Ego, vt dixi in d. dec.* 13. *in* 1. *præsum. nunquam ab annis* 20. *& nunc* 26. *quibus exercui officium aduocationis, potui in causis videre, vel obtinere, quod feratur sententia ex capite præscriptionis, & si præscriptio ipsa recipiatur per reg. pragmat. Iuris vtriusque censuar.* Hęc *Vrsill.*

Ex quibus verbis consultim descriptis, cui non sit obuium, ideò præscriptionem nō fuisse admissam in causis per *Vrsill.* enunciatis, velquia requisita ad pręscribendum non interuenerunt, vel quia mala
17 fides in pręscribendo adfuit, quæ pręscribendi ius aufert, ex *tex. in cap. fin. de pręscr.* vbi plenè *Cardin. Paris. num.* 37. nullum etenim malę fidei possessor acquirit dominium,
18 neque rei vendicationem, adeò q; si fortè à possessione ceciderit, nul-
19 lum habet remedium ad rem recuperandam, sicuti disertè tradit *Petr. Barbos. in commentar. ad l. si quis emptionis* 8. *num.* 51. *& seqq. C. de pręscr.* 30. *vel* 40. *annor.*

20 Non est igitur quomodo adstrui queat *Vrsill.* ex dictis per ipsum in locis iam allegatis, voluisse, exulem è Regno factam pręscriptionem, nisi deficientibus requisitis à iure traditis ad finem præscribendi, vel in casu, quo in pręscribendo mala intercesserit fides, ex qua prorsùs
21 destruitur præscriptio, sicuti innuit *tex. in d. cap. possessor, & in cap. fin. de pręscr.* deducto ex *Concil. magno Lateran.* vbi sic habetur, *Quoniam omne*
22 *quod non est ex fide, peccatum est, synodali iudicio diffiniuimus, vt nulla valeat absq; bona fide pręscriptio tàm canonica, quàm ciuilis, cùm generaliter sit omni constitutioni, atq; consuetudini derogatum, quę absq; peccato mortali non potest obseruari*; vndè oportet, vt
23 qui pręscribit, in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ, ex quo *tex.* post *Medin. de reb. restituen. q.* 27. *Couarr. ad d. reg. possessor* 2. *par.* §. 7. *à num.* 3. *glos. Panor. Felin.* & plures *Bart. in l. naturaliter, ff. de vsucap. Less. tom.* 1. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 6. *dubit.* 3. *num.* 11. tenet *Pater Fagundez in tract. de iustit. & contract. tit. de acquisit. domin. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 11. procedere, etiamsi quis dubitet sua nè, vel aliena res sit, oportet namq; in nulla temporis parte necessarij

ad

ad præscriptionem, conscientiam habere rei alienæ.

Transgrediamur nunc ad alios Authores à *Dom. Rou.* adductos, & perquiramus nùm suam probent opinionem; Et quidem allegat ipse *Guid. Pap. in dec.* 483. qui tantùm
24 abest, vt illi suffragetur (ni Codex meus mendosus, aut mutilatus est) vt potius appareat ne verbum quidem in materia protulisse, ibi etenim agitur de actionibus competẽtibus pro exequutione legatorum, quodque Senatus Grationopolitanus, in quo proceditur sola facti veritate inspecta, omissis illis tribus actionibus pro legato competentibus, concedit literas in possessionem
25 missionis rei legatę, quam decisionem pro singulari *Ego* adduxi,& obtinui in causa *D. Caroli Caraccioli è Sancto Eremo*, de quo extant allegationes meæ *in 1.discept.forensf.cap.*10 *num* 4. & iterùm in causa *Scipionis Fazali*, de quo pariter extant meæ responsa *in 2.discept.forens.cap.*8. *nu.* 10.*& cap.* 48. *n.*2. depræscriptione autem admittenda,vel non(vti prædiximus) nihil apud *Guid. Pap. d. dec.* 483.

Quatenus autem adducit idemet *Dom. Rou. Petram in d. tract. de fideicom. q.* 14. *num.* 230. aduertendum ducimus sub fide *Guidon. Pap.* fuisse loquutum, vndè deficiente exemplari, & exemplatum corruere, indubium est.

Rom. verò, & *Natt.* quos pariter ad id expendit *Dom.Rou.*non faciunt ad rumbum, nam aliam, atq; aliam excitarunt materiam, nempè, quod
26 præscriptioni inductę in odium negligentis, renunciari non potest, tacitè, nec expresse etiamsi deberet procedi secundum æquitatem.

27 Vt hinc deducamus *Dom.Reg. Rouitum* tunc Aduocatum eximium, frequentissimo Clientum calculo detentum, non potuisse vacare in consulendis Authoribus allegatis in fonte, vel si eiusmodi omissionem tanto viro, culpę adscribere nolimus, (meus etenim ad hoc non ducitur animus de Pręceptore, cuius dicta venerari solitus sum) dicendũ est, *Bonum quandoque dormitasse Homerum*; Et rectiùs intuens li-
28 bentius in eum trahor sensum, quod exarata per *Dom. Rou.* sint accipienda, vt non procedat præscriptio in Regno, quando adest mala fides ex parte pręscribentis, præscriptiones etenim malę fidei ipso iure
29 non valent, quia sunt contra ius commune, & contradicunt vni ex requisitis ad præscribendum, quod consistit in bona fide, & nutriunt peccatum, vt *in cap. vigilanti, & cap. fin. de præscr. & in regu. Possessor de reg. iur. in* 6. Peccat etenim quis
30 sciens se teneri ad centum ex causa depositi, mutui, vel venditi, si recusat soluere, secundum *Bart. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. Vasq. controu.Illust. cap.*33. *num.* 8. secus verò in his, quę cum bona fide sunt introductæ, nam si ius canonicum arridet ijs, qui cum bona fide præscri-
31 pserunt, adeò quod nec tenentur rem restituere, etiamsi mala fides superueniat, sicuti probat *Tiraq. de præscr.* §.1.*glos.*2.*in fin. & in tract. cessante causa limit.* 12. *num.* 16. *Couarr. in d.regu.Possessor* §. 2. *num.*1. *Facbin. lib.*1.*controuers.iur.cap.*64. *Ceuall.com-*
32 *mu.contr.comm. q.*657. & in foro canonico ęquitas attenditur ad *tex. in cap.dilecti de iud.& cap.*1. *de pact.* imò
33 pręscriptiones cum bona fide admittit, *tot. tit. de præscr.* Vndè igitur portentum hoc? vt sola facti veritas, quam amplectitur Sacrum nostrum Regium Consilium, locum prębeat, vt dicatur exhorrere præscriptiones, quæ cum bona fide, alijsq; necessarijs de iure requisitis vallatas, processerunt?

Quibus adstipulatur egregiè *Addent.ad Nicol. Intrigl.* doctũ Siculum *sing.*61.*lib.*6. vers. *Sed Ego*, inquietes

contrarium si fuerit in Mag. Regia
Curia illius Regni introductum, eo
sub velamine æquitatis seruandæ,
verendum esse, ne aliquorum Iudi-
34 cum auaritiam, qui sportularum
commodo, excitari potius, quàm
extingui lites exoptant, introduxis-
set; non etenim sibi persuadere po-
test, quàm ob rationẽ, præscriptio-
35 nes cum bona fide, iustissimis de
causis, & pro bono publico à legibus
introductæ in Regno attendi non
debeant, eæ etenim in omni æqui-
tatis iudicio attendendas esse, verio-
rem, ac communiorem esse senten-
tiam tradit, quam præ cæteris pro-
batum habuit *Bart. in Extrauag. ad
reprimendum*, vers. *Videbitur num.13.
Bal. in l.1.C.de præscrip.30.vel 40.an-
nor. Ang. in l.sequitur, §. si viam nu.
2.ff. de vsucap. Rom. in rubr. ff. de ar-
bitr. Aretin. in §.bonæ fidei nu. 32. In-
stit. de actio. Felin. in rubr. de præscrip,
num.2.* ibiq; *Alciat. num.10.* & *Bero.
num. itidem 10. Ias. cons.72. in fin. lib.2.
Dec. in cap. ex parte 13. num.15. de of-
fic. delega.* & *in cap.1. num.198. de pro-
bat. Bolognin. in addit. ad Ioan. de Anan.
cons. 34. num.14. Balb. de præscr. par.1.
q.5. num. 9. Cott. in memoria lib. iur.*
verb. *Præscriptionis exceptio, Natt. cõs.
315. num. 18. Couarr. in d. regu. Posses-
sor par.3. §.2. num.4 de regu. iur. in 6.*
vbi de communi *Pinell.* qui etiam
de communi fidem præstat in *Auth.
Nisi tricennale num. 41. C. de bon. ma-
ter. Menoch. lib. 1. de arbitrar. iud. q.
49. Osasc. dec.1. num. 34. Surd. dec.3.
num.19. Carroc.* latissimè *dec.131. per
tot.* eamq; expendunt rationem *Ad-
36 dentes* prædicti *ad Intrigl.* quia in
foro conscientiæ summa æquitas
obseruatur *cap. nouit de iud.* & in eo
37 iuris apices non attenduntur, quia
est forus boni, & æqui, & Tribunal
veritatis, vt inquit *Bal. in l. vnic. num.
6. C. de confess.* & tamen qui cum bo-
na fide præscripsit, in eo foro tutus
est, nec tenetur rem restituere, sicu-
ti *Nos* modo indicauimus, *et in fin.* in-
38 quiunt *Addent.* prædicti, *Quare si in
foro canonico, & conscientiæ, quibus nul-
lum aliud est æquius, ac iustius, locum
habet præscriptio cum bona fide, ignoro
protinùs quomodo dici possit, quod æqui-
tas seruatur in eo iudicio, in quo iustissi-
ma exceptionis præscriptio non admitti-
tur?*

39 Cui sanè sententiæ proclinior sum
ex ijs, quæ pluribus ab hinc annis
Clientibus patrocinium præstando
obseruaui in Supremis Tribunali-
bus, in quibus opposita exceptione
præscriptionis, siue in vim dilato-
riæ, siue in vim peremptoriæ, quo
modò opponi possunt, ex doctrina
*Bart. in repet. l.2. ff. de iureiur. & in l.
emptor, ff. de præscript. long. tempor.* vbi
Ang. aliique plures adducti per *Affl.
dec.52. num.1. & decis.63.* si apparet
40 exceptionem prædictam esse liqui-
dam, statim super ea Iudices inter-
loquuntur, sin autem altioris sit in-
daginis, eò quod causę cognitionem
requirat, reseruant ad merita, ex no-
tatis per *Bart. in l. ille, à quo §. fin. ff. ad
Trebell. & l. nam, & posteà, ff. de iure-
iur. Capic. dec.10. nu.8. Reg. Ron. cons.
1. num.22. circa fin. lib.1. & cons.40. lib.
2. Magon. dec. Floren.3.* nam exceptio
præscriptionis debet esse liquida, ad
hoc vt impediat processum, secũdũ
Bald. in l. per hanc, C. de tempor. appell.
itaque determinatum per Sac. Cõs.
fidem facit *Affl. d. dec.52. num.2.* vers.
Fuit conclusum, & in fin. vbi ità aliàs
iudicatum fuisse per idem Sac. Cõs.
tradit, & secundum prædictam de-
42 terminationem innumeros penè
Ego conglomeraui Authores *in 1. di-
sceptat. forens. cap.30. ex num.85.* vbi
pariter onus assumpsi determinatio
nes omnium Europæ Tribunalium
consarcinare, præter ea, quæ addu-
xit *Dom. Muscatell. in prax. Sac. Cons.
par.5. glos. Reseruatis, num.13.* ibique
mea *Annotatio*, & ne repetam, adeat
Lector loca indicata, nam veritati,
& curiositati fecisse satis arbitror.

Dùm igitur exceptio præscrip-
tio-

tionis, si liquida est, statim discutitur, sin autem illiquida reseruatur ad merita, quorsùm attẽtari potest, vt ea sit tenenda opinio, qua excluditur prorsùs exceptiò præscriptionis in Regno? Certè suaderi non potest; Ad quid etenim immorari
43 super discussione, vel reseruationẽ expectare illius exceptionis, quæ protinùs nullius subsistentiæ sit? Cùm clarum sit, ac tritum, ex actu nullo, nullum produci effectum, *l. non putauit*, § *non quæuis*, *ff. de contra tab. l.* 4. §. *condemnatum*, *ff. de re iud.* vbi *Repetent.* omnes, præsertim *Alex.* quamplura congessit.

SVMMARIVM.

1 *Gallus quidam fuit accersitus ad coalendam plebis seditionem.*
2 Author *recusauit responsa de iure præstare tempore commotionis plebis Neapolitanæ.*
3 Author *persecutionem passus fuit ad mortem vsq; tempore commotionum plebicularium Regni Neapolitani.*
4 *Acta facta tempore Tyranni sunt nulla.*
5 *Sententiæ promulgatę tempore inuasionis Regni sunt nullę.*
6 Decisio Sac. Cons. *apud* Affl. decis. 62. *adducitur ad probandum, quando sententia lata tempore guerrę est nulla.*
7 *Sententiæ latę per Barones, & eius Officiales, tempore inuasionis Regni, sub nomine Baronum, non autem inuasoris, an teneant?*
8 *Tyrannus dicitur ille, qui sine authoritate Summi Pontificis, occupat Regnum.*
9 *Occupans illud, quod est proprium Principis, dicitur Tyrannus.*
10 *Sententiæ prolatę, & acta facta tempore Tyrannidis non valent, quia Officiales carent iurisdictione.*
11 *Acta facta, & sententiæ prolatę ab Officialibus Baronum, tempore inuasionis Regni, si postmodum cessante inuasione se reduxerunt ad fidelitatem, vtrum teneant?*
12 *Acta facta à Populo solita creare certos Officiales tempore Tyranni, ad iustitiam ministrandam, an valeant.*
13 *Acta facta per Officiales Baronum tempore Tyranni, an valeant ex eo, quod habent iurisdictionem saltim ratione territorij?*
14 *Sententię prolata tempore inuasionis Regni ab Officialibus Baronum non sub nomine Tyrãni, sed ipsorum Baronum, qua de ratione valeant, & sustineantur.*
15 *Vassallorum animus declaratur statim cessante inuasione, ob reductionem ad fidelitatem.*
16 *Acta facta à Tyrannis, debent reuocari, non autem facta ab Officialibus Tyranno subditis, qui necessitate coacti processerunt.*
17 *Tyrannus non habetur pro Superiore Baronum.*
18 Sacrum Consilium Neapolitanum, *noluit iudicare vtrum acta facta, & sententię prolatę tempore inuasionis Regni per Carolum VIII. debuissent declarari nullę, nec nè, sed consuluit Regiam Maiestatem.*
19 Io. Angelus Pisanellus *laudatur.*
20 *Decretum Sac. Consil. recensetur, per quod fuerunt annullata omnia acta, & declaratę sententiæ nullæ, quæ fuerunt prolatæ tempore Caroli VIII. Regis Franciæ, publici Regni inuasoris.*
21 *Omnia quæ facta sunt tempore Tyrannidis, superueniente iusto Domino, debent rescindi.*
22 *Tyrannus dicitur, qui communi Reipublica, non iure principatur.*
23 *Tyrannus caret titulo, quia non est ele-*

electus de iure.
24 *Tyranni dicuntur improbi, & pessimi Reges.*
25 *Tyrannus dicitur à Tyro, quod denotat angustiam.*
26 *Tyrannus dicitur, qui iniustè Rempublicam, seu Imperium, vel Regnum aliquod retinere nititur.*
27 *Sententiæ prolatæ, & acta facta tempore Officialium deputatorum existente commotione plebiculari, sunt nullius roboris, & existentiæ, ex defectu iurisdictionis.*
28 *Tyranni tempore gesta, sunt nulla ipso iure.*
29 *Officialis nullus dicitur liberè iudicare quando est ibi Tyrannus.*
30 *Tyranni tempore quicquid fit ab Officialibus, videtur factum ab ipso Tyranno, ideoq; non valet, imò pro nullo, casso, & irrito habetur.*
31 *Tyranni tempore, quæ fiunt, dicuntur facta tempore schismatis, ideoq; nihil validè agi potest; & actum non valet.*
32 *Acta omnia facta tempore commotionum plebicularium, & sententiæ prolata fuerunt ab Excellentissimo Regni Prorege, seu Collaterale Consilio declaratæ nullæ.*

ARGVMENTVM.

Acta facta tempore inuasionis Regni, Reipublicæ, vel Imperii, decreta interposita, & sententiæ prolatæ, an aliquã habeant subsistentiam, inuasione cessante? vel potius pro nullis, cassis, & irritis habeantur? Et affirmatiuam sustinẽs *Author* sententiam, disertè tradit, vndè ortum habuerit Ethymologia Tyrãni, quisq; propriè Tyrannus dicatur, quæq; mala ingerat, quosque tetros pariat effectus Tyrannides, & quantum omni iure detestabilis fuerit? Hinc quid fuerit determinatum per Sacrum Consilium tempore inuasionis Regni Caroli VIII. Francorum Regis circa annullationem actorum, processuum, & sententiarum, tunc factorum, & interpositarum, cessante postmodum inuasione, per extensum insinuatur, quidquè durantibus plebiculariis commotionibus de anno 1647. fuerit peractum, iisq; cessantibus, quæ emanauit determinatio à Supremo Collaterale Consilio, pariter insinuatur; Et pluriũ Authorum repetitiis placitis nonnulla de Tyrannis congeruntur; ac de gestis per Officiales Baronum deputatorum ad iustitiam, tempore Tyrannidis, quæ sit habenda ratio de iure; demonstratur, Et qualiter vassallorum fidelitas, inuasione recedente dignoscatur, non inconcinnè expenditur.

OB-

OBSERVATIO XXXXVI.

EVenit mihi conſulen-
dum ſuper eiuſmodi
quæſito anno præte-
rito *1648.* in quo cõ-
mota plebe Vrbis
Neapolitanæ, ac ad
eius exemplum ple-
1 biculariorum aliquali parte Regni,
accerſitus fuit quidam Gallus, ad
plebis ſeditionem confouendam,
ſuſtinendamq;, per quem reſpectu
illius partis Vrbis, in qua Gallus ip-
ſe præerat, & Tyrannum agebat,
Officiales creauit; Adierunt me nõ-
nulli ſatagentes de eorum iuribus
experiri coram Officialibus prædi-
ctis, ac iudicia inchoare, ſaltim vt ſi
ſententiæ exindè non ſequerentur,
2 proceſſus inſtructi reperirētur quo-
cumq; tempore. Excuſaui Me, à con-
ſilio reddendo, eò quod Aduoca-
tionis muneri amplius vacare, non
intelligebam, ſed re vera nolui re-
ſponſum dare, quia veritas odium
parit, vndè ſi eam proferebam ſen-
tentiam, omnia acta, & proceſſus,
imò ſententias eſſe nullas, vti factas
tempore Tyranni, à non habentibus
authoritatem legitimam iuſdicendi,
in manus eorum incidebam, qui
3 aliàs dùm me vti læſæ plebis crimi-
ne notatum perſecuti fuerunt ad
mortem vſque, quibuſq; res è voto
(Dei permiſſu) non accidit, occaſio-
nem arripere poterant, ad alia mala
contra me patrandum. Conſulere;
quod iurgia initiarent coram præ-
dictis Officialibus, conſcientia me
obiurgabat, eò quod ad expēſarum
erogandarum refectionem teneri
4 videbar, vti de malo conſilio, dùm
firmè ſciebam omnia nullitatis labe
ſcatere. Nunc verò Dei munificen-
tia quietè iam reddita die 6. Aprilis
1648. ſedatiſq; commotionibus, ac
reſtituta Sereniſſimo Regi noſtro
Catholicæ fidei defenſore, debita fi-
delitate, cordi eſt articulum per iu-
ris tramites deguſtare, vt anſam
præbeam legentibus ſubtilius per-
ſcrutari.
5 Quod non valeant acta facta, pro-
ceſſus inſtructi, & ſententiæ prola-
tæ tempore inuaſionis Regni, faciũt
deciſiones *Aff. 62. ſub num. 2.* ibi, *Sed*
6 *quia ſententia Magnæ Curiæ fuit lata*
tempore guerræ, ſcil. Regis Franciæ (qui
fuit Carolus VIII.) *fuit iudicatum eſ-*
ſe nullam, & iterum pronunciatum per
Conſilium. Nihil prorſus allegans ad
eiuſmodi theſim comprobandam.
& deciſio 70. num. 1. ibi, *Dicitur, quod*
proceſſus eſt nullus, & omnia acta: quia
facta tempore inuaſionis Regni, per no-
tata in l. decernimus, C. de Epiſc & Cler.
& Bart. in tract. de tyrannide, & num.
3. ibi, *Et ideò debet refici, ſicut aliæ ex-*
penſæ factæ in illo proceſſu nullo, ea ra-
tione, quia factus tempore Tyranni: De-
ciſio tamen *Aff. 77.* in qua mouet
9 aliud dubium, Vtrum acta ſenten-
tiæ latæ per Barones, vel eorum Of-
ficiales, tempore quo Rex Franco-
rum tenuit hoc Regnum, in quibus
actibus non nominatur Rex Franco-
rum, ſed ſolum ipſi Barones, & eius
Officiales, qui habebant iuriſdictio-
nem à Dom. Rege Ferdinando, licèt
per timorem, erant ſub vexillis Re-
gis Francorum, qui per potentiam,
& ſine actibus legitimis accepit Re-
gnum, & arguens *Aff.* ad partes *nu.*
2. dicit quod vnuſquiſq; prima fa-
cie diceret, quod ſint inualida, quia
facta tempore prædicto per *tex. in*
l. decernimus, C. de ſacroſ. Eccleſ. Nam
8 Tyrannus dicitur ille, qui de facto
occupat Regnum, ſine authoritate
Summi Pontificis, vt dicit ibi *tex. &*
Bal. vndè ille qui occupat, quod eſt
9 proprium Principis, dicitur Tyran-
nus, & ideò acta facta, & ſententiæ
latæ

latæ tempore Tyrannidis non de-
bent valere, tanquam facta à caren-
10 te iurisdictione, nonnullas cotas ad-
ducens.

At *num. 3.* vers. *Sed in contrarium,*
tradit per omnes Dominos de Con-
silio fuisse de iure visum, scil. quod &
11 illa acta, & processus, & sententiæ
latæ per Officiales Baronum, qui re-
cedente impressione, statim reduxe-
runt se ad fidelitatem regiam, factæ,
& prolatæ inter personas priuatas
sub nomine Officialium Baronis va-
lent, & tenent, ex doctrina *Bart. in*
d. tract. de Tyrannid. in 7.q. principal.
vbi dicit, quod si Populus est sub
12 potestate Tyranni, & tamen popu-
lus solet creare certos Officiales ad
decisiones quarundam causarum, &
Tyrannus patitur istas causas venti-
lari per Officiales populi sub regula
iustitiæ, tunc illa acta valent, quia
voluntariè, & non coactè facta sunt.
vndè *num.4.* infert *Affl.* idem dicen-
13 dum esse in Baronibus, qui regula-
riter habent iurisdictionem, saltem
ratione territorij, ex dictis per *Iser.*
in cap.1. quid sit inuestit. vt si tempo-
14 re Tyranni ferant sententias, non
nomine Tyranni, sed tanquam Ba-
rones, valent: ea ratione, quia latæ
sunt sub regula iustitiæ, & non per
impressionem, vndè non inspicitur
animus Tyranni, sed ipsius Baronis,
prout in simili notat *Bart. in l.1.ff. de*
itiner. actuq; priuat. qui animus de-
15 claratur statim facta reductione fi-
delitatis cessante Tyranno. Compre-
henditur namq; ex eo, quod animus
suus fuit exercere actum licito mo-
do, hoc est, vt Baro, authoritate ve-
ri Domini, & non Tyranni, ex nota-
tis per *Abb. in cap. nisi essent viri pro-*
uidi de praben. adducens singularem
doctrinam *Andr. de Iser. in Constitut.*
Regn. Priuilegia la 3. quod facta à Ty-
16 rannis debent reuocari, non autem
facta à Iudicibus Tyranno subditis,
qui non peccauerunt, quia necessi-
tas non habet legem, subdens dicen-
dum esse aperto ore, quod si isti Ba-
rones protulerunt sententias sub
eorum nomine, non per hoc viden-
tur protulisse nomine Tyranni, ex
17 quo ille Tyrãnus non habetur pro
Superiore eorum, vt tradit *Bart. in*
tract. Repræsaliarum in 5.q. 2.q. princ.
dùm allegat *d. l. decernimus*, vndè
concludit, quod sit lata sententia
per Baronem authoritate sui Supe-
rioris, & non illius, qui non erat ve-
rè eius Superior.

18 Subdit tamen *Afflict. ibid. num.6.*
vers. *Tamen fuit dictum:* quod non
spectabat ad Dominos de Consilio
iudicare, vndè non iudicauit, ideò
consulerunt Sac. Regiam Maiest. in
qua consultatione dixerunt, quod
de iure isti processus facti per Baro-
nes, valent, & tenent, nec alibi de-
terminationem Regis super consul-
tatione prædicta emanatam tradit.

19 Reperio tamen Ego, quod *Io. An-*
gelus Pisanellus Aduocatus sua tem-
pestate maximus, sicuti de eo fidem
præstat in *Addit. ad d. dec. Affl.* incip.
Processus factus, adducens *Ias. cons.*
72. num.1. vol.1. Ruin. cons.48. vol.4.
& Alex. cons.1. vol.6. monet vidẽdas
esse determinationes factas per Sac.
Cons. tempore Tyrannidis, & tem-
pore Regis Caroli VIII. & punctua-
20 tim describit decisionem editam
die 1. Septembris 1496. eiusmo-
di. *In causa appellationis Magistri An-*
tonij de Acuno de Capua appellantis cũ
Isabella Colella Caserta super petita re-
uocatione, & annullatione decretorum
exequutorum tempore Regis Franciæ su-
per infractatione cuiusdam domus, &
alijs, vt in actis continentur, Recognitis
actis, & decretis, communi voto decre-
tum est per Sac. Cons. quod processus, de-
creta, & exequutio indè sequuta tempo-
re Regis Franciæ, publici huius Regni
inuasoris, reuocentur, & annullentur,
prout per præsens decretum reuocantur,
& annullantur, & dictus Magister An-
tonius reponatur in possessionem domus,
prout erat ante confectionem processus,
& in-

& interpositionem dictorum decreto ũ, saluo iure ex integro agendi dictæ Isabellæ, si quod habet super dictis bonis; referente Domino Io. Baptista Brancatio Regio Consiliario, votantibus Dominis Antonio de Alexandro Viceprothonotario, Antonio de Ianuario, Camillo de Scortiatis, Mattheo de Afflictis, Antonio de Capellis, Francisco de Macio de Vrbe, & Marcello Gazella; non votauit Dom. Mariconda, quia non venit illo mane.

Fuit igitur reuocatum decretum, & exequutio facta tempore inuasionis Regni à Tyranno; quæ sanè determinatio sustinetur, ex *tex. in l. decernimus* 15. *C. de sacros. Eccles.* vbi *Pau. de Castr.* in summario ipsius le-
21 gis, inquit, *Omnia, quæ facta sunt tempore Tyrannidis, superueniẽte iusto Domino, debent rescindi*, & est *tex.* consimilis *in l. omni innouatione 6. C. eod.* quos adducit *Bart. in tract. de Tyrannid. in 2. q. num. 3.* vbi ex *Diuo Gre-*
22 *gor. Moral. lib.* 11. ità diffinit Tyrannum, vt *Is sit, qui communi Reipublicæ non iure principatur*, quod continge-
23 re tradit *Bart.* ibi, quia caret titulo, & non est electus de iure, *cap. venerabilem de elect. Socc. consil. 22. num. 2.* inquiens antiquitus fortes Reges fuisse vocatos Tyrannos, sed postea ac-
24 cidit Tyrannos vocari pessimos, & improbos Reges luxuriosè dominationis cupiditatem, & crudelissimã dominationem in populos exercẽ-
25 tes *à Tyro*, quod est angustia, quia angustiant, & cruciant, nam *Tyrus* interpretatur angustia, vel tribulatio, quæ conueniunt his, quos propriè nos Tyrannos appellamus, subdens, quod is qui iniustè Rempu-
26 blicam, scil. Romanorum, seu Imperium, vel Regnum aliquod retinere nititur, Tyrannus meritò appellatur.

Vndè cum *Bartolo in d. tract. num. 16. in 7. q.* concludendum est, quod omnia gesta tempore illius Galli, siue per ipsum, siue per eius assertos Officiales fuisse nulla ex defectu iu-
27 risdictionis, ac pro nullis habendas esse sententias, & decreta prolatas, ac interposita, sic etenim clarè innuit *tex. in d. l. decernimus*, ibi, *Antiquatis, ac infirmatis funditus*, vbi *glos.* docet esse nulla ipso iure, & *in d. l.*
28 *eorum innouatione*, vbi *glos.* inquit, *Quia fortè erat facta ab aliquo Tyranno nouatio, quod canones desierunt esse in vsu*, & notanter *Bart.* ait *d. nu.* 16. ideò dicere *textum Infirmatis funditus*, quasi dicat, fundamenta eorum sunt nulla, & sic nullo tempore valuerunt, subdens, *Idem de his, quæ fiunt ab Officialibus positis per ipsos eadem ratione, & sic est expressum extr. de schismat. cap. 1. & in cap. ordinationes,*
29 *Nullus enim Officialis in Ciuitate dicitur liberè iudicare, quando est ibi Ty-*
30 *rannus, & quicquid fit, videtur factum ab ipso Tyranno*, vndè ratio suadet, vt quicquid Tyranni tempore factum est, siue ab ipso, siue ab Officialibus, durante tyrannide, nullum, irritum, & cassum sit, ac pro nihilo habeatur, & concludit *Bart. nu. 17. loc. cit.* quod
31 facta tempore Tyranni, dicuntur facta tempore schismatis, quo nihil potest agi, & actum non ualet.

Cui sententiæ inclinauit, eamque approbauit Excellentiss. Regni Prorex, de uoto Supremis Collat. Consil. nam sedatis commotionibus, dũ plura fuissent interposita decreta, prolataq; sententiæ tempore commotionum plebicularium, inualescente Tyrannide, quæ tot, tantisq; plagis, angustijs, ac tribulationibus, maiorem Vrbis Neapolis, ac aliqualem Regni partem angustiatam tenuit (paucis licèt diebus, quos abbreuiauit Deus) à quibus quamplurimi conquærebatur, eò quod iniustitiam maximam continebanr, fuit per Rotam Magn. Cur. iunctis Classibus consultum Excellentiss. Regni Proregi, quatenus normam traderet circa executionem præfatarum sententiarum, & decretorum, vel suspẽ-

32 sionem; & responsum fuit, quod de eis nulla habeatur ratio, ac si non fuissent in mundo, quodq; iterum fieret discussio, cuius consultationis, & rescripti tenor passim omnibus innotescit forum sectantibus.

SVMMARIVM.

1 Feriæ à quibus fuerint indictæ, & de earum origine, fastorumque dierum.
2 Feriæ, earum attenta Etbymologia, vndè fuerint dictæ.
3 Feriæ ab Antiquis, vocabantur festa.
4 Fasti dies ab Antiquis dicebantur dies litigabiles, & dies sessionum, quibus Iudices ius dicunt, & pro Tribunali sedent.
5 Fastos dies Antiquitas Dijs dicabat, Profastos hominibus ad rem priuatam, & publicam administrãdã concessi erãt.
6 Victimæ mactabantur in diebus festis, sacrificia offerebantur, rebusq; diuinis opera dabatur, aliaq; exercebantur munia.
7 Immunitas operum, & laborum die festo seruis dabatur, ad differentiam dierum Profestorum.
8 Feriæ antiquitùs præconia voce denunciabantur.
9 Ferias pollui dicebant Antiqui, si quis diebus festis tale aliquid egisset.
10 Feriæ dicuntur ex eo, quod forensibus tantùm negotijs dant vacationem.
11 Ecclesia vocat dies feriatos, eos dies, qui non sunt sollemnes.
12 Feriarum nomen à feriendis epulis dictum.
13 Societas Iesu laudatur.
14 P. Vincentius Carrafa Reuerendiss. Generalis Societatis Iesu laudatur.
15 Author patrocinium gratis præstans in causis Ill. Marchionis Baselicis iussu Rererendiss. P. Vincentij Carrafa Generalis Præpositi Societatis Iesu, quid obtinuerit.
16 Author pollicetur tertium Disceptationum forensium volumen, hoc expleto opere, typis prodere.
17 Feriæ sollemnes, dicuntur introductæ in honorem Dei.
18 Feriæ Indictæ, dicuntur, quæ colligendorum fructuum causa indicuntur, messium, & vindemiarum tempore.
19 Feriæ Indictæ, quæ ad rusticorum priuilegium principaliter sunt introductæ, dicuntur à nonnullis Tempestiuæ.
20 Feriæ Indictæ obseruantur arbitrio Præsidis Prouinciarum iuxta regionum diuersitatem, quæ vel tardiùs, vel citiùs fructus producunt, & ad requiem laboris dicuntur indictæ ad hoc vt quiescant homines à iurgijs, dùm laborant circa messes, & vindemias.
21 Feriæ an possint à Prouinciarum Præsidibus stasui, vel tantùm statutas antiquitus inducere.
22 Feriæ repentinæ vndè dictæ, quibusuè in casibus practiceentur.
23 Ferias repentinas præter Principem, nullus elargitur.
24 Restitutio datur læso tempore feriarum repentinarum, secus verò in alijs ferijs.
25 Feriæ repentinæ fuerunt indictæ ob natale Serenissimi nostri Regis Philippi IV.
26 Feriæ in honorem Principis decreto, dicuntur honorariæ.
27 Repentinæ feriæ, quibus in casibus indici consueuerunt.
28 Dom. Augustinus Barbosa Episcopus, de Mense Nouembris 1649. diẽ suum obijt in Ciuitate Vgenti.
29 Feriæ Imperiales, dicuntur feriæ repentinæ.
30 Feriales dies apud Antiquos, quibus de causis dicebantur.

31 Fe-

31 *Feriæ obseruantur etiam in diebus semiseriatis.*

32 *Feriis inductis in honorem Dei, non potest à partibus renunciari.*

33 *Feriatos dies in honorem Deorum, Antiquitas permaximè obseruabat.*

34 *Festa polluta dicebantur ab Antiquis, quando seruile opus in iis exercebatur.*

35 *Acta facta in diebus feriatis in honorem Dei, etiam partibus consentientibus, sunt nulla.*

36 *Festiuis in diebus, actus iurisdictionis contentiosæ, non licet exercere.*

37 *Renunciare fauori suo quilibet potest, dummodò publicæ vtilitatis gratiâ non fuerit introductum.*

38 *Iuris publici quod est, à solo Principe, remitti potest.*

39 *Feriæ in honorem Dei decretæ, non ad quietem solùm, & animi relaxationem, sed introductæ etiam fuerunt, vt liberiùs orationi, diuinis officiis, & meditationibus nobis vacare liceat.*

40 *Iudiciales actus sunt prohibiti in diebus feriatis in honorem Dei, inter quos enumerantur dies maioris hebdomadæ.*

41 *Feriatis etiam diebus ad honorem Dei, etiam in die Paschatis, potest procedi contra latrones insignes, & maleficos, grauium scelerum patratores, etiam ad promulgationem sententiæ capitalis, & eius exequutionem, item in causis criminalibus ad receptionem testium, & delationem iuramenti.*

42 *Repentinis feriis, nequidem ex partiũ consensu, renunciare licet, ideóq; nec iurisdictio in iis exerceri potest.*

43 *Renunciatio feriis repentinis, qua de causa non teneat, renunciatione facta simpliciter feriis.*

44 *Consensus tacitus, nec expressus operatur, vt teneat renunciatio feriis repentinis, nam de his iudicatur, sicuti de feriis sollemnibus.*

45 *Postulare prohibitus ob reuerentiam Prætoris, etiam vtraq; parte consentiente, repellitur à postulando.*

46 *Causa summariæ, nequidem agitari possunt in feriis repentinis.*

47 *Feriæ vindemiales, & messium, quando indicebantur antiquis temporibus.*

48 *Feriis messium, & vindemiarum, potest à partibus renunciari, & de ratione.*

49 *Acta facta de partium consensu tempore feriarum vindemiæ, & messis valent.*

50 *Consensu partium accedente, possunt in ius vocari tempore feriarum messis, et vindemiæ.*

51 *Feriæ secundum varios regionum mores, diuersimodè indicuntur.*

52 *Feriæ ordinariæ in Regno, quo tempore indicuntur.*

53 *Feriæ in Regno prorogari passim consueuerunt ad petitionem Electorum huius Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis.*

54 *Feriæ prorogatæ fuerunt in Regno, etiã vsque ad diem Sancti Martini.*

55 *Actus iuridici incumbentes ad compilationem processus expediuntur in diebus feriatis, obtenta dispensatione à Supremo Collaterali Consilio, quod procedatur feriis non obstantibus.*

56 *Princeps, dùm dispensa', quod procedatur feriis non obstantibus, potest inuitus quis trahi ad Iudicium, ac si feriæ non extarent.*

57 *Dispensatio, quod procedatur feriis nõ obstantibus, quomodo practicetur.*

58 *Feriarum tempore an possit procedi ad expeditionem articuli iuris absq; termino accedente dispensatione, & qualiter se habeat praxis in eiusmodi negotio.*

59 Author *profitetur, in gratiam Tyronum, semper inuigilare.*

60 *Feriarum tempore, si fuerit processum absq; dispensatione regia, & conuetus passus fuit secum procedi, nulla facta oppositione de feriis, an possit dici de nullitate actorum.*

61 *Feriarum exceptioni partes possunt renunciare, nedùm expressè, verùm etiam tacitè.*

62 *Renunciatio feriarum per acquiescentiam partium, vtrum necesse sit, quod*

fiat per principalem, vel possit etiam fieri per procuratorem.

63 *Procurator acquiescens, quod procedatur tempore feriarum, videtur eisdē feriis renunciare.*

64 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

65 *Exceptio feriarum est dilatoria, quam Procurator potest omittere.*

66 *Renuntiatio exceptioni feriarum per Procuratorem facta, si est Domino periculosa, an valeat?*

67 *Iudicem habere propitium, valdè interest.*

68 *Donatio procuratori non permittitur, nec in mandato quantumuis latissimo, videtur comprehensa.*

69 *Renunciatio feriarum, an possit fieri per Procuratorem tacitè, siue expressè, distinctionis federe concilias opinionem* Author.

70 *Feriæ dùm prorogantur, An necessaria sit etiam dispensatio Regia, quod in iis feriis procedatur, vel satis sit dispensatio primo loco obtenta tempore feriarum?*

71 Author *tenet non esse necessariam nouam dispensationem regiam, quod procedatur feriis non obstantibus in feriis prorogatis, ex pluribus.*

72 *Terminus prorogatus non est idem terminus, sed primus, non diuersus.*

73 *Actus prorogatus est idem cum primo, non diuersus.*

74 *Terminus solutionis per creditorem prorogatus, nihil immutat, ex iis cautelis, quas habebat virtute sui crediti.*

75 Textus in l.fin. C.de nouation. *ab* Authore *adducitur, ad probandum, quod terminus prorogatus sit idem terminus.*

76 *Correctum quod non est expressè, nequidem ex tacito corrigitur.*

77 *Prorogatio termini statuti in dispositione penali, prorogat penam, non autem obstringit, seu tollit.*

78 *Terminus prorogatus partium assensu, dicitur prorogatus cum suis accessoriis, & qualitatibus.*

79 *Dispensatio regia etiam in feriis prorogatis, vt iis non obstantibus procedatur, expetenda est ad euitandum dilationes, non autem quod sit necessaria.*

80 *Feriæ, vtrum sint inducta in fauorem Iudicum, vel litigantium?*

81 *Iudices, tempore feriarum, tenentur iudicare obtenta dispensatione à Collaterali Consilio consueta, quod procedatur ferijs non obstantibus, secundum* Io. Vinc. Ann.

82 *Iudices renuentes tempore feriarum messis, & vindemiarum procedere, stante dispensatione* Regia, *quod procedatur ferijs non obstantibus, an teneantur in sindicatu.*

83 *Feriæ nedùm inducta censentur in fauorem litigantium, verùm etiam Iudicum secundum* Thesaur. loc.cit.

84 Auditores Rotæ Romanæ *gaudent ferijs æstiuis, ad hoc ut quiescant à laboribus.*

85 Cassiani à Puteo *dicterium circa renunciationem feriarum à Partibus factam*, Si vos non renunciastis, Ego non renunciaui, *recensetur.*

86 *Iudex, & arbiter cogi non possunt, vt procedant tempore feriato, licèt Partes ferijs renuncient.*

87 *Feriæ nulla dantur in Arbitrario, & de ratione.*

88 *Arbitramentum non redigitur ad instar Iudicii, sed ad instar contractus transactionis.*

89 *Feriæ non dantur in contractibus.*

90 *Feriæ messium, & vindemiarum allegari possunt, tàm à Teste, quàm ab Aduocato.*

91 *Iudices in Regno nulla admissa excusatione procedunt tempore feriarum messis, & vindemie habita dispensatione, quod procedatur ferijs non obstatibus, tàm domi, quàm statutis diebus, in Tribunalibus.*

92 *Ferijs æstiuis durātibus in Regno, qualiter procedant Tribunalia, quique sint statuti dies.*

93 *Ferijs messium, & vindemiarum, an gaudeant etiam ij, qui rurales non sunt.*

94 Fe-

94 *Ferijs messium, & vindemiarum gaudent etiam Milites, Burgenses, & Doctores, aliiq; similes personæ, qua non colligunt, nec laborant.*

95 *Ferijs vt gaudeant tempore vindemię, & messis, homines, qua ratione fuerit introductum.*

96 Thesaurus *improbatur ab* Authore, *dum tenuit ferias messium, & vindemiarum, non proficere ijs, qui non habent stabilia, nec per se, nec per alios vacare tenentur messibus, & vindemijs.*

97 *Feriæ messium, & vindemiarum introductæ fuerunt principaliter, adhoc vt vacent homines à laboribus, & requie potiantur, etiamsi nulla habeāt stabilia, nec per se, nec per alios, messibus, aut vindemijs vacare tenentur.*

98 *Ridiculum esset in Regno opponere, quem non debere ferijs messium, & vindemiarum potiri, eò quod bona ruralia non habeat, nec per se, aut alios vacet messibus, aut vindemijs.*

99 *Ferijs indictis propter guerram, an possint partes renunciare?*

100 *Feriæ repentinæ potius assimilantur ferijs indictis in honorem Dei, quàm messium, & vindemiarum.*

101 *Feriarum tempore, quibus de rebus cognosci possit?*

102 *Alimentorum causa, ideò dicitur summaria quia expeditur de plano, etiam diebus feriatis.*

103 *Legitimæ causa non fit summaria, etiamsi verum sit, quod succedit loco alimentorum.*

104 Dom. Scipio Rouitus Regens, *appellatur magnus Practicus, & communis Præceptor ab* Authore.

105 *Feriarum tempore an possit cognosci de alimentis præteritis, vel tantùm de futuris, & præsentibus?*

106 *Alimenta, quæ debeantur ex contractu, vel ex vltima voluntate, an operetur discrimen circa priuilegia alimentorum, vel saltim circa actiones ex ijs descendentes.*

107 *Alimenta ex contractu, vel ex vltima voluntate debita, petuntur iure actionis, cætera verò Iudicis officio.*

108 *Alimentorum priuilegia satis distant quando alimenta sunt præsentia, & futura, non autem præterita.*

109 Author *recedit à doctrina* Baldi, Didaci Perez, & Regentis Rouiti *in casu indicato.*

110 *Feriarum exceptio non obstat, vbi res esset tempore peritura, & periculum esset in mora, cuiuscumque generis feria indicentur.*

111 *Ferijs sollemnibus renunciari non posse etiam ex pacto, limitatur sex in casibus.*

112 *Feriæ nullæ obseruantur de inductis ad vtilitatem hominum, in Tribunali Regia Cameræ Summariæ.*

113 *Praxis procedendi tempore feriarum inductarum ad vtilitatem hominum in causis tangentibus interesse Regij Fisci, vndè processerit?*

114 *Feriarum tempore proceditur in causis publicis principaliter, vel secundariò pertinentibus ad regimen, siue conseruationem Republica.*

115 Author, *feriarum tempore, quæstiones de ferijs elaborauit, ad subleuandos Lectores à laboribus.*

116 *Feriarum materiam, qui tractauerint, insinuatur.*

ARGVMENTVM.

De feriis: tùm inductis in honorem Dei, cùm repentinis, ac ad vtilitatem hominum introductis, pleno agitur calamo; Deq; earũ origine, Ethymologia, & diuersitate è veterum, & recentiorum repetitis

titis calculis, non iniucundè adnotatur; qualiter practicentur toto terrarum Orbe? quęque peculiaris sit obseruantia procedendi earum durante tēpore in Tribunalibus Regni Neapolis, & Vrbis Romę? Quæque necessaria sit dispēsatio in Regno ad finem vt procedi possit ad actus incūbentes pro instructione Iudicii, siue processus? Et an feriis prorogatis, necesse sit nouam obtinere dispensationē, vltrà primam obtentā, quod *Procedatur ferijs non obstantibus*? Et an terminus prorogatus sit idem cum primo, vel diuersus? Et à quo die regulariter indictæ sint feriæ cereales, & vindemiales in Regno? quibusuè de causis consueuerint ad petitionem Electorum Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, prorogari? Et an feriæ sint inductæ in fauorem Iudicum, vel litigantium? Et an iis possint partes renūciare, adeò quod renunciatione facta per Collitigantes, teneatur Iudex procedere, & non procedendo teneatur in sindicatu? Quodq; causarum genus expediri valeat feriarum cuiuscumque generis tempore? Et an ex eo quod summarię causæ sint, & in iis de plano procedatur, feriarum non obstet exceptio? Et an etiam iis potiantur, qui rurales non sunt, nec ruralia, siue stabilia possident bona, adeò quod nec per se, nec per alios ruralibus laboribus, messium scilicet recollectioni, vel vindemię vacare minimè cogantur? quęq; fuerit à Prudentibus excogitata ratio in feriarum introductione principalior (siue vti aiūt) finalis? Et an etiam feriis introductis propter guerram possint partes renunciare? Eęque vtrum feriis cerealibus, & vindemialibus, vel repentinis, ac in honorem Dei, introductis magis ęquiparandę sint? Non inconcinnè, ac maximo cum labore *Author* enucleat, Ac pariter innuit, quibus in casibus consueuerit feriarum tempore procedi in quorumcumque Tribunalium subsellijs, quęque sit ratio, quod in causis tangentibus interesse Regii Fisci, ferię nullę ad vtilitatem hominum introductę obseruentur, sicuti in Tribunali Regię Camerę Summarię passim obseruatur; Et obiter (nō tamen inscitè) de alimentorum

rum priuilegiis, & pro iis competentibus actionibus, siue pręsentia, & futura sint siue de pręteritis quęstio incidat, & an in iis summariè sit procedendum, pertractatur ad dispunctionem doctrinę *Dom. Regentis Scipionis Rouiti, & Didaci Perez*, qui *Baldum* insequuti vnam tenuerunt opinionem, à qua *Author* ex pluribus recedendum monet; Aliaque nonnulla, nec inutilia, imò vsui forensi accomodatissima afferuntur, Ac Authores feriarum materiam tractantes indicantur: Notabilis indagatio ad methodum redacta, & ad iudiciorum praxim delineata, quem vix alibi ita digestam, fortasse Lector inueniet.

OBSERVATIO XXXXVII.

1 QVuicquid pleno calamo, eruditè admodum, primarum gẽtium ex antiquitate, moribus, ac ritibus, repetitis de ferijs, fastorumq; dierum, origine, atque vsu, ex aliorum authoritate tradiderint DD. inter quos emicat post *Cuiac. VVesemb. Vin.* Kirchon. & alios *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 16. Damhaud in praxi ciuil. cap. 119. de fer. Cott. in memorial.* verb. *Feriæ, Couarr. variar. lib. 4. cap. 19. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 30. Donnell. commentar. iur. ciuil. lib. 24. cap. 7. Episcop. Ricc. in Collectan. deciss. par. 1. collect. 124. Petr. Gregor. in syntagmat. iur. lib. 2 cap. 16. tit. de ferijs, festisq; & profestis diebus, & cap. 17. de vigil. Ecclesiast. Tepat. variar. sententiar. iuris tom. 1. tit. 149. de fer. Perez ad l. 1. tit. 7. lib. 3. Ordinam. Montalu. ad ll. for. tit. de las ferias*, alijque adducti per *Episcop. Barbos. in collect. ad Cod. tit. de for. per tot. & in Collectan. DD. eod. tit. de ferijs tom. 1. lib. 2. decretal. pag. 400. Gregor. Lopez in l. 33. cum seqq. tit. 2. par. 3. Anastas. Germon. de sacror. immunitatib. lib. 3. cap. 20. tit. de fer. Soar. de relig. tom. 1. tractat. 2. lib. 2. de dieb. fest. Cardin. Baron. Annal. Eccles. tom. 1. anno Christi 58. pag. 629.* alijq; infra allegandi, *Thes. dec. Pedem. 39. ex num. 4. & dec. 96. Camill. Borrell. in Summ. deciss. Vniuers. Orbis par. 2. tit. 38. de ferijs, Didac. Couarr. variar. resol. lib. 4. cap. 4. Mandos. in tractat. Commission. commiss. ferijs non obstantibus 13.* nobis praxim sectantibus, multis posthabitis, peculiaria quæ-

dam

electus de iure.

24 *Tyranni dicuntur improbi, & pessimi Reges.*

25 *Tyrannus dicitur à Tyro, quod denotat angustiam.*

26 *Tyrannus dicitur, qui iniustè Rempublicam, seu Imperium, vel Regnum aliquod retinere nititur.*

27 *Sententiæ prolatæ, & acta facta tempore Officialium deputatorum existēte commotione plebiculari, sunt nullius roboris, & existentiæ, ex defectu iurisdictionis.*

28 *Tyranni tempore gesta, sunt nulla ipso iure.*

29 *Officialis nullus dicitur liberè iudicare quando est ibi Tyrannus.*

30 *Tyranni tempore quicquid fit ab Officialibus, videtur factum ab ipso Tyranno, ideoq; non valet, imò pro nullo, casso, & irrito habetur.*

31 *Tyranni tempore, quę fiunt, dicuntur facta tempore schismatis, ideoq; nihil validè agi potest; & actum non valet.*

32 *Acta omnia facta tempore commotionum plebicularium, & sententiæ prolatæ fuerunt ab Excellentissimo Regni Prorege, seu Collaterale Consilio declaratæ nullæ.*

ARGVMENTVM.

Acta facta tempore inuasionis Regni, Reipublicæ, vel Imperij, decreta interposita, & sententiæ prolatæ; an aliquā habeant subsistentiam, inuasione cessante? vel potius pro nullis, cassis, & irritis habeantur? Et affirmatiuam sustinēs Author sententiam, disertè tradit, vndè ortum habuerit Ethymologia Tyrāni, quisq; propriè Tyrannus dicatur, quæq; mala ingerat, quosque tetros pariat effectus Tyrannides, & quantum omni iure detestabilis fuerit? Hinc quid fuerit determinatum per Sacrum Consilium tempore inuasionis Regni Caroli VIII. Francorum Regis circa annullationem actorum, processuum, & sententiarum, tunc factorum, & interpositarum, cessante postmodum inuasione, per extensum insinuatur, quidquè durantibus plebiculariis commotionibus de anno 1647. fuerit peractum, iisq; cessantibus, quæ emanauit determinatio à Supremo Collaterale Consilio, pariter insinuatur; Et pluriū Authorum repetitis placitis nonnulla de Tyrannis congeruntur, ac de gestis per Officiales Baronum deputatorum ad iustitiam, tempore Tyrannidis, quæ sit habenda ratio de iure, demonstratur, Et qualiter vassallorum fidelitas, inuasione recedente dignoscatur, non inconcinnè expenditur.

OB-

OBSERVATIO XXXXVI.

EVenit mihi conſulendum ſuper eiuſmodi quæſito anno præterito *1648.* in quo cõmota plebe Vrbis Neapolitanæ, ac ad eius exemplum ple-
1 bicularium aliquali parte Regni, accerſitus fuit quidam Gallus, ad plebis ſeditionem confouendam, ſuſtinendamq; , per quem reſpectu illius partis Vrbis, in qua Gallus ipſe præerat, & Tyrannum agebat, Officiales creauit; Adierunt me nõnulli ſatagentes de eorum iuribus experiri coram Officialibus prædictis, ac iudicia inchoare, ſaltim vt ſi ſententiæ exindè non ſequerentur,
2 proceſſus inſtructi reperirētur quocumq; tempore. Excuſaui Me, à conſilio reddendo, eò quod Aduocationis muneri amplius vacare, non intelligebam, ſed re vera nolui reſponſum dare, quia veritas odium parit, vndè ſi eam proferebam ſententiam, omnia acta, & proceſſus, imò ſententias eſſe nullas, vti factas tempore Tyranni, à non habentibus authoritatem legitimam iuſdicendi, in manus eorum incidebam, qui
3 aliàs dùm me vti læſæ plebis crimine notatum perſecuti fuerunt ad mortem vſque, quibuſq; res è voto (Dei permiſſu) non accidit, occaſionem arripere poterant, ad alia mala contra me patrandum. Conſulere; quod iurgia initiarent coram prædictis Officialibus, conſcientia me obiurgabat, eò quod ad expēſarum erogandarum refectionem teneri
4 videbar, vti de malo conſilio, dùm firmè ſciebam omnia nullitatis labe ſcatere. Nunc verò Dei munificentia quietè iam reddita die 6. Aprilis 1648. ſedatiſq; commotionibus, ac reſtituta Sereniſſimo Regi noſtro Catholicæ fidei defenſore, debita fidelitate, cordi eſt articulum per iuris tramites deguſtare, vt anſam præbeam legentibus ſubtilius perſcrutari.

5 Quod non valeant acta facta, proceſſus inſtructi, & ſententiæ prolatæ tempore inuaſionis Regni, faciũt deciſiones *Afſl.62. ſub num.2.* ibi, *Sed*
6 *quia ſententia Magnæ Curiæ fuit lata tempore guerræ, ſcil. Regis Franciæ* (qui fuit Carolus VIII.) *fuit iudicatum eſſe nullam, & iterum pronunciatum per Conſilium*. Nihil prorſus allegans ad eiuſmodi theſim comprobandam. *& deciſio 70. num. 1.* ibi, *Dicitur, quod proceſſus eſt nullus, & omnia acta: quia facta tempore inuaſionis Regni, per notata in l. decernimus, C. de Epiſc & Cler. & Bart. in tract. de tyrannide, & num. 3.* ibi, *Et ideò debet refici, ſicut aliæ expenſæ factæ in illo proceſſu nullo, ea ratione, quia factus tempore Tyranni: Deciſio* tamen *Afſl.* 77. in qua mouet
9 aliud dubium, Vtrum acta ſententiæ latæ per Barones, vel eorum Officiales, tempore quo Rex Francorum tenuit hoc Regnum, in quibus actibus non nominatur Rex Francorum, ſed ſolum ipſi Barones, & eius Officiales, qui habebant iuriſdictionem à Dom. Rege Ferdinando, licèt per timorem, erant ſub vexillis Regis Francorum, qui per potentiam, & ſine actibus legitimis accepit Regnum, & arguens *Afſl.* ad partes *nu.* 2. dicit quod vnuſquiſq; prima facie diceret, quod ſint inualida, quia facta tempore prædicto per *tex. in l. decernimus, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Nam
8 Tyrannus dicitur ille, qui de facto occupat Regnum, ſine authoritate Summi Pontificis, vt dicit ibi *tex. & Bal.* vndè ille qui occupat, quod eſt
9 proprium Principis, dicitur Tyrannus, & ideò acta facta, & ſententiæ latæ

& interpositionem dictorum decreto ū, saluo iure ex integro agendi dictæ Isabella, si quod habet super dictis bonis; referente Domino Io. Baptista Brancatio Regio Consiliario, votantibus Dominis Antonio de Alexandro Viceprothonotario, Antonio de Ianuario, Camillo de Scortiatis, Mattheo de Afflictis, Antonio de Capellis, Francisco de Macio de Vrbe, & Marcello Gazella; non votauit Dom. Mariconda, quia non venit illo mane.

Fuit igitur reuocatum decretum, & exequutio facta tempore inuasionis Regni à Tyranno; quæ sanè determinatio sustinetur, ex *tex. in l. decernimus* 15. C. *de sacros. Eccles.* vbi Pau. *de Castr.* in summario ipsius le-
21 gis, inquit, *Omnia, quæ facta sunt tempore Tyrannidis, superueniēte iusto Domino, debent rescindi*, & est *tex.* consimilis *in l. omni innouatione 6. C. eod.* quos adducit *Bart. in tract. de Tyrannid. in 2. q. num. 3.* vbi ex *Diuo Gre-*
22 *gor. Moral. lib.* 11. ità diffinit Tyrannum, vt *Is sit, qui communi Reipublicæ non iure principatur*, quod continge-
23 re tradit *Bart.* ibi, quia caret titulo, & non est electus de iure, *cap. venerabilem de elect. Socc. cons. 22. num. 2.* inquiens antiquitus fortes Reges fuisse vocatos Tyrannos, sed postea ac-
24 cidit Tyrannos vocari pessimos, & improbos Reges luxuriosè dominationis cupiditatem, & crudelissimā dominationem in populos exercē-
25 tes *à Tyro*, quod est angustia, quia angustiant, & cruciant, nam *Tyrus* interpretatur angustia, vel tribulatio, quæ conueniunt his, quos propriè nos Tyrannos appellamus, subdens, quod is qui iniustè Rempu-
26 blicam, scil. Romanorum, seu Imperium, vel Regnum aliquod retinere nititur, Tyrannus meritò appellatur.

Vndè cum *Bartolo in d. tract. num. 16. in 7. q.* concludendum est, quod omnia gesta tempore illius Galli, siue per ipsum, siue per eius assertos Officiales fuisse nulla ex defectu iu-
27 risdictionis, ac pro nullis habendas esse sententias, & decreta prolatas, ac interposita, sic etenim clarè innuit *tex. in d. l. decernimus*, ibi, *Antiquatis, ac infirmatis funditus*, vbi *glos.* docet esse nulla ipso iure, & *in d. l.*
28 *eorum innouatione*, vbi *glos.* inquit, *Quia fortè erat facta ab aliquo Tyranno nouatio, quod canones desierunt esse in vsu*, & notanter *Bart.* ait *d. nu.* 16. ideò dicere *textum Infirmatis funditus*, quasi dicat, fundamenta eorum sunt nulla, & sic nullo tempore valuerunt, subdens, *Idem de his, quæ fiunt ab Officialibus positis per ipsos eadem ratione, & sic est expressum extr. de schismat. cap. 1. & in cap. ordinationes,*
29 *Nullus enim Officialis in Ciuitate dicitur liberè iudicare, quando est ibi Ty-*
30 *rannus, & quicquid fit, videtur factum ab ipso Tyranno*, vndè ratio suadet, vt quicquid Tyranni tempore factum est, siue ab ipso, siue ab Officialibus, durante tyrannide, nullum, irritum, & cassum sit, ac pro nihilo habeatur, & concludit *Bart. nu. 17. loc. cit.* quod
31 facta tempore Tyranni, dicuntur facta tempore schismatis, quo nihil potest agi, & actum non ualet.

Cui sententiæ inclinauit, eamque approbauit Excellentiss. Regni Prorex, de uoto Supremis Collat. Consil. nam sedatis commotionibus, dū plura fuissent interposita decreta, prolataq; sententiæ tempore commotionum plebicularium, inualescente Tyrannide, quæ tot, tantisq; plagis, angustijs, ac tribulationibus, maiorem Vrbis Neapolis, ac aliqualem Regni partem angustiatam tenuit (paucis licèt diebus, quos abbreuiauit Deus) à quibus quamplurimi conquærebatur, eò quod iniustitiam maximam continebant, fuit per Rotam Magn. Cur. iunctis Classibus consultum Excellentiss. Regni Proregi, quatenus normam traderet circa executionem præfatarum sententiarum, & decretorum, vel suspē-

32 sionem; & responsum fuit, quod de eis nulla habeatur ratio, ac si non fuissent in mundo, quodq; iterum fieret discussio, cuius consultationis, & rescripti tenor passim omnibus innotescit forum sectantibus.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ à quibus fuerint indictæ, & de earum origine, fastorumque dierum.*
2 *Feriæ, earum attenta Etymologia, vndè fuerint dictæ.*
3 *Feriæ ab Antiquis, vocabantur festa.*
4 *Fasti dies ab Antiquis dicebantur dies litigabiles, & dies sessionum, quibus Iudices ius dicunt, & pro Tribunali sedent.*
5 *Fastos dies Antiquitas Dijs dicabat, Profastos hominibus ad rem priuatam, & publicam administrādā concessi erāt.*
6 *Victimæ mactabantur in diebus festis, sacrificia offerebantur, rebusq; diuinis opera dabatur, aliaq; exercebantur munia.*
7 *Immunitas operum, & laborum die festo seruis dabatur, ad differentiam dierum Profestorum.*
8 *Feriæ antiquitùs praconia voce denunciabantur.*
9 *Ferias pollui dicebant Antiqui, si quis diebus festis tale aliquid egisset.*
10 *Feriæ dicuntur ex eo, quod forensibus tantùm negotijs dant vacationem.*
11 *Ecclesia vocat dies feriatos, eos dies, qui non sunt sollemnes.*
12 *Feriarum nomen à feriendis epulis dictum.*
13 Societas Iesu *laudatur.*
14 P. Vincentius Carrafa Reuerendiss. Generalis Societatis Iesu *laudatur.*
15 Author *patrocinium gratis præstans in causis Ill. Marchionis Baselicis iussu* Rererendiss. P. Vincentij Carrafa Generalis Præpositi Societatis Iesu, *quid obtinuerit.*
16 Author *pollicetur tertium Disceptationum forensium volumen, hoc expleto opere, typis prodere.*
17 *Feriæ sollemnes, dicuntur introductæ in honorem Dei.*
18 *Feriæ Indictæ, dicuntur, quæ colligendorum fructuum causâ indicuntur, messium, & vindemiarum tempore.*
19 *Feriæ Indictæ, quæ ad rusticorum priuilegium principaliter sunt introductæ, dicuntur à nonnullis* Tempestiuæ.
20 *Feriæ Indictæ obseruantur arbitrio Præsidis Prouinciarum iuxtà regionum diuersitatem, quæ vel tardiùs, vel citiùs fructus producunt, & ad requiem laboris dicuntur indictæ ad hoc vt quiescant homines à iurgys, dùm laborant circa messes, & vindemias.*
21 *Feriæ an possint à Prouinciarum Præsidibus statui, vel tantùm statutas antiquitus inducere.*
22 *Feriæ repentinæ vndè dictæ, quibusuè in casibus practicentur.*
23 *Ferias repentinas præter Principem, nullus elargitur.*
24 *Restitutio datur læso tempore feriarum repentinarum, secùs verò in alijs ferijs.*
25 *Feriæ repentinæ fuerunt indictæ ob natale Serenissimi nostri Regis Philippi IV.*
26 *Feriæ in honorem Principis decreto, dicuntur honerariæ.*
27 Repentinæ *feriæ, quibus in casibus indici consueuerunt.*
28 Dom. Augustinus Barbosa Episcopus, *de Mense Nouembris* 1649. *diē suum obijt in Ciuitate Vgenti.*
29 *Feriæ Imperiales, dicuntur feriæ repentinæ.*
30 *Feriales dies apud Antiquos, quibus de causis dicebantur.*

31 Fe-

31 *Ferię obseruantur etiam in diebus semiferiatis.*

32 *Ferijs inductis in honorem Dei, non potest à partibus renunciari.*

33 *Feriatos dies in honorem Deorum, Antiquitas permaximè obseruabat.*

34 *Festa polluta dicebantur ab Antiquis, quando seruile opus in ijs exercebatur.*

35 *Acta facta in diebus feriatis in honorem Dei, etiam partibus consentientibus, sunt nulla.*

36 *Festiuis in diebus, actus iurisdictionis contentiosę, non licet exercere.*

37 *Renunciare fauori suo quilibet potest, dummodò publicę vtilitatis gratia non fuerit introductum.*

38 *Iuris publici quod est, à solo Principe, remitti potest.*

39 *Ferię in honorem Dei decreta, non ad quietem solùm, & animi relaxationem, sed introducta etiam fuerunt, vt liberiùs orationi, diuinis officiis, & meditationibus nobis vacare liceat.*

40 *Iudiciales actus sunt prohibiti in diebus feriatis in honorem Dei, inter quos enumerantur dies maioris hebdomada.*

41 *Feriatis etiam diebus ad honorem Dei, etiam in die Paschatis, potest procedi contra latrones insignes, & maleficos, grauium scelerum patratores, etiam ad promulgationem sententię capitalis, & eius exequutionem, item in causis criminalibus ad receptionem testium, & delationem iuramenti.*

42 *Repentinis feriis, nequidem ex partiũ consensu, renunciare licet, ideoq; nec iurisdictio in iis exerceri potest.*

43 *Renunciatio feriis repentinis, qua de causa non teneat, renunciatione facta simpliciter feriis.*

44 *Consensus tacitus, nec expressus operatur, vt teneat renunciatio feriis repentinis, nam de his indicatur, sicuti de feriis sollemnibus.*

45 *Postulare prohibitus ob reuerentiam Pratoris, etiam vtraq; parte consentiente, repellitur à postulando.*

46 *Causa summarię, nequidem agitari possunt in feriis repentinis.*

47 *Ferię vindemiales, & messium, quando indicebantur antiquis temporibus.*

48 *Feriis messium, & vindemiarum, potest à partibus renunciari, & de ratione.*

49 *Acta facta de partium consensu tempore feriarum vindemię, & messis valent.*

50 *Consensu partium accedente, possunt in ius vocari tempore feriarum messis, et vindemię.*

51 *Feriæ secundum varios regionum mores, diuersimodè indicuntur.*

52 *Ferię ordinarię in* Regno, *quo tempore indicuntur.*

53 *Feriæ in Regno prorogari passim consueuerunt ad petitionem Electorum huius Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis.*

54 *Ferię prorogata fuerunt in Regno, etiã vsque ad diem Sancti Martini.*

55 *Actus iuridici incumbentes ad compilationem processus expediuntur in diebus feriatis, obtenta dispensatione* à Supremo Collaterali *Consilio, quod procedatur feriis non obstantibus.*

56 *Princeps, dùm dispensat, quod procedatur feriis non obstantibus, potest inuitus quis trahi ad Iudicium, ac si ferię non extarent.*

57 *Dispensatio, quod procedatur feriis nõ obstantibus, quomodo practicetur.*

58 *Feriarum tempore an possit procedi ad expeditionem articuli iuris absq; termino accedente dispensatione, & qualiter se habeat praxis in eiusmodi negotio.*

59 Author *profitetur, in gratiam Tyronum, semper inuigilare.*

60 *Feriarum tempore, si fuerit processum absq; dispensatione regia, & conuictus passus fuit secum procedi, nulla facta oppositione de ferijs, an possit dici de nullitate actorum.*

61 *Feriarum exceptioni partes possunt renunciare, nedùm expressè, verùm etiam tacitè.*

62 *Renunciatio feriarum per acquiescentiam partium, vtrum necessè sit, quod*

fiat per principalem, vel possit etiam fieri per procuratorem.

63 *Procurator acquiescens, quod procedatur tempore feriarum, videtur eisdē feriis renunciare.*

64 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*

65 *Exceptio feriarum est dilatoria, quam Procurator potest omittere.*

66 *Renunciatio exceptioni feriarum per Procuratorem facta, si est Domino periculosa, an valeat?*

67 *Iudicem habere propitium, valdè interest.*

68 *Donatio procuratori non permittitur, nec in mandato quantumuis latissimo, videtur comprehensa.*

69 *Renunciatio feriarum, an possit fieri per Procuratorem tacitè, siue expressè, distinctionis federe conciliat opinionem* Author.

70 *Feriæ dùm prorogantur, An necessaria sit etiam dispensatio Regia, quod in iis feriis procedatur, vel satis sit dispensatio primo loco obtenta tempore feriarum?*

71 Author *tenet non esse necessariam nouam dispensationem regiam, quod procedatur feriis non obstantibus in feriis prorogatis, ex pluribus.*

72 *Terminus prorogatus non est idem terminus, sed primus, non diuersus.*

73 *Actus prorogatus est idem cum primo, non diuersus.*

74 *Terminus solutionis per crediterem prorogatus, nihil immutat, ex iis cautelis, quas habebat virtute sui crediti.*

75 Textus in l.fin. C.de nouation. *ab* Authore *adducitur, ad probandum, quod terminus prorogatus sit idem terminus.*

76 *Correctum quod non est expressè, nequidem ex tacite corrigitur.*

77 *Prorogatio termini statuti in dispositione penali, prorogat penam, non autem obstringit, seu tollit.*

78 *Terminus prorogatus partium assensu, dicitur prorogatus cum suis accessoriis, & qualitatibus.*

79 *Dispensatio regia etiam in feriis prorogatis, vt ijs non obstantibus procedatur, expetenda est ad euitandum dilationes, non autem quod sit necessaria.*

80 *Feriæ, vtrum sint inducta in fauorem Iudicum, vel litigantium?*

81 *Iudices, tempore feriarum, tenentur iudicare obtenta dispensatione à Collaterali Consilio consueta, quod procedatur ferijs non obstantibus, secundum* Io. Vinc. Ann.

82 *Iudices renuentes tempore feriarum messis, & vindemiarum procedere, stante dispensatione* Regia, *quod procedatur ferijs non obstantibus, an tenentur in sindicatu.*

83 *Feriæ nedùm inducta censentur in fauorem litigantium, verùm etiam Iudicum secundum* Thesaur. loc.cit.

84 Auditores Rotæ Romanæ *gaudent ferijs æstiuis, ad hoc vt quiescant à laboribus.*

85 Cassiani à Puteo *dicterium circa renunciationem feriarum à Partibus factam,* Si vos non renunciastis, Ego non renunciaui, *recensetur.*

86 *Iudex, & arbiter cogi non possunt, vt procedant tempore feriato, licèt Partes ferijs renuncient.*

87 *Feriæ nulla dantur in Arbitrario, & de ratione.*

88 *Arbitramentum non redigitur ad instar Iudicii, sed ad instar contractus transactionis.*

89 *Feriæ non dantur in contractibus.*

90 *Feriæ messium, & vindemiarum allegari possunt, tàm à Teste, quàm ab Aduocato.*

91 *Iudices in Regno nulla admissa excusatione procedunt tempore feriarum messis, & vindemię habita dispensatione, quod procedatur ferijs non obstātibus, tàm domi, quàm statutis diebus, in Tribunalibus.*

92 *Ferijs æstiuis durātibus in Regno, qualiter procedant Tribunalia, quique sint statuti dies.*

93 *Ferijs messium, & vindemiarum, an gaudeant etiam ij, qui rurales non sunt.*

94 *Ferijs messium, & vindemiarum gaudent etiam Milites, Burgenses, & Doctores, aliiq; similes personæ, qua non colligunt, nec laborant.*

95 *Ferijs vt gaudeant tempore vindemię, & messis, homines, qua ratione fuerit introductum.*

96 Thesaurus *improbatur ab* Authore, *dùm tenuit ferias messium, & vindemiarum, non proficere ijs, qui non habent stabilia, nec per se, nec per alios vacare tenentur messibus, & vindemijs.*

97 *Feriæ messium, & vindemiarum introductæ fuerunt principaliter, adhoc vt vacent homines à laboribus, & requie potiantur, etiamsi nulla habeāt stabilia, nec per se, nec per alios, messibus, aut vindemijs vacare tenentur.*

98 *Ridiculum esset in Regno opponere, quem non debere ferijs messium, & vindemiarum potiri, eò quod bona ruralia non habeat, nec per se, aut alios vacet messibus, aut vindemijs.*

99 *Ferijs indictis propter guerram, an possint partes renunciare?*

100 *Feriæ repentinæ potius assimilantur ferijs indictis in honorem Dei, quàm messium, & vindemiarum.*

101 *Feriarum tempore, quibus de rebus cognosci possit?*

102 *Alimentorum causa, ideò dicitur summaria quia expeditur de plano, etiam diebus feriatis.*

103 *Legitima causa non fit summaria, etiamsi verum sit, quod succedit loco alimentorum.*

104 Dom. Scipio Rouitus Regens, *appellatur magnus Practicus, & communis Praeceptor ab* Authore.

105 *Feriarum tempore an possit cognosci de alimentis præteritis, vel tantùm de futuris, & præsentibus?*

106 *Alimenta, quæ debeantur ex contractu, vel ex vltima voluntate, an eperetur discrimen circa priuilegia alimentorum, vel saltim circa actiones ex ijs descendentes.*

107 *Alimenta ex contractu, vel ex vltima voluntate debita, petuntur iure actionis, cætera verò Iudicis officio.*

108 *Alimentorum priuilegia satis distant quando alimenta sunt præsentia, & futura, non autem præterita.*

109 Author *recedit à doctrina* Baldi, Didaci Perez, & Regentis Rouiti *in casu indicato.*

110 *Feriarum exceptio non obstat, vbi res esset tempore peritura, & periculum esset in mora, cuiuscumque generis feria indicentur.*

111 *Ferijs sollemnibus renunciari non posse etiam ex pacto, limitatur sex in casibus.*

112 *Feriæ nullæ obseruantur de inductis ad vtilitatem hominum, in Tribunali Regia Camera Summariæ.*

113 *Praxis procedendi tempore feriarum inductarum ad vtilitatem hominum in causis tangentibus interesse Regij Fisci, vndè processerit?*

114 *Feriarum tempore proceditur in caussis publicis principaliter, vel secundariò pertinentibus ad regimen, siue conseruationem Reipublicæ.*

115 Author, *feriarum tempore, quaestiones de ferijs elaborauit, ad subleuandos Lectores à laboribus.*

116 *Feriarum materiam, qui tractauerint, insinuatur.*

ARGVMENTVM.

De ferijs: tùm inductis in honorem Dei, cùm repentinis, ac ad vtilitatem hominum introductis, pleno agitur calamo; Deq; earū origine, Ethymologia, & diuersitate è veterum, & recentiorum repetitis

titis calculis, non iniucundè adnotatur; qualiter practicentur toto terrarum Orbe? quęque peculiaris sit obseruantia procedendi earum durante tẽpore in Tribunalibus Regni Neapolis, & Vrbis Romę? Quæque necessaria sit dispẽsatio in Regno ad finem vt procedi possit ad actus incũbentes pro instructione Iudicii, siue processus? Et an feriis prorogatis, necesse sit nouam obtinere dispensationẽ, vltrà primam obtentã, quod *Procedatur ferijs non obstantibus*? Et an terminus prorogatus sit idem cum primo, vel diuersus? Et à quo die regulariter indictæ sint feriæ cereales, & vindemiales in Regno? quibusuè de causis consueuerint ad petitionem Electorum Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, prorogari? Et an feriæ sint inductæ in fauorem Iudicum, vel litigantium? Et an iis possint partes renũciare, adeò quod renunciatione facta per Collitigantes, teneatur Iudex procedere, & non procedendo teneatur in sindicatu? Quodq; causarum genus expediri valeat feriarum cuiuscumque generis tempore? Et an ex eo quod summarię causæ sint, & in iis de plano procedatur, feriarum non obstet exceptio? Et an etiam iis potiantur, qui rurales non sunt, nec ruralia, siue stabilia possident bona, adeò quod nec per se, nec per alios ruralibus laboribus, messium scilicet recollectioni, vel vindemię vacare minimè cogantur? quęq; fuerit à Prudentibus excogitata ratio in feriarum introductione principalior (siue vti aiũt) finalis? Et an etiam feriis introductis propter guerram possint partes renunciare? Eęque vtrum feriis cerealibus, & vindemialibus, vel repentinis, ac in honorem Dei, introductis magis ęquiparandę sint? Non inconcinnè, ac maximo cum labore *Author* enucleat, Ac pariter innuit, quibus in casibus consueuerit feriarum tempore procedi in quorumcumque Tribunalium subsellijs, quęque sit ratio, quod in causis tangentibus interesse Regii Fisci, ferię nullę ad vtilitatem hominum introductę obseruentur, sicuti in Tribunali Regię Camerę Summarię passim obseruatur; Et obiter (nõ tamen inscitè) de alimento-

rum

rum priuilegiis, & pro iis competentibus actionibus, siue pręsentia, & futura sint siue de pręteritis quęstio incidat, & an in iis summariè sit procedendum, pertractatur ad dispunctionem doctrinę *Dom. Regentis Scipionis Rouiti, & Didaci Perez*, qui *Baldum* insequuti vnam tenuerunt opinionem, à qua *Author* ex pluribus recedendum monet; Aliaque nonnulla, nec inutilia, imò vsui forensi accomodatissima afferuntur, Ac Authores feriarum materiam tractantes indicantur: Notabilis indagatio ad methodum redacta, & ad iudiciorum praxim delineata, quem vix alibi ita digestam, fortasse Lector inueniet.

OBSERVATIO XXXXVII.

QVuicquid pleno calamo, eruditè admodum, primarum gę-
1 tium ex antiquitate, moribus, ac ritibus, repetitis de ferijs, fastorumq; dierum, origine, atque vsu, ex aliorum authoritate tradiderint DD. inter quos emicat post *Cuiac. VVesemb. Viu.* Kirchou. & alios *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 16. Damhand in praxi ciuil. cap. 119. de fer. Cott. in memorial.* verb. Feriæ, *Couarr. variar. lib. 4. cap. 19. Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 30. Donell. commentar. iur. ciuil. lib. 24. cap. 7.* Episcop. Ricc. *in Collectan. deciss. par. 1. collect.* 124. *Petr. Gregor. in syntagmat. iur. lib. 2 cap. 16. tit. de ferijs, festisq; & profestis diebus, & cap. 17. de vigil. Ecclesiast. Tepat. variar. sententiar. iuris tom. 1. tit. 149. de fer. Perez ad l. 1. tit. 7. lib. 3. Ordinam. Montalu. ad ll. for. tit. de las ferias,* alijque adducti per *Episcop. Barbos. in collect. ad Cod. tit. de for. per tot. & in Collectan. DD. eod. tit. de ferijs tom. 1. lib. 2. decretal. pag.* 400. Gregor. *Lopez in l. 33. cum seqq. tit. 2. par. 3. Anastas. Germon. de sacror. immunitatib. lib. 3. cap. 20. tit. de fer. Soar. de relig. tom. 1. tractat. 2. lib. 2. de dieb. fest. Cardin. Baron. Annal. Eccles. tom. 1. anno* Christi *58. pag. 629.* alijq; infra allegandi, *Thes. dec. Pedem. 39. ex num. 4. & dec. 96. Camill. Borrell. in Summ. deciss. Vniuers. Orbis par. 2. tit. 38. de ferijs, Didac. Couarr. variar. resol. lib. 4. cap. 4. Mandos. in tractat. Commission. commiss. ferijs non obstantibus 13.* nobis praxim sectantibus, multis posthabitis, peculiaria quædam

dam adnotare visum est.

Vtq; à feriarum denominatione, siue ethymologia initium ducamus,
2 præsciendum est,diuersimodè ferias fuisse dictas, vel etenim dicuntur à feriendis victimis, & feriendis epulis, quæ his diebus fieri solebant, ex pecoribus, vel rectiùs vti inquit *Fe-*
3 *stus Pompeius* relatus à *Borrell. loc. cit. num.* 25. quia ferias Antiqui festa vocabant,cuius traditionis meminit *Thes. d.dec.* 39. *nu.* 11. *ex Festo lib.*6. subdens ex *Varron.* fari tempore, quo hostiæ cedebantur nefas esse, vndè illud *Ouid.fastor. lib.*1.

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur,
Fastus erit, per quem lege licebat agi.

4 Vndè fasti dicuntur dies, quos vulgus litigabiles appellat, secundum *Francisc. Pollet. in Histor. for. Romani lib.*1. *cap.* 9. *num.* 2. quo in loco *Philippus Broidæus* elegantissimus Iureconsultus dicit fastos dici dies sessionum, quibus Iudices, ius dicunt, & pro Tribunali sedent, & adducit *tex.* notabilem in *l.*2.§.*dies.ff.quis ordo in bonor.possession. seruetur*, & secundum *Macrob. lib.* 1. *Saturnal. cap.* 16. *& Plutarch. in Vitis*, in vita Nu-
5 mæ Pompilij,festi dies erant Deo dicati,Profesti hominibus ad rem priuatam, ac publicam administrandā concessi,cuiusq;etenim mensis dies, aut festi,aut Profesti erant apud Romanos etiam Ethnicos. In festis vi-
6 ctimæ mactabantur, sacrificia offerebantur, rebusq; diuinis opera dabatur, fiebant epulæ, & ludi,ac spectacula populo dabantur, & feriæ agebantur; Epulæ ex pecudum, & frugum prouentibus fiebant:quò factum est, vt feriæ dicti sint ipsi dies festi. Etenim die festo, forensium negociorum, iurgiorum, & litium vacatio in liberis hominibus erat:in
7 seruis verò immunitas operum, & laborum: neq; enim, vt diebus profestis ea à seruis Domini exigebant. Vnde *Cicero lib.*1.*de diuinat. & lib.*2. *de legi.* iuxtà leges 12. tabularum, ait, Ferijs iurgia amouentur.Et ideò
8 voce præconis denunciabant, ne quid tale ferijs ageretur,& præcepti negligens mulctabatur;& ferias pollui dicebant.si quis diebus festis tale
9 aliquid egisset, sicuti tradit *P. Azor. loc.cit. lit.* E. vbi disertè quoq; tradit genera feriarum secundum iuris interpretes, vel (quod magis arridet)
10 ferias ex eo dici, quod à forensibus tantùm negotijs dant vacationem, tradit *Vlpian. in l.Diuus* 9. *ff.de ferijs,* vbi *glos.* in verb. *A forensibus,* declarat, idest *ab ijs, quæ fiunt in foro, vbi redditur ius,* adducens *textum* cōcordantem *in l. comparationes, C. de fid. instrum.*quam æthymologiam communiori sensu amplexati fuerunt *Summistæ, Placentin. in summ. lib.* 3. *tit.*12. *Azo lib.*2.*tit.*12. *Goffr. in tit. de ferjs, Hostiens. in summ.eod tit.*§. *quare dicuntur feriæ,* eiq; adhæret *Thes. loc. cit. num.* 11. vbi notabiliter tradit
11 Ecclesiam contrario nomine feriatos dies non sollemnes vocare,vndè feria 2. 3. & 4. cuius instituti originem scribit *Polydor. Vrgil. de rerum inuent. lib.* 6. *cap.*5. qui pariter feria-
12 rum nomen à feriendis epulis dictum voluit.

Et licèt præallegati Authores, alijq; sparsim pluras feriarum differentias tradiderint, perbellè materiam ad compendium deduxit eruditissimus *Io. Azor. Societatis Iesu Institution. moral. par.*2. *lib.*1. *tit. de tertio Decalogi precept. cap.*27. *tit.de operib. quibus est diebus festis superseden-*
13 *dum*(extollenda semper Societas Iesu, è qua,tanquam ex Equo Troiano, tot celeberrimi viri, ac insignes in quocunq; scientiarum genere, in humanis, diuinisq; literis eruditissimi,ingenio acuto, eloquentia admirabili, abstrusarum scientiarum cognitione, & vitæ sanctitate clarissimi, tanta morum integritate,tantaque animi fortitudine,& constantia emi-

emicant, quorum egregia ingenij monumenta posteritati tradita itâ clarè testanrur, vt eos supra omnem ingenij aleam positos esse, minimè sit hæsitandum, viri equidem non sibi ipsis, nati, sed Ciuitatum Orbis incolis, pietati, & commodis addicti; Gaudeatq; omni æuo Societas post tot præclaros Heroas de Reuerendissimo P. Vincentio Carrafa
14 suo Generali, qui mirandis, multisque virtutibus clarus, nuper rebus humanis excessit, magnum sui desiderium, nedùm suæ Religioni, verũ etiam omnibus relinquens, cuius præclara gesta vnico vt complectar effatu, in suimetipsius constanti demissione enituerunt, & licèt multi multa de tanto viro, eiusq; incomparabilibus vitæ moribus asserere possint, mihi fas sit dicere, quod dũ
15 Ego causam agerem Illust. Marchionis Basfelicis Nicolai Rodulphi, pro quo interstitio circiter annorũ decẽ non sine ingenti labore patrociniũ
16 præstiti, pluraq; responsa edidi, quæ hoc expleto opere (Deo suffragante) typis tradam, nullo recepto honorario, nec salario, quod ab ipso mihi pluries oblato, & transmisso, renui recipere, ex quo probè noscebã, suis indigentijs minimè prospicere potuisse; Præfatus P. Vincentius ea qua præstabat humanitate iniunxit mihi (Rogabat ille) in patrocinium deferrem, futurũ enim, quod si Marchio, hoste sibi Mercurio, grates mihi referre non potuerit ob tot, tantosq; labores pro ipso sumptos, Deum ipsum largitorem munificentissimum agnoscerem; Paruit Ego tanti viri monitis (seu mauis) iussibus libenter, & nec quidẽ obolum à Marchione volui, sicuti in multis aliorum causis de more peregi. Agnoui tamen paucorum indè mensium spatio, sinceri viri probatam pollicitationem, nam frequenti Clientum calculo accersitus, vnum illud, quod Marchioni condonaui, in centuplum elargitus fuit mihi Dominus. Delatam hanc volo ad posteritatem de Societate Iesu, ac Patre Vincentio Carrafa tenuis licet, veridica tamen collaudatio.

Quatenus tamen institutũ nostrũ capit communi sensu tripliciter eas accipiunt Consulti, Aliæ etenim
17 sunt *Sollemnes*, quæ in honorem Dei introductæ sũt *l. 2. & 3. & l. quadraginta cũ seqq. C. de fer. cap. fin. eod.*
18 *tit.* Aliæ dicuntur Indictæ, quę colligendorum fructuum causa indicuntur, easq; messium, & vindemiarum tempore exemplificat *Vlpian. lib. 4. de omnibus Tribunalibus*, translatus *in l. 1. in princ. ff. de ferijs*, vbi id exprimi tradit in Oratione Diui Marci habita in Senatu, quam non haberi insinuat *glos.* ibi in verb. *Exprimitur*, & est *tex. in l. 2. ff. eod. & in l. 2. l. omnes 8. C. eod. tit. & in d. cap. fin. de ferijs*,
19 easq; tempestiuas nonnulli vocant, suntq; ordinatæ ad rusticorum priuilegium principaliter, sicuti de tẽ-
20 pore secationis messium, & collectionis vuarum loquitur *Placent. in d. lib. 3. tit. 12.* & fusè *Azo loc. cit. tit. 12.* inquiens eas obseruari ad requiẽ laboris, ad hoc vt quiescant homines à iurgijs dùm laborãt circa messes, & vindemias, eæq; indicuntur arbitrio Præsidum Prouinciarum, iuxtà regionum diuersitatem, quæ vel citiùs, vel tardiùs fructus producunt, *l. Præsides, ff. de ferijs*, vbi *glos.* in verb. *Statuere*, vt contrarietatem euaderet de *tex. in l. à nullo, C. eod.* in-
21 quit *Præsides illas statuere minimè posse, sed statutas antiquitùs inducere*, allegans *tex. in l. si aliquam in princ.* verb. *Et ferias, ff. de offic. Proconf. Goffred. in Summ. tit. de fer. col. 1. Host. in Summ. eod. tit. §. qualiter distinguantur in fin.* vbi plura ad messium, & vindemiarum ferias deducit, & ex diuersis Scriptoribus latè agit *Renat. Choppin. de priuileg. rusticor. lib. 2. cap. 7.* Has ferias ob causam prophanam, ad

ferentiam festorum ob causam diuinam, rectè appellasse *Hermanum Vulteium iurisprudentiæ Romanor. lib. 2. cap. 30. sub tit. de fer. & dilat.* obseruat *Borrell. loc. cit. num. 45.*

22 Aliæ sunt feriæ repentinæ, ex eo dictæ, quia à Principibus ordinantur de repentè, vel ob Principis reuerentiam, quando dies eius natiuitatis celebratur, aut Imperij illius, vel quia duxit vxorem, vel alia iusta de causa, *l. sed etsi, §. si feria, ff. ex quib. caus. maior. l. 1. l. à nullo, & l. omnes dies, C. de fer.* de quibus præter iura allegata, plura tradit *Specul. in tit. de fer. §. 1. num. 4. & seqq. Matth. VVesembec. eod tit. ff. de fer. num. 3. Alber. Gentil. de diuer. tempor. appell. cap. 15. Pollet. lib. 1. histor. fer. Rom. 8. & Ordinat. Camer. in part. 2. tit. 34. Ioann. Zanger. de exception. cap. 7. nu. 8.* vers. *Aliæ*, Hæ tamen feriæ repentinæ à

23 nullo dari possunt, nisi à Principe, *l. à nullo*, vbi *Bal.* & alij, *C. de fer. Abb. in cap. fin. num. 8. eod. tit.* vbi notat esse speciale in ferijs prædictis, quod si

24 aliquis læditur, datur illi restitutio, quod non est in alijs ferijs, hæ namque feriæ repentinæ præuideri non possunt, & docuit *Bart. in l. sed et si, §. si feriç, ff. ex quib. caus. Cardos. in Summ. seu Prax. Iudic. & Aduocat,* verb. *Feriç §. 1. in fin. Consiliar. Gizzar. dec. Sac. Cons. 58. num. 4.* vbi tradit ob

25 nuntium acceptum de natale Serenissimi Regis nostri Philippi IV. fuisse in Regno indictas ferias, ibiq; aduertit vti peculiare, partibus læsis dari restitutionem in integrum ob ferias prædictas, plura *Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. ex num. 188.* vers. *Trigesimo septimo*, præsertim *nu. 192.* vbi ferias in honorem Princi-

26 pis decretas, honorarias appellat per *tex. in d. l. omnes, C. eod.* subdens

27 *num. 193.* ideò repentinas vocari ferias prędictas, quæ à Principe propter inaugurationem, triumphum, rem prosperè gestam, natalem alicuius magni Principis, uel filiorum, matrimonia inter Principes contracta, aut alias causas extra ordinem indicuntur, quia nulla earum certa lex, aut tempus determinatum reperitur, ac de his ferijs loquitur *Glos. in clem. Sępè,* uerb. *Necessitate in fin. de verbor. signif. Petr. Gregor. in Syntagmat. iur. lib. 2. cap. 16. num. 12. & 20. Didac. Perez ad l. 1.* uers. *Praterea sunt tit. 7. lib. 3. Ordinam. Bernard. Grçua in addit. ad Gayll. lib. 1. concl. 53. consid. 2. num. 3. Camill. Borrell. in summ. deciss. tom. 2. tit. 38. num. 46. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. à num. 187.* & præsertim *num. 192.* ubi eleganter declarat ferias repentinas,

28 quorum memor fuit *Dom. Barbos. Episcop.* nuper dùm hæc reuideo de Mense Nouembris diem functus *in Collectan. ad l. 4. C. de fer.* Itidem Imperiales dici ferias repentinas eò quod ut plurimum à summo Principe statuuntur, est *tex. in d. l. à nullo,*

29 *C. de fer.* ob idq; Imperatiuas uocat *Alexan. ab Alex. lib. 5. Genial. cap. 7.* quarum plura exempla apud *Varron. leguntur lib. 5. de lingua latin.* & *in Calendario Romano Manutij*, quorum memor fuit *Thes. d. dec. 39. nu. 6.* vers. *His similes*, eisq; ferijs à Principe indictis, alludit *Martial. lib. 10. Epigrammatum*, illo carmine

Natalem colimus, tacete lites.

& eruditè satis agit *Borrell. d. tit. de fer. num. 46. cum plurib. seqq.*

Nec deerant & alij feriales dies apud Antiquos, scil. dies festi parti-

30 culares, & familiarum. Item eius diei, quo quis inaugurabatur, Magistratũ ineundo, de quibus *Symach. lib. 5. Epistol. Epist. 5.* vbi inquit *Hinc factum est, vt me in consortium festorũ tuorum Consul adscires*, & iterum *lib. 7. Epist. 1. & lib. 8. Epist. 14.* multisq; alijs in locis, sicuti eruditè obseruauit *Thes. d. dec. 39. num. 8.* vers. *Erant vlterius*, vbi post *Fabr. lib. 1. Semestr. cap. 6. in princ.* enumerat inter dies festos, dies Sponsalitiorum, Natalitiorum, ac Charistiorum, de quibus plenè

plenè *Polidor. Virgil. lib. 6. de inuent. rer. cap. 7.* qui & ferias dominicales adijcit his ferijs.

31 Adnumerantur quoq; & dies semiferiati, vt dies Rogationum, quibus de mane tantùm feriæ seruantur, secundum *Bertachin. in tract. de Episcop. par. 1. §. nunc quaro num. 21.* quem allegat *Thes. dec. 39. num.* 10. vers. *Sunt & dies*, de quibus pulchrè *Card. Tusc. conclus.* 96. verb. *Feriati dies nu.* 3. vers. *Sunt rogationes tom.* 3.

32 Modò propriùs ad praxim accedendo, sciendum est, ferijs sollemnibus inductis ad honorem Dei, & Sanctorum eius, non posse à partibus renunciari, *cap. 1. & cap. fin.* vbi *Abb. num. 9. de fer. l. 1. & l. si feriatis*, vbi DD. *ff. de fer. l. dies festos, & l. omnes*, C. *eod. l. sed & si, §. sollemnium, ff. ex quib. cau. maior. glos. fin. in cap. vltim. de Iudic. Specul. in tit. de renunc. & conclus. §. 1. col. 3. & in tit. de fer. §. fin. Bart. in l. si feriatis num. 2. ff. de arbitr.* plura per *Thes. d. dec. 39. num.* 4. vers. *Sciendum est, & num.* 5. vbi obseruat

33 maiorem religionē inualuisse apud antiquos, circa dierum sollemnitatem eorum Dijs dicatorum, quàm quæ hodie à Christianis hominibus obseruetur, atque his talis honos habitus, vt nec quidem ex partium consensu, fari liceret, quibus diebus solis sacrificijs in honorem Deorū, intenti erant, pollutaq; dicebantur

34 festa, quibus aliquod seruile opus exerceretur, vndè flamines incedebant, qui operè abstinendum monebant, sicuti pluribus exornat *Barnab. Brisson. de formul.* cui sanè obseruantiæ arrident elegantes illi *Tibulli* versus *lib.* 2.

Luce sacra requiescat humus, requiescat arator,
Et graue suspenso vomere, cesset opus.
Soluite vincla iugis, nunc ad præsepia debent
Plena coronato stare Boues capite.
Omnia sunt operata Deo, non audeat vlla
Lanificam pensis imposuisse manum.

De quibus operibus euitandis in diebus festiuis pulchra itidem carmina fecit *Ouid. Fastorum lib.* 1.

Prospera Lux erit, linguis, animisq; fauete,
Nunc dicenda bono, sunt bona verba, Die.
Lite vacent aures, insanaq; protinus absint
Iurgia, differ opus, Lucida turba tuum.

quorum meminit *Borrell. nu.* 101. & *Thes. dec.* 39. *n.* 5. licet carmina *Ouid.* non attulerit, solum *Tibull. loc. alleg.*

Silent igitur diebus sollemnibus actus iuridici, ideòq; etiam

35 partibus ipsis consentientibus, acta facta sunt nulla, & non valent, nisi aliqua vrgeat necessitas *Gizzar. d. dec. 58. num. 8. Borrell. loc. cit. num.* 66. vers. *Regula*, post *Maran. in Specul. aur. par. 4. distinct. 16. num. 41. cum seqq. Prosper Carau. in rit. Magn. Cur.* 80. *per tot. Troys. in rit. 116. num. 1. & 2. Nauarr. in cap. cum contingat causa nullitatis 12. de rescrip.* quos allegat *Borrell. vbi supra, Cardos. in Summ. seu prax. Iudic. & Aduocat.* verb. *Feria §. 2. & §.* 8. vbi tradit in diebus

36 Dominicis, vel festiuis, non licere exercere actus iurisdictionis contētiosæ, nec litigare, nec iurare, nec iudicare, nec mercari, per *tex. in cap. 1. & fin. de fer.* vbi notant omnes, & sunt verba apertissima, ibi, *Vsque adeò conuenit ab huiusmodi abstinere, vt consentientibus etiam partibus, nec processus habitus teneat, nec sententia, quam contingit diebus huiusmodi promulgari,*

37 ea nēpè ratione, quia licèt rei suæ, proprioue iuri, quis renunciare possit, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* non potest tamen priuatus, quod publicæ vtilitatis gratia est introductum, renunciare, *l. ius publicum, ff. de pact l. Neratius, §. si verò, ff. de religios. l. Paulus, §. Patroni, ff. de bon. libert.* quod enim iuris publici est, à solo

38 Principe remitti potest, *l.* 3. §. 1. *ff. de bon. libert.* vndè *Anastas. Germon. de sacror. immunitat. lib.* 3. *cap.* 20. *tit. de ferijs, & dieb. festin. nu.* 18. post *Alex. cons.* 35. *lib.* 2. arguit, quod si priuatus iuri publico renunciare non valet, minus renunciare poterit ei, quod in Dei maximi honorem est constitutum, subdens, ferias in honorem
39 Dei esse decretas, non ad quietem solùm, & animi relaxationem, sed vt liberiùs orationi, diuinis officijs, & meditationibus nobis vacare liceat *Balb. dec.* 313. incip. *Ferijs ob necessitatem, Cened. ad Decretal. Collectan.* 142. *sub num.* 1. *Camill. Borrell. de comprom.* §. 2. *glos.* 6. *num.* 19. & §. 3. *glos.* 4. *num.* 68. *& in Summ. deciss. tom.* 2. *tit.* 38. *de fer. num.* 90. & 91. vbi extendit etiamsi cum iuramento renunciatum esset feriis introductis ad honorem Dei, *Dom. Episcop. Barbos. in Collectan. ad l. omnes dies nu.* 11. *Reg. Sanfel. dec.* 173. *num.* 1. inquiens, quicquid dicāt DD. relati per *Thes.*
40 *dec.* 95. iudiciales actus esse prohibitos diebus feriatis in honorē Dei, inter quos enumerat dies maioris hebdomadæ, itaq; seruari asserit, iuxtà *tex. in cap. fin. de fer. & in l. omnes, C. eod.* ibiq; pariter obseruat decisum pluries, in diebus ferialibus ad honorem Dei, etiam in die Paschatis
41 posse procedi contra latrones insignes, & maleficos grauium scelerum patratores, etiam ad promulgationem sententiæ capitalis & eius exequutionem, & in causis criminalibus ad receptionem testium, & delationem iuramenti, *Sayr. in Clau. regia. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 18. vers. *Nomine Clar.* §. *fin. q.* 97. *num.* 6. *Tiraq. de pæn. caus.* 49. *num.* 31. Vel si immineat periculum in retardatione exequutionis, *Bouadill. in sua Politic. lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 212 *Azor. instit. moral. par.* 2. *lib.* 1. *cap.* 27. *q.* 14.
42 Repentinis itidem ferijs, nequidem ex partium consensu renunciari licet, sicuti de sollemnibus modò verba fecimus, ideòque nec iurisdictio exerceri potest, *Hostien. in summ. tit. de feriis*, §. *An ferijs possit renunciari, Ias. in l.* 1. *num.* 3. & 4. *ff. de fer. Daniel Venatorius in Analys. iur. Pontific. lib.* 2. *tit.* 9. §. *quis finis, & effectus*, vers. *An autem ferys, Balb. dec.* 313. *Petr. Royz. dec. Lituan.* 5. *nu.* 295. *Maran. in Specul. par.* 4. *dist.* 16. *num.* 59. *Martin. Lauden. in tract. de Princip. q.* 410. *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.* 1. *q.* 29. *num.* 11. *Thes. dec.* 39. *num.* 6. vers. *His nec etiam, & dec.* 95. *num.* 1. vbi tamen agit de ferijs hebdomadę sanctæ, *Vant. de nullitat. cap.* 9. *Anastas. Germon. loc. citat. num.* 19. vers. *Idem quoq; post glos. in l. fin. & l. omnes*, C. *de fer. Cyn. Hostiens. Bal. Alex. & Natta* in locis per ipsum allegatis, aduertens *num.* 20. quod si quis in aliquo
43 actu ferijs renunciauerit, eiusmodi renunciatio minimè ad eiusmodi ferias repentinas extendi potest, quia sunt futuri temporis, vt de quibus verisimiliter cogitari non potest, licèt contrariam sententiam adstruxerit *Bal. in l.* 1. *ff. de fer.* eò tamen in casu, quo renunciatio concepta fuerit tàm ferijs constitutis, quàm constituendis, tàm indictis, quàm indicendis, *Borrell. d. tit.* 38. *num.* 90. *circa med.* vers. *Et pluribus, Gizzar. d. dec.* 58. *num.* 4. vers. *Et his*, inquiens
44 repentinis ferijs renunciari non posse per partes, ideòque nec de expresso earum consensu, nec de tacito, acta per eas facta valere, de his etenim iudicatùr, sicuti de ferijs sollemnibus, & fuit de mente *Specul. in tit. de fer.* §. 1. *in princ. Hostien. loc. cit. num.* 6. *Azon. in Summ. nu.* 6. qui rationem tribuit quare renunciatio non valeat de ferijs sollemnibus, in honorem Dei, & de repentinis, quia
45 qui prohibetur postulare ob reuerentiam Prætoris, etiam vtraque parte consentiente repellitur à postulando, *l. quos prohibet, ff. de postul. glos.* singularis *in clem. Sepè*, verb. *ob necessitatem de verbor. signif.* quam ap-

approbat *Bald. in d. l. 1. num. 8. ff. de fer. Felin. in cap. Si diligenti num. 20. de for. competen.* hancq; opinionem non habere contradictorem, tenet *Gizz. d. dec. 58. num. 4. circa fin.* & de communi opinione testatur *Rom. in l. 1. num. 11. ff. de fer. Anastas. Germon. loc. iam citat. num. 52.* per *tex. in l. fin. C. de fer. Martin. de Carazis, tract. de Princip. Marchef. de commissio. par. 1. commiss. 8. derogationis feriar. cap. 1. num. 51. Scacc. de iudic. causar. ciuil. lib. 2. cap. 5. num. 131. concl. 2. tit. de ferijs repentin.* vbi *num. 133.* ampliat
46 conclusionem, vt nequidem valeat renunciatio, etiamsi essemus in causis summarijs per *glos. in clem. Sepè, in verb. Ob necessitates,* vers. *Sed quid dices.*

47 Ferijs tamen indictis, siue ordinarijs publicis, & rusticis, quæ ob publicam hominum vtilitatem à lege sunt introductæ, vt sunt feriæ messium, & vindemiarum, quę tempore Romanorum indicebātur à die 8. Kalendas Iulij, vsque in Kalendas Augusti pro colligendis messibus, & à Kalend. Augusti, vsque in diem decimi Kalend. Septembris patebāt iudicia, sed à decimo Kalendas Septembris, vsque in idus Octobris, vindemialis feria erat, vt explicat *tex. in l. 3. C. de fer.* & obseruat *Gizzar. d. dec. 58. num. 5. in fin.* potest partibus
48 renunciari, quia publicam potius vtilitatem, & priuatum cuiusq; cōmodum respiciunt, quàm honorem Dei, cereales, & vindemiales eas appellans, tenet *Thes. d. dec. 39. nu. 7.* vers. *Aliud genus erat,* & omnia acta
49 facta de partium consensu, esse valida in eiusmodi ferijs docet *Vlpian. in l. si feriatis, ff. de fer. glos. in l. omnes la 2. C. eod.* & approbant *Summistæ omnes, & Repetent. sup. allegat. Rom. in d. l. 1. num. 8. & 9. Pau. de Castr. ibid. §. excipientur num. 1. & 2. & in l. Præsides ff. eod.* & esse de mente omnium Doctorum nemine discrepante, tradit *Gizz. d. dec. 58. num. 6.* vers. *Et acta, Cardos. in summ.* d. verb. *Feriæ, § ferijs,* vers. *Feria tamen,* cuius rei pulchrior adducitur ratio à *Gayll. obseruat. lib. 1. cap. 53. num. 16.* vers. *Sed ferijs.* quia edicti verba de istis ferijs habent, quod nemo in ijs inuitus in
50 ius vocari debeat, ergo inquit *Gaill.* argumento à contrario sensu ducto, si consentiunt partes, possunt in ius vocari, ex *tex. in d. l. 1. ff. eod. Lanfranc. in repetit. clem. Sepè num. 33. de verbor. signif. glos. magistral. ibid. in* verb. *Ob necessitatem, Felin. in cap. si diligenti num. 20. Panorm. in d. cap. fin. n. 11. de fer. Bal. in l. si vt proponis la 1. nu. 1. C. quand. & quib. Iudex.*

Vndè licèt secundum varios Re-
51 gionum mores, diuersimodè feriæ indicantur, ad *tex. in l. Præsides, ff. eod. Montalu. ad leg. for. lib. 2. tit. 4. de las ferias cap. 5. in gl.* verb. *in Autūno, glos. in d. l. omnes dies,* verb. *Mensibus, C. eod. Odofr. in l. à nullo, C. eod. Gregor. Lopez in l. 37. tit. 2. par. 3. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. num. 195. Surgen. de Neapol. Illustrat. cap. 17. num. 50.* vbi siccè admodum,
52 indictæ nobis in Regno communiter sunt feriæ à die 14. Mensis Iulij, cuiuslibet anni vsq; ad diem 8. mensis Septembris, & hæ sunt feriæ ordinariæ, in quibus ferijs includuntur tàm feriæ Cærealeas, siue messium, quàm vindemiales, sed multis abhinc annis vidimus semper fuis-
53 se speciali Excellentissimi Proregis rescripto ad petitionem Electorum Fidelissimæ huius Ciuitatis, fuisse ferias ipsas prorogatas per alios dies, & vt plurimum fit prorogatio ad
54 diem 18. Octobris, & memoria recolo tempore quo Regnum moderabatur Excell. Dux Albę omni ęuo memorandus, ob pestem, qua Italia nonnullis in partibus vexabatur, nè daretur occasio sub prætextu litium, hominum multitudinem ad Ciuitatem accedere, fuerunt feriæ prorogatæ vsque ad diem undecimum Nouembris, sicuti de prorogatio-

nibus

nibus prædictis memor *Ego* fui in *Annotat. ad Muscatell. par. 3. lib. 1. glos. Dilatorias pag. 77. col. 2.* post *Gizzar. d. dec. 58. nu. 6.* idq; pariter obseruatum fuit hoc anno *1649*.

55 Praxis tamen quotidiana inualuit in eiusmodi ferijs procedere ad omnes actus iudiciarios incumbentes vsq; ad citationem ad audiendam sententiam inclusiuè, siue (vti Pragmatici aiunt in Ciuitate Neapolis ad monitionem ad dicendum, quomodo obseruauit magnus *Practicus Muscatellus in eius prax. lib. 1. par. 7. glos. Ad dicendum* obtenta dispensatione ab Excellentiss. Prorege, quod procedatur ferijs non obstantibus, quæ dispensatio est tantę

56 efficaciæ, vt conuentus etiam inuitus tempore feriarum teneatur re-

56 spondere in iudicio, & non possit frui exceptione feriarum, nam teste *Gizz. d. dec. 58. nu. 2.* dispensando Princeps, quod procedatur, id importat, ac si non essent feriæ, & conuentus velit nolit, tenetur respondere in iudicio ad instantiam actoris, vel è contra; hæc autem dispen-

57 satio passim obtinetur, & fit expeditio per vnum ex Regijs Scribis è mandatis, quæ subscribitur ab vno ex Dominis Regentibus Regiam Cancellariam.

58 Petitur quoq; dispensatio, vt procedatur etiam ferijs non obstantibus ad expeditionem alicuius causę instructo iam processu, vel ad determinationem alicuius articuli de iure, in quo non requiritur terminus, & hoc casu magna cum difficultate solet eiusmodi dispensatio concedi, & si quando conceditur, solent fieri decretationes ad instantiam partis renuentis, quod Parte reluctante non procedatur, & hoc iure vtimur, quæ dixisse satis sit ad instructio-

59 nem Tyronum, quorum compendijs inuigilare non piget, nec pigebit, quòusque Deus effecerit, vt manus calamum regat meum.

Excitandę modò veniunt practicabiles quædam quæstiones ad materiam, quarum nonnullas remissiuè adduximus ad nostras *Annotationes ad Muscatell. d. par. 3. glos. Dilatorias*, quarum

60 Prima sit quæstio illa, super qua formauit decisionem *Consiliar. Gizzar. 58.* si fuerit processum tempore prædictarum feriarum absq; regia dispensatione, & conuentus passus fuit secùm procedi nulla facta oppositione de ferijs, si postmodum dixerit de nullitate actorum prædictorum, ex quo dispensatio non fuit obtenta, vt ferijs non obstantibus procedatur, an ex tacito consensu partis, cēseatur ritè processum absq; regia dispensatione? Et affirmatiuè pro validitate actorum decretum interposuisse suum, testatur *Gizzar. d. dec. 58. nu. 1.* ea ratione, quia par-

61 tes nedùm expressè, sed etiam tacitè renunciare possunt exceptioni feriarum, *Ias. in l. 1. num. 3. ff. de fer. Cauens. super rit. Magn. Cur. 116. num. 5. Scacc. de iudic. causar. ciuil. lib. 2. cap. 5. num. 158.* vers. *Extende istam limitationem*, vbi *in fin.* inquit eiusmodi opinionem communiter esse receptam sine controuersia, & iterum *num. 166.* vers. *Tertius est. Aretin. in §. Appellantur num. 36.* vers. *Aut non renunciauit*, quò fit vt procedendo, & non excipiendo, nec contradicendo, acta sunt valida, ac si dispensatio fuisset obtenta, quia prædicta dispēsatio deseruit ad finem, vt conuētus etiam inuitus teneatur respondere in iudicio, & nō possit vti exceptione feriarum, vndè dùm partes renūciant, siue expressè, siue tacitè, idem erit effectus, & fuit de mente *Alex. in cons. 213. num. 3. vol. 2.* ac partes acquieuisse eiusmodi suæ determinationi, fatetur *Gizzar. d. dec. 58. num. 8.* vers. *Et ideò ex his.*

62 Secunda quæstio. Vtrum renunciatio eiusmodi per acquiescentiam partium exceptioni feriarum, ne-

cessè

cessè sit, quod fiat per principalem, vel etiam sufficiat si fiat per procuratorem; Et affirmatiuam sententiã tenet *Alex. in l. 1. num. 10. ff. de fer.* & per discursum, vbi tenet, procuratorem etiam istis ferijs expressè, vel ta-
63 citè procedendo, scil. die feriata, renunciare posse, benè *Gayll practicar. obseru. lib. 1. obser. 53. num. 17. & 18.* vbi subdit hoc procedere, etiamsi statutum diceret, quod tempore messium, vel vindemiarum, ius non
64 redderetur, quia statuta recipiunt interpretationem à iure communi, per *tex. in l. 2. C. de noxal. actio. cum simil.* ità *Alex. cons. 36 num. 7. Bald. in d. l. 1. §. sed excipiuntur, ff. de fer.* Mouet dubium *Scacc. loc. cit. num. 169.* & nihil determinans, remittit se ad tradita per *Aretin. in §. Appellantur nu. 38. vers. Quaero an procurator*, vbi tenet, quod sic, eò quod eiusmodi ex-
65 ceptio est dilatoria, & procurator potest omittere exceptionem dilatoriam, adducens cotas, restringit tamen suum dictum, vt non proce-
66 in casu, quo talis omissio esset Domino periculosa, vt si tunc Dominus non habebat exceptiones paratas, vel probationes, quas nunc habet, vel fortè habet nunc Iudicem gratiosiorem, & propitium, quem tunc non habebat, & nostra interest
67 habere Iudicem propitium, itaque fuisse de mente *Ang. in l. 1. ff. de ferijs*, tradit, & subdit, quod officium Iudicis cum sit latissimum, *l. 1.* ibique *DD. de iurisd. omn. Iud.* talis renunciatio diceretur quaedam donatio, *l. si quis delegauerit, ff. de nonat.* quae
68 procuratori non permittitur, nec videtur comprachensa in mandato, quantumuis latissimo, *l. contra iuris, §. fin. cum ibi notat. ff. de pact. l. filiusfamilias*, & ibi *Bart. & DD. ff. de donat. & l. creditor, §. Lucius, ff. mandat.*

69 Quid dicendum? Mea est sententia, vt adhibita distinctione quaestio determinari possit; Vel etenim quaeritur an per taciturnitatem procuratoris non opponentis exceptionẽ feriarum, possit procedi ad vlteriora absque alio consensu Domini principalis, vel eius ratihabitione; & indistinctè teneo procuratorem praeiudicare Domino, sicuti in alijs exceptionibus omissis per *tex. in l. exceptionem, C. de probat.* coniuncta *l. ità demum, C. de procurator.* nam certum est in iure posse procuratorẽ omittere exceptionem dilatoriam per *tex. in l. si fideiussor, §. quaedam, ff. mandat. & l. de pupillo, §. fin. cum l. seq. ff. de nou. oper. nunciat.*

Vel quaeritur vtrum procurator possit expressè renũciare exceptioni feriarum, & tunc indubitanter affirmo, non posse in praeiudicium Domini, quia spectat ad principalem, quia renunciatio est quaedam donatio, quae procuratori non conceditur, ex dictis per *Aretin. loc. cit.* sic praxis obseruat, quia requirunt Domini de Sac. Cons. renunciationem feriarum à principalibus.

Tertia quaestio satis in praxi cõtingibilis, quamq; vario modo agno-
71 ui nonnullos Dominos Consiliarios Praeceptores meos obseruasse; ea est; Feriae vti diximus *n. 52.* sunt indictae in Regno à die 14. Iulij ad diẽ vsq; 8. mens. Septemb. sit vt plurimum, inualescente calore, uel aeris intemperie, alijsuè de causis prorogatio, utrum necessaria sit dispensatio regia, etiam in his ferijs prorogatis, ad hoc ut possit ad ulteriora procedi in iudicijs? Negant multi Pragmatici, ex quo ferię istę prorogatę non sunt ferię ordinarię, sed extraordinarię; ideóq; non sunt per omnia cum ordinarijs regulandę, itaque audiui Consiliarium quemdam asseruisse, quodq; procedi possit absq; ulla dispensatione. Affirmatiuam tamen sententiam, quod scil. adhuc ferijs prorogatis, necessaria sit dispensatio regia adhoc ut possit ad ulteriora procedi, tenuit doctissimus *Consiliar.*

filiar. Scipio Theodor. in praxi, quam insectabatur; Mihiq; uerò magis arridet negatiua opinio. Et si etenim demus ferias prorogatas nõ easdem esse ferias, ac ordinariè indictas, quodq; in hoc discrimen aliq adhi-
72 beri possit, attamen negari iure nõ potest terminum feriarũ prorogatũ, nõ esse nouũ terminum, sed eundẽ, ita mihi suadẽte *tex.* peculiari *in l. sed & si manẽte, ff. de precar.* ibi, *Sed et si manente adhuc precario, tu in vlterius tempus rogasti, prorogatur precarium. Nam nec mutatur causa possessionis, & non constituitur eo modo precarium, sed in longius tempus profertur*, ex quo *tex.* communi sensu trahunt DD. conclusionem, quod actus prorogatus
73 est idem cum primo, non diuersus, undè cum in primo feriarum termino requiritur dispensatio regia, ut possit procedi ferijs non obstãtibus, adhùc dũm terminus prorogatur, idem dicendum esse, fatendum est; ut noua nõ requiratur dispensatio.

Hinc *Innoc. in cap. praetereà de appellat.* tradit, quod facta prorogatio-
74 ne termini solutionis per creditorẽ, iuramentum, pignora, & pœna promissa, cæteræq; partium conuentiones perindè prorogatæ censentur, ac si res adhuc intra primum obligationis terminum cõsisteret, quam sanè doctrinam collaudans *Mynsing. singul. obseruat. centur. 6. num. 2.* vers. *Verum*, inquit esse intelligendam de illis accessorijs, quæ ab ipsis contrahentibus dependent, secùs si ab alijs; Dùm feriæ indicuntur à Principe, cuius dispensatio requiritur adhoc, vt procedi possit, ijs durantibus, si postmodum sit prorogatio, non est cur dicatur dispensationem nouam requiri, siue quia idem est terminus, siue quia vti quid accessoriam habetur dispensatio.

75 Et quicquid alij dixerint, adduxerintuè, ad hanc thesim probandam, quod scil. terminus prorogatus sit idem terminus, vt ex mea officina quid Ego proferam, sicuti mei instituti fert ratio, do Ego textum *in l. fin. C. de nouation.* ibi, *Vel conditionẽ, seu tempus addiderit, vel detraxerit, nihil penitus priori cautelæ innouari, sed anteriora stare, & posteriora incrementum ijs addere*; Ecce igitur quomodo per prorogationem termini, nihil innouatur, & insinuat apertè *Io. Bapt. Larr. allegation. fiscal. lib. 1. alleg. fiscal. 29 num. 38.* vers. *Et est textus*, in-
76 quiens, quo expressè non corrigitur, non intelligi correctum ex tacito, vel ex subaudito, vel à contrario sensu, nec ex identitate rationis, *Aretin. de testam. glos. 112. num. 15. in tractatib. vol. 7.* ex *glos. in cap. cupientes, §. quod si per viginti de elect. in 6.* & facit *Albert. Brun. in tractat. de augmen. 3. conclus. princip. num. 44. in*
77 *tractatib. tom. 17.* ibi, *Quod prorogatio termini praefixi in dispositione paenali, prorogat paenam, non autem obstringit, seu tollit, Bart. in l. Valerianus, ff. de prator. stipulat. Bald. in l. rescripto, §. si pacto, ff. de pact. vltim. col. & in l. 1. C. de his qua paen. nomine, Fontanell. de pact. nuptial. in 1. tom. claus. 4. glos. 15. num. 163.* vers. *Quia terminus*, inquiens terminum prorogatum partium assensu, dici prorogatum cum
78 suis accessorijs, & qualitatibus, adducens *tex. in l. labeo, §. hoc autem, ff. de arbitr.* quem allegauit *glos. in d. l. Sed et si manente*, itaque de iure dicendum censeo, & in praxi obseruandum teneo, vt in ferijs prorogatis necessaria nõ sit noua dispensatio regia, ad hoc vt procedi possit ferijs non obstantibus, itaq; semper consului, & firmè moneo; Benè verùm
79 fateor ad omnem euitandum scopulum, vtq; iurgantium calumnijs omnis occludatur aditus proficuũ esse, vt noua exquiratur dispensatio, eamq; censeo fuisse mentem præfati Dom. Consiliarij Theodori, Tribunalium praxis experientissimi.

80 Quarta nec otiosa est quæstio; Feriæ sint nè inductæ in fauorem Iu-

di-

dicum, vel in fauorem litigantium? Excitaui *Ego* hanc quæſtionem in *Annotation. ad Muſcatell. d. gloſ. Dilatorias col. 2. Io. Vinc. Ann. ſing.* 191.
81 verb. *Feria*, tenet pro abſoluto ferias inductas fuiſſe in fauorem litigantium, & non Iudicum, ideòque obteuta diſpenſatione Dom. Proregis, Iudices tenentur iudicare, allegat *Bal. in conſ. 6.* verſ. *Prætereà vol. 3.* duplicato *in 1. vol. conſ. 6. & in conſ.* 647. *vol. 1.* ſubdens eſſe notandum contra illos Iudices, qui nolunt pro-
82 cedere, quia poſſent conueniri in ſindicatu, cum quo conſentit *Borrell. d. tit. 38. de fer. num.* 119. *in 18. declarat.* quatenus intelligendus ſit *Ann. de ferijs* meſſium, & vindemiarum, non de alijs. E contra verò, eſſe nimirum ferias introductas, etiam in fauorem Iudicantium, qui tota reliqua parte anni iudicijs in-
83 cumbunt, illiſq; etiam danda eſt requies, *Scacc. loc. cit. num.* 159. inquiens ſic practicari in Tribunali Audito-
84 rum Rotæ, cum illæ feriæ concedātur etiam Dominis Auditoribus de Rota, vt iam diuturnis laboribus defeſſi, æſtiuis caloribus poſſint quieſcere; & tenet *Theſ. d. deciſ. 39. n. 3.* verſ. *Aduertendum*, nihil prorsùs allegans, niſi authoritatē *Caſſiani à Puteo*, queın Dominum ſuum
85 ſuper illuſtrem appellat, conſueſcentem dicere litigantibus, qui efflagitabant procedi in cauſis, ſtante renunciatione per eas facta ferijs, *Si vos renunciaſtis, Ego non renunciaui*, cui ſententiæ ſe ſubſcribit *Dom. Baldaxar de Angelis* eruditus vir, Iudex Magnæ Curiæ in criminalibus, in *addit. ad Gizz. d. dec. 61. num. 6.* & videtur approbare *Montalu. loc. cit. gloſ. Item nec Iudex*, vbi inquit, neque
86 Iudicem, neq; arbitrum cogi poſſe, vt procedat tempore feriato, licèt
87 partes ferijs renuncient, ſubdens in arbitrario nullas eſſe ferias, quia
88 arbitramentum non redigitur ad inſtar iudicij, ſed ad inſtar contra-
89 ctus tranſactionis, vt *in Authen. Vt differat. Iudic. §. 1.* & in contractibus non ſunt feriæ, quodq; notandum eſt, adſtruit non ſolùm partem, ſed
90 etiam teſtem, & Aduocatum poſſe has ferias allegare, per *tex. in d. l. 1. ff. de fer.* benè *Anaſtaſ. Germon. loc. cit. num. 38.* verſ. *Nam Imperatores.* Quicquid ſit de iure, hęc quęſtio pro qua ſunt aientes, & negantes in Regno ſopita eſt; nam habita diſpenſa-
91 tione procedendi in diebus feriatis, Iudices, ex eornm parte non deſinunt litigantes audire, eiſq; ius dicere, tàm domi, quàm in Sac. Conſ.
92 in quo fiunt etiam cauſæ de incidentibus, nam ferijs durātibus, quolibet menſe accedit vna Aula in Sac. Conſ. incipiendo ab Antiquiori, quam Aulam Decanam vocamus, & ſingulis diebus Iouis audiuntur relationes à grauaminibus Magnæ Curiæ, tùm in ciuilibus, cùm in criminalibus, quæ relationes fiunt per Iudices ipſius Magnę Curię, & vt plurimum domi expediūtur diſcuſſiones calculorum, ſicuti in *d. gloſ. Dilatorias in Annotation. ad Muſcatell.* indicaui.
93 Quinta nec incurioſa ſeſe offert quęſtio, Vtrum ferijs prædictis meſſium, & vindemiarum gaudeant etiā ij, qui rurales non ſunt, Et *Pyleus in ſuis quæſtionib. q. 123.* ſequutus à *Bartholomeo Brixenſ.* inter *Venereal. q. 28. tit. de ferys*, inquit, omnes, etiāſi rurales non ſint, ferijs prędictis gaudere, & eſt de mente *Abbat. in cap. fin. eod. tit.* inquiens etiam milites
94 Burgenſes, & Doctores, aliaſq; ſimiles perſonas, quæ non laborant, nec fructus colligunt, gaudere ferijs etiam ad neceſſitatem hominum inductis, *Montalu. in d. tit. de las ferias*, verſ. *Item circa has ferias*, eam reddens rationem, nam licet iſti non implicentur talibus per ſe; implicātur tamen per Aduocatos, Procuratores, & teſtes, aliaſuè ſimiles perſonas, *Theſ. d. dec. 39. num. 30.* verſ. *Fe-*

riæ autem, ea tamen adhibita restrictione, nisi tales sint, qui nec per se, nec per alios vacare vindemijs, vel messibus possunt, vt hi qui nihil habent, vel nulla mobilia possident, seu stabilia bona, ex mẽte *Bertachin. in tractat. de Episcop. lib. 1. par. 2. num. 20.* Contrariam tamen sententiam, has scil ferias proficere minime posse ijs, qui ad messe, & vindemias occupati non existunt, ideoq; posse in ius vocari tempore dictarum feriarum, notat *Bald. in l. 1. C. de agricol. & censit. lib. 11.* quem refert *Montalu. loc. cit.* eam referens rationem,
95 quia causa quare in his ferijs homines non trahuntur ad iudicium, nõ fuit finalis, sed impulsiua: ideò solũ rustici dicto priuilegio gaudẽt, vt *l. 1. ff. de fer.* vbi *glos.* Quicquid tamen sit in puncto iuris, in quo veriorẽ existimo sententiam, vt generaliter omnibus prosint feriæ, etiam quod non sint rurales, ac etiamsi bona stabilia non habeant, in Regno tamen est decisa quæstio; nam feriæ omnibus prosunt, absq; vlla excep-
96 tione personarum, nam veram nõ existimo *Thes.* opinionem, quod ij, qui nec per se, vel nec per alios vacare vindemijs, vel messibus, vt hi qui nihil habent, vel nulla immobilia possident, seu stabilia bona. ideò ferijs gaudere non possint, nam alia, atque alia assignatur ratio genera-
97 lior à DD. nempè ferias inductas fuisse, ad requiem laboris, ideòque etiamsi stabilia, aut bona immobilia quis non possideat, non per hoc ferijs non debet gaudere, nam si cogitur assistere in iudicio, denegatur illi requies, quæ indictis ferijs omnibus datur, & arridet *Montalu. loc. cit.* vers. *Item nota*, inquiens ferias esse obseruandas, vndè nusquam vidi, nec practicatum audiui in Regni Tribunalibus, in praxi eiusmodi di-
98 uersitatem, oppositam fuisse, quinimò risum moueret, qui eam opponeret.

Sexta quæstio, quæ his temporibus accidere facilè poterit, Vtrum
99 ferijs, quæ propter guerram fuerũt indictæ, an possint partes renunciare? Negatiuam tutatur sententiam *glos.* notabilis in *d. clem. Sæpè*, verb. *Ob necessitatem*, quod esse menti tenendum, insinuat *Montalu. loc. citat.*
100 vers. *Item nota, quod non potest*, inquiens ferias repentinas magis accedere ferijs inductis in honorem Dei, quàm messium, vel vindemiarum, *Aretin. in d. § appellantur nu. 33.* vers. *Est sciendum*, inquiens ferias repentinas assimilari ferijs sollemnibus, in quibus cessat omnis strepitus iudiciarius.
101 Potest tamen tempore feriarum prædictarũ procedi in pluribus casibus, quos ordinatè edocuit *Vlpian. in l. 2. & 3. ff. de fer.* vtputà, *vt Tutores, & Curatores dentur*; *Vt officia admoneantur*; *Cessantis excusationes allegentur*; *Alimenta constituantur*; *Aetates probentur*. *Ventris nomine in possessionem mittatur*, *vel rei seruandæ causa, vel legatorum fideicommissorum, vel damni infecti. Item de testamẽtis exhibendis, vt Curator detur bonorum eius, cui an hæres extiturus sit, incertum est, aut de alendis liberis, parentibus, patronis, aut de adeunda suspecta hæreditate, aut vt aspectu atrox iniuria æstimetur, vel fideicommissaria libertas æstimanda. Item de rebus, quæ tempore, vel morte perituræ sunt. Morte, veluti furti, damni, iniuriæ, iniuriarum atrociũ, qui de incendio, ruina, naufragio rate, naue expugnata rapuisse dicentur, & si qua similes sunt. Item si res sunt tempore perituræ, aut actionis dies exiturus. Liberalia quoque iudicia omni tempore finiuntur. Item in eum qui, quid nundinarum nomine, aduersus communem vtilitatem accepit, tempore ius dicitur*, ex quibus iuribus, cætera exempla, quæ à DD. afferuntur, quod scilicet etiam ferijs durantibus expediri nõnulla possunt, quasi ab exemplari trahuntur, quia aguntur summariè, sicu-

ſicuti tradit *Perez in lib. 3. ordinam. tit.1.col.752.* verſ. *Summaria etenim*,
102 inquiens idcò cauſam alimentorũ eſſe ſummariam, quia expeditur de plano, & etiam diebus feriatis *l. 2.* ibi, *Alimenta constituantur*, *ff. de fer. l.35.tit.2.part.3.Alex.in addit.ad Bar. in l. ſi quis à liberis*, §. *ſi quis ex his*, *ff. de liber. agnoſc. Bal. in l. ſi quis in ſuo num. 5. C. de inoffic. testam.* vbi dicit cauſam alimentorum eſſe ſumma-
103 riam, non autem cauſam legitimę, ea adducta ratione (quatenus ad rem noſtram attin[illegible]quia non eſt ſummaria, non o[illegible]nie, quod legitima ſuccedat loco alimentorum, quod eſſe menti tenendum, inſinuat *Bal.* ibi.

Notat tamen magnus Practicus
104 communis Præceptor *Reg. Rou. in rubr. de ferys* ſuper *Pragmat. Regn. num. 5.* quod alimenta, quæ conſtitui poſſe diebus feriatis, docet *Vlp.*
105 *in d. l.2.* non intelliguntur præterita, ſed tantùm præſentia, & futura, ex doctrina *Bal.in l.1.num 6.C.de fideicom. Franc. Milanen.deciſ.Sicil.5. num.30. 31.33.lib.1. Barz.dec.Bonon. 15.* ante *num.* 33. quatenus autem aduertit ex eodem *Bald.in l.nonnunquam in 2.lectur. ff.de iudic.* quod de-
106 bet intelligi in alimentis debitis ex vltima voluntate, non autem in debitis ex contractu, cuius ſententiæ fuit ante *Reg. Rouit.* inſignis *Didac. Perez* (quem non allegauit) *in lib. 3. Ordinam.tit.1.col.753.* verſ. *Item idem eſt obſeruandum*, ſalua pace tantorum virorum, vndique mihi non ſedet; Quod etenim alimenta debeantur ex contractu, vel ex vltima voluntate, quoad priuilegia alimentorum, nihil differt; diſcrimen tantùm notatur in actionibus deſcendentibus ex contractu, ſiue ex vltima voluntate, & hoc caſu deberi iure actionis
107 tenet *Roffr. Beneuentan.in tit.de offic.Iudic. quo petunt alimen. nu.9.* verſ. *Item quæritur*, cætera verò deberi officio Iudicis, quod edocuit *Napodan. in Conſuet. Quod autem*, verb. *Pro alimentis*, quem refert *Dom. de Franch. dec. 605. num. 8.* latè *Surd.* (vt alios prætereamus) *de alim.tit.1.q.32. nu. 41.* priuilegia verò alimentorum diſtant quando alimenta ſunt prę-
108 terita, & non præſentia, & futura, *Iaſ.in l.1.* §. *Sed excipiuntur num. 7. ff. de fer. Dec.in l. de alimentis num. 10. C.de tranſact. Surd.de alim.tit. 8.priuileg. 2. num. 14. Pontan.de alim. cap.2. in fin. Scacc. loc. cit. num.49.* verſ. *Declara rurſus cum pluribus ſeqq. Dom.de Franch. d. dec. 605. num. 2. Vrſill. ad Affl. dec.10. Alex.Trentacinq. variar. reſol. lib. 1. tit. de alimen. & conſ. 21. nu.2.vol.1. Viſcon.concluſion.iur.* verb. *Alimenta*, plenè, & ordinatè *Mareſcott. variar.reſol.lib.2.cap.83.num.1.*
109 *& plurib.ſeqq.* ex quibus recedendum mihi videtur à doctrina *Baldi*, quam ſequuti fuerunt *Didac. Perez*, & *Dom.Reg.Rou.* eius ſolo placito innitentes.

110 Notat inſuper *Gizzar. d.dec.62. num.9.* verſ. *Sed verum eſt*, quod vbi res eſſet tempore peritura, & periculum eſſet in mora, non obſtaret exceptio feriarum, ſiue ſollemnium, ſiue repentinarum, ſiue ruſticarum, *Reg. Rou. loc.cit.num.10.* verſ. *Verum aduertas, Theſ. dec.95.in fin. Moditius in* §. *Prudentum reſponſa dubit.9. Montalu. loc.cit. lit.E.* verſ. *En eſtas ferias*, vbi allegat *Azon. in ſumm.eod. tit. circa fin. & 3. part. tit. 2. l.33. cum ſeqq. Borrell. d. tit. de ferijs num. 67. cum ſeqq.* vbi exempla recenſet noui, & veteris teſtamenti, *Anaſtaſ. Germon. loc. alleg. num.23.* vbi poſtquam edi-
111 xerat ferijs ſollemnibus non poſſe renunciari, etiam ſtante pacto, limitat in ſex caſibus, nempè, Ex periculo, Ex pace, Ex neceſſitate, Ex celeritate, Ex pietate, & ex interpoſitione appellationis, idque fuiſſe ex mente *Abb.* tradit *in cap. fin.de ferijs, num. 13.* vbi ſunt iura ſuadentia, idemq; *Germon.* notat *num. 39.* verſ. *Idem tamen*, & luculentius *Scacc.*

loc. citat. num. 28. *& seqq.*

112 Aduerte tamen, quod in Regno nullæ sunt feriæ ad vtilitatem hominum inductæ in Tribunali Regiæ Cameræ Summariæ, vbi de rebus præsertim ad Regis patrimonium

113 spectantibus agitur, quæ praxis desumpta est, ex *tex. in l. publicas* 5. *C. de ferijs*, sicuti aduertit *Reg. Rou. in d. rubr. de ferijs num.* 6. vers. *Ità quoque*, & fuit dictum à *Montalu. loco cit. lit.* G. vers. *Las cartas del Rey*, cuius non meminit *Reg. Rou. loc. allegat. & ex tex. in d. l. publicas* desumunt conclusionem hanc *Martin. Laudens. in tract. de fisco, q.* 36. *Franc. Lucan. de Parma in tractat. de priuileg. fisc. par.* 1. *num.* 67. *Donnell comment. iuris ciuilis lib.* 24. *cap.* 7. *col. fin. Farin. fragmen. criminal. par.* 1. *lit.* F. *num.* 202. eleganter vterq; *Barbos. Petr. in l.* 1. *ff. solut. matr. par.* 1. *num.* 51. vbi procedere

114 ait in causis publicis, scil. principaliter, vel secundariò accedentibus vtilitati, vt quia pertinent ad regimen, siue conseruationem Reipublicæ, *Petr. Gregor Syntagmat. iur. lib.* 2. *cap.* 16. *sub num.* 8. *& Dom. August. Barbos. in Collectan. ad d. l. publicas.*

Plura alia de origine feriarum, alijsque quæstionibus, eruditioni magis, quàm praxi Tribunalium deseruientia, consule apud præfatos

115 Authores, Mihi etenim, vt Lectorem meum feriarum tempore à laboribus subleuarem, arrisit inter Leonem, & caniculam, præfata de ferijs in vnum colligere, & adnotare; præsertim consulendi sunt *Aretin. in d. § appellãtur Instit. de exception. ex num.* 28. *ad num.* 42. latè *Sigismun. Scacc. de iudic. causar. ciuil. lib.* 2. *cap.* 5. *ex num.* 1. *per tot.* vbi peculiarem

116 tractatum habes de ferijs in causis ciuilibus, & alterum de ferijs in causis criminalibus, & hæreticalibus *cap.* 6. *Marchesan. tractat. de commissio. par.* 1. *commiss.* 8. *Derogationis feriarum cap.* 1. *num.* 3. *Mandos. de commissio. commiss.* 13. *ferijs non obstantibus*, verb. *Ferias*, omninò reuidendi in contingentia facti.

SVMMARIVM.

1 TRansactio[...]ultum Consulti, ac Imperi[...] Constitutiones fauerunt.

2 *Transactionis præcipuus effectus est, vt recedatur à litibus, & parcatur impensis.*

3 *Transactionis fauore multa sunt à iure inducta, quæ aliàs respuerentur.*

4 Tex. in l. quamuis, C. de transf. *enucleatur.*

5 *Transactio, licèt sit contractus innominatus, tamen etiam re integra non est locus pænitentiæ.*

6 *Transactio tunc valida diiudicanda est, quando causa dubia existit.*

7 *Transactio dicitur tertium remedium finiendarum litium.*

8 *Exceptio transactionis fuit inducta, vt esset litium finis.*

9 *Transactionem impugnans, non debet audiri, nisi restitutis acceptis virtute transactionis.*

10 *Resolutio contractus debet habere quid verisimile, vt teneat, sicuti in ipsius celebratione.*

11 Tex. in l. si diuersa, C. de transf. *expenditur.*

12 *Agens contra transactionem, tenetur ante omnia restituere, accepta ob causam dicta transactionis.*

13 *Verba* tex. in l. si diuersa, C. de transf. *ibi* (Refusa pecunia) *quid importent.*

14 *Ablatiuum absolutum inducit conditionem.*

15 *Conditio debet adimpleri in forma specifica, non per equipollens.*

16 *Mi-*

16 *Minor recedere satagens à contractu, debet restituere postulatum in pristinum statum.*

17 Exceptio *restitutionis acceptorum virtute transactionis, est statim opponenda.*

18 *Acceptorum restitutio vigore transactionis, debet fieri ab impugnante transactionem, etiam nullo pacto interueniente pro restitutione acceptorum.*

19 *Restitutio acceptorum vigore transactionis, quod sit facienda ante omnia, ab impugnante transactionem, qui tenuerint.*

20 *Iudicis ad officium spectat compellere transigentes ad restitutionem acceptorum, in casu quo transactionem impugnant.*

21 *Doctores recensentur aientes restitutionem acceptorum fieri debere ab impugnantibus transactionem, etiam nullo interueniente pacto.*

22 Tex. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt. *enucleatur.*

23 *Agens ex contractu, repelli debet, nisi prius pro sua parte adimpleat.*

24 *Rescindere petens contractum, tenetur prius restituere quod recepit.*

25 *Transactio, inter contractus vltrò citroq; obligatarios, connumeratur.*

26 *Fides si ab vno ex contrahentibus non obseruetur, nequidem illi ab altero seruanda est.*

27 *Qui non facit, quod debet, non recipit quod oportet.*

28 *Qui differt facere quod debet, non potest petere quod ei debetur.*

29 *Decisiones plurium Europæ Tribunalium recensentur ad demonstrandum, non esse audiendum transigentem, nisi restituat accepta in casu contrauentionis transactioni.*

30 *Obseruare non tenemur non obseruãti.*

31 Dom. Didacus Ludouicus de Lima in Annotation. ad Ludouic. Molin. *laudatur.*

32 *Restitutio acceptorum virtute transactionis, est facienda ab eo, qui impugnat transactionem cum effectu, nec sufficit oblatio.*

33 *Rescindens contractum cuiusuis generis, non est audiendus, nisi restituit ijs, quæ accepit.*

34 *Minor, aliaq; persona priuilegiata non sunt audiendi in indicio rescisserio, nisi prius restituant accepta, & rem cum fructibus.*

35 *Restitutio acceptorum virtute transactionis, debet fieri absque interpellatione, cum effectu.*

36 Author *consuluit passim, restitutionem acceptorum virtute transactionis, fieri debere etiam nullo super hoc pacto intercedente.*

37 *Sacrum Consilium passim indicauit restitutionem acceptorum fieri debere etiam sine pacto.*

38 *Articulus iuris dubius, si binam habet iudicaturam è Sacro Consilio emanatam, vim legis obtinet.*

39 Tex. in l. si diuersa, C. de transact. *procedit etiam in casu, quo ageretur ex enormissima læsione.*

40 *Restitutio acceptorum virtute transactionis, ante omnia fieri debet, etiamsi nullitatis via aduersus transactionẽ ageretur.*

41 *Nullitas notoria, non censetur reiecta à statuto reijciente nullitates.*

42 *Nullitas notoria, & euidens dicitur, quæ constat ex inspectione actorum.*

43 *Pactum cum iuramento, & pœna de non opponendo nullitatem, non tenet, quando Iudex repellit agentem sine actione, quando nullitas est notoria.*

44 Author *approbat sententiam, non debere quem audiri aduersus transactionem, nisi restituat accepta virtute ipsius, etiamsi de nullitate ageretur aduersus transactionem.*

45 *Æquitas efficit, vt ne cui plus, ne cui minus, sed suum cuiq; tribuatur, pro rerum, personarumq; ratione, & dignitate.*

46 *Æquitas dicitur ars æqui, & boni.*

47 *Æquitas est iudicium, in quo circumscriptis regulis iuris, statuitur ad dictamen rationis naturalis.*

48 *Æquitas dicitur rectitudo iudicij, naturalem sequens rationem.*

49 Pu-

49 *Publica versatur vtilitas in diremtione litium.*

50 *Recessus à transactione operatur, vt omnia ad pristinum reducantur statum.*

51 *Fraudibus ianua non est adaperienda.*

52 *Reipublicæ interest fraudibus obuiare.*

53 Author *recedit à* Giurb. decis.103. num.1. *& ab* Episcop. Ricc. dec. Archiepisc. Neapol. 117. num.1. *& qua mouetur ratione.*

54 *Iudex præ oculis æquitatem semper habere debet.*

55 *Neminem cum alterius iactura locupletari debere, ab ipsa natura insitum reperitur.*

56 Author *explicat casum decisum per Sac. Consil. de quo extat suum responsum* in 2. disceptation. forens. cap. 40.

57 *Casus, super quo* Author *consuluit* in 2. disceptation. forens. cap. 40. *enucleatur.*

58 *Pater non potest præiudicare in ijs, qua descendunt à genere, nam succedit per se, ex liberalitate primi instituentis.*

59 *Donatio vocatorum ordine successiuo, temporaliter subsistit in personam cuiuscumq; ex vocatis.*

60 *Vocatio plurium ordine successiuo, non dicitur verè substitutio, sed quadam dispositio temporis, scil. genitoris in vita, & genito post mortem genitoris.*

61 *Vocationes tot sunt in primogenijs, & fideicommissis, quot sunt personæ vocata.*

62 *Vocatus quilibet ordine successiuo ad fideicommissa, & primogenia, absque aliqua restitutione consequitur dominium eodem instanti, ac momento, quo pacificatur conditio, vel venit dies vocationis ex propria persona, sublato de medio præcedenti successore, non autem ex iure sibi ab eodem transmisso.*

63 *Dominium alicuius rei, siue ex donatione, siue ex vltima voluntate potest cuilibet relinqui, ea lege, vt in alium, eo mortuo transferatur.*

64 *Actuum celeritas à lege fuit introducta.*

65 *Decretum Sacri Consilij, quod petita restitutione acceptorum ad merita reseruata, procedatur ad vlteriora in causa, recensetur.*

66 Dom. Io. Andreæ Georgij Regij Consiliarij *fides labefactatur in* alleg. 34. *eiusq; dictis qualiter* Author *occurrat.*

67 *Doctores Regni passim inhæserunt exaratis per* Dom. Consiliar. Georg. alleg. 34. *nulla facta ponderatione eorum, quæ adduxit.*

ARGVMENTVM.

Transactio, cui plura à Consultis inducta fuerunt priuilegia, eò quod à iurgiis, litibusque recessum insinuat, quamq; Imperiales Constitutiones non paucis munierunt ampliationibus, ea mente ductæ, quia expedit bono Reipublicæ, litibus ianuam occlaudere, easq; immortales prorsùs effici, leges abhorruerunt; an de sui natura operetur, vt in casu, quo vnus ex transigentibus illi stare detrectet, vel eam impugnare contendat, siue rescissorio Iudicio agat, siue nullitatis macula, labeq; notatum transactionis placitum redarguat, ante omnia teneatur restituere accepta virtute transactionis prædictæ, nec aliter nisi illis

illis restitutis in Iudicio audiri debeat? Vel necessè sit, ꝙ in ipso transactionis documẽto pactum peculiare in casu contrauentionis apponatur, ꝑ quod ab agendo repellatur contraueniens, nisi pręcesserit receptorum restitutio? Quæ an realis, & effectiua esse debeat, vel satis sit si fiat depositum? vel etiam oblatio admittenda veniat? Ad cuius quęsiti dilucidam enucleationem, pluribus pensitatis iuribus, maturaq; facta discussione omnium hincindè allatorum tàm per Aientes, quàm per Negantes, veriorem, ac tutiorem, tùm in consulendo, cùm in iudicando, eam *Author* approbat sententiam, per qua itum est de natura transactionis esse, vt aduersus eam si quis se dirigit, in primis omnia accepta ipsius transactionis intuitu, restituat, aliàs, à Iudicij limine fore arcendum, quam sententiam pluribus Senatuũ Supremorum placitis comprobatam, ad oculum insinuat; Quæque iis adhibenda sit fides Authoribus, qui contrarium sensierunt, summatim materiam, non funditùs degustati, ad viuum insinuatur? præsertim labefactatam *Author* indicat fidem *Regij Consiliarij Io. Andreæ Georgij in alleg.* 34. eiusque Asseclarum, qui sub eius fide in eiusque verba iurati cum ipso sentierunt; Enucleaturq; pariter determinatio facta per Sacrum Consilium Neapolitanum in causa V. I. D. Marci Sancti Antonii, cum Sacro Incurabilium Nosocomio, cuius aciem *Author* sustinens, ac pro restitutione acceptorum vigore transactionis partes agens, suum edidit responsum in 2. *disceptatio. forens. cap.* 40. aliaque plura non inutilia afferuntur, & dilucidantur.

OBSERVATIO XXXXVIII.

1 TRansactio, cui plurimũ
Consulti, ac Imperiales
Constitutiones fauerũt,
2 cuiusq; præcipuus ef-
fectus est, vt à litibus
discedatur, & parcatur impensis,
omnisq; inter partes controuersia
dirimatur, ex dictis per *Repeten. in l.*
1. ff. de transact. in l. fratris, C. *eod. l. 1.*
C. de pact. l. si diuersa, *C. de transf.* alijs-
que in iuribus à *Me* post multos ad-
ductis in 2. *discept. forens. cap.* 40. *Ve-*
rall. dec. Rot. 306. *num.* 4. *par.* 2. *Man-*
dell. consf. 34. *num.* 8. *Alciat. responf.* 94.
3 *num.* 3. dicens eam ob causam, mul-
ta eius fauore inducta esse, multaq;
admitti, & tolerari, quæ aliàs res-
puerentur, sicuti post *Bal. & Salic. in*
d. l. 1. *C. de pact.* adnotauit insignis
Præs. Sac. Consf. Vincent. de Franch. dec.
159. *num.* 7. & est *tex.* pulcher *in l.*
4 *quamuis*, *C. de transf.* ibi, *Quamuis eum,*
qui pactus est, statim pæniteat, transa-
ctio tamen rescindi, & lis instaurari non
potest, & qui tibi suasit, intra certum
tempus licere à transactione recedere,
falsum asseuerauit, cuius *tex.* disposi-
tioni innitentes Antiquiores, & post
5 eos *Iasf.* ibi, notarunt, quod licèt trã-
sactio sit contractus innominatus,
tamen etiam re integra non est lo-
cus pænitentiæ, & concordantes
textus adducit *Reg. Valenz. in l. cum*
te 5. *& d. l. fratris*, *C. eod. in consf.* 175.
6 *num.* 10. adeò quod dubia existente
causa, transactio valida diiudicanda
est, *Dom. de Franch. d. dec.* 159. *num.* 6.
Io. Bapt. Magon. de recta patrocin. ra-
7 *tion. cap.* 20. *num.* 3. dicitur quoque
tertium remedium finiendarum li-
tium, secundum *Accursf. in l.* 1. *in*
verb. *Maximum remedium, ff. de iure*
iur. Affl. dec. 220. post *num.* 3. vbi di-
8 xit, quod eiusmodi exceptio indu-
cta fuit, vt sit litium finis, *Gram. in*
celebri decisf. 66., & scripto tradidit
magnus Practicus *Io. Bernardin. Mu-*
scatell. in prax. Sac. Consil. lib. 1. *par.* 4.
glosf. Transactionis, vbi *Ego* adnotaui
nonnulla.

Habet quoque illud peculiare, vt
contra transactionem veniens, non
9 possit, neq; audiri debeat, nisi ante
omnia restituat ea quæ ex causa, &
virtute dictæ transactionis accepe-
rit, ad *tex. in l. vbi pactum*, & ibi *Bal.*
num. 4. *Salic. num.* 9. *Curt. iun. num.* 65.
C. de transac. l. qui fidem, *ff. eod. l. ab*
emptione, *ff. de pact.* vbi vt recedatur
à contractu celebrato, re non inte-
10 gra, necessè est, vt interueniat actus
verisimilis, & si aliqua data sunt, re-
stituantur, aliàs contractus non re-
soluitur, per quẽ *tex.* ità tenet *Cran.*
consf. 83. *num.* 1. *vol.* 1. Reg. *Valenz. d.*
consf. 175. *num.* 47. *in fin.* vbi allegat
tex. consimilem in *l. cum te fundum*,
C. de transac.

11 Quorum sententia probatur mi-
hi ex ineuitabili *tex. in l. si diuersa*, C.
de transac. cuius verba subnectere
libet, *Si diuersa Pars contra placitum*
agere nititur, æquitatis ratio suadet, re-
fusa pecunia (cum & tu hoc desideras)
causam ex integro agi; Nullum prot-
sùs verbum adaptari potest, vt dica-
tur ex pacto restitutionis acceptorũ
in transactione apposito, restitu-
tionem esse faciendam, sed simplici-
ter, quod is qui aduersus transactio-
nis placitum agere nititur, debet
12 ante omnia, restituere pecuniam,
quam ob causam prædictam acce-
13 pit, idq; denotant apertè verba illa
(*Refusa pecunia*) concepta per modũ
14 ablatiui absoluti, qui conditionem
importat, *l. à testatore*, *ff. de cond. &*
dem. l. euictis agris, *ff. de euic. DD. in*
rubr. ff. sol. matr. vbi *Rip. nu.* 51. *vers.*
Secundò ampliat, tradit induci ex-
pressam, & propriam conditionem
Consiliar. Ann. consf. 105. *num.* 5. *Reg.*
San-

Sanfel. dec. 6. num. 15. cum duobus seqq. vbi pulchrè loquitur, *Ego in 2. discept. forens. cap. 47. num. 26.* quasi diceret, tunc posse quem admitti, vt contra transactionem experiatur, *Si pecuniam refuserit*, quæ sanè conditio debet in forma specifica adim-
15 pleri, non per æquipollens, *l. scimus, §. si vero postquam, C. de iur. deliber. l. certa forma, C. de iur. fisc. lib. 10.* cum alijs per *Me* adductis in *Annotation. ad Muscatell. in prax. Sac. Cons. lib. 1. glos. Præsentare col. 2. vers. Notat Author*, vbi exornaui propositionem prædictam, ex multis, *Rot. Rom. dec. 805. & 810. par. 1. in nouiss. Menoch. cons. 693. num. 16. & seqq. lib. 7. Corn. cons. 188. col. fin. in 2.* quibus adductis accedit *Io. Bapt. Costa in tractat. de re integr. prælud. 3. num. 2.* inquiens refusionem pecuniæ fieri debere, etiā
16 à minore antequam ingrediatur iudicium cum effectu, nec sufficere oblationem absq; deposito, & pulchrè *Gizzar. dec. 29. num. 24.* vers. *Et ideo*, & post *Bal. in cap. 1. §. notandum num. 1. de his qui feu. dar. poss. Abb. cons. 62. num. 1. par. 1. Castrens. in d. l. qui fidem num. 8. Siluan. cons. 81. num. 1. & 2. Rolan. à Vall.* qui plura refert *cons. 59. num. 7. Natta cons. 631. num. 7. Marchesan. de commiss. par. 1. cap. 16. num. 28. Paris cons. 96. num. 112. lib. 1. Crau. d. cons. 83. num. 1. Put. dec. 353. num. 6. lib. 1.* eandem amplectitur *Reg. Valenz. d. cons. 175. num. 48.* vbi *in princ.* tradit communissimam esse opinionem, & pro absoluto insinuat *Ioan. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. clausul. 4. glos. 9. par. 5. num. 214.* vers.
17 *Ceterum*, vbi consulit reum, vt opponat statim non fore audiendum suum Aduersarium, quin prius restituerit sibi quicquid ex transactione, & illius vigore accepit, subdens, *Et obtinebit proculdubiò ex dispositione textuali in l. si diuersa, C. de transac.* inquiēs ità decisum, quasi quod dubio procul ista sit verior opinio nul-
18 la facta mentione pacti pro restitutione acceptorum, vterque *Molin.*
19 Primus in *tractat. de hispan. primogen. lib. 4. cap. 9. num. 43.* vers. *Illud autem*, inquiens eum, qui ex causa transactionis aliquid ab Aduersario recepit, si aliqua ex causa contrauenia t, non aliter audiendum fore, quàm reddita ea quantitate, quæ ex causa transactionis sibi præstita est, parte tamen opponente; Alter verò *Molin. Iesuita de iustit. tit. de contractib. disput. 556. par. 2. lit. E.* vers. *Quod si*, ibi, *Neque aliter Aduersarius audietur, quàm integrè restituat, quod accepit, Aldou. cons. 71. num. 126.* subdens prædicta procedere, siue quis petat contractū aunullari, vel rescindi, quod-
20 que ad Iudicis officiū spectat eiusmodi restitutio facienda, antequam ad cōtractus rescissionem procedatur, *Decian. cons. 32. num. 1. & 5. in 4. Gonzal. ad regul. Cancellar. 8. glos. 27. num. 22. & glos. 56. num. 104. & 150. Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 26. tit. 9. num. 39.* vers. *Qui autem Ioseph. Ramon. cons. 52. nu. 57.* vers. *Neque etiam, Ludouis.* summus deindè *Gregor. XV. dec. Rot. Rom 354. nu. 7.* vers. *Quæ in omnem euentum*, ibiq; suus *Oliuer. Beltram. in Annotation. nu. 17. Cyriac. Niger controuers. forens. lib. 1. cap. 3. num. 65.* alijque nonnulli à *Me* adducti in *2. discept. forens. cap. 40.* quibus modo addo *Consiliar. Gizzar. dec. 29. num. 3.* ibi, *Hinc impugnantibus transactiones lex, in pœnam denegat audientiam non restitutis prius acceptis, quia ille contra quem impugnatur actus, & rescissionem patitur, in pristinum statum reponi debet, in quo erat ante gestum contractum, itaut omninò seruetur indemnis, ac penitus sine damno, vt probant iura prædicta respectu omnium, quæ ad impugnantem pertinere possunt.* Hæc *Gizzarellus*, qui omnes, transactioni eiusmodi efficaciam tribuerant, vt antè omnia, qui eam impugnare nititur, restituat accepta, non autem pacto in transactione ipsa apposito.

Pro qua opinione certat non mi-
nus efficax illa consimilis ratio ex-
22 cerpta ex medulla, *tex. in l. Iulianus,*
§. Offerri, ff. de action. empt. qua sua-
23 sum habemus, eum qui ex contra-
ctu agit, repelli debere, nisi prius
pro sua parte adimpleat, vndè in-
fert *Reg. Valenz.* ad thesim nostram,
24 *d. conf.* 175. *num.* 49. vers. *Et facit*, eũ
qui vult rescindere contractum, te-
neri prius restituere quod recepit
Anchar. conf. 34. *nu.* 11. *Natt. conf.* 361.
num. 1. *Rot. d. dec.* 810. *num.* 4. *&* 5. &
facit *tex. in l. non solum* 4. vers. *Igitur,*
C. de prad. & alijs rebus minor. Hieron.
Gabr. conf. 154. *num.* 12. *Afft. dec.* 108.
num. 2. *Neniz. conf.* 50. *num.* 6. *Caccia-*
lup. de transac. q. 5. *in princ.* Nam se-
cundum *Bart. in l. fine apud acta, C. de*
transf. vbi passim *Repeten. & in l. in-*
risgentium, ff. de pact. cum sit transa-
25 ctio ex ijs contractibus, in quibus
vltrò citroq; nascitur obligatio, &
in quibus contrahentes mutuò al-
ter alteri aliquid dare, vel facere
obligantur, perspicuum est, non an-
te agi posse ab aliquo contrahen-
tium, quàm ipse ex parte sua ad vn-
guem adimpleuerit, & se adimple-
uisse liquidò probauerit, *Mascard.*
de probatio. lib. 3. verb. *Transactio,*
concl. 1393. *num.* 1. *& seq.* & *num.* 6.
vers. *In quo tamen.*

In huiusmodi etenim contracti-
bus correspectiuis ideò præfata pro-
cedunt, quia tacita intelligitur ines-
se conditio, si sibi fides adimpleatur,
ac seruetur: quare si vnus ex contra-
26 hentibus fidem non seruat æquum
est ei fidem minùs seruari; *cap. per-*
uenit de iureiur. glos. in cap. cum beatus
45 *dist. & in cap. significasti in fin. de*
elect. & in cap. ad decorem de instit. l. cũ
proponas, C. de pact. vndè faciunt dicta
Bald. in cap. 3. *qualis Dom. feu. propriet.*
priuet. & in l. post legatũ, ff. de his quib.
vt indign. & in *Auth. dos data, C. de do-*
nat. ante nupt. quod qui non facit, q;
27 debet, non recipit, quod oportet,
& qui differt facere quod debet, nõ
29 potest petere, quod ei debetur *Afft.*
dec. 220. *num.* 4. qui concordantem
adducit textum in *l. si non fuerit, ff.*
de iureiur. Peguer. dec. 203. *num.* 1. *in*
fin. pluraq; ad rem similia congerit
Tiraq. de legib. cõnubial. glos. 1. *par.* 13.
num. 42. eoque laudato, pleraq; alia
adnotauit in terminis *Mascard. d.*
concl. 1393. *ex num.* 12. per sexdecim
ampliationes in praxi contingibiles,
quas Lectori indicasse satis erit, ne
aliena pro nostris venditemus.

29 Suffragium quoque receptæ huic
opinioni præstant plurium Europæ
Senatuum scita, siue (vti aiunt) de-
cisiones, & initium desumens à
Sac. Conf. Neapolitano, fidem præ-
stat suam *Matth. de Afft. in decisioni-*
bus per ipsum recollectis *dec.* 220.
num. 4. *in* 2. *dubit.* vbi per *tex. in d. l. si*
diuersa, votatum refert non potuis-
se contra transactionem agi, nisi fa-
cta oblatione restitutionis accepto-
rum, cui determinationi probè col-
lineat consimilis decisio relata à *Ce-*
sare Vrsill. in Annotation. ad Afft. 161.
num. 2. vers. *Circa aliud dubium*, &
num. 6. *in fin.* qui pluribus in com-
probationẽ adductis, sic fatur, *Prop-*
30 *tereà dicta opinio intrepidè est tenẽda,*
quod non obseruanti quis non tenetur
obseruare, & quod non possit quis age-
re, nisi restituat accepta, & adimpleat
vt supra, & deueniens postmodũ m
ad determinationem, subdit, *Et se-*
cundum hanc opinionem Sac. Consil. iu-
dicauit in quadam causa Magnif. Ioan.
Laurentij de Ansa anno 1561. *quod ip-*
se Io. Laurentius restitueret duc. 200.
habitos virtute transactionis quietatio-
tionis tutelæ ab heredibus tutorũ, prius-
quam audiatur. Hæc *Vrsill.* & est fa-
migerata decisio *Gram.* 66. *num.* 66.
Osasc. dec. 160. *in fin. Garsia Mastrill.*
dec. 13. *num.* 1. *& seq. Ludonic. Peguer.*
dec. 203. *num.* 3. vers. *Atque ita*, in-
quiens emanasse determinationem
pro Conuentu Sancti Francisci de
Paula se defendente aduersus Ber-
nardum Torrent. de anno 1608.

die

die 20. Octobris, *Cancer. variar. resol. lib. 1. cap. 13. de emptio. & vendit. n. 15.* vers. *Debetq;* adducens casum decisum per Senatum Cathaloniæ, de anno 1619. à qua determinatione cum fuisset reclamatum, extitit in causa reclamationis confirmata sententia.

Nec sunt asperneñda, quæ idemet *Cancer.* tradidit *lib. 2. variar. cap. 1. tit. de minorib. n. 248.* quem refert *Io. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. lib. 2. clauf. 4. glos. 19. par. 5. n. 216.* vers. *Quod idem in fin. Merez de maiorat. par. 4. quæst. 22. n. 85.* vers. *Et quod agens,* vbi tradit *n. 86.* esse plures decisiones Rotæ Romanæ in nouiss.
31 quarum meminit eruditus *Dom. Didacus Ludonic. de Lima* in aureis *Annotation. ad Molin. de primogen. hispan. lib. 4. cap. 9. n. 43.* vbi inter cæteros adducit *Reg. Valenz. consf. 88. n. 60. & 61.* subdens hanc recepti restitutio-
32 nem faciendam esse cum effectu, atque ità requiri depositionem, nec sufficere oblationem, ex *Menoch.* placito *d. cons. 644. lib. 7. & cons. 1111. n. 6. cum seq lib. 2. Episcop. Ricc. dec. Archiepiscop. 117. n. 2.* vers. *Secundo verò*
33 *casu,* inquiens in rescissione contractus, siue transactionis, aut alterius cuiusuis generis, non esse audiendū actorem, nisi relicto prius quod trāsigendo accepit, subdens id procedere in omni iudicio rescissorio, in quo reddere prius debet Actor, quod accepit, per *tex. in l. ex empto, §. si quis virginem, ff. de actio. emptio.* tradens
34 *n.* 3. nequidem in hoc, priuilegio aliquo potiri Ecclesiam, aut minorem, etiamsi veniant per viam restitutionis in integrum ad rescindendum contractum, etenim non prius audiri debent, nisi rem cum fructibus restituant, ad *tex. in l. 1. C. de repud. & in l. quod si minor, §. restitutio, ff. de minor. 25. annor. Mastrill. dec. 13. Magon. dec. Floren. 119. Giurb. dec. 103. n. 10.* vers. *Licet Ecclesia,* innumeris
35 propemodum adductis, eamque restitutionem etiam absque interpellatione fieri debere, & cum effectu idemet *Episc. Ricc.* tradit *d. dec. 117. num. 3.* & faciunt quæ eruditè docet *Ludouis. d. dec. 354. n. 7.* ibi, *Quæ in omnem euentum forent restituenda, tū ex dispositione l. si diuersa, C. de transf.* ibiq; *Beltram. in Annotation. n. 17.* format conclusionem, quod veniens contra transactionem, ante omnia tenetur restituere, quod ex transactione recepit, iuxtà *tex. in l. si diuersa,* & allegat quatuor Rotæ decisiones satis punctuales, adhibitis quoque nōnullis restrictionibus ad materiam.

36 Quò fit: vt in consulendo nusquam mihi arridere potuerit contraria opinio, dùm viderim in fonte DD ferè omnes eiusmodi restitutionem acceptorum non pacto, sed efficaciæ trāsactionis tribuisse, ex dispositione satis clara (quæ cauillum non recipit) *d. l. si diuersa,* cumque
37 agnouerim per Sac. Consil. pluries ità iudicatum, audentiùs, & omni procul scrupulo, eamdem sustineo sententiam, à qua in iudicando nec recederem; Scimus enim articulum
38 iuris dubium, si binam habet iudicaturam Sac. Consil. legis vim obtinere, quæ ius in Regno statuit inuiolabile, ex *Affl. dec. 96. Dom. de Franch. dec. 228.*

39 Quam sanè opinionem, in praxi tenendam censeo, etiamsi propter enormissimam læsionem, quis aduersus transactionem veniret, hoc etenim in casu *d. l. si diuersa* etiam procedit secūdum *Rot. Rom. dec. 111. n. 1. & dec. 440. n. 1. par. 1. diuersor.* eadem *Rota* apud *Farin. dec. 36. & 37. aliàs 736. & 737. in nou.* & pro absoluto tradit *Addit. ad Molin. d. n. 43.* prædictis allegatis.

40 Ac etiam si nullitatis via ageretur aduersus transactionem, etiam restitutio acceptorum ante omnia facienda est, ex ijs quæ tradit *Menoch. d. cons. 644. n. 14. Valasc. consult. 85. n.*

circa fin. Milan. dec. 7. ex n. 11 lib. 2. & *dec. 2. n. 133. & seqq.* qui loquuntur in casu, quo nullitas esset uelata, nõ elara, & dubia, secus uerò in casu, quo nullitas esset liquida, & perspicua, quæ in promptu appareret, *Ceph. cons. 201. n. 10. in 3. Felin. in cap. inter cæteras col. 5.* uers *Intellige, de re iud. Burs. cons. 73. n. 3. & cons. seq. n. 21. 22.* & *23. Rip. in l. 4 §. condemnatum, n. 17. ff. de re iud. D. de Franch. dec. 688 n. 3. Gratia. discept. for. c. 339. n. 15.* cuius specialitates enarrat *Milanen. d. dec. 2. n. 134.* uers. *Sed aduersus*, & *nu-*
41 *meris seqq.* ubi insinuat nullitatem notoriam non censeri reiectam à statuto reiiciente nullitates, ex dictis p *Curt. senior. cons. 59.* uers. *Licèt*, *Dec. cons. 59.* uers. *Licèt*, *& cons. 49 in fin. Plot. cons. 130. num. 64. in 1. tom. tractatuum criminal. Rol. à Vall. cons. 29. n. 37. in princ. Natt. cons. 172. n. 5. in princ. Felin. in cap. ex parte el 2. n. 7. de offic. delega.* & pluribus comprobat *Frãc. Becc. cons. 12. n. 55. & 56.* etiamsi uerba statuti essent præcisa, *Dec. cons 8. n. 7. Surd. cons. 186. n. 2.*

42 Dicitur autem notoria nullitas, secundum *Milanen. d. dec. 2. n. 136.* uers. *Et ideò*, ea quæ constat ex actis, & dicitur euidens, quę semper admittitur ex inspectione actorum, *Rol. à Vall. d. cons. 29. n. 43. in princ. Ruin. cons 62. n. 30. in 5. cons. 144. n. 5. in 4. & cons. 87. n. 4. in 5. & cons. 31. n. 6 in 5. Anto. Gabr.* uulgò dictus *Calepinus Doctorum, commun. conclus. tit. de re iud. conclus. 1. n. 18. & seq. Rip. in d. l. 4. §. condemnatum n. 17. ff. de re iud. Cõtard. in tract. de momen. possess. limit. 7. n. 19. Carroc. de except. excep. 20. n. 8.* vbi de more plures recollegit, *Curt. iun. in l. vbi pactum n. 83. C. de transf.* inquiens procedere etiam in casu
43 quo adesset pactum de non opponendo nullitatem cum iuramento, & pæna, quia eo pacto, iuramento, & pæna non obstante Iudex debet agentem nulliter, & sine actione repellere, si nullitas constat ex actis *Rom. cons. 42.* vbi per *tot.* ex pluribus comprobat *Mandos. in addit. ad Rom. loc. cit.* qui latè hunc punctum comprobat, & firmat, cotas allegans, *Foller. super Bulla de cẽsib.* vers. *Quæ quidem executio nullo falsitatis n. 5. 6. & 7. Boer. dec. 19.* idem *Rom. in l. si verò, §. de viro n. 62. ff. sol. matr.* Ego in *1. disceptat. forens. cap. 30. n. 26. & seqq.*

44 His licèt exaratis, meum interponere iudicium tot inter Doctores, legumq; Coriphæos, naturali quodã iure deuinctum me sentio, & facio palàm, mihi eam vti veriorem, & æquiorem arridere sententiam, quæ traditum est, quod etiam agens aduersus transactionem per viam nullitatis, aut alio quopiam iure, antequam audiatur, teneri ad restitutionem acceptorum.

Id quod mihi suadet *tex.* ille toties recẽsitus in *d. l. si diuersa*, dùm inquit refusionem pecuniæ acceptæ vigore transactionis esse faciẽdam ratione æquitatis eam suadentis, quæ sanè æquitas id efficit, secundum *Cõnan. in tit. de æquitat. lib. 5. tit. 1. n. 1.* vt ne
45 cui plus, ne cui minus, sed suum cuiq; tribuatur, pro nostra, personarumq; ratione, & dignitate, vel, vt
46 scribit *Fachin. lib. 11. controuers. iur. cap. 27.* vers. *Contrarium*, æquitas est ars æqui, & boni, *Bald. in l. 1. ff. de iustit. & iur.* quem sequitur *Ias. in l. placuit n. 2. C. de iud.* æquitas est iudiciũ,
47 in quo circumscriptis regulis iuris, statuitur ad dictamen rationis naturalis, quæ secundum *Alex. Rauden.*
48 *dec. Pisan. 41. n. 77.* dicitur rectitudo iudicij, naturalem sequens rationẽ, vndè *Consult. in l. scire oportet, §. sufficit, ff. de excusat. tutor.* inquit Aequitatem nihil aliud esse, quàm naturalem rationem, & *Cicer. in Topic.* adductus à *Connan. loc. cit. lib. 1. commentarior. iur. ciuil. tit. de æquitate sub n. 4. lit. D. circa med.* æquitas est, quod naturalis ratio suadet, notat eruditiss. *Iureconsul. Iulius Cæsar Caluin. in tract. de æquit. in prælu. c. 1. n. 3. cũ duab. seqq.*

Mo-

Modò: ponamus casum: Seius postulat ad Iudicium Caium, vel Caius præsentiens Seium, ipsum ad iudicium prouocaturum, vt è malis, quæ ex iurgijs oriri solent, sese eripiat, cum ipso transigit aliquo dato, sicq; per transactionem à lite est recessũ,
49 ex dictis supra *n.1. & 2.* publicaque versatur vtilitas lites abbreuiari, secũdum *Menter. dec. 21. n. 5. Prukman. cons. 42.* easque prorsus recidere Reipub. interest sm *Crau. cons. 985. n. 68.* notat *Alex. in l. 2. §. item si in facto n. 6. ff. de verbor. oblig. Lâcell. Gall. cons. 108. n. 7. Io. Bapt. Gargiar. cons. 31. lib. 2. & sing. 3. n. 6. & 7.* Seius adstrictam infringens fidem, transactionis placitum negligit, idque de nullitate arguit, quo iure, quauè ratione, acceptam virtute transactionis restituere ante omnia non debet? hæc est æquitas, quæ clamat, quamque extollit *tex. in d. l. si diuersa*, ibi, *Aequitatis ratio suadet*, vt quicquid fuerit uirtute transactionis acceptum, restituatur illi, qui transactioni innitens dedit, aliàs minimè daturo, nam
50 si per recessum à transactione dubitandum non est ad primæua iura aditum fieri, cur erit, ut non omnia ad primum reducantur statum, & unusquisque æquo marte contẽdat, Iudicij tela ordiatur, Actus fiant incumbentes pro instructione processus, ac sententia expectetur con-
51 demnatoria? aliàs etenim esset fraudibus ianuam aperire contra *tex. in d. in fundo, ff. de reiuendic.* quo cautum est fraudibus omninò esse obuiandum; quinimò fraudibus ob-
52 uiare, Reipublicæ interest *Papon. cons. 67. n. 24. & cons. 72. n. 36.* & daretur occasio delinquendi, quilibet etenim fingens à lite recedere, trãsigit, vt quid accipiat, & postmodum aliud habens in ore, aliudq; in corde, transactionis contractum annullat, vt receptum ipsius transactionis intuitu, non alio iure retineat, proximumq; circumueniat, contra omnia iura mundi: quibus rationibus moueor *Ego*, vt veriorem sustineam sententiam, etiam in casu quo transigens de nullitate contractum arguit, teneatur acceptum virtute transactionis refundere, ideòq; recedo ab ijs, quæ lato calamo adstruxit *Giurb. decis. 103. n. 1.* & *Episcop. Ricc. d. decis. 117. n. 1.* qui ambo, Doctoresq; omnes per ipsos adducti nõ animaduerterunt ad ea, quæ *Nos* adducimus, & pluribus alijs Iurisconsultorum placitis reuolutis, diù mihi super ijs recogitãti, nemo occurrit eiusmodi motiuo super æquitate fundato, cui arridet *Consultus in l. quod si Ephesi, ff. de eo, quod cert. loc.* vbi
54 docet Iudicem præ oculis æquitatem semper debere habere *D. Caluin. in d. tract. de equitat. lib. 1. cap. 4. n. 17.* inquiens æquitatem, scil. naturalem, eiq; concinit *tex. in l. nam*
55 *hoc natura, ff. de condict. indeb.* quò cautum est à natura insitum esse, vt nemo cum alterius iactura locupletur, sicuti in thesi nostra accideret, si transigens dùm à transactione recedit, potiri valeat recepto virtute transactionis.

56 Neq; mihi quisquam dicat contrarium fuisse determinatum per Dominos de Sac. Conf. die 8. Iulij 1648. contra ea, quæ *Ego* scripsi pro Sacro Incurabilium Ciuitatis Neapolis Nosocomio cõtra V. I. D. Marcum Sãcto Antonio, de quo extat mea *disceptatio 40. in 2. discept. forens.* de qua memoriam habuit eruditissimus Causarũ Patronus aliàs à *Me*, sed nunquam satis laudatus *Dominus Donatus Antonius de Marinis in 2. eius quotidianar. resolut. cap. 234. in fin. vers. Quicquid in contrarium*, quod dũ postremum huic operi manum impono, è typis procijt, inquiens determinationem prædictam emanasse iuxtà terminos *d. l. si diuersa* ipso patrocinante pro V. I. D. Marco Sãcto Antonio, qui *n. 4.* inquit *Cõsiliar. de Georg. in alleg. 34.* benè loquutum,

Nam si benè perspiciatur; casus
57 est nimis diuersus, ibi etenim Mar-
cus Sancto Antonio prætendebat
minimè obnoxium esse obligationi
factæ per eius parentes, ex eo quod
ius sibi deberi contendebat super
bonis in iudicio deductis ex facto
maiorum, qui subiecerãt fideicom-
misso perpetuo bona prædicta, inhi-
bendo alienationem, vocando eo-
rum descendentes in casu contra-
uentionis, innixus dispositioni tex-
tuali in *l. eum quem 3 ff. de interd. &*
relega. & l. qui filia, §. cohæredi, ff. de
vulgar. substit. l. si arrogator, ff. de adopt.
l. vnum ex familia, §. si de falcidia, ibi,
Non enim facultas necessaria electionis
propria liberalitatis beneficium est. Quid
enim est, quod de suo videatur reliquis-
se. qui quod reliquit omninò reddere de-
buit? Iser. in cap. 1. n. 4. si vassall. feud.
priuet & in cap. 1. n. 11. ad fin. de alien.
feu. pater. quam opinionem commu-
niter receptam dicit *Mascar. de pro-*
bat. tom. 2. concl. 767. n. 5. & 6. & ante
ipsum *Affl. dec.* 395. *n. 3. & seqq.* vbi
Vrsill. in addit. n. 5. Loffr. cons. 3. n. 22.
Rosent. de feu. cap. 9. memb. 2. concl. 66.
n. 28. lit. F. Valasc. de iur. emphyt. q. 49.
n. 11. Ceuall. lib. 3. commun. contr. comm.
q. 783. n. 24. cum alijs adductis per
Addent. ad Molin. de hispan. primogen.
lib. 1. cap. 1. ad n. 17. vers. *Quare*, in-
58 quiens patrem in prædictis non
posse filio præiudicare, eo quod ip-
se filius succedit per se, & ex liberali-
tate, & dispositione primi fundato-
ris, latè *Gratian. lib. 3. discept. forens.*
59 *cap. 345. n. 5. & 7.* In quolibet ete-
nim vocatorum, donatio, siue res fi-
deicommissatæ temporaliter subsi-
stunt, *tex.* est insignis in *l. si seruus cõ-*
munis 18. §. fin. ibi, *Sed vnicuiq; tantum*
adquiritur, quantum ratio ei permittit,
ff. de stipulat. seruor. l. antiquitas, & ibi
glos. verb. *Cum hærede, C. de vsufr. l. fin.*
C. de vsufr. l. ex facto, §. item quæro, ibi,
Magis autem est in vtroq; eorum, tem-
pus suum separatim seruari l. 2. §. si pri-
mus, ibi, *Nec sibi iungentur, cùm ad suã*
quisque causam substitutus sit, ff. de bo-
nor. possess. secund. tabul. vndè satis lè-
pidè *Bal. cons. 374. in* 1. hæc protulit
60 verba, *Item hæc non videtur, propriè*
substitutio, sed quædam dispositio tempo-
ris, scil. genitoris in vita, & genito post
mortem genitoris, & alludit theorema
61 illud, In fideicommissis, & primo-
genijs tot esse vocationes, quot sunt
personæ vocatæ, perindeq; haberi,
ac si vnicuiq; earum nominatim, at-
que specificè facta esset vnaquæque
donatio substitutio, legatũ, seu præ-
legatum, vndè absque aliqua resti-
62 tutione quilibet vocatus conseque-
tur dominium, eodem instanti, ac
momento, quo purificatur condi-
tio, vel venit dies vocationis ex pro-
pria persona, sublato de medio præ-
cedenti successore, non autem ex
iure ab eodem sibi transmisso, quod
sanè theorema ex iuris principijs
emergere, quibus cauetur dominiũ
63 alicuius rei, siue ex donatione, siue
ex vltima voluntate alicui ad vitam
relinqui posse, ea lege, vt eo mortuo
in alium transferatur, disertè satis
adnotauit *Ludou. Molin. in celebr itra-*
ctat. de hispan. primog. lib. 1. n. 20. vers.
Quæ omnia. adducens *tex. in l. Sem-*
pronius Atalus in princ. ff. de vsufr. ac-
cresc. l. fin. C. de lega. & l. quoties, C. de
donat. quæ sub mod. dùm per prius ad
id *n. 7. loc. cit.* congesserat *Pau. de Ca-*
stro in l. si pecuniam n. 11. ff. de condict.
ob caus. & cons. 164. n. 19. 20. & 21. lib.
2. Iser. in cap. Imperialem, §. præterea du-
catus n. 4. de prohib. feu. alien. per Feder.
inquiens idemet *Molin. n. 19.* vers. *In*
64 *similibus*, propter celeritatem, do-
nationum, vel substitutionum, vnã
alteram occultare, ductus ex dispo-
sitione *tex. in l. 3. §. fin. ff. de donat. in-*
ter vir. & uxor. & in l. singularia cum
similib. ff. si cert. pet. & eruditus *Lima*
in addit. ad Molin. loc. iam cit. n. 17.
exornat cõclusionem plurium Do-
ctorum placitis, coaceruatis, scil. *Me-*
rez de maior. par. 1. q. 24. n. 9. Gregor.
Lopez in l. 23. tit. 13. par. 2. glos. Omen-
nagen

nagen Suarez in quaest. maiorat. n. 18. Garz. de nobilit. glos. 6. à n. 38. Cabed. dec. 5. n. 3. par. 2. Castill. lib. 5. 2. par. cap. 93. §. 8. n. 9. & cap. 161. n. 11. Camill. de Medic. cons. 2. n. 46. Giurb. dec. 108. n. 12. Gratian. discept. forens. lib. 4 cap. 751. ex n. 23. Robles de repraesent. lib. 3. cap. 19. n. 62. & Christophor. de Paz de tenut. cap. 33 à n. 44. Mastr. decis. 266. à n. 26. lib. 3. Casanat. cons. 2. per tot. & cons. 3. & cons. 20. & cons. 36. ex n. 37. eisq; adnectimus Molin. de primogen. lib. 4. cap. 15. n. 88. & lib. 1. cap. 4. n. 16. & nouissimè benè eruditus Marius Giurb. obseruation. par. 1. obser. 28. n. 19.

65 Vndè manauit decretum, referente Dom. meo Consiliario Antonio Miroballo, votantibus Dominis Cōsiliarijs de Aula Consiliarij Thomae de Aquino, D. Gasparo de Soto, & Io. Baptista Amendola, cum adiunctis datis, scil. Consiliarijs Aloysio Gamboa, & Io. Francisco Marciano, quod petita restitutione acceptorum ad merita reseruata, procedatur ad vlteriora in causa, sicuti videre est penès Actoris Magistrum Sac. Cons. Vincentium Lombardum pro Cantone.

Vtque obiter (non tamen extra rem) adnotemus, quia passim No-
66 ftrates circa eiusmodi restitutionē inhaeserunt traditis per Consiliar. Georg. in alleg. 34. tanquam Bononienses Carrotio (vti est in adagio) nulla habita consideratione super eius dictis, non grauabor adnotare, Me omnium minimū in causa praedicta Incurabilium, plura obseruasse, ex quibus Consiliar. Georg. fides
67 labefactatur, quae consulat Lector (si libet) in d. discept. 40. in 2. ex n. fortè an accidet, vt insulsa omninò minimè dijudicet, quodq; librata nostra opinio, firma sistere poterit, apud perspicaciores, quorum censurae nos submittimur alacriter.

SVMMARIVM.

1 Arma, & insignia, deficientium memoriam conseruant.
2 Maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas videre, satis lugubre est.
3 Arma, & insignia fuerunt adinuenta ne rerum pereat memoria.
4 Tempore ruunt omnia.
5 Armorum delationis, finis, est conseruatio familiae.
6 Memoriam ad conseruandam, quae fuerint adinuenta.
7 Arma propria, an liceat apponi ab eo, cuius pecunia opus factum est.
8 Inscriptio propria, eiusq; Arma in opere, à quo possunt apponi remissiuè.
6 Opus publica pecunia si factum fuerit, an nomen tantùm Principis, vel etiā Ciuitatis, si eius pecunia opus factum sit, sit inscribendum.
10 Insignia non debent inscribi in opere ab eo, cuius expensis opus constructū non est.
11 Decisio Dom. de Franch. 443. n. 2. adducitur, & Dom. Reg. de Pont. placitum in tractat. de potest. Proreg. tit. de diuers. prouis. n. 7. in contrarium expenditur.
12 Opus non constructum de propria Officialis pecunia, non patitur, quod eius insignia in eo inscribantur.
13 Consuetudo contra ius, dicitur interrupta.
14 Arma, seu insignia eius, qui praefuit operi construendo ad vsum publicum, fuerunt apposita in pluribus locis Ciuitatis Neapolis.
15 Nomen inscribere in operibus publicis, & insignia apponere, satis differunt.
16 Arma apposita in operibus publicis tollere, aut mutare, vel insignia abradere vetera, nemini licet.

17 Or-

17 *Ordinum dignitatem seruari, & familiarum illæsam remanere, Reipublicę interest.*

18 *Ecclesia renouata, seu restaurata, debent insignia, & arma renouari, & restaurari.*

19 *Insignia alicuius familiæ in Ecclesia restaurata, debent renouari.*

20 Decisio Rotæ Romanę *apud* Sanctissimum de anno 1589. die 28. Iunij *in fauorem illorum* de Murga, *quod renouata Ecclesia debent eadem insignia renouari, pro singulari affertur.*

21 *Renouatio Ecclesiæ intelligitur facta, firmis remanentibus qualitatibus Ecclesiæ, & prærogatiuis particulariũ.*

22 *Turbare dicitur, qui alicuius arma, seu insignia delet.*

23 *Actio iniuriarum competit contra delentes arma, seu insignia.*

24 *Actio in factum competit ad reponi faciendum insignia.*

25 *Insignia familiæ, quæ conceduntur laicis, vt possint illa habere depicta, seu in marmore impressa in Ecclesijs, non possunt amoueri sine Domini iniuria.*

26 *Actionum genera quot competant contra delentes arma, seu insignia.*

27 *Pœna contra delentes arma, seu insignia, dicitur Iudici arbitraria.*

28 *Arma leuans, radens, vel remouens, venit puniendus pœna capitis secundum vnam opinionem.*

29 *Iniuriarum actio competit contra radentes, vel auferentes arma, seu insignia alicuius.*

30 Io. Vincent. Ann. *laudatur.*

31 Determinatio Sac. Consil. *contra Baronem Formiculæ abradentem arma, seu insignia domus* Carrafa, *recensetur.*

32 Author *approbat opinionem, quod actio competat ei, cuius insignia, vel sui non abrasa, vel deleta fuerunt, vt reponantur, seu redintegrentur arma in eodem loco.*

33 *Turbatis in aliqua honorantia competit quoque interdictum* Vti possidetis, & Vnde vi.

34 *Agnatis etiam non hæredibus competit actio repositionis armorum, seu insignium abrasorum, vel deletorum.*

35 *Ius nobilitatis transit ad omnes descendentes, siue sint hæredes, siue non.*

36 *Hæredes sint sanguinis, licèt non hæreditatis, sufficit, ad finem intentandi actionem pro repositione armorum, seu insignium abrasorum, vel deletorum ab opere publico.*

37 *Honoris causa nulla maior, seu grauior in existimatione, & opinione hominũ, reperitur.*

38 *Honoris causa, vitæ adæquatur.*

39 *Honorem inultum relinquere, verecundum est.*

40 *Honoris conseruationem vilipendere, belluinum est.*

41 *Insignia ad honorem, & conseruationem familiæ posita, abolere, satis lugubre, & fatale reputatur.*

42 *Remedium Capitulorum Regni est intentandum contra turbantes in deletione armorum, seu insignium.*

43 *Practica procedendi vigore Capitulorum Regni, quæ sit.*

44 Citatio, *quæ requiratur in Regno, quãdo agitur vigore Capitulorum ipsius per viam extraordinariæ cognitionis.*

45 Comparens *vigore citationis emanatę vigore Capitulorum Regni, dicitur Actor, non Reus.*

46 Capitula Regni, *super quo fundata fuerint circa turbationes, & violentias.*

46 Authores *agentes de* Capitulis Regni *aduersus turbantes, vel violentiam inferentes, recensentur.*

AR.

ARGVMENTVM.

Arma propria, ſeu Inſignia in opere publico, ſiue in Eccleſiis, Cappellis, & aliis publicis operibus apponi, & inſcribi conſueta, adhoc vt apponentium, earumque familiæ honor dignitas, ac memoria conſeruetur, an liceat apponere Officialibus, Præpoſitis, & alijs deſtinatis ad operis publici conſtructionem, nulla tamen de proprio, pecuniæ quantitate erogata? vel neceſsè ſit adhoc vt armorum deſcriptio, & Inſigniorum inſculptio legitimè procedat, quod propriis expenſis conſtruatur opus? quidq; fuerit obſeruatum tempore *Præſid. Dom. Vincentij de Franchis*, qui peculiarem de hoc edidit *deciſionem* 443. Et qualiter ab ea, quibuſq; motus rationibus, aut iuribus perſuaſus receſſerit *Dom. Reg. Io. Franciſcus de Ponte in tractat. de poteſtat. Proreg. tit. de diuerſ. prouiſion. n. 7.*? Et an aliquod diſcrimen adhibendum ſit inter nomina propria deſcribentes, & Inſignia inſculpi ſatagentes? Hinc *Author* arrepta occaſione, ſummatim indicat non licere cuipiam Arma, ſeu aliorum Inſignia, leuare, abradere, vel delere etiam opere deſtructo; refecto, aut renouato, nam in reædificatione, refectione, & renouatione, eadem arma & inſignia, deſcribenda, & apponenda ſunt, adhoc vt nullum indè vergat præiudiciũ iis qui de familia ſunt, ad quã theſim comprobandam, peculiaris affertur *Rotæ Romanæ* determinatio apud *Ludouiſ. Sanctiſſimum deindè Gregor.* XV. *dec.* 463. in fauorem illorum *de Murga* coram *D. Gypſio de anno* 1589. *die* 28. *Iunij*. Dicitur etenim turbare, is qui arma, ſeu inſignia delet, mutat, ſeu abradit, idcircoque interdictum *Vnde Vi*, & *Vti poſſidetis* competere Agnatis, & deſcendentibus, adhoc vt reponantur, actionem itidem iniuriarum, pluraq; alia actionum genera, etiamſi agentes, & conquerentes qualitatem non habeant hæreditariam, ſed tantùm hæredes ſint ſanguinis, quomodò plerique inſinuauerint, indicat *Author* eam tutiorem reputans ſen-

tentiam, quam Senatus Delphinalis admisit apud *Franciscum Marcum decis. 275.* vt actio intentetur repositionis, seu redintegrationis armorum, & insignium in eodem statu, quamq; *Iacobus Menochius*, *& Stephanus Gratianus in sedibus indicatis*, comprobarunt. Qua autem via sit agendum cum personis omnibus, practicatum passim in Regno monet *Author* via Regalis implorandi presidii, vigore Capitulorum Regni, quorum vius, & obseruantia indicatur, quique Authores materiam ingressi fuerint, insinuatur.

OBSERVATIO XXXXIX.

1 ARma, & insignia, ex quibus deficientium memoriam conseruari tradiderunt *Consulti in l. legatam municipio 4. in fin. ff. de administrat. rer. ad Ciuit. pertinen. & in l. quintus 7. S. Pomponius, ff. de ann. legat. Anan. cons.86. Zas. cons. 2. n. 32. lib. 1. Molin. de hispan. primogen. lib. 2. cap. 14. n.1. & n.6.* vers. *Ex armorum*, expendens *tex. in l. Basilicam, C. de oper. publ. & in l. 1.* vbi *Scribentes* pleno exararunt calamo, *C. Vt nemin. liceat sine Iudic. author. signac. reb. imponer. Bolognin. in addit. ad d. consil. Anan. n.3.* ac *tex*, famigeratum *in l. lex, quæ tu-*
2 *tores*, ibi, *In qua maiorum imagines, aut non videre fixas, aut reuulsas videre, satis lugubre est, C. de administr. tutor. Thes. dec.270. n. 1.* adducens *Molin.* locis citatis, & *Ioan. de Ana. cons. 123.* ibiq; *Thes. n.35.* vers. *Hæc autem*, ob-
3 seruat, ideò eiusmodi arma, & insignia fuisse adinuenta, quia nihil sub Sole firmum est, sed omnium rerum humanarum adest vicissitudo, suntq; res humanæ adeò inconstantes, vt nihil constantiùs, quàm inconstantiam ipsam dignoscamus, ac in motu vagantur continuò, ad notata per *Soccin. in l. 2. n. 5. ff. de condit. & dem.* qui innititur *l.2. C. de veter. iur. enucl. & S. Sed quia, & S. Vt autem*
4 *in Authen. de non alien.* vndè omnia tempore ruunt, iuxtà illud, *Tempus edax rerum, Molina Iesuita tom.3. de iustit. & iur. disput. 615. n. 77. Greg. Lopez* Hispaniæ ornamentum *in l. 3. tit. 4. par. 6. glos. fin. Reg. de Pont. cons. 4. n. 35.* ibi, *Finis delationis ar-*
5 *morum est conseruatio familiæ, & n.41. lib. 1.*

lib. 1. adducens *tex.in l.filius, §.pater,*
ff. de legat. Gaſpar. Anton. Theſ. quæ-
ſtion. forenſ. cap. 34. lib. 1. pulchrè
6 admodum aduertens ad perpetuã-
dam, conſeruandamque nominis,
agnationiſq; aſſumptionem, adin-
uenta fuiſſe, nedùm arma, & inſi-
gnia, verum etiam adoptiones, ar-
rogatioues, legitimationes, tot mo-
dis adinuentas, & ſtatutorum ordi-
nationes, *Auendañ. de exequen. man-*
dat. cap. 1. *par.* 1. *n.* 4. *Sola ad Conſti-*
tution. Sabaud. par. 1. *ſub tit. de Inſi-*
gnijs, & armis gloſ. unic. n. 10. *Dom.*
Auguſtin. Barboſ. in Collectan. ſuper
Cod. ad l. hæredes, C. vt nemin. liceat
n. 4. *Guttier. practicar. lib.* 3. *n.* 45.
per tex. in d. l. lex quę tutores, Eſcobar
de puritat. & nobilit. proban. par. 2.
q. 1. *gloſ.* 2. *rubr. de vtilit. Regn. in*
conſeruation. famil. n. 36. *Dom. Io. del*
Caſtill. quotidianar. controuerſ. cap.
136. *n.* 74. & *anteceden. tom.* 6. *Ludo-*
uiſ. dec. Rot. Rom. 462. *n.* 5. licere ap-
7 ponere operi publico, ab eo, cuius
pecunia opus factum eſt, cecinit *tex.*
in l. opus nouum 3. *in fin.* ibi, *Inſcribi*
autem nomen operi publico, alterius quã
Principis, aut eius, cuius pecunia id opus
factum ſit, non licet, ff. de operib. public.
cui concors eſt *tex.* antecedens *in l.*
qui liberalitate 2. *in princ. ff. eod.* vbi
gloſa nonnulla adducit, per quæ iu-
ra, iuncta *l.* 3. *eod. tit.* omnia decidi,
tradit *Reg. de Pont. de poteſtat. Proreg.*
tit. de diuerſ. prouiſion. n. 5. verſ. *Sed*
quid dicemus, inquiens cuilibet lice-
re inſcriptionem propriam ponere,
8 eiuſq; arma, & inſignia quando pro-
pria pecunia fit opus; ſecus autem
eſſe, ſi opus publica pecunia fieret,
tunc etenim nomen tantùm Prin-
9 cipis, eiuſq; arma, & inſignia, ac Ci-
uitatis ſimul, ſi eius pecunia opus
factum fuerit, inſcribi debere tradit,
allegans *textum in l. Si qui Iudices, C.*
de oper. publ. itaq; ſeruari de conſue-
tudine fidem præſtat *Caſſan. in Ca-*
thalog. gloriæ mund. par. 1. *conſider.* 16.
Bouadil. in ſua Politic. lib. 3. *cap.* 5. *n.* 56.
Alber. in d. l. 2. *ff. de oper. public.* inquiẽs
hoc ſeruari de conſuetudine, *Decian.*
in tractat. crim. tom. 2. *lib* 7. *q. antepen.*
n. 20. verſ. *Neque licet*, vbi pariter de
conſuetudine atteſtatur, itaq; paſſim
vidiſſe obſeruari tradit, *Cæpol. de ſer-*
uitutib. vrbanor. prædior. cap. 71. *de pi-*
cturis n. 11. verſ. *Item ille*, vbi ponit
pulchrum caſum de quodam Epi-
10 ſcopo Veronenſi, qui erat quoque
Cardinalis, & Vicecamerarius Papę,
qui expendit de bonis erogandis
pauperibus in fabrica maioris Ec-
cleſiæ Veronæ duo millia ducato-
rum, & feciſſet ſculpi inſignia ſua
ſuper Cappella ſua cum columnis,
fuerunt ſibi abraſa, & meritò qui-
dem ſubdit *Cæpol.* ibidem, ea ductus
ratione, quia illa non erat pecunia
ſua, cum omninò tenebatur eam
erogare per *tex. in cap. relatum*, cum
ibi notatis per *gloſ. & DD. extra de*
11 *præben. Dom. de Franch. dec.* 443. *n.* 2.
qui poſtmodum dicit facta relatio-
ne in Collaterali Conſilio fuiſſe or-
dinatum, quod pro illa vice, arma
iam depicta, ſeu inciſa per Officialẽ
deputatum ſuper vijs ampliandis, &
reparandis, ſubtus arma Regis no-
12 ſtri Sereniſſimi, remanerent, quia
opus non erat factum de propria Of-
ficialis pecunia, quodq; allegata cõ-
13 ſuetudo erat interrupta, quia con-
tra ius, licèt eiuſmodi placitum mi-
nimè arridet *Reg. de Pont. loc. cit. n.* 7.
inquienti valdè dubitare de dictis
14 per *Dom. de Franch.* cum in multis
publicis operibus apparẽt arma eius
qui præpoſitus fuit ad eorum con-
fectionem, ſiue conſtructionem, prę-
ſertim in Ianua Regiæ Dohanæ ma-
ioris Florentiſſimæ huius Ciuitatis
Neapolis, vbi apparent ſculpta ar-
ma quondam Regentis Ferdinandi
Fornarij Locumtenentis Regiæ Ca-
meræ Summariæ, tãquam illius, qui
præfuit conſtructioni Dohanæ præ-
dictæ, ſubdens id ipſum dignoſci in
fontibus Ciuitatis, alijſuè publicis
operibus, in quibus, vltra arma Re-

gia, apposita reperiũtur arma, & insignia Illustrissimorum Proregũ, qui constructionem mandarunt, tãquam Regij Ministri, ex quibus secernitur nullum esse dubium quin ab ijs, qui pecuniam erogant in operibus publicis, eorum arma, siue insignia licitè apponi posse, solùm hæsitari contigit, in ijs, qui nulla de proprio patrimonio expensa facta, deputati fuerunt ad operis publici constructionem.

Nec immemor decisionis prædictæ *Dom. de Franch.* extitit *Dom. Io. Bapt Thor. in compen. deciss. Regn.* verb. *Arma*, & in *Addition. ad Reg. de Pont. d. tit. de insign. & arm.* post *Parid. de Put. in tractat. de Syndic.* verb. *Potestas cum annua sub n.3.* vers. *Tamen quando, Bombin. cons. 6. n. 23.* idemq; *Thor. in Additio. prædict. n. 6.* pulchrã tradit distinctionem, posse scil. iure
15 licito Præpositos alicui operi publico conficiendo eorum nomina inscribere ad futuram rei memoriã ipsorum, etiamsi opera expensis Ecclesiarum, vel Ciuitatis, aut Regis fierent; secus autem insignia apponere, nisi Ecclesiæ Regis, aut Ciuitatis, cuius expensis opera constructa fuerunt.

Hinc (vt alteri quæsito satisfaciamus) DD. de materia agentes in eã
16 deuenisse sententiam, non licere Rectori, vel Conuentui, seu Ecclesiæ Antistiti, & Præsidibus Prouinciarum, ac cuiuis Magistratui, Superiori arma apposità mutare, aut nomina inscripto delere, vel abrade-
17 re, aut alia imponere, interest etenim Reipublicæ, vt ordinum dignitas, & familiarum salua sit, & illæsa remaneat, & conseruetur, sicuti post allegatos tradit *Cæsar Lambertin. in tractat. celebri de iure patronat. lib. 3. q. 5. art. 4. n. 6. circa fin.* per *tex. in d. l. lex quæ tutores, C. de administrat. tutor. & l. 1. §. publicè, ff. de ventr. inspic. Anchar. cons. 356.* ibiq; *Bolognin. in addit. ac Lambertin.* adducto *Ioan. Petr. Monet. de commutat. vltimar. volunt. cap. 7. n. 362.* vers. *Notandum*, *Chassan. in Cathalog. par. 1. consider. 15. in fin.* ex dictis per *Geminian. & Cardin. Alexandr. in can. quæcumque 30. dist. Cardin. Seraphin. dec. Rot. 652. n. 2.* adducens *Roman. sing.* 480. etiãsi
18 Ecclesiæ renouatio, & restauratio, fieret, nam ea fieri debet sine præiudicio familiæ, quæ in d. Ecclesia
19 habebat insignia, vndè Ecclesia renouata, debent pariter eadem insignia renouari, secundum *Ludouis. d.*
20 *dec.* 463. vbi ità indicatum recenset pro Dominis de Murga corã Gypsio 28. Iunij *1589.* nam renouatio
21 Ecclesiæ intelligitur facta firmis remanentibus qualitatibus Ecclesiæ, & prærogatiuis particularium.

Quinimò: delens arma, seu alicu-
22 ius insignia dicitur eum turbare *in* eius possessione, secundum communem Præceptorem *Bartolum in l. quò liberalitate, §. ne eius nomine n. 1. ff. de oper. publ.* ibi, *Item nota argumentum contra eos, qui abradunt arma alicuius, & ponunt arma sua, vel alterius, Falin. in cap. tertio loco n. 1. de probat. Foller. in cap. Regn. Item statuimus, quod Officiales n. 44. tit. de Episc. & Cler. Cagnol. in l. 1. n. 179. ff. si cert. pet.*
23 Ideòq; nonnulli affirmarunt contra delentes arma, vel insignia, agi posse actione iniuriarum, *Bald. in l. obseruare, §. antequam, ff. de offic. Procons. Chassan. in Cathalog. par. 1. consider. 2. in fin.* & super *Consuetud. Burgun. tit. de feu. §. 4. glos. 1.* vers. *Aduerte ad illud, & in tit. des enfans de plusieurs, §. 4. glos. 1.* vers. *Qui dicatur, Auendañ de exequen. mandat. cap. 1. par. 2. n. 4.* per *tex. in l. si statua. ff. de iniur. Sola ad Constit. Sabaud. par. 1. tit. de insignijs, & armis, glos. vnic. n. 10. Rip. in l. 1. n. 74. ff. si cert. pet.* vbi quod
24 competit etiam actio in factum ad reponi faciendum insignia, *Gratian. discepsat. forens. tom. 2. cap. 210. n. 49.* vers. *Quod etiã*, inquiẽs insignia fami-
25 liæ, quę cõcedũtur laicis, vt possint

illa

illa habere depicta, seu in marmore impressa in Ecclesijs nō posse amoueri sine Domini iniuria, itaq; decisum testatur per *Rot. Rom.* coram *D.Pamphilio* 28. Maij 1586.

26 Alij verò alia actionum genera tradiderunt contra delentes arma, seu insignia, Etenim *Menoch. de arbitrar. Iudic. cas.* 281. *n.* 4. post *Raman. sing.* 474. quem Ego in libro
27 meo non inueni, inquit, pænam esse Iudici arbitrariam, *Capol. de seruitut. vrban. prædior. d. cap.* 71. *n.*12. eamdem sustinet opinionem per *tex. in d. l. qui liberalitate in fin. ff. de operib. public. Bouadil. in sua Politica lib.*3. *cap.*5. *n.*58. *vers. En quanto à los letreros*, hanc quoq; sententiam amplectitur, adducens *tex. in l. si quis Bacnas, ff. de iniur. & l. nam etsi ramos* §. 1. *ff. quod vi, aut clam, las. & Ludou. Gomez. in* §. *Pænales n.* 5. *Instit. de actio. Aloys. de Leo in rubr. Vt nemin. liceat sine Iudic. author. num.* 8. tradit
28 quod is qui arma tradit, leuat, vel remouet venit puniendus pæna capitis secundum vnam opinionem, quam affirmat tenere *Guid. Pap. cōs.* 29 *n.* 2. *par.*1. (licèt Ego in meo Codice illum ità dicentem non inueni) Vel secūdum aliquos, tradit idemet *Aloys. de Leo loc. cit.* coercendus erit
29 actione iniuriarum, ex doctrina *Ang. in cons.* 68. *Io. Vincen. Ann.* cele-
30 berrimus sua tempestate causarum Patronus *sing.* 382. adducto *Rip. in d. l.* 1. *num.* 74. *ff. si cert. pet.* enarrat
31 casum decisum in personā Ill. Comitis Calatiæ carcerati, & condemnati in exilium, ex quo deleuerat insignia domus Carrafæ ab Ecclesia Baroniæ Formiculæ in anno 1552.

32 Mihi verò arridet magis *Franc. Marc.* opinio in *dec.*275. quod competit actio, qua petitur redintegratio, seu repositio armorum in eodē statu, secundum quam decisum in Parlamento Delphinatus testatur ibidem *n.* 4. vers. *Verumtamen*, eique accedit *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *n.*45. *Gratian. d. cap.*210. *n.* 57. *& seqq.* vbi inquit, quod hi qui
33 turbantur in eiusmodi honore, habent quoque interdictum *Vti possidetis*, & *Vnde vi.*

34 Possunt autem actionem istam in Iudicio experiri omnes de illa agnatione descendentes, siue sint hęredes patris, vel aui eorum, siue non, secundum *Bart. in tract. de insignijs, & armis n.* 10. adducens in argumentum, *textum in l. familiaria, & l. seq. ff. de religios. Franc. Marc. dec.* 1138. *n.* 3. per eademet iura, quę expēdit *Bart. loc. cit. Episcop. Ricc. in addit. ad Dom. de Franch. d. dec.* 443. quasi qꝫ
35 ius hoc nobilitatis transitorium sit ad omnes hęredes, & descendentes, siue sint hęredes, siue non, *Lambertin. de iur. patronat. lib.* 3. *q.*5. *art.*4.
36 *n.* 8. qui ait eiusmodi actionē transire ad omnes descendentes etiam extraneos, licèt non sint hęredes, quodque satis est, quod sint hęredes sanguinis, licèt non hęredes hęreditatis.

37 Cùmque in hoc versetur familię honor, quo nulla maior, nec grauior causa in existimatione, & opinione hominum pondere receptior inuenitur, ex *tex. in l.* 2. §. *pen. ff. de orig. iur. Bart. in l. quæ omnia, ff. de procurator. Alex. in l. sæpè n.* 10 *& l. victum n.*2. *ff. de re iud. Caphal. cons.*688. *n.* 8. *Bursat. cons.* 191. *n.*13. *lib.*2. *Vasq. controuers. Illustr. cap.*11. *à n.*7. *Merez de maiorat.* 4. *par. q.* 14. *n.* 56. vers. *Et causa nobilitatis, l. Iulianus* 26. *ff. si quis omiss. caus. testa. Petr. Gerar. sing.* 82. *Chassan. in Cathal. glor. mund. cōsider.* 2. *par.* 1. adeò quod vitę ade-
38 quatur, *l. iusta* 9. *ff. de manum. vindic. Dominic. Arumæus exercitat.* 17. vers. *Sed dico*, omniq; lucro pręferendam, inquit *Bal. cons.*382. *n.*2. *vol.*5. subdēs post *Apostol. Expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet*, vndè *Consultus* monet *in l. miles* 11. §. *socer, ff. de adulter.* verecundum fore honorem inultum relinquere, ideo-

ideoq; de magno pręiudicio agitur
cùm de familię honore tractatur, vti
ex *Dec. in l. vt vim in fin ff. de iustit. &
iur. Caph. conf. 39. n. 4. & conf. 57. n. 5.*
Crau. conf. 2. n. 18. & conf. 168. n. 2.
*Asin. conf. 111. n. 22. & 28. tom. 2. Cri-
minal. & Menoch. cōs. 202. n. 91. tom. 3.*
tenet *Reg. Valenz. conf. 92. n. 162.* vers.
Et praiudicium, Surd. dec. 59. n. 2. &
*5. Præsid. Amat. conf. 30. num. 11. cum
trib. seqq. Gizz. dec. 18. n. 5.* vbi bel-
40 luinum putat, honoris conserua-
tionem vilipendere, *Giurb. conf. crim.
37. n. 26. Menoch. conf. 302. n. 1. &
seqq. lib. 4.* ideò agendum erit, nequis
in honore lędatur, *Escobar*, post alios
*d. tractat. de purit. & nobilit. proban.
q. 1. glos. 2. par. 2. n. 34. & seqq.* pręe-
sertim *n. 36. cum 37. & 38.* vbi in-
41 quit, si aboleri insignia, quę tantū
sunt signa, & memoria honoris fa-
milię, pro lugubri, & fatali commu-
niter reputatur, & grauissimum de-
lictum notatum præiudicio per se
arma deijcere, tradit *Roland. de com-
missio. par. 4. l. 7. cap. 6. n. 21. pag. 471.*
pænamq; condignam exposcere in-
sinuat *Ioseph de Rustic. in tract. An &
quand. in conditio. posit. lib. 2. cap. 6.
n. 49. & seq. Decian. d. cap. 51. n. 11.
Schrader. de feu. par. 9. c. 4. n. 24.* quos
adducit *Andreas Knichen in Encico-
plædia Brunonici Imper. cap. 14. n. 18.
& seq.* benè *Luc. de Penn. in d. l. 1. n.
37. C. Vt nemo ad suum patrocin. lib. 11.*
inquiens arma delere, suaq; suppo-
nere, in Domini ignominiam, & cri-
men nefandum vergere, *Hieron: Pa-
pon. conf. 20. n. 32. lib. 1.* vbi de insignijs
insculptis, vel affixis in muris Cap-
pellarum, & sepulchris peragit.

Pro enucleatione postremi quæ-
siti, qualiter sit agendum contra
delentem arma, seu insignia alicui
depicta, siue sculpta in Ecclesia, vel
Cappella est dicendum, quod stante
turbatione, ac posito pro constanti,
quod cōpetat interdictum *Vnde vi,*
sicuti modò indicauimus *n. 33. in fin.*
erit intentandum remedium Capi-
42 tulorum Regni, incipientium, *Ad
regale fastigium, & omnis prædatio,* quæ
peculiariter agunt, quando laicus
spoliatus est à persona Ecclesiastica,
sicuti adnotauit *Affl. dec. 24. n. 6.* vbi
tradit practicam procedendi per
43 viam extraordinariæ cognitionis,
non autem iudicialis, præstando de-
fensionem notoriè spoliato, & op-
presso per facti notorium, & appa-
44 rentiam rei, fit etenim citatio ge-
neralis per Edictum, quorum inte-
rest si sua putauerint interesse, quod
compareant absque expressione no-
minum, cuius edicti virtute si quis
45 comparuerit, pro suo interesse, non
dicitur Reus, sed Actor voluntarius,
ex dictis per *Pau. de Castr. & Ang. in
l. testamenta omnia, C. de testam. Inno.
in cap. dilecti de except. Affl. d. decis. 24.
n. 7. in fin. & n. 6. circa med.* inquiēs
46 super hoc fundamento fuisse fabri-
cata Capitula Regni loquentia in
47 hac materia, de quibus sunt anno-
tationes *Affl. in dec. 2. & 85.* vbi *Vr-
sill.* plenè, cæteriq; *Addent. ad ipsum,*
idemet *Affl. in Constit. De burgensa-
ticis col. 2. in fin. n. 4. & seq.* vbi plu-
res excitat quæstiones, pariterque
resoluit, plenè *Luc. de Penna in l. si
coloni vltim. q. C. de agricol. & censit.
lib. 11.,* nonnulla per *Dom. de Frāch.
dec. 163. & 701. Capic. dec. 8. Gram.
dec. 61. Ann. alleg. 7. per tot.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 AVthor *obiurgatus fuit eò quod Tribunal Regia Camera Sũmaria,* Sacri, *titulo nominari debere dixerit.*

2 *Tribunal Regia Camera Summaria, antiquitus vocabatur Audientia Rationum.*

3 *Regij patrimonij cura ab vsque Regis Ladislai temporibus, ad Rationales Sicla pertinebat.*

4 *Regia Camera Summaria à Carolo Primo, translata fuit ad similitudinem* Regni *Francia.*

5 Alphonsus Aragoniæ Rex *in anno 1450. ipsorum Siela Rationalium, vsum abolenit, & rationum discussionem, & reuisionem per* Regiam *Gameram faciendam iussit.*

6 Marcus Antonius Surgens de Neapol. Illustrat. *laudatur.*

7 *Locumtenens, & Præsidentes Regia Camera Summaria, dicuntur Procuratores Cæsaris.*

8 Rubrica de Offic. Procurator. Cæsar. *pertinet ad omnia spectantia ad Tribunal Regia Camera.*

9 *Officiales Regia Camera in iure appellantur Curatores Cæsaris, Rationales Cæsaris, Procuratores priuata rationis, & Magistri rei priuata.*

10 *Locumtenens Regia Camera, & Præsidentes ipsius, sunt dumtaxat Iudices ordinarij inter Fiscum, & priuatum.*

11 *Laudes Tribunalis Regia Camera per Serenissimum Ferdinandum Primũ.*

12 *Sententia Regię Camerę Summaria, demandantur exequutioni prestita cautione de restituendo in casu retractationis.*

13 *Tribunal Regię Camerę Summaria, est equiparatum Tribunali Sac. Regij Consil. circa exequtiones sententiarum prestita cautione in casu retractationis.*

14 *Tribunal Regię Camerę deputatum ad curam rerum patrimonialium, & populorum custodiam, & protectionem, appellatur Eminentissimum à* Dom. Reg. Rouit. *eo quod ibi resident viri omni virtutis genere decorati.*

15 Dom. D. Didacus de Vzeda Locumtenens Regiæ Cameræ Sũmariæ *laudatur.*

16 Dom. Marius Giurba *laudat* D. Didacum de Vzeda Lucumtenẽtem Regiæ Cameræ Summariæ.

17 *Aduocati prestantiores è Sac. Reg. Consilio fuerunt semper assumpti ad munus Aduocati fiscalis* Regię *Camerę Summarię.*

18 Dom. Thomas Brandolinus Regens *laudatur.*

19 *Tribunal Regię Camerę, dicitur Tribunal Supremum.*

20 Author *profitetur* Regiam Cameram *Summarię Sacrę titulo decoratam.*

21 *Tribunal Regię Camerę dicitur Consilium Regium, & Supremum.*

22 Io. Vincentius Anna in loc. allegato *appellat* Regiam Cameram, *Sacram.*

23 Author *fatetur pauca de Tribunalis* Reg. *Camerę, preheminentia, laudibus, dignitate, & Authoritate exarasse, dùm Sacri titulo decoratum insinuauit.*

24 *Authores loquentes de Officio* Regię *Camerę Summarię, indicantur.*

25 *Authoritas Tribunalis* Regię *Camerę insinuatur à* Reg. Reuerter.

ARGVMENTVM.

De Tribunali Regiæ Cameræ Summariç, eiusque origine, Authoritate,& Prçheminentia, quoque tempore fuerit introductum, & in cuius locum successerit,& quo titulo decoratum, & insignitum fuerit?quo loci *Author* etiam Sacri titulo rectè nominari debere audacter affirmat, peculiareq; Doctoris nō languidæ fidei placitū, sed permaximç in Regno, qualis reputatur *Io. Vincentius Anna in repetit.cap.* 1. *de vassall.decrep. ætat.n.* 217. ad id comprobandum, adducit, ac profitetur,mutilatè nimis de laudibus tanti Prætorii edixisse, si ad eius excellentiam oculus vertatur, ibiq; vt plurimum præstantiores causarum patronos fuisse delectos ad Regalis patrimonii causas defēdēdū vti Fisci Aduocatos, ab experimento tradit,ipsiusque Tribunalis Magistratus vti eximios doctrina, & integritate collaudat, ipsiusq; Locumtenentem *Dom. D. Didacum de Vzeda* aliàs *à Mario Giurba* celeberrimo Iureconsulto, collaudatum, extollit.

OBSERVATIO L.

1 MVssitantes nonnullos
ex Collegis meis in cir
culo de varijs mecū
alloquentes obserua-
ui; mihiq; aut insci-
tiæ, aut adulationis notam tribuisse
agnoui;aut inter Nænias verba mea
habuisse sentij, ex eo quod Tribu-
nal Regiæ Cameræ Summariç,quod
2 antiquitùs Audientia rationum
appellabatur (nam Regij patrimo-
3 nij cura ad Rationales Siclæ perti-
nebat ab vsq; Regis Ladislai tempo-
ribus) quæ postmodum à Carolo
4 Primo fuit in Regia Camera Sum-
mariæ translata, idq; ad similitudi-
nem Regni Franciæ factum fuisse,
notanter dicit *Dom. Reg. Tap. in* 2.
lib.Iur.Regn. rub.6.de offic.Procur. Cæ-
5 *sar. n.5.* dùm *Alphonsus Rex* ipsorum
Siclç Rationalium in anno 1450.
vsum aboleuit, & rationum discus-
sionem, & reuisionem per Regiam
Cameram faciendam iussit, si *Mar-*
6 *co Antonio Surgenti de Neapol.Illustrat.*
lib.1.cap. 7.n.2. summç eruditionis
viro, fides adhibenda est, quem lau-
dant *Dom. Reg. Tap. loc. cit.* & *Dom.*
Reg. Galeot. in lib. responsor. fiscal. re-
spon. 1. *n.* 48. & 49. post *Frecc. de*
7 *subfeu. tit. de Offic. Magn. Camer. n.4.*
cuius Tribunalis Locumtenens, &
Præsidentes, dicuntur Procuratores
Cæsaris, de quo est *tit.de offic.procur.*
*Cæsar.*secundum *Surgen.in d.tractat.*
cap. 26. n. 24. sub cuius titulo situa-
8 runt Compilatores Iuris Regni,eiusque
que Glosatores omnia ad dictum
Tribunal spectantia, præsertim *Reg.*
Rouit.in eius Compilatione pragmatica-
rum, & *Reg.Tap.in 2.lib.iur. Regn. d.*
rub.

rub.6. licèt aliàs in iure sint dicti *Cu-*
9 *ratores Cæsaris, Rationales Cæsaris, Procuratores priuatæ rationis*, & *Magistri rei priuatæ*, de quibus sunt *textus in l.1.2.& fin. C. de mod. mulct. & in rubr. ff. de offic. procurat. Cæsar. vel Rational. l. procurator, C. de eden. l. fin. C. vbi cauf. stat. agi deb.* sicuti obseruat *Surg. cap.26. n.24.* vers. *Quamuis*, & ipso non adducto in *d. cap.26. Reg. Galeot. d. respons.1. n.42.* inquiens Lo-
10 cumtenentem, & Præsidentes esse dumtaxat Iudices ordinarios inter Fiscum, & priuatum, vt est casus in *l. 1. C. de iurisd. omn. Iudic. cum concord. Conrad. in templo omnium Iudicum lib.1. cap.8. de offic. procur. Cæsar.* quem allegat *Dom. Reg. Tap. loc. cit. n. 7.* quodq; tanti est habitum apud retro Sereuissimos Reges, vt *Ferdinandus Primus* in eius diplomate de pluribus tangentibus ipsius Tribunalis ordinationes, quod modò est redactum in compilatione nouissima Pragmaticarum Regni, *prag. 37. sub tit. de offic. Procur. Cæsar.* manifestam faciens Officialium in eo assidentium peritiam, in ea protulerit
11 verba ibi, *Cùm præsertim certò sciamus omnia, quæ in ipsa Camera aguntur, & cognoscuntur, & decernuntur, summa æquitate, maturitate, integritate, & iustitia agnosci, & decerni, cùm istius Tribunalis Officiales summa scientia, integritate, & rerum maxima experientia præditos esse sciamus*: vndè paulò post vers. *Et similiter, cum seq.*
12 statuit sententias per ipsum Tribunal prolatas, ab eodem esse cognoscendas in casu reclamationis, facta ipsarum exequutione, præstita cautione per victores de restituendo in casu retractationis. Ex quo id eue-
13 nire asserit *Reg. Rouit. in commentar. ad d. prag. n. 1.* esse in hoc Regiam Cameram æquiparatam Tribunali Sacri Regij Consilij, hinc doctissimus ille vir *Reg. de Pont. in celebri tractat. de potestat. Proreg. tit. de regalib. impositio. §. 8. n. 56. & seq. Emi-*
14 *nentissimum* appellauit Tribunal Regiæ Cameræ ad curam rerum patrimonialium, & populorum custodiam, & protectionem deputatum, vbi subdit, residere præstantissimos viros omni virtutis genere ornatos, in quo Tribunali modo præest vti Locumtenens, doctissimus, &
15 integerrimus vir *D. Didacus de Vzeda*, vitæ integritate, doctrina, & morum maiestate conspicuus, qui dùm Aduocatione famosus in Curia Serenissimi Regis nostri, Clientum frequenti calculo detentus emicabat, euectus fuit ad Consultoris Regni Siciliæ munus subeundum, in quo adeò prudenter, & accuratè functus est, vt breui dierum interstitio, ad tanti muneris fastigium fuerit euectus, adeò quod iure óptimo
16 *Marius Giurba* celeberrimus Iureconsultus in postremo eius ingenij, & laborum monumento, cui nomē inscripsit *Decisæ Obseruationes, in cap. 95. n. 22.* eum collaudauerit, adeò ꝙ filum mihi præripuerit de tanto viro quidpiam posteris insinuare, vnū tamen silentio non obruam, quod eius virtus satis enitet, maximæque in hac Ciuitate, & Regno authoritatis ob doctrinam, & prudentiam cū integritate adiuncta vir euasit, & meam adstringo fidem, ꝙ ab eo die,
17 quo forensi versatus sum in puluere, cognoui præstantiores causarum patronos, legum peritia, ac dicendi facundia eximios, è Sac. Reg. Consil. in Regalis patrimonij Aduocatos in dicta Regia Camera fuisse à Serenissimo Rege nostro adscitos, imò hoc anno Dominus Thomas Brandoli-
18 nus è munere causarum Patroni Regalis patrimonij, in Suprẹmi Senatus Italiæ Regentem, apud Catholicam Maiestatem à Rege nostro Serenissimo fuit cooptatus, post expleta plurium aliorum Magistratuum dignè munera iu Regno, & Ciuitate Neapolis, præcipuus Dominus meus, cui ob eius humanitatem,

plurimum me debere profiteor, ac etiam in Præsidentes, quinimò Cõsiliarios ipsos è Sac.Consil.in Cameram Præsidentes translatos, cuius transitum optabilem esse, experimento agnoui in præstantioribus viris, & *Carolus V. Cæsar* immortalis memoriæ *Supremum Tribunal*
19 appellauit in ordinationibus datis de anno 1533. die 22. Ianuarij, quæ modo extant in *vol. pragmaticar. prag.*13. vers. *E quando fosse*; Sacram Regiam Cameram nominari debere dixerim.

20 Meam igitur causam ago, meiq; dicti rationem reddere impellor, nec oscitanter ratiocinatum fuisse ostendam, dùm Authores insinuo, qui meum comprobant dicterium, non labentis sanè fidei, sed doctrinæ,& authoritatis permaximæ,quorum Antesignanum facio *Regentem* Reuerterium *in decisionib. Reg.Camer. manuscriptis dec.*7.*in princ.* ibi, *Scien-*
21 *dum est, quod Tribunal* Regiæ *Cameræ est Consilium Regium, & Supremum, in quo omnia quę spectant ad Fiscum, & Regium patrimonium agitantur*, *Reg. Tap. in* 2.*lib.iuris Regn. rubr.*6. *de offic.procurator. Cęsar. n.* 5. vbi *Supremum Tribunal* dicit, sed clariùs *Io.*
22 *Vincen.Ann. in repet.cap.1.de vassall. decrep. ętat. n.* 217. ibi, *Nihilominus causa discussa in Sacra Regia Camera.*
23 Quid clariùs? quid manifestiùs? *Me* igitur obloquutum non fuisse, nec os posuisse in Cælum, imò pauca sanè de Sacræ Regiæ Cameræ Tribunalis authoritate, præeminentia, & laudibus, mutilatè sermonem effudisse,inuitis etiam dentibus consentiant necessè est omnes, ijq; præsertim, quibus faciebat stomachus; dũ *Ego* Tribunal Regiæ Cameræ Sacri titulo insignitũ enunciaui, qui sanè si scire cupiũt abundè de prædictis,
24 adeant *Fenestell.de Roman. Magistrat. cap.*26. *Cintliflas in rubr. & tit.* C.*de iur. fisc.lib.*10. *& in tit.de offic.procur. Cęsar. Franc.Lucens. Martin.Laudens. & Marc. Anton.Peregr.in tractat.de iur. fisc.Chassan.in Consuet. Burgun.tit. de confiscation. rub.*2. *Cuiac. in l.* 5. *ff. de iur. fisc. Duar. VVesemb. & Anton. Fabr. in tit.de offic. Procur,Cęsar.Pollett. lib.* 5. *histor. for. Rom. cap.* 17. *Brisson.lib.*3. *antiquit. cap.* 18. *Osuual. ad Donnell. lib.*17. *comment. cap.* 7. *lit. BB. & cap.* 9. *lit. P. & cap.* 10. *lit. A. Dorleãs ad Tacit.lib.*4.*annal. pag.*454. *Iust. Lips.ad Tacit. lib.*11. *Annal. pag. mihi* 307. *& seqq. Gutterius de Offic. domus August. lib.*3 *cap.*33.*&* 34 *Farin.* 1. *par. fragmentor.* verb. *Fiscus n.* 180.*Pannon. in Notit.Imper.orient. cap.* 87. *tit. de Illust.* Comit. *priuatar. Petr. Gregor. Tholosan. in syntagmat. iur. par.* 3. *lib.*49. *cap.* 7. *Reg.Reuerter. in d. dec. manuscrip.* 7. vbi sex casus
25 enarrat ad demonstrandum authoritatem Tribunalis procedendi in causis, & *Reg.Galeot. d.respon.fiscal.* 1. *per tot.* vbi disertè admodum. & laboriosè plura enarrat, eruditissimũ *D. Franc. de Amaya ad tit. de iur. fisc. l.* 1. *C. lib.* 10. *n.* 8. vbi alios recenset. Et de his hactenus.

SVMMARIVM.

1 *Crimen lesę Maiestatis proximum sacrilegio dicitur.*
2 *Crimen lęsę Maiestatis, quibus in casibus committitur.*
3 *Crimen lęsę Maiestatis,quando in primo capite, & quando in secundo committitur.*
4 *Crimen lęsę Maiestatis, quot mala producit.*
5 *Pęna contra committentes crimen lęsę Maiestatis, quę sit.*
6 *Castellani tentantes dare castrum in manibus inimicorum, qua pęna sint feriendi.*

7 Pęna

7 *Pęna mortis naturalis, & ſciſſio membrorum in fruſta procedit tàm in primo, quàm in ſecundo capite.*

8 *Proditores qua pęna puniuntur.*

9 *Pęna quę fuerit impoſita contra habentes tractatum de interficiendo Pōtificem.*

10 *Pęna contra proditores, ac lęſę Maieſtatis criminis Reos, ex Conſtitutione Caroli V. Cęſaris, quę fuerit.*

11 *Rebelles ab Aegiptiis, quibus pęnis coercebantur.*

12 *Excoriati dùm magno cum cruciatu viuunt, donec ferro vmbilicus attingatur, quo tacto, mox expirant.*

13 *Pęna contra reos criminis lęſę Maieſtatis in Regno Neapolitano, quę indicta ſit.*

14 *Pęna nulla datur proportionata Reis criminis lęſę Maieſtatis, nec excogitari poteſt.*

15 *Bona committentium crimen lęſę Maieſtatis etiam hodie confiſcantur.*

16 *Criminis lęſę Maieſtatis Rei, ſtatim patrato delicto, bona confiſcantur.*

17 *Bona committentium crimen lęſę Maieſtatis ſtatim confiſcantur à lege, ipſo iure, licèt confiſcatio non ſortiatur effectum, niſi ſecuta ſententia hominis, per quam declaretur Reum incurriſſe in crimen lęſę Maieſtatis.*

18 *Pęna amiſſionis bonorum tàm ſpiritualium, quàm temporalium, habet locum contra committentem crimen lęſę Maieſtatis, nedùm de iure ciuili, verùm etiam de iure canonico.*

19 *Filij committentium crimen lęſę Maieſtatis, priuantur ſucceſſione patris, etiamſi ipſi non deliquerint.*

20 *Filij, quibus in caſibus portent iniquitatem patris.*

21 *Deſcendens ex ſanguine maculato, & infecto, priuatur eius ſucceſſione etiā feudali.*

22 *Filia fœmina illius, qui commiſit crimen lęſę Maieſtatis, dotari debent per Fiſcum de illis bonis.*

23 Ferdinandus Rex *maritauit honorificè filias Principis Roſſani, qui commiſerat crimen lęſę Maieſtatis notoria contra Regem ipſum.*

24 *Filij committentium crimen lęſę Maieſtatis, qua ratione priuentur bonis paternis.*

25 *Filij paucì patribus meliores, plures peiores inueniuntur.*

26 *Arbor mala, fructus bonos non producit, cum multis ſimilibus.*

27 *Meliores ex melioribus orti ſunt.*

28 *Vuas acerbas comederunt patres, & filiorum dentes obſtupuere.*

ARGVMENTVM.

Lęſę Maieſtatis crimen in primo, & ſecundo capite, quod ſacrilegio proximum tradit *Conſultus in l. 1. ff. ad legem Iuliam Maieſtatis*, quodque affines habet Rebelliones, Conſpirationes, & Sectas, ſeu Machinationes, Conuenticula, Seditiones, Collegia illicita, Perduelliones, ac arcanorum Principis reuelationes, quibus pęnis coerceatur tùm in perſona, cùm in bonis, tàm in diuerſis Europę Regionibus, quàm in Regno Neapolitano, inſinuatur, ac pariter confiſcationis bonorum pęnam ex crimine prędicto etiamnum hodie practicari ipſo iure ſtatim eam operante, licèt poſtmodum ſententia declaratoria requi-

ratur, quauèratione filij committentium crimen lęsę Maiestatis veniant quoque puniendi, & ab omni prorsus successionis commodo excludantur, non inscitè exaratur; Ac determinatio facta per Serenissimum Regem Ferdinandum, quod filię fęminę Principis Rossani, qui commiserat crimen lęsę Maiestatis contra Regem, honorificè fuerunt per ipsum maritatę, recensetur, pluraque alia ad materiam, & quę in tanti sceleris vindictam Iura sanxerunt, afferuntur.

OBSERVATIO LI.

1 PRoximum sacrilegio crimen esse, quod Maiestatis dicitur, apertè edocuit *Vlpian. in l. 1. ff. ad leg. Iul. Maiestat.* quale autem illud sit, disertè singulos casus, enarrat, idemet *Consultus*, ibi, & in *l. 2. ff. eod.* tradidit, aliaq; iura sequentia *eod. tit.* enarrāt, copiosè, & eleganter *Gigas in tractat. absoluto de crim. læs. Maiest. in rubr. qualiter, & à quibus, Franc. Lucan. de priuilegio fisci in 2. par. princip. in rubr. de crim. lęs. Maiest. Affl. in commentar. super feud. tit. quæ sint regal. §. Bona committentium crimen, Boss. in tit. de crim. læs. Maiest. Caplc.*
2 *dec. 130. per tot.* vbi luculenter *Iul. Clar. in praxi crim. §. lęsę Maiestatis in princ.* vbi signat casus peculiares, in quibus crimen læsæ Maiestatis committitur, *Foller. in pract. crim.* verb. *Item quod commisit crimen lęs. Maiest. Decian. tractat. crim. tom. 2. lib. 7. cap. 1. per tot.* vbi etiam de coniurationibus, & seditionibus, *Prosper Farin. in prax. crim. tit. de crim. lęs. Maiest. inspect. 1.* vbi abundè satis quibus modis crimen læsæ Maiestatis committitur, insinuat, & per numeros sequentes agit de rebellione, de conspiratione, & secta, seu machinatione, de congregatione, & hominum conuenticula, de seditione, de reuelante secreta Principum, de Collegijs illicitis, de perduellionibus, de Consultoribus, auxiliantibus, & opem dantibus, post *Ang. de malefic.* in verb. *Che hai tradito la tua patria*, vbi *August. in addit. Bart. in extrauag. Ad reprimendum*, verb. *Rebellando, Fab. Montelu. super quatuor lite-*
3 *ris arbitralibus par. 4. n. 315.* vbi distinguit quot modis crimen læsæ Maiestatis committitur in primo capite, & quot modis in secundo, *Baiar. ad Clar. in d. §. lęsę Maiestatis n. 1. & 2.* vbi quadraginta modis eiusmodi crimen committi tradit, *Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 377.* vbi plenè, *Bocer. de crim. lęs. Maiest.*
4 Huius sanè nefandi, ac detestabilis criminis patrandi, vt cōpescatur, ac reprimatur audacia, quasi quod imperium conuellat, in quo totius Orbis tranquillitas consistit, publicamque quietem, securitatemq; ciuium conturbet, sicuti innuit *Vlpian. in l. 1. §. 1. ff. ad l. Iul. Maiest. Duar. 2. disputat. anniu. cap. 22.* plures infliguntur
5 pænæ, tùm in personis committentium, cùm in eorū bonis, nam eiusmodi crimen patrantes, in tanti sceleris vindictam in quatuor frusta scindi solent, quæ locis eminentibus eius territorij, in quo deliquere, appenduntur, *Damhoud in prax. rer. criminal. cap. 62. n. 6. Iul. Clar. in d. §. lęs. Maiest.* vers. *Vel quia*, inquit quędam

dam Ioannem de Landriano, qui dũ
6 inſeruiret Gallis, decreuerat occupare oppidum Abbatis Craſſi, fuiſſe tàm ipſum cũ ſocijs, quàm Gabrielem Burrum, qui ſciens eos receptauerat, & auxilium eis dederat capite truncatos, & in fruſta ſciſſos die 7. Septembris 1535. aliud exemplũ refert *Boer. in tractat. de cuſtod. clauiũ n. 25.* de quodam Gallo Caſtellano Caſtelletti Genuenſis, qui vendidit dictum Caſtellettum Genuenſibus, qua de cauſa fuit capite truncatus, & rotę ligneę inſertus, vndè idem et *Clar. loc. cit. n. 8.* verſ. *Sed quęro*, propoſitionem generalem formãs, pro abſoluto tradit pænam committẽtium tale crimen, eſſe mortem naturalem, quodq; de conſuetudine ſolent huius criminis Rei, viui in fruſta ſcindi, & appendi in locis eminentibus Ciuitatum, ſeu Caſtrorum, in quibus deliquerũt, *Capic. dec. 130.*
7 *n. 18. & 28.* inquiens pænam hanc mortis locum habere tàm in primo, quàm in ſecundo capite, *Gigas in d. tract. de crim. lęſ. Maieſt. lib. 2. rubr. de pęn. committen. crim. lęſ. Maieſt. q. 1. n. 7. & ſeq.* vbi quod apud Venetos huius criminis Rei furca ſuſpenduntur, exemplo *Iudæ Iſcarioth*, qui ob
8 proditionem Domino ſuo factam, ſeipſum laqueo ſuſpendit, *& n. 18.* quod in Gallia Trãſalpina Rei prædicti, equorum alligati caudis dilaniantur, *Farin.* prædictorum memor *eod. tract. q. 116. §. 1. n. 2. & 3.* verſ. *Non tamen*, vbi inquit non adeò cru-
9 deliter tempore Pontificis Pij IV. ſeruatum fuiſſe quibuſdam ſceleſtis, qui confeſſi tractatum de occidendo Pontificem fuerunt per Vrbem in paruo, & humili curru publicè tranſuecti, & poſteà malleo in caput con foſſi, & denique in fruſta ſciſſi.
10 Sanctione verò criminal. *Caroli V. Cęſaris immortalis memorię art. 124* cautũ fuiſſe eiuſmodi criminis Reos, in terram proſterni debere, & per plateas ad locũ vltimi ſupplicij raptatos forcipibus lacerari, & poſt in quatuor partes ſcindi debere, fidem præſtat *Domin. Arumæus de iur. publ. lib. 15. cap. 86. in princ.* cuius Conſtitutionis Cæſareæ memor fuit *Christoph. Cruſ. de indic. delictor. ſpecialib. par. 2. cap. 4. n. 65.* verſ. *Atque hæ ſunt ſpecies*, vbi plures alias eiuſdem Imperatoris Conſtitutiones editas recenſet cõtra Proditores, Seditioſos, Diffidatores, Blaſphematores, & Cõmentarienſes, ibiq; *n. 65.* tradit frequentiùs læſæ Maieſtatis Reos in quatuor partes ſecari, ipſoſq; locis eminentioribus ſuſpendi, quæ pæna Ciuibus ſeditioſis Francofurtenſium infligebatur anno 1613. deducente id ipſum pluribus ex iuribus *Pro Fœlice Cæſare Iuriſconſulto in reſponſ. ſingular.* iamdudum hac de re
11 euulgato. Aegiptij, quo homines à tanto crimine abſterrerent, rebelles quoque corio, viuos exuerunt, refert *Scaliger. exercit. 246. ſect. 2.* excoriatos
12 diù magno cum cruciatu viuere, donec Carnifex vmbilicum ferro attingat, quo tacto, mox eos expirare, cuius meminit *Frider. VVendelin. in admir. Nili pag. fin.* atteſtante *Cruſ. loc. mox allegat.*
13 In Regno noſtro Suprema ſeruãt Tribunalia huius criminis Reos laqueo ſuſpẽdere, poſtquam per currum, maiorem Ciuitatis partem deambulati fuerint, vel rotæ ligneæ eleuatæ more Germanico alligatos, malleo in caput confodere, & poſtmodum in quatuor fruſta ſciſſos, per loca publica, porraſq; Ciuitatum appendere, ac frequentiori loco capita in cellulis ferreis reponere ad perpetuam, tanti ſceleris vindictam, & memoriam.
14 O vtinam: pænæ omnes infligi poſſent cuilibet tanti facinoris patratori. eaq; plurium dierum interſtitio excruciare illum valuiſſent, ad hoc vt pænæ formidine, eiuſmodi graſſatores, Seditioſi, Coniuratores, Perduelles, Rebelles, ac omnium ma-

malorum fæces, eorumq; fautores, Consultores, & Auxiliatores à similibus coercerentur criminibus.

15 Atq; in tantum exacerbatur pæna contra Reos læsæ Maiestatis, vt licèt hodie secundum dispositionẽ
16 *Auth. Bona damnatorum, C. de bon. proscript.* bona damnatorum non confisceutur, in huius tamen criminis vindictam confiscantur, vt dicit *glos. in d. Auth.* verb. *Fisco*, quam sectātur DD. ibi, secundum *Capol. cons. crim. 27. in 4. dub. Clar. in d. §. læs. Maiestatis num. 9.* vers. *Præterea*, vbi inquit Reos statim pperrato delicto amit-
17 tere dominium, & administrationẽ bonorum suorum, quodque bona à lege confiscantur ipso iure, licèt cõfiscatio non sortiatur effectum, nisi secuta sententia hominis, per quam declaretur Reum incurrisse in crimẽ læsæ Maiestatis, *Gabr. comm. conclus. lib. 7. concl. 11.* vbi multis ampliationibus, & limitationibus rem exornat *Boss. in pract. crim. tit. de senten. n. 48. Farin. d. q. 116. §. 1. n. 20.* vbi nonnullis allatis distinctionis fædere rem conciliat *Affl. in tit. quæ sint regal.* in verb. *Et bona committentium n. 21. Gram. dec. 15. n. 7. & seqq. Decian. in tractat. crim. lib. 7. cap. 40. n. 6. ad finem*, vers. *Ego verò*, *Farin. in 1. prax. crim. tit. de delict. & pæn. q. 25.*
18 *n. 11.* vbi quod pæna amissionis bonorum tàm spiritualium, quàm temporalium, habeet locum contra committentem crimen læsæ Maiestatis, nedùm de iure ciuili, verùm etiam de iure canonico, secundum *glos. in cap. fælicis*, verb. *Damnentur de pæn. in 6. Affl. loc. cit. n. 1. & 17. Gig. de crim. læs. Maiest. q. 1. n. 6. Foller. in pract. crim.* verb. *Item quod commisit crimen læs. Maiestatis n. 92. Gomez. de delict. cap. 2. rubr. de crim. læs. Maiest. n. 11. Conrad. in pract. rubr. de læsa Maiest. num. 8.*

19 Quæ sanè pæna amissionis bonorum etiã liberos compræhendit, per *tex. in l. quisquis, C. ad l. Iul. Maiest.* qui etiam successione patris priuantur,
20 & est vnus ex ijs casibus, quod filius portat iniquitatem patris, licèt ipse nihil deliquerit, sustinet etenim pęnam propter delictum paternum, *Iser. in cap. 1. §. præterea, quæ sit prim.*
21 *caus. benef. amitt.* vbi etiam voluit, quod in feudo descendens ex illo sanguine maculato, & infecto est priuatus successione, licèt soleat fieri differentia in hoc crimine inter
22 filios masculos, & filias fæminas, nam filius nihil habebit de bonis paternis, sed filiæ fæminæ illius, qui crimen læsæ Maiestatis commisit, dotari debent per Fiscum de illis bonis, vt patet expresse ex dispositione *d. l. quisquis, §. ad filias*, & est de mente *Iser. in Constit. Regni ob filiorũ culpas*, vbi adducit *tex. in l. tutores, ff. ad l. Iul. de priu. & l. si marito in princ. ff. sol. matr.* id quod seruatum fuit in Regno nostro, nam Rex Ferdinan-
23 dus maritauit honorificè filias Principis Rossani, qui commiserat crimẽ læsæ Maiestatis notoriè contra Regẽ ipsum, secundum *Affl. in d. §. Et bona committentium n. 11.* & pulchrè *Baiard. ad Clar. in d. §. læs. Maiestatis n. 25.* vers. *Scias autem, in primo special.*

Cæterùm: quod pæna tàm rigorosa in liberos inflicta sit ex *d. quis-*
24 *quis*, indè euenire tradunt DD. ibi, & alibi passim, ne, vel necem patris vlcisci, & criminis paterni vestigijs inhærere valeãt cum pauci filij pa-
25 tribus meliores, plures peiores inuenti fuerint *Valer. Max. lib. 3. cap. 5.* vndè *Marcell. Palingen in Leone pag. mihi 116.*

Nam similes fiunt nati plerumque parentum,
Qualis quæq; arbor, tales solet edere fructus.

26 Neque enim arbor mala fructus bonos producit *Matth. 7. & Luc. 6.* vndè *Aristot. 1. politic. 4.* ait, *Vti ex hominibus homo, ek bestys bestia, sic ex homine bono, bonus generatur, & 3. cap. 8. Consentaneum est ex melioribus ortos fuisse*

27 *fuisse meliores, & 3. Rethor. ex probis probos*, hinc *Christophor. Crus. tractat. de indic. delictor. special. par. 2. cap. 4. n.* 74. illud. Paginæ sacræ apud *Hie-*
28 *rem. cap.* 33. recenset, *Vuas acerbas comederunt patres, & dentes filiorum obstupuere.* Alia plura de tam nefario crimine. Videat Lector apud præallegatos DD. præsertim *Baiard. ad Clarilde...* vbi per 30. specialia rem dilucidam facit.

SVMMARIVM.

1 IVs congrui procedit de iure *Constitutionis Regni* Sācimus, sub tit. de iur. prothomis. *in contractu emptionis, locationis, & concessionis in emphiteusim.*

2 *Ius congrui fuit introductum ad correctionem legis communis, præsertim* l. dudum, & l. inuitum, C. de contrahen. emption. & in l. nec emere, C. de iur. deliber.

3 *Ius congrui secundum Constitutionem* Sancimus, *non habet locum ultra* 30. *dierum spatium post factam denunciationem.*

4 *Iure congrui excluduntur Ecclesia, Via publica, & Fiscus.*

5 *Ius congrui secundum Consuetud. Neapol. incip.* Si quis emit, tit. de iur. congr. *procedit tantùm in contractu emptionis, & venditionis.*

6 *Consuetud. Neapol.* Si quis emit, tit. de iur. congr. *an procedat etiam in alijs contractibus, quàm in contractu emptionis.*

7 *Fraus censetur exclusa in consuetudine iuris congrui vigente in Ciuitate Neapolis.*

8 *Emptor, & venditor, an cogi possint per Iudicem ad declarandum cum iuramento, an contractus sit verus, aut palliatus in fraudem iuris congrui?*

9 *Interrogatoria non dantur in Regno propter multitudinem causarum.*

10 *Probationes in termino fiunt in Regno.*

11 *Terminus in causa est communis utrique collitiganti.*

12 *Terminus primi, & secundi beneficij in Regno est communis etiam collitiganti non priuilegiato.*

13 *Terminus vnde dicitur cōmunis vtrique parti?*

14 *Actori quod licet, etiam Reo licere debet.*

15 *Emptor, & venditor tenentur declarare cum iuramento an contractus sit verè initus, vel simulatus ad instantiam eius, cui competit ius congrui.*

16 *Emptor, & venditor, qui cum iuramento declarauerit contractum emptionis, & venditionis esse verum, si contrarium constiterit, de periurio sunt puniendi.*

17 *Emptor punitur amissione pretij, & vēditor amissione rei si periuri reperirentur.*

18 *Ratio vbi est eadem, impar iuris determinatio esse non debet.*

ARGVMENTVM.

Ius congrui, siue prothomiseos: quod diuersimodè locum sibi vendicat in Ciuitate Neapolis per Consuetudinem incip. *Si quis emit, sub tit. de iure congrui*, quę verba facit in contractu dumtaxat emptionis, & venditionis; & in Regno per Constitutionem *Sācimus sub tit. de iur. prothomis.*

miseos, quę cōpręhendit nedū contractum emptionis, verum etiam locationem, & concessionem in Emphyteusim, non tamen vltrà 30. dierum spatium à die factę denunciationis vicino facultatem retrahendi tribuens, cùm in Ciuitate Neapolis annus concedatur integer à die scientię decurrendus, an prebeat facultatem vicino, vt declarare faciat emptorem, & venditorem vtrum contractus initus verus sit, vel simulatus, & quantum taxatū fuerit inter eos pretium, etiā cùm iuramento? & in casu quo periuri detegerentur, vēditor puniretur amissione rei, emptor verò amissione prætii? qua in re *Author* affirmatiuam laudat sententiam, eāq; in praxi sectandam insinuat; quò loci indicat iure d. Constitutionis *Sancimus* attento, excludi Ecclesiam, Viam publicam, & Fiscum à iure retrahendi, ac omni iure fraudē ex huiusmodi contractibus abhorritam, quodque ius congrui ad correctionem iuris communis fuerit introductum, pręsertim contra *tex. in l. dudum, & l. inuitum, C. de contrahen. emption. & l. nec emere, C. de iur. deliber.*

OBSERVATIO LII.

1 IVs congrui, quod aliter procedit de iure Regni, per Constitutionem editam ab Imperatore Federico, incip. *Sancimus*, quæ est finalis in libro Constitutionum *sub tit. de iur. prothomiseos*, quæque introducta fuit ad correctionem iuris communis, præ-
2 sertim *l. dudum, & l. inuitum, C. de contrah. empt. & l. nec emere, C. de iur. deliber.* habetque locum in contractu emptionis, locationis, & concessionis in Emphyteusim, de quibus Imperator loquitur, nec vltra triginta
3 dierum spatium post denunciationem factam conceditur, à cuius con-
4 grui beneficio excluditur Ecclesia, Via publica, & Fiscus, aliter verò in Ciuitate Neapolis, in qua peculiaris adest Cōsuetudo sub *tit. de iur. cōgr.*
5 quæ incipit, *Si quis emit*, qua cautum est emptorem teneri ad restitutionem rei emptæ, habenti fundum, terram, vel domum Collateralem rei emptæ infra annum decurrendū à die scientiæ, nec locum sibi vendicat, nisi in contractu emptionis, & venditionis, de quo dumtaxat loqui-
6 tur consuetudo, adeò quod ansam arripuit *Sebastianus Napodanus de Neapoli* insignis glosator præfatæ Consuetudinis (sicut, & cæterarum aliarum dictæ Ciuitatis Neapolis) inuestigandi, an Consuetudo prædi-
7 cta in alijs contractibus procedat in *glos.* verb. *Emit*; fraudem omninò repellit, sicuti post cæteros tradit *Afflict. dec. 72.* eoq; laudato *Dom. de Franch. dec. 392. Reg. Rou. dec. 3. & dec. 24. & dec. 26. n. Ego ipse in 2 discept. forens. cap. 46. ex n. 44.*

Hæ-

8 Hæsitare me diù fecit an emptor, & venditor cogi possint per Iudicē ad faciēdum declarationem in themate propositam, ex quo in Regno non dantur interrogatoria propter
9 multitudinem causarum, sicuti tradit insignis Practicus *Dom. Muscatell. in par.1. prax. Sac. Cons. glos. Impertinentes n.*41. vers. *Concludo igitur*, &
10 probationes nō fiunt, nisi in termino impertito à Iudice, qui est com-
11 munis vtriq; collitiganti, *l. petenda, C. de tempor. in integr. restitut.* & ibi *Bart.* & est *ritus Magnæ Cur.* 90. incip. *Item seruat ipsa Curia rarò dari terminum*, vbi *Prosper Caran.* egregius rituum Magn. Cur. enucleator ampliat, etiamsi altera pars expressè termino renunciauerit, vt per *Bart.* per illum *tex. in l. si post, §. hi quoque, ff. de bonor. possess. contra tab.* ac etiāsi
12 terminus fuisset impertitus personę priuilegiatæ, vt est primum, & secūdum beneficium, idest prima, & secūda restitutio in integrum ad pinguius probandum in iudicijs, secundum *Constit. Regni.* incip. *Obscuritatem*, de quibus plenè post antiquos *Muscatell. in d. prax. Sac Cons. par.* 5. *glos. Defendendum n.*2. *& par.* 6. *glos. Sui n.*1. vbi assignat rationem, quare
13 terminus est communis, quia mos vtriq; gerendus est per *tex. in l. circa eum, ff. de probat* ac etiam quia quod
14 Actori licet, & Reo licere debet, *arg. tex. in l. non debet, ff. de regu. iur.* quæ omnia per prius adnotauit *glos. fin. in cap. ex tenore de testi.* nec arma sunt desumenda à Reo.

15 Attamen reperi *Iacobum Nouellū in commentarijs ad d. Constit. Sancimus, §. licet autem* 5. *n.*48. *in fin.* vers. *Ideoque, & n.* 49. *in* 17. *tom. tractatuum pag. in meis* 41. *col.* 1. respondisse affirmatiuè, ductum ex verbismet Cō-
16 stit. adeò quod si per emptorem, & venditorem iuratum fuerit contractum non esse factum in fraudem, & continere veritatem circa quantitatem prætij, si contrarium probaretur, de periurio ambo punientur, ad quod allegat *Isern. in cap.* 1. *§. Sacramentum de consuet. rect. feu. Bart. in l. de periurio, ff. de crim. stellionat. Bal. in cap.* 1. *§. Sacramentum de pac. iur.*
17 *firm.* subdens vlteriùs emptorem puniri amissione prætij, & venditorem amissione rei, id quod antè *Nouell.* firmauit quoq; *Affl. in commentar. ad d. Constit. Sancimus in 6. notab. n.* 20. vbi inquit id probari ex textu Constitutionis, quorum sententiam amplectitur quoq; *Thomas Zerola in prax. Episcopal.* verb. *Ius congrui in 4. dub.*

Et licèt prædicta indubiè procedere viderentur attentis verbis Cōstitutionis, attamen idem dicendū fore consului in terminis dictæ Cōsuetudinis Neapolis, quia eadem ra-
18 tio euitandi fraudes in vtroq; casu concurrit, non debet igitur impari determinatione definiri, ad *tex. in l. illud. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verb. oblig. cap. inter cæteras de rescrip.* & ità tenendum in praxi censeo.

SVMMARIVM.

1 DOm. Fabius Capycius Galeota Regens, Illustr. Dux Reginæ *laudatur.*
2 *Inuentarij discussionis exceptio, impedit litis ingressum, & processum ad vlteriora.*
3 *Inuentarij discussionis exceptio cum sit modificatoria, impedit exaquationem sententiæ, etiamsi ante sententiam fuisset inuentarium præsentatum.*
4 *Exceptio discussionis inuentarij, si opponatur in principio litis, fortiùs operari debet, quod heres non molestetur, nisi facta discussione.*
5 *Inuentarij discussione pendente, heres*

nequidem super bonis hæreditarijs est molestandus.

6 *Sequestrum non debet fieri pendente exceptione discussionis inuentarij.*

7 *Sequestrum vti odiosum, est prohibitum in principio litis.*

8 *Commoditas possessionis, quæ magna est, non debet alicui per sequestrum auferri.*

9 *Sequestrum quibus in casibus sit permissum.*

10 *Decisio Sacri Consilij apud* Reg. Sanfel. dec. 211. n. 3. par. 1. *quod sequestrum bonorum hæreditariorum opposita exceptione discussionis inuẽtarij, fieri debeat, enucleatur.*

11 Doctrina Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 1. controuers. Illustr. cap. 62. n. 53. & seqq. *an sit reijciẽda, ex traditis per* Dom. Reg. Sanfel. dec. 211. n. 3.

12 Domini Regentes Fab. Capyc. Galeot. & Io. Franc. Sanfelic. in locis indicatis *conciliantur.*

13 *Sequestrum permittitur contra hæredem, qui non confecit inuentarium, pendente termino confectionis ipsius, ne bona occultentur, secus vero facto legitimè inuentario.*

14 *Inuentarium non conficiens, qui tenetur ad illum conficiendum, redditur suspectus.*

15 *Dilapidationis timor vbi adest, rectè fit sequestrum fructuum.*

16 *Inuentario confecto legitimè, eoque producto, non est faciendum sequestrum super fructibus, pendente discussione ipsius, quia cessat timor occultationis bonorum.*

17 *Possessor non debet priuari commodo possessionis.*

18 *Inuentarium induicit præsumptionem, quod bona in eo descripta sint penès hæredem.*

ARGVMENTVM.

Exceptione discussionis inuentarii legitimè confecti, per hæredem opposita, siue post sententiam (nam eiusmodi exceptio modificatiua est) siue in principio litis, eaq; pendente, An possit hęres molestari, siue contra ipsum ad sequestrum bonorum, eorũq; fructuum procedi? Hinc dissidentia insignium virorum placita è diametro pugnantia, Vnum scil. *Ill. Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 1. controuers. Illustr. cap. 62. n. 53. & seqq.* expresè negantis molestiam aliquam inferri debere hæredi cum beneficii inuentarii, ipsius discussione opposita, Alterum verò *Dom. Reg. Io. Franc. Sanfel. dec. 211. n. 3. par. 1.* fidem præstantis esse procedendum ad sequestrum, *Author* perspicaciter singulorum dicta perpendens, vtraq; veritate, niti in casu tamen suo, vtpotè qui, diuersa in facti specie scripserunt, facili commonstrat metho: Nempè vt dicta

per

per *D.Reg.Galeot.* procedant in casu, quo inuentarium legitimè iuris seruatis sollemnitatibus fuerit confectum, tũc etenim, quia nullus adest timor subtractionis,& occultationis bonorum, quæ inuẽtarium ipsum indicat,& contra hæredem plenam inducit probationem , non debet hæres molestari per sequestrum, nec commodo possessionis priuari; Scitũ est enim, in principio litis sequestrum omni iure reperiri prohibitũ vti legibus exosum. Asserta verò per *Dom. Reg. Sanfelic.* vim obtineãt in eo casu, quo hęres inuentarium adhuc non confecerit, sed intra terminum à iure præfinitum, illud conficere satagat , tunc etenim, quia de facili bonorum hæreditariorum subtractio, & occultatio cõtingere potest, nec creditoribus,aut legatariis, aliisq; super hæreditate defuncti interesse habentibus, consuli potest, rectè procedat sequestrum , itaque in praxi tenendum *Author* insinuat, Peritiorum tamen césura minimè spreta.

OBSERVATIO LIII.

1 CVm aliàs in facto iuri consonam intelligerẽ propositionẽ scripto traditam per *eruditissimum Regentem*
2 *Fab.* Capyc.*Galeot.* Ducatus titulo decoratum ob eius merita à munificentissimo Rege nostro quem (Nobis,totiq; Christianæ Reipublicæ incolumẽ seruet Deus) *in 1. tom. controuers. Illustr. cap.62. n. 53. & seqq.* quod scil. exceptio discussionis inuentarij impedit litis ingressum , & processum ad vlteriora, ex dictis per *Bal.in l.fin.§.Et si præfatam,* C. *de iur. deliber. Valasc. consult. 52. n. 41. Dom. de Franch. dec. 272. n. 5. & dec. 531. n.4. & 5.* quinimò impedit exequutionem sententiæ
3 cum sit modificatiua , etiamsi antè sententiam fuisset inuẽtarium præsentatum , iuxtà latè exarata per *Mastr. dec. Sicil. 24.* vndè arguit *Reg.*
4 *Galeot.* exceptionem prædictam fortiùs operari si opponatur in principio litis, subdens infrascripta verba è memoria numquam excidenda, *Debet enim hæres cum beneficio inuentarij ab omni molestia,& vexatione personali, & onere litigandi, immunis conseruari , quod non esset , si interim cogeretur soluere, & proindè prævaluit semper in Sac.Cons. illa opinio, vt pendente inuentarij discussione , nec etiam super*
5 *bonis hereditarijs , hæres sit molestãdus;* defendi:non esse super bonis hæreditarijs hæredem cum inuentario
6 molestandum , nequidem per viam sequestri, quod tot , tantasq; molestias infert possessori , vndè à iure
7 prohibitum censetur in principio

nequidem super bonis hæreditarijs est molestandus.

6 *Sequestrum non debet fieri pendente exceptione, discussionis inuentarij.*

7 *Sequestrum vti odiosum, est prohibitum in principio litis.*

8 *Commoditas possessionis, quæ magna est, non debet alicui per sequestrum auferri.*

9 *Sequestrum quibus in casibus sit permissum.*

10 *Decisio Sacri Consilij apud* Reg. Sanfel. dec. 211. n. 3. par. 1. *quod sequestrum bonorum hæreditariorum opposita exceptione discussionis inuẽtarij, fieri debeat, enucleatur.*

11 Doctrina Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 1. controuers. Illustr. cap. 62. n. 53. & seqq. *an sit reijciẽda, ex traditis per* Dom. Reg. Sanfel. dec. 211. n. 3.

12 Domini Regentes Fab. Capyc. Galeot. & Io. Franc. Sanfelic. in locis indicatis *conciliantur.*

13 *Sequestrum permittitur contra hæredem, qui non confecit inuentarium, pendente termino confectionis ipsius, ne bona occultentur, secus verò facto legitimè inuentario.*

14 *Inuentarium non conficiens, qui tenetur ad illum conficiendum, redditur suspectus.*

15 *Dilapidationis timor vbi adest, rectè fit sequestrum fructuum.*

16 *Inuentario confecto legitimè, eoque producto, non est faciendum sequestrum super fructibus, pendente discussione ipsius, quia cessat timor occultationis bonorum.*

17 *Possessor non debet priuari commodo possessionis.*

18 *Inuentarium inducit præsumptionem, quod bona in eo descripta sint penès hæredem.*

ARGVMENTVM.

Exceptione discussionis inuentarii legitimè confecti, per hæredem opposita, siue post sententiam (nam eiusmodi exceptio modificatiua est) siue in principio litis, eaq; pendente, An possit hęres molestari, siue contra ipsum ad sequestrum bonorum, eorũq; fructuum procedi? Hinc dissidentia insignium virorum placita è diametro pugnantia, Vnum scil. *Ill. Dom. Reg. Fab. Capyc. Galeot. in 1. controuers. Illustr. cap. 62. n. 53. & seqq.* expressè negantis molestiam aliquam inferri debere hæredi cum beneficii inuentarii, ipsius discussione opposita, Alterum verò *Dom. Reg. Io. Franc. Sanfel. dec. 211. n. 3. par. 1.* fidem præstantis esse procedendum ad sequestrum, *Author* perspicaciter singulorum dicta perpendens, vtraq; veritate, niti in casu tamen suo, vtpotè qui, diuersa in facti specie scripserunt, facili commonstrat metho: Nempè vt dicta

per

per *D.Reg.Galeot.* procedant in caſu, quo inuentarium legitimè iuris ſeruatis ſollemnitatibus fuerit confectum, tũc etenim, quia nullus adeſt timor ſubtractiõnis,& occultationis bonorum, quæ inuẽtarium ipſum indicat,& contra hæredem plenam inducit probationem, non debet hæres moleſtari per ſequeſtrum, nec commodo poſſeſſionis priuari; Scitũ eſt enim, in principio litis ſequeſtrum omni iure reperiri prohibitũ vti legibus exoſum. Aſſerta verò per *Dom. Reg. Sanfelic.* vim obtineãt in eo caſu, quo hęres inuentarium adhuc non confecerit, ſed intra terminum à iure præfinitum, illud conficere ſatagat, tunc etenim, quia de facili bonorum hæreditariorum ſubtractio, & occultatio cõtingere poteſt, nec creditoribus, aut legatariis, aliiſq; ſuper hæreditate defuncti intereſſe habentibus, conſuli poteſt, rectè procedat ſequeſtrum, itaque in praxi tenendum *Author* inſinuat, Peritiorum tamen cẽſura minimè ſpreta.

OBSERVATIO LIII.

1 CVm aliàs in facto
iuri conſonam in-
telligerẽ propoſi-
tionẽ ſcripto tra-
ditam per *erudi-*
2 *tiſſimum Regentem*
Fab. Capyc.Galeot.
Ducatus titulo decoratum ob eius
merita à munificentiſſimo Rege no-
ſtro quem (Nobis, totiq; Chriſtianæ
Reipublicæ incolumẽ ſeruet Deus)
in 1. tom. controuerſ. Illuſtr. cap.62. n.
53. & ſeqq. quod ſcil. exceptio diſ-
cuſſionis inuentarij impedit litis in-
greſſum, & proceſſum ad vlteriora,
ex dictis per *Bal.in l.fin.§.Et ſi præfa-*
tam, C. *de iur. deliber. Valaſc. conſult.*
52. n. 42. Dom. de Franch. dec. 272.
n. 5. & dec. 531. n.4. & 5. quinimò
impedit exequutionem ſententiæ
3 cum ſit modificatiua, etiamſi antè
ſententiam fuiſſet inuẽtarium præ-
ſentatum, iuxtà latè exarata per
Maſtr. dec. Sicil. 24. vndè arguit *Reg.*
4 *Galeot.* exceptionem prædictam for-
tiùs operari ſi opponatur in princi-
pio litis, ſubdens infraſcripta verba
è memoria numquam excidenda,
Debet enim hæres cum beneficio inuen-
tarij ab omni moleſtia, & vexatione per-
ſonali, & onere litigandi, immunis con-
ſeruari, quod non eſſet, ſi interim coge-
retur ſoluere, & proindè prævaluit ſem-
per in Sac.Conſ. illa opinio, vt pendente
inuentarij diſcuſſione, nec etiam ſuper
5 *bonis hereditarijs, hæres ſit moleſtãdus;*
defendi: non eſſe ſuper bonis hære-
ditarijs hæredem cum inuentario
6 moleſtandum, nequidem per viam
ſequeſtri, quod tot, tantaſq; mole-
ſtias infert poſſeſſori, vndè à iure
7 prohibitum cenſetur in principio

tanquam odiosum, ad *tex. peculiarem in l. vnic. C. de prohib. sequestrat. pecun. Rom. cons.* 488. *n.* 1. *Mayner. dec. Tholos.* 5. *n.* 1. *lib.* 4. *Boer. dec.* 172. *Achill. de Grass. dec. Rot. Rom.* 327. aliàs 1. *de spōsal. n.* 2. *Rebuff. ad ll. Gallic. tom.* 3. *tractat. de sequestr. art.* 1. *glos.* 1. *n.* 3. *Valasc. consult.* 159. *n.* 20. *Gregor. Lopez in proœm. tit.* 9. *par.* 3. verb. *Deuen fazer*, vbi post *glos. Io. Andr. & DD. in cap. Examinata de iud. glos. in cap.* 2. *de sequestrat. possession. & fructuum,*
8 tenet ea ratione denegandum esse sequestrum, quia commoditas possessionis, quæ magna est, vt in §. *commodum, Instit. de interd.* ne mini est auferenda *cap.* 1. *Vt lit. penden. cap.* 1. *de sequestrat. possess. & fruct. cap. volumus* 16. *q.* 4. *Reg. Valenz. cons.* 43. *n.* 186. *& cons.* 53. *n.* 76. *lib.* 1. *Reg. Galeot. controu. Illust. cap.* 24. *n.* 50. *cum plurib. seqq. Ego ipse in* 1. *disceptation. forens. cap.* 42. *n.* 1. *ad* 4. & *in Annotation. ad Muscatell. in prax. Sac. Cons. par.* 7. *glos.* Condemnando *pag.* 278. *col.* 2. *vers. Ad n.* 120. vbi nonnulla exa-
9 rani necessaria ad sequestrum faciēdum, moneo tamen Lectorem consulat *Gregor. Lopez loc. cit.* vbi egregiè enarrat sex casus, in quibus est permissum sequestrum.

10 Fuit tamen ex aduerso adductus *Reg. Sanfel. in d. dec.* 211. *n.* 3. *par.* 1. qui refert decisum per Sac. Consil. die 14. Octobris 1622. iunctis Dominis duarum Aularum in causa Cæsaris Palatutij cùm hæredibus quond. Vincentij Portij, quod supersederetur in exequutiune sententiç latæ contra Cæsarem defunctum in actione personali, & prouisum, quod gaudeat termino iuris ad conficiendum inuentarium, & interim sequestrentur fructus hæreditatis, ne dilapidentur, ex doctrina *Angel. in l. Diuus in fin. ff. de petit. hæred.* qnam decisionem esse in terminis (vti aiunt) terminātibus acerrimè contendebat Partis Aduersæ
11 Defensor, qui apertè insinuabat ex hac determinatione labefactari fidem *Reg. Capyc. Galeot.* à *Me* adducti *loc. mox citato.*

12 Occurrit nihilominus mihi promptanea, sicuti & facilis responsio ad dicta per *Reg. Sanfel. loc. citato*, quod casus erat valdè diuersus ab ea facti specie, quam *Ego* tuebar, quodque singula dicta tantorum virorum ve-
13 ritate nitebantur in casu suo, nam *Reg. Sanfel.* loquitur in casu inuentarij non confecti, in quo potest subtrahi, vel occultari res aliqua hæreditaria, & potest quoque mors hæredis contingere antequam inuentarium conficeretur, in graue damnum, creditorum, & legatariorum defuncti, qui non habent notitiam rerum in hæreditate defuncti remāsarum, & sic rectè procedit decisio Sac. Cons. quod fiat sequestrum, adhoc vt sit cautum interesse præ-
14 tendentibus, nam ex eo quod inuētarium quis non facit, dùm tenetur redditur suspectus, vt est *tex. in l. fin. C. arbitr. tutel.* qui licèt loquatur in tutore, attamen idem dicendum est in hærede *Affl. dec.* 207. *num.* 3. tunc
15 etenim procedit etiam sequestrum, quia adest timor dilapidationis, & exindè oritur aliqua præsumptio contra ipsum, vt interim capiat bona hæreditaria, *Abb. in cap.* 2. *n.* 16. vers. *Vel oritur aliqua præsumptio de sequestrat. possess. & fruct. Io. And. ad Speculat. in rubr. de sequestrat. possess. & fruct. in princ.* vers. *Sed præcepta cum adiectione pœnar.* Reg. *Sanfel. dec.* 211. *Sequestrum, par.* 21.

16 Casus verò *Regentis Galeot.* vertitur post confectum iam inuentariū per hæredem, quod probat contra ipsum, circa bona ibi descripta ex *Affl. dec.* 13. *n.* 1. qui allegat *tex. in l. fin. C. arbitr. tutel.* & notatur in *l. tutor, qui repertorium in princ. ff. de administr. tutor. & in l. tutores eod. tit.* vndè dùm producit inuētarium, quod ipsum releuat ne teneatur vltrà vires hæreditarias, ad *tex. in l. fin.* §. *Et*

Præfatam, *C. de iur. deliber.* meritò moleſtiam pati non debet, donec inuentarium diſcutiatur, ceſſat etenim occultationis, aut ſubtractionis bonorum hęreditariorum timor, & ſuſpiciò, dùm tenetur reddere rationem de omnibus bonis in inuentario deſcriptis, quæ dùm ſemel inuentari zatę fuerunt, ſeu deſcriptæ, occurritur contra omnem malitiā, & non poteſt conqueri creditor, quod adſit timor ſubtractionis, vel occultationis bonorum, & conſuli-
17 tur quoque poſſeſſori, quod non priuatur commodo poſſeſſionis bonorum, ſecundum *Aug. in d. l. Imperatores* §. *fin. ff. de appellat.* quem ad hoc expendit *Gregor. Lopez loc. cit. l.* 1. *partit.* in eius poſſe pręſumuntur eſſe, prout in ſimili docet *Afſl d. deciſ.* 13. *n.* 1. verſ. *Cum ergo*, per *tex. in l. ſi creditor*, *C. de pignorat. act. l. non ignorabit*, *C. ad exhiben. l. ſiue poſſidetis*, vbi plenè *DD. C. de probat. cap. cum ad ſedem de reſtit. ſpoliat. cum ſimilib.*

Vndè data caſuum diuerſitate, vtrumque in ſua facti ſpecie procedere fatendum eſt, & in praxi tenēdum (ſi annuant peritiores)

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio omnibus actis, & inſtantijs facta in contractu tranſactionis cum reſeruatione in caſu inobſeruantia, quomodo ſit accipienda.*

2 *Res data inſolutum, ſi quoquomodo euicta fuerit, ſtatim ſit licitum ad iura primæua redire, etiamſi nulla de hoc fieret reſeruatio.*

3 *Tranſactio de ſui natura dicitur receſſus à lite.*

4 *Tranſactio in tantum tenet, in quantū vterque ex tranſigentibus adimpleuerit.*

5 *Exceptio adimplementi non ſequuti, poteſt ſemper opponi per eū, qui ex parte ſua adimpleuit.*

6 *Tranſactio inter illos contractus eſt adſcribenda, in quibus vltrò, citròq, naſcitur obligatio, & in quibus contrahentes mutuò alter alteri, aliquid dare, vel facere obligantur.*

7 *Tranſactione correſpectiua exiſtente, ſi vnus vult ſe ex illa iuuare, debet docere ſe adimpleuiſſe ex parte ſua.*

8 *Adimplere deſinens contenta in tranſactione, cadit ab actione ex ea deſcendente, & poteſt Pars ad primauā actionem redire.*

9 *Adimpleri ab alio petens, dùm non implet ex parte ſua, præſumitur in dolo, & mala fide.*

10 *Tranſactionis beneficio vti non poteſt, qui ex parte ſua non adimplet, & poteſt alter redire ad primaua iura.*

11 *Tranſactionis contractus, tacitam habet conditionem, ſi tranſigenti fides adimpletur, ac ſeruatur.*

12 *Fidem frangenti, non eſt ſeruanda fides.*

13 *Tranſactio non eſt contractus innominatus, & habet nomen generale, quod ad omnes contractus referri poteſt.*

14 *Obligatio nulla naſcitur in contractibus innominatis ante implementum, & factum ſequutum.*

15 *Obligatio nulla ſubeſt ex contractu tranſactionis, ſi non adimpleatur.*

AR-

ARGVMENTVM.

Transactio, de cuius natura est, vt à lite recedatur, si ab vno ex transigentis obseruata non fuerit, licitum sit alteri transigenti ab ea recedere, & ad primæua iura reuerti, etiamsi nullũ fuerit de eiusmodi regressu faciendo, pactum in ea appositum; Nec si adimplere quis detrectauerit, transactionis beneficio nequidẽ minimo iuuari se poterit; habet namq; eiusmodi contractus tacitam conditionem, si transigenti fides adimpletur, & seruatur, ac correspectiuus dicitur, & cum sit contractus innominatus, ante implemẽtum, & factum sequutum, nullam oriri obligationem, vndique in comperto esse, ex pluribus demonstratur.

OBSERVATIO LIV.

NOn adeò firmam habet sedem in mentiũ horreis illud prologo-
1 men, quod licèt fuerit in contractu trãsactionis recessum ab actis, & processu, ac omnibus instãtijs, ijsque expresè renunciatum, si tamen in casu euictionis, aut inobseruantię rei promissæ facta fuerit reseruatio, vt ad primęua iura regressui aditus fieret renũciatio prædicta in nihilo reputari debeat, ac si non esset apposita per *tex. in l. eleganter in princ.* vbi *Bart. & DD.* præsertim *Paul. de Castr. & Alber. Bero. cons. 46. n. 10. vol. 1.* iterum *Bart. & DD. in l. si quis aliam, ff. de solut. & in l. ex sextante, §. latinus largus, ff. de except. rei iud.* benè *Illustr. Dom. meus Sac. Cons. Præs. March.* Ramontis, *controuers. forens. cap. 27. n. 9. centur. 1. Ego ipse in 1. discept. forens. cap. 1. n. 62. Consiliar. Ann. cons. 35. & cons. 90. lib. 1. Lanar. cons. 36. n. 5. Masull. ad Capyc. dec. 43. n. 5. in fin.* Caballin. *de euict. §. 4. n. 40. & seq. Marius Mut. super rit. Sicil. 112. n. 92. Mastr. dec. 40. par. 1. D. Io. Francis. del Castillo dec. Sicil. 5. n. 5.* vbi absque dubio prædicta procedere affirmat; innotuit etenim causarum *Patronos* in causa mota per Dom. meum Cõsiliarium Franciscum Antonium Muscettula Patritium Neapolitanum, vnius Aulę Sacri Consilij Pręfectum, doctrina insignem, ac plurium annorum curriculo iudicandi muneri impensè addictum, praxisq; forensis experientissimum, qui ob sua pręclara gesta ad maiora euehi spem habeo, pręcipuus Dominus meus, atque

Mæ-

Mæcenas, cui tantùm debeo, quantum grates illi referre non valeo, ob innumera erga me collata beneficia à prima ſanè mea fori ſalutatione, contra hæredes quond. Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ Aloyſij Corcioni, eam adſtruxiſſe ſententiam.

Ego verò in Collegio cum Dominis meis Collegis doctrina, & ingenio ſatis pollentibus, dùm ſecundus in ordine ſenſum meum adaperire, cenſui, adeò à veritate alienam Aduerſariorum aſſeuerationem, vt etiã ſepoſita reſeruatione in contractu, nequidem via adaperienda veniat habendi regreſſum ad primæua iura, vt audacter dixerim, quod etiam
2 nulla intercedente reſeruatione, ſi res data in ſolutum, quoquomodo euicta fuerit, ſtatim fit licitum ad iura primæua redire, renunciatione prædicta, & quolibet à lite receſſu minimè refragante.

3 Mouebar ex eo, quod tranſactio de ſui natura eſt receſſus à lite, quæ adeò tenet quatenus obſeruetur promiſſio, & ſic correſpectiuè intelligi-
4 tur quatenus vterque ex tranſigentibus adimpleuerit, ad *tex. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt.* quæ
5 exceptio adimplementi non ſequuti poteſt ſemper opponi per eum, qui ex parte ſua adimpleuit, ſicuti de tranſactione verba faciens affirmat *Bart.* alijq; plures eum inſectãtes, in *l. ſine apud acta, C. de tranſ.* aiē-
6 tes tranſactionem inter eos contractus adſcribendam eſſe, in quibus vltrò, citròq; naſcitur obligatio, & in quibus contrahentes mutuò alter alteri aliquid dare, vel facere obligantur, *Verall. dec. Rot. Rom.* 316. *par.* 3. inquiens, quod exiſtente tranſa-
7 ctione correſpectiua, ſi vnus vult ſe ex illa iuuare, debet docere ſe adimpleuiſſe ex parte ſua, & *dec.* 509. vbi
8 quod is qui non adimplet, cadit ab actione tranſactionis, & poteſt pars ad primæuam actionem redire, *Burſ. conſ.* 101. *n.* 16. *Socc. iun. conſ.* 77. *n.* 143.
9 *in* t. Imò qui non implet ex parte ſua, & petit adimpleri ab Aduerſario, præſumitur in dolo, & mala fide, *l. dolus cum gloſ. vltima, ff. mandat. Decian. reſponſ.* 11. *lib.* 3. *& reſponſ.* 69. *lib.* 2. Adeò vt non obſeruans, & nõ adimplens ex parte ſua, videatur re-
10 nunciare illi contractui, & illius beneficio vti non poteſt, & poteſt alter ex tranſigentibus ad primęuã actionem redire, *Menoch. cõſ.* 1. *n.* 364. *Rol. à Vall. conſ.* 57. *n.* 17. apud quos habetur non poſſe quem agere, nec ad pęnam, nec ad aliquid aliud, niſi liquidiſſimè probet ſe ex parte ſua adimpleuiſſe.

Rationes plures ſunt, quæ eiuſmodi motiuũ meum comprobant,
11 Nam prima affertur, quia in huiuſmodi contractibus tacita ineſt conditio, ſi tranſigenti fides adimpleatur, ac ſeruetur: quare ſi quis fidem
12 non ſeruat, eidem æquum eſt fidem non ſeruari, *cap. peruenit de iureiur.*
13 Altera itidem ratio irrefragabilis ea eſt, quia tranſactio eſt contractus innominatus, & habet nomen generale, quod ad omnes contractus referri poteſt, *l.* 1. *ff. de tranſ.* At verum eſt, quod in contractibus innominatis ànte implementum, & factum ſequutum, nulla naſcitur obligatio, *DD in l. iuriſgentium, ff. de pact. l. naturalis §.* 1. *ff. de præſcr. verb.* vndè ſi non adimpletur, nullà ſubeſt obligatio ex ea, ex dictis per *Menoch. conſ.* 57. *n.* 1. *&* 2. ibique plura per *Rolan. Cauagnol. in ſuis Obſeruation.*



SVM-

SVMMARIVM.

1 *AVaro an sit dandus curator, sicuti & Prodigo, paradoxicum diiudicatur theorema.*

2 *Curator datur Prodigo, qui neq; modum, neque finem expensarum habet.*

3 *Curatorem dari Prodigo, lege* 12. *tabularum introductum est.*

4 *Interdictio bonorum, vt fiat Prodigo, quæ constare debent.*

5 *Curator datur, nedum Prodigo, sed etiam furioso, mentecapto, surdis, & mutis, ac etiam ijs, qui perpetuo morbo laborant.*

6 *Auarus, sicuti & Prodigus abutuntur substantia sua.*

7 *Auaro potest dari curator, quia omniũ oculis est infestus.*

8 *Prodigus est, qui dat danda, & non danda.*

9 *Auarus dicitur, qui tenet tenenda, & non tenenda.*

10 *Prodigus, & Auarus, parificantur in excessu.*

11 *Pater deportatus restitutus recuperat ius patriæ potestatis circa administrationem bonorum filij, remoto tutore, nisi tamen esset prodigus, idque procedit etiamsi adeò tenax sit, quod non expendit vbi oportet.*

12 *Auarus committit vitium in administratione.*

13 *Barones abutentes mero, & mixto imperio in vassallos, feudo priuantur, et vassallorum iurisdictione.*

14 *Vsufructuarius abutens vsufructu, eo priuari debet.*

15 *Auarus nemini charus est.*

16 *Auaritia, & de Auaro, qui loquuti fuerint Authores.*

17 Author Polyant. nouissimæ *laudatur.*

18 *Auaro nihil esse scelestius, pluraque de Auaro, adnotantur.*

19 *Auarus non solum est, qui rapit aliena, sed etiam ille, qui cupidè seruat sua.*

20 Diuus Augustinus *expenditur circa Auaritiam execrandam.*

21 *Auaro tantum deest, quod habet, quam quod non habet.*

22 *Miserabilis prodigo contrarius est, qui in quibus opus est, quantumcumque, & quando decuerit, non expendit.*

23 *Auaritia, maius malum est, quàm prodigalitas.*

24 *Auaritia nihil tàm sanctum est, quod non violet, neque tàm munitum, quod non expugnet.*

25 *Auaritia nihil fœdius.*

26 *Auarus facultates suas non possidet, sed ipsum possident facultates.*

27 *Auarus comprahenditur inter eas personas, qua perpetuo morbo laborant.*

28 *Auaritia est malum insanabile secundum Aristotelem.*

29 *Auarus est cęcus, & de ratione.*

30 *Poetarum plurima dicta recensentur in detestationem auaritia.*

31 *Auarum, omne genus Barbarorum.*

32 *Idolatria, deterior est auaritia.*

33 *Vita auarorum hominum, similis est mortui conuiuio.*

34 *Auarus quò magis habet, eò magis etiã sitiens desiderat.*

35 Author *imprimi curauit libellum hispano conceptum idiomate, cui nomen fuit indictum* Fabrica de la Esperiençia.

AR-

ARGVMENTVM.

Auaro, An sit dandus Curator, sicuti, & Prodigo? Curiosa herclè indagatio; quæ vt enucleata posteris insinuetur, quamplura *Author* assumit, vt ostendat peius esse vitium, Auaritiam, vti omnium malorum radicem, quàm Prodigalitatem; Idcircò sicuti Prodigo passim, qui non habet modum, neque finem expensarum Curator decernitur, itàpariter decernendus erit Auaro, cui tantùm deest, quod habet, quàm quod non habet; Abutitur namq; Auarus substantia sua, Et recensitis tùm Sacrę Paginæ, ac Ecclesię Doctorum nonnullis placitis in detestationē Auaritię, ac etiam prophanęlectionis, & Authoritate Ethnicorū, & quamplurimis adductis versibus satis lepidè congestis ab Hispano illo Vate, in libello, quem composuit Hispanico idiomate, cuique nomen indixit *Fabrica de la Esperiençia*, quem libellum *Author* sua industria è typis prodire sategit, eam veriorem commonstrat sententiā, qua cautum est, *Auaro, sicuti, & Prodigo dandum esse Curatorem.*

OBSERVATIO LV.

1 SVmmis, qui, naribus, olfacere, siue extremo labiorum degustare materias consueuerunt, paradoxicum eiusmodi theorema diiudicabunt, *Vtrum Auaro dari possit Curator?* Is etenim datur prodigo, qui frugali-
2 tatis cancellos excedens, neq; modum, neque finem, neque tempus habet expensarum, sed bona sua dilapidando, & dissipando profun-
3 dit, idque lege 12. tabularum sancitum insinuat *Vlpian. in l.1. ff. de curatorib. furiosl. & alys extra minor. dand.* vbi moribus ab initio introductum fuisse tradit, memoriaq; recolit, de quo plena (vt assolet) manu, tradit plura *Bart. in l. is cui bonis 6. ff. de verbor. oblig.* vbi *Ias.* & *Repeten.* communiter, & in §. *furiosi Instit. quib. mod. tutel. finit. & in* §. *item prodigus, quib:*
4 *non est permiss facer. testam.* vbi quando, & qualiter fieri debeat interdictio, quæuè præcedere, & subsequi debeant, adhoc, vt gesta per prodigum annullentur, vel declarentur irrita, ibiq; *Ang. Aretin.* magistraliter omnia sub compēdio reassumit, nonnulla attuli *Ego in 1. disceptat. forens. cap. 2. n. 1. ad 20* post *Vrsill. à d Affl. dec. 290. n. 5. 6. & 7.* vers. *Et ex his*, vbi pulchrum casum determinatum enarrat.

Cùmq; verum sit, nedùm prodigo, furioso, & mentecapto, surdis, & mutis, verùm etiam ijs, qui perpetuo morbo laborant (quia rebus suis superesse non possunt) curaortes dandos

dandos esse, sicuti dispofuit *Iustinian. in d. §. furiosi in fin.* hinc oritur, vt nostrum quæsitum non inscitè adductum fuerit.

6 Auarus etenim sicuti & prodigus, malè vtitur substantia sua, ideoque *tex. in d. l. is cui bonis, ff. de verb. oblig.* auarum quoque comprahendit, ad quod facit *tex.* quem ad hoc notabilem appellat insignis *Reg. de Pont. in tractat. de potestat. Proreg. tit.* 10. *de diuers. prouis.* §. 1. *n.* 13. vers. *Hinc habet in l. mulieri*, verb. *Prodigus, ff. de Curator. furios.* ibi, *Prodigus, & omnes omnino, etiamsi in edicto non fiat illorum mentio in bonis curatoris decreto priuilegium consequuntur*; vndè *n.* 14. vers. *Et ex hoc*, infert *Reg. de Pont.* posse dari curatorem auaro, & ex eo quia est oculis omnium infestus, proindè euitari debet, adducens *textum in l. 2. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur.* nō secundum *glos. in cap. ex parte de consuet. Prodigus est, qui dat danda, & non*

9 *danda. Auarus qui tenet tenenda, & non tenenda*, adeò quod, vterque excedit, vndè parificantur in excessu, & sic

10 tàm vni, quàm alteri prouideri debet de curatore, vt eorum substantia benè vtantur.

Ad quod facit notabiliter *Bald. in l. fin. n.* 16. vers. *Quid si pater, C. de senten. pass.* vbi quærens an sicuti pa-

11 tre deportato restituto, recuperat ius patriæ potestatis circa administrationem bonorum filij remoto tutore dato, nisi esset prodigus, vt est casus illius legis, ità etiam procedat si non sit prodigus, sed ità tenax sit, quod non expendit vbi oportet, an per hoc interdicatur ei administratio? Et affirmatiuè respondens,

12 inquit, quod interdicatur, quia non potest negari, quod committat vitium in administratione, & *Bald.* laudato indiscriminatim hanc sustinet opinionem *Reg de Pont. d. §. 1. n.* 16. *& 17.* quod sanè dictum *Baldi* extollit insignis Hispanus *Segura in repetitione l. Imperator, ff. ad Trebell. col.* 40. *Boer. dec.* 61. *n.* 14. & esse verissimum eius dictum, censet *Molin. de hispan. primogen. lib.* 1. *cap.* 16. *n.* 13. vbi *D. Didac. de Lima* alios aggregat, Et in simili obtentum in praxi scimus su-

13 premis in Prætorijs, Barones abutentes mero, mixtoq; imperio in Vassallos, feudo fuisse priuatos, eorumque Vassallorum iurisdictione interdictos, sicuti docet *Iser. in cap.* 1. *n.* 28. *quib. mod. feu. amitt.* vbi plura *Episcop. Lipar. & in cap.* 1. *de feu. sin. culp. non amitt. & in cap.* 1. verb. *Callidis de prohib. feu. alien. per Feder.* quem inibi laudat *Gram. dec.* 15. *n.* 9. *Abb. & Felyn. in cap. qua in Ecclesiarum de Cōstit.* & pro singulari habita est apud omnes, qui post ipsum scripserunt *decisio Gram.* 104. *Reg. de Pont. dec. Collat. Cons.* 14. *n.* 3. & in *tract. de potest. Proreg. tit.* 3. §. 1. *n.* 1. *& seq. Cancer. variar. lib.* 2. *cap.* 2. *tit. de iurisd. omn. Iudic. n.* 186. casum decisum enarrās, plura per *Me in* 1. *disceptat. forens. cap.* 11. *n.* 2. 3. *&* 4. *& in* 2. *cap.* 1. *ex n.* 8.

14 Sic vsufructuarius abutens vsufructu, pariter eo priuari debet, sicuti adnotaui in *d. cap.* 1. *n.* 14. & alludens

15 *Orat.* quod auarus nemini charus sit, in *lib.* 1. *Serm. Satir.* sic fatur

Quidam memoratur Athenis
Sordidus, ac diues, populi contemnere voces,
Sic solitus: populus me sibilat, at mihi plaudo
Ipse domi, simul ac nummos contemplor inarca.
Non vxor saluum te vult, non filius, omnes
Vicini oderunt, noti, pueri, atq; puellæ.
Miraris: cum tu argento post omnia penas,
Si nemo prastet, quem non merearis amorem.

16 Quibus collineant, quæ sparsim de auaritia, & auaro detestantur tū sacræ paginæ, cùm prophanæ, quęque Gentiles ipsi, & Ethnici, auaros exprobrantes scriptum reliquerunt morali, siue naturali tantùm ratione

ne commoti, prætereá, quæ apud Euangelicæ legis sectatores passim inuenitur, ac legum professores non vno in loco nos edocuerunt, quique luculenter de malis ex auaritia prouenientibus agunt, magnoque labore, ac mira methodo supra omnes
17 congessit *Author Polyant. nouiss. in verb. Auaritia par.* 1. Colligamus ex multis, & propè innumeris, pauca quædam selectiora, quæque magis rei nostræ conducunt.
18 *Auaro nihil est scelestius*, inquit *Ecclesiast. cap.* 16. *& cap.* 31. *Qui aurum diligit, non iustificabitur Prouerb.* 10. *n.* 28. *Qui confidit in diuitijs suis corruet Abacuc* 2. *Va qui congregat auaritiam malam domui suæ Luc.* 12. *Videte, & cauete ab omni auaritia, quia non in abũdantia cuiusquam vita eius est ex ijs, quæ possidet*, vtque vnico verbo omnia complecteretur *Diu. Paul.* 1. *ad Timoth. cap.* 6. inquit, *Radix omnium malorum est cupiditas, Diu. August. in*
19 *serm. Non solum auarus est, qui rapit aliena, sed ille auarus est, qui cupidè seruat sua, & in Epist. Auarus vir, inferno est similis. Infernus verò quantoscumq; deuorauerit, nunquam dicit: Satis est. Sic, & si omnes thesauri confluxerint in auarum.* & notanter idẽ *August. de verbo Domini* hæc aurea profert verba. *Quæ est ista auiditas*
20 *concupiscentiæ, cum ipsæ belluæ habeant modum? Tunc enim rapiunt, quando esuriunt, parcunt verò prædæ quum senserint satietatem. Insatiabilis est sola auaritia diuitum. Semper rapit, & nunquam satiatur, nec Deum timet, nec hominem veneratur, nec patri parcit, nec matrem cognoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem seruat. Viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in seruitium reuocat, testimonium falsum profert. Res mortui occupantur, quare, & qui hoc faciunt non moriuntur? Quæ est ista animarum insania? amittere vitam, appetere mortem, acquirere aurum, & perdere Cælum?* hinc *Diu. Hieron. in*
21 *Epistol. ad Paulin.* satis lepidè inquit, *Auaro tantùm deest, quod habet, quàm quod non habet.*

Conuertamus modò calamum ad dicta Ethnicorum, ex quibus ante oculos occurrit omnium primus
22 *Aristot. lib.* 1. *Moral. cap.* 23. vbi auaritiam definiens, sic ait, *Illiberalis prodigo contrarius est, qui in quibus opus est, quantumcumque, & quando decuerit, non expendit*, & *lib.* 4 *Ethicor. cap.* 1. *Iure liberalitati auaritia opposi-*
23 *ta est: quod maius est malum, quàm prodigalitas: sæpiusq; ea peccatur, quam illa eadem effusione*, & eloquentiæ Magister *Cicer. ad Erenn.* 2. *Duæ res sunt* (inquit) *quæ maximè homines ad maleficium impellunt, luxuries, & Auaritia*, & in 2. *Act. in Verrem, Nihil est tàm sanctum, quod non violari: nihil tàm munitum, quod non expugnari pe-*
24 *cunia possit.* & in *Orat, Pro Quintio, Nullum est officium tàm sanctum, atque sollemne, quod non auaritia comminuere, atq; violare soleat*, & in *Vatin. Auaritia insatiabilis immensa, & incredibilia potest. Ita etenim hominum mentes obstrictas tenet, vt eas nullo tempore*
25 *respirare permittat.* & 1. *de legi. Quid fædiùs auaritia?* & de ea verba faciens *Iust. Lips. in Centur. Miscellan. Epist.* 49. *Duæ pestes humani generis, Ambitio, & Auaritia.* & *Stob. serm.* 10. *Auaritiam dicebat omnis improbitatis esse metropolim*, & *Laert. lib.* 4. *cap.* 7. in diuitem quemdam sordidum, ità
26 loquutus est, *Hic facultates suas non possidet, sed ipsum possident facultates*, pluraque de auaro, & auaritia, vt Nostrates adducamus eleganter congessit *Castill. de Bouadill. in sua politic. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *tit. de la mala, y buena codicia en el Iuez*, vbi *n.* 1. hæc profert verba *legis Partit.* 13. *tit.* 5. *par.* 2. *Codicia es cosa, que han en si los omes naturalmente è quien vsa della como deue è en las cosas, que conuiene, no es mal, è quando sale de su lugar, es ademas è tornase la cosa del mundo peor, e es contra todas las buenas costumbres*, ibique plures cumulat Authores; vt

ex præallegatis facilè conijciatur, quàm detestandum, exprobrandũque sit auaritiæ facinus, & quàm iure merito prouidendum est auaro, ne tot incurrat scelera, suaque benè vtatur substantia, eique curatorem sicuti, & prodigo decerni debere.

27 Cogitabam *Ipse* vlteriùs auarum compræhendi inter eas personas, quæ perpetuo morbo laborant, quibus ad instar furiosi de curatore prouidendum esse, statuit *Iustinian. in d. S. Furiosi in fin.* quæ sanè mea excogitatio ducem habet *Aristotelem in*
28 *lib. 4. Ethic. cap. 1.* ibi, *Auaritia malum insanabile*, cuius dicto arridet Cicer. 2. *ad Heren.* ibi, *Magno malo est hominibus auaritia, & 4. Tuscul. Illi morbo, qui permanet in venas, & inhæret in visceribus, nec inueteratum euelli potest, nomen, est Auaritia, & Philippica 2. Vt quidam morbo aliquo, & sensus stupore, suauitatem cibi non sentiũt, sic auari, & facinorosi vera laudis gustum non sentiunt, & Diuus Augustin. in lib. de doctrin. christian.* vt auari
29 morbum delinearet, inquit, *Auarus est cæcus, credendo enim diues est, non videndo, Amas pecuniam, ò cæce? quam nunquam videbis, cæcus possides, cæcus moriturus est, quod possides, hic relicturus es.* & *in lib. 3. de liber. arbitr. Quum auaritia alicui dominatur, subiectus malis omnibus demonstratur, quin de auaritia omnia mala oriuntur*, perbellè *Diuus Chrisostom. Homil. 5. de auaritia Vesana. Diuitiarum cupiditas est morbus insanabilis*, & *Homil. 21. Matth. Auarus cæcus est. Amor namque pecuniarum pupillum mentis tuæ, quasi quidam malignus humor influxit.* & Homil. 51. *Matth.* ad rem satis, *Quemadmodum si quis febricitas, plenum frigidissima vas aqua rapuerit ab aliquo, & eam pestiferam bibendi cupiditatem expleuerit, ac morti se ipsum tradiderit, non eum, vnde aqua rapta est, sed eum, qui rapuit, accusamus, & sibiipsi iniuriatum censemus: Sic certè de auaris, atque rapacibus, cogitare debemus. Peiore namque febri isti laborantes, alienarum rerum rapina, habendi cupiditate inflãmantur.* & *Diuus Gregor. in Moral. Vt membrum scabiosum semper opus habet frictu; Ita cupiditas animi nunquam satiatur*, & omnia mala, ac infirmitates auari describit *Iuuenalis* multis in locis, præsertim *Satir. 14.*

30 *Sed quæ reuerentia legum?*
Quis metus, aut pudor est vnquam properantis auari?
Sponte tamen iuuenes imitantur cætera, solam
Inuiti quoq; auaritiam exercere iubentur.
Fallit enim vitium specie virtutis, & vmbra,
Cum sit triste habitu, vultuq; & veste seuerum.
Nec dubiè tanquam frugi laudatur auarus.
Tanquam parcus homo, & rerum tutela suarum.

& iterum *ibid.*

Sed quò diuitias hæc per tormenta coactas?
Cum furor haud dubius, cum sit manifesta phrenesis,
Vt locuples moriaris, egenti viuere fato?
Interea pleno cum turget sacculus ore,
Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit.
Et minus hanc optat, qui non habet.
Curatoris eget, qui nauem mercibus implet,
Ad summum latus, & tabula distinguitur vnda.

Et *Ouid. 1. Fastor.*

Vix ego Saturno quemquam regnante videbam,
Cuius non animo dulcia lucra forent.
Tempore creuit amor, qui nun cest summus habendi,
Vix vltra, quo iam progrediatur habet.
Et cum possideant plurima, plura petunt.

Quæ,

Quærere, vt absumant, absumpta requirere certant:
Ac ipsa vitijs sunt alimenta vices.
Sic quibus intumuit, suffusa venter ab vnda,
Quò plus sunt pota, plus sitiuntur aquæ.
In pracio preçium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper vbiq; iacet.

Et *Orat. lib.1. Epistolar. Epist.1.*
Qui nummos, aurumq; recondit: nescius vti
Compositis, metuensq; velut contingere sacrum?
Nimirum insanus paucis videatur, eo quod
Maxima part hominum morbo iactatur eodem.

Idem *ibid. Epist.2.*
Semper auarus eget, certum voto pete finem.
Ne te semper inops agitet, vexetq; cupido,
Ne pauor, & rerum mediocriter vtilium spes
Virtutem doctrina parat.

Vndè *Sophocles*, vnico effatu, auarorum pessimum, vt exprimeret, in-
31 quit, *Auarum omne genus Barbarorum*, vtque metam imponamus; *Ido-*
32 *latra deterior est auaritia.* Siquidem *Idolatræ Dei creaturas adorant, & venerantur, coluntq; creaturam preter Creatorem: Auari autem suū ipsius opus adorant. Deus quippè auaritiam non creauit, sed immodica, & insatiabilis hominum cupiditas, eam excogitauit*, secundum *Olympiodor. in Eccles. 5.* ibi, *Famulus securam vitam ducens, quocumq; demum victu alatur, dulci somno reficitur. At qui pecunijs seruit, herū habet importunum, qui dormire eū non sinit, curam scil. augendi lucri, anxietatibus plenam, & maximus Monachus*
33 *serm. 12. Vita auarorum hominum, similis est mortui conuiuio: omnia enim cum habeat, qui delectetur neminem habet.* & pauló post, *Quemadmodum, qui intercutis morbo laborant, quò magis*
34 *bibunt, eò magis sitiunt. Sic auarus quò magis habet, eò magis etiam sitiens desiderat*, & pro coronide, *Vates* qui-
35 dā *hispanus* in opere, hispanico idiomate composito, cui nomen dedit *Fabrica de la Esperiençia*, quod non sine delectu, maximoque legentium plausu Ego proprijs sumptibus luci tradidi, sub Auspicijs Excellentissimi Comitis de Ognate Regni Proregis, seriosè plura de Auaro adnotauit per plures quaternarios, nam in *quaternar. 26.* ait

No ay cosa, que mas deshonre
El Auaro, que riqueza.
Ni cosa ay, qual probreza,
Que al Religioso mas honre.

Ibid. *quaternar.* 75.

No hallo Auaro ninguno,
Que no viua muy inquieto,
Ni ay carcerado en aprieto,
Que no sea muy importuno.

Ibid. *quaternar.* 91.

No ay quien muera quando naçe
Como el Auaro de veras.
Pues muere de dos maneras
Por ser muerto quanto haçe.

Ibid. *quaternar.* 103.

Ni en prodigo vicio dura,
Ni en auaro faltarà,
Que el de a queste creçerà,
Y al otro el tiempo lo cura.

Ibid. *quaternar.* 119.

No haze agrauio la muerte,
En matar vn Auariento;
Por ser inutil sù intento,
Y sù vida, infelix suerte.

Ibid. *quaternar.* 134.

No hallo mayor pobreza,
Qual el tener, sin tener.
Que es lo que viene à caber
En Auaro con riqueza.

Ibid. *quaternar.* 148.

No tengo por buen pariente
El Auaro, que no diere,
Ni por sabio al que creyere
En sueños, à quelos cuente.

Ibid. *quatern.* 183.

No acaba el neçio Auariento

De

De saber, y de pensar
Que lo amado suele dar,
Al partirse mas tormiento.

Ibid. *quatern.* 230.

No ay remedio à la pobreza
Como el tiempo variable,
Ni pobre mas miserable,
Que el Auaro con riqueza.

Ibid. *quaternar.* 284.

No puede darte el Auaro
Nada, porque nada es suyo,
De donde infiero, y concluyo,
Ser sù trato, inutil caro.

Ibid. *quatern.* 300.

No vi Auaro codiçioso,
Que piense murir Iamas,
Ni frayle que fue, veràs
Con quietud, y con reposo.

Ibid. *quatern.* 417.

No hallo Auaro que sienta
Pobreza, ò desdicha agena
Ni vi en tierra venta buena,
Ni viento en mar sin tormenta.

Ibid. *quater.* 866. vsq; *ad* 871.

Ni se hà visto, ni se vè
Relox en pecho de Auaro
Porque le pareçe caroçecaro
El traer cosa que dè.

Ni de Cielo, ni de Abismo
Conoçe sù natural,
Y por tratar todos mal
Lo trata como à si mismo.

Nota al fin sù gran locura,
Y en que pararà despues
A queste Epitafio que vès
Hallè en vna sepoltura.

Vn Pobre, Rico, Auariento
Taçe en estas piedras frias
Camaleon de sus dias
Tantalo de sù tormiento.

Prodigo fue sù heredero,
Y los bienes que dexò
Como neçio los gastò
Sin mirar el fin postrero.

Quæ omnia satis lepidè ab experiētia ducta cōprobat Hispanus *Author* pluribus sacræ Paginæ, aliorũq; Authoritatibus, qui sanè liber cum paucis sit obuius, placuit mihi in eius dictis adducendis elaborare, vt curiositati legentium facerem satis.

Vides Lector: quot affligitur malis Auarus, quodque vitium sit *Auaritia*, qualiterque districtum teneat hominem, qui eiusmodi morbo laborat, adeò quod ex præallegatis omnibus, veram sustinemus opinionem, *Auaro, sicuti, & Prodigo curatorem dari posse.*

SVMMARIVM.

1 Regentes Regiam Cancellariam, *laudantur.*
2 *Calumniosis dilationibus legũ Regni conditores, passim occurrunt.*
3 *Pœna aduersus dicentes de nullitate sententiæ, vel decreti Sac. Consil. quæ fuit præfinita.*
4 *Pauperibus non habentibus pecuniam pro deposito pœnæ, quando volunt proponere nullitates aduersus sententias, et decreta Sac. Consil. qualiter fuerit consultum.*
5 *Praxis euadendi depositum pro pœna nullitatum à sententiis, & decretis Sac. Consilij, quando proponentes sunt pauperes, quæ sit.*
6 D. Carolus Brancacius Reg. Consiliarius *laudatur.*
7 *Inuentarium probat quem non esse pauperem.*
8 *Pauper quilibet potius præsumitur, quàm diues.*
9 *Diuitiæ sunt ex accidenti; cum homo nascatur nudus.*

32 Pau-

10 *Paupertatem ; ſeu diuitias allegans, debet probare.*
11 *Diuitiæ, & paupertas, ſi ſunt fundamentum intentionis allegantis, debẽt ab eo probari, etiamſi à negante.*
12 *Induſtrioſus, & pauper, vel diues in dubio quis præſumatur.*
13 *Fundans ſe in paupertate, illam neceſſariò probare debet.*
14 *Pauper, aut diues quis de præſenti nõ præſumitur, ſed quis qui tenetur probare id in quo ſe fundat.*
15 *Iudicis arbitrio relinquendum eſt, an quis dicatur pauper, vel diues.*
16 *Fatalia non currunt contra pauperem appellantem.*
17 *Inuentarium plenam facit probationẽ.*
18 *Tutor in omnibus repræſentat pupillũ hæredem.*
19 *Factum tutoris habetur pro facto pupilli.*
20 *Inuentarium dicitur præſumptio iuris, & de iure contra quam non admittitur probatio in contrarium.*
21 *Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, niſi per partis confeſſionem.*
22 *Exceptio ſi eſt calumnioſa, non debet terminus impertiri ſuper ea, ſed ex officio debet opponens repelli.*
23 *Iudicium, ſiue ſummarium, ſiue ordinarium fuerit, non admittit exceptionem calumnioſam.*
24 *Ablatiuum abſolutum importat conditionem.*
25 *Decretatio fieri ſolita per Collaterale Conſilium*, Conſtito de Paupertate, *idem importat, ac ſi diceret*, Si conſtiterit de paupertate, *& ideò ſi abundè de contrario conſtet, non debet capi informatio ſuper allegata paupertate.*
16 *Sententia abſoluens creditorem ab impetitione debitoris, cenſetur ex vi eiuſdem ſententiæ condemnatus debitor ad ſoluendum quantitates in iudicio deductas, ac ſi eadem ſententia fuiſſent debitores ipſi condemnati.*
27 *Terminus dari ſolitus quando dicitur in decretatione* Collateralis *Conſilij* Si de paupertate conſtiterit, *non eſt impertiendus ſi appareat de contrario, quia virtualiter eadem et decretatione videtur determinatum, non eſſe dandum, ſi ex alio de paupertate non edoctum fuerit.*

ARGVMENTVM.

Pragmaticę Regni, ſancientes non admitti paſſim ſuccumbentes in litibus de nullitate redarguere decreta, & ſententias Tribunalium Collegiatorum abſque depoſito certę quantitatis in eiſdem pragmaticis præfinitę, ne lites prorſus fierent immortales, vtq; Iurgantium calumniis omnis pręludatur via, ac ianua occlaudatur, non tamen ab eadem diſpoſitione, penitùs arceantur ii, qui impotentes ad faciendum depoſitum, coacti eſſent notoriam eorum iuſtitiam, mediantibus nullitatibus deferere, hoc ſiquidem in caſu conſueuerunt Pragmaticarum Regni Cõditores (cuius laudes recoluntur) decretationes formare, quibus iiſdẽ Tribunalibus, in quibus Iudicium reperitur introductum, remittitur determinatio

tio facienda sub hac formula verborum *Constito de paupertate seruatis de iure seruãdis*, super cuius qualitatis verificatione assolet decerni, quod *Capiatur summaria informatio super allegata paupertate*, de qua si edoceat eã proponens, admittitur ad discussionem nullitatum absque deposito, sin verò minus cõstiterit, denegatur prouisio facienda, super nullitatum discussione non facto deposito; Hęsitatio tamen, quę incidit, an debeat impertiri terminus super allegata paupertate, quando ex inuentario in actis existente constat Iudici non esse allegantem pauperem, *Author* indicat fuisse resolutum contra heredem cum inuentario, eò quod inuentarium plenè probet bona in inuentario descripta esse penès hęredem, & quod sit probatio eius generis, quę dicitur iuris, & de iure, quę non admittit probationem in contrarium, nisi per confessionẽ Partis; nec inutilia quędam alia adducuntur circa paupertatis, vel diuitiarum pręsumptionem, & qualiter ab allegante sit probatio facienda, maximè si pro suę intentionis fundamento deducant.

OBSERVATIO LVI.

REgum Regni conditores, ij sanè Consultorum Consultissimi, Regiam Cãcellariam Regentes, quorum voto, & consilio Excellentissimi Proreges Regni Neapolitani, iuxtà instructiones illis traditas passim à Serenissimis Regibus, eius machinam regunt, atq; gubernant, adeò vitæ integritate, & doctrina, morumque maiestate è veteri sæculo repetita memoria, instantisq; æui habito experimento, emicuerunt, ac emicant, vt eorum opera, nulla acceptione personarum, æquo libramine, Sacrę Cathol. Maiestatis subditis, iustitia
2 ministretur, præsertim calumniosis
Iurgantium dilationibus modum imponendo, varijsq; medelis, eiusmodi morbo (malo hominum fato) in dies ingrauescenti, remedia applicando, quò factum est, vt in anno 1545. pragmatica sanctione inuictissimus *Carolus V. Cęsar* immortalis memoriæ statuerit, si quando à sententiis Sac. Cons. de nullitate quis dixerit, duarum vnciarum auri, si si infra ducatorum mille summam contineant, & calumniosæ nullitates repertæ fuerint, esse mulctandos eos, qui de nullitate dixerint, si verò sententiæ ducatorum mille summã excedant, vnciarum quindecim pæna coercendos fore, sicuti in *prag.* 5.
2 incip. *Sententias* §.3. incip. *Quamplurium sub tit. de offic. Sac. Reg. Consil.* & *prag.* 4. §. 16. *in nouissima compilatione sub tit. de dilation.* quarum pragmaticarum

sarum dispositio locum sibi vendicat etiam in decretis; hoc tamen moderamine, vt pro quacumque summa in decretis contenta, numquam depositum excedat vncias duas, & hodie, quia aucta est quantitas depositanda pro pæna, est ducatorum vigintiquatuor, in sententijs verò excedentibus summam duc. mille, pæna aucta est ad ducatos centū octoaginta, prouidit etenim in hac Pragmatica ad exterminandas lites, vtq; sententiarum, & decretorum Sac. Consil. Supremi Iustitiæ Tribunalis in Regno, exe-
4 qutiones minimè protrahantur, noluerunt tamen eiusmodi sanctionibus, pauperibus, & impotentibus præiudicium inferre, vt si quando grauati fuerint, ex quo depositum pro pæna nullitatum ex eorum inopia facere nequiuerint, indefensi remaneant, vndè reperio in praxi obseruatum, quod ad præces pauperū litigantium proponentium nullitates, obtineri consueuit à Supremo Collaterali Cōsilio decretatio, quod
5 *Sacrum Consil. constito de paupertate seruatis seruand. s de institia prouideat,* hinc præsentantur capita nullitatū, & eodem tempore regia decretatio prædicta, & causæ Commissarius passim absq; alia discussione interponit decretū, quod capiatur summaria informatio de paupertate, in quo termino producuntur testes, & omnes aliæ probationes, tàm ex parte proponentis nullitates ad paupertatem probandam, quàm etiam ex parte Cōtradictoris ad excludēdam paupertatem, adhoc vt depositum pro pæna facere teneatur.

Ego verò aliàs defendi in Sac. Cōs. Venerab. Monasterium Sanctæ Mariæ de Spe, nationis hispanæ in causa quam habet cùm D. Paulo Francolino, proponente nullitates à decreto Sac. Consil. interposito ad re-
6 lationem Dom. mei Consiliarij Caroli Brancatij Patritij Neapolitani doctrina eximij, Aduocati olim famigerati, primiq; ordinis (pro quo Monasterio extant tria mea responsa typis edita in 2. *vol. discept. forens.* nuperrimè edito *cap.* aduersus quod vnà cum nullitatibus produxit decretationem, quod capiatur summaria informatio de paupertate, nō esse annuendum dationi termini ad probandam pauper-
7 tatem eò quod ex inuētario in actis existenti, & ab ipso producto, de cōtrario, quod scil. non esset pauper, apparebat, meamque opinionem fundabam ex infrascriptis.

8 Primò etenim, etsi vltrò concederem quemlibet præsumi pauperem à natiuitate, & non diuitem, iuxtà illa *Catonis* carmina,

> *Infantem nudū, dùm te natura creauit,*
> *Paupertatis onus patienter ferre memento.*

9 Nam diuitiæ sunt ex accidenti, cum homo nascatur nudus, & sine diuitijs, *cap. omnes 47. dist.* Attamen insinuabam eum, qui allegat se pauperem, vel diuitem, debere probare, *l. si creditores, ff. de priuileg. creditor. l. fin. ff de liber. agnoscen.* & communiter consueuit allegari *glos.* singularis *in l. si verò, §. qui pro rei qualitate, ff. qui satisd. cogan.* quod alle-
10 gans paupertatem, debet probare, sicuti qui allegat diuitias, per quam, glosam tradit *Ang.* ibi, quod quan-
11 documque paupertas, & diuitiæ sunt causa, & fundamentum intentionis allegantis, ei incumbit onus probandi etiam in negante, ibique id affirmant *Pau. de Castr. Alex. & Ias. Bal. in l. 4. C. quan. fisc. vel priuat.* secundum quam opinionem, iudicatum extitisse in Sac. Cons. refert *Affl. dec. 377. n. 5. & 6.* vbi *Vrsill. n. 2.* vers. *Circa quod,* allegat *Affl. in Const. Regn.* incip. *Institutionis nostræ n. 15.* aientem, quod in dubio quis
12 non præsumitur pauper, sed industriosus, & diues, & qui dicit aliquē

Qq pau-

pauperem, ipse tenetur probationes offerre, citando *Luc. de Penn. in l. fin. §. qui numero, lib. 11.* quod verum esse adstruit *Vrsill.* ibi, quando quis ponit fundamentum suæ intentionis in prædictis, plura per *Tiraq. in retract. consang. §. 32. glos. 1. & fin.* vbi quod indubio quis pauper præsumitur, *Hippol. Rimin. cons. 377. n. 1. & 17. cum. seq. lib. 4.* inquiens paupertatem omninò probandam esse ab
13 eo, qui necessariò se fundat in illa, *Boer. dec 365. Barz. dec. 69. n. 34.* vbi post *Alciat.* scripsit pauperem, aut
14 diuitem de præsenti, quem nō præsumi, sed ei qui paupertatem, aut diuitias allegat, incumbere onus probandi, & *n. 36.* eò magis prædicta procedere autumat, quando paupertas est fundamentum intentionis eius, qui eam allegat *Castill. Sotomayor. quotidianar. controuers. lib. 3. cap. 27. n. 5. & 6.* vbi pariter adducit *Menoch. de arbitrar. Iudic. lib. 2. centur. 1. cas. 65. Surd. de alim. lib. 7. q. 9. n. 10. & tit. 9. q. 37. n. 1. & Molin. de hispan. primogen. lib. 2. cap. 16. n. 46.* aientes
15 Iudicis arbitrio relinquendum esse, an quis dicatur pauper, licèt (vt obiter aduertam) *in lib.* meo non inueni *Boer.* quem allegat *Castill. in d. dec. 365.* de re agentem, *Fontanell. de pact. nuptial. tom. 2. claus. 6. glos. 2. 4. par. n. 22.* inquiens in hoc omnes concordare, *Gratian. discept. forens. cap. 552. n. 10. Trentacinq. variar. resol. lib. 7. tit. de alim resol. 7. n. 32. Rota Rom.* apud *Ludouis. dec. 189. n. 1. Gabr. Aluarez de Velas.* in celebr. *tractat. de priuileg pauper par. 1. q. 39. n. 53.* vers. *Vnde ab eo*, quo laudato, alijsque cōglomoratis tenet idem, *Gabriel de Pareja in tract. de vniuers. instrum. edit. tit. 3. resol. 3. n. 49.* vbi quod con-
16 tra pauperem appellantem non currunt fatalia.

At in casu Monasterij, cuius partes *Ego* tuebar, non poterat dari terminus releuans Aduersario ad probandam paupertatem cùm ex inuen-
17 tario apparebat diues, & indubium est, inuentarium plenam probationem facere, vt est casus *in l. fin. C. arbitr. tutel.* & notant passim *DD. in l. tutor qui repertorium in princ. ff. de adminisl. tutor. & in l. tutores eod. tit. Afft. dec. 13. n. 1.* & licèt ibi *Afft.* dixerit probationem prædictam oriri ex
18 inuentario cōtra tutorem, attamen minus hæsitari potest, tutorem in omnibus repræsētare pupillum hæredem, *l. si ex legati causa cum l. seq.* & ibi omnes *DD. ff. de verb. obl. l. non solum, ff. de liber. cau. l. sequitur, §. si pupilli, ff. de vsucap. Bart. in l. qui duos, ff. de reb. dub. Alciat cons. 16. ante n. 1.* vers. *Et nihil refert lib. 5* quorum memor extitit *Reg. Ron. in commentar. ad pragg. Regn. prag. 4. n. 76. sub tit. de feu.*
19 ex quibus concludit, quod factum tutoris habetur prò facto pupilli, quasi diceret eandem vim in probādo, quam habet inuentarium erga tutorem, habere quoque respectu hæredum.

Secundò ponderabam, inuentariū eo probationis genere includi-
20 vt sit præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur pro-
21 batio in cōtrarium, *Soccin. cons. 156. in princ. 2. vol. Cremen. sing. 153. Barbat. cons. 59. vol. 2. Vrsill. ad Afft. d. dec. 13. n. 37.* vers. *Et quia habetur*, nisi per partis confessionem, ex dictis per *glosam notabilem in Auth. Sed iam necessè. C. de donat. ante nupt.* vbi communiter *Repeten. & in l. in contractibus* in verb. *Cautio, C. de non numer. pecun. Hypol. de Marsil. cons. 17. n. 7. Cran. de antiquit. tempor. in princ. n. 13. Ferrat. caut. 16. in fin. Cassan. in Consuet. Burgun. rubr. 10. de reitrax n. 10. Vrsill. loc. cit. n. 38.* Vndè datio termini ad probandam paupertatem contra inuentarium, non debebat admitti.

Tertiò dicebam; manifestè calumniosam esse oppositionem paupertatis, ideòq; Sacrum Consilium terminum ad eam probandam imper-

pertiri non debere, imò ex officio
22 opponentem repellere, ex doctrina *gloſ. in l. qui cum natu maior, §. ſi patris, ff. de bon. libert.* quem textum procedere, nedùm in iudicio ordinario, verùm etiam ſi agatur in iudicio
23 irreparabili, & iudicijs ſummarijs, tenet *Seſſe de inhibition. cap. 2. §. 3. n.* 42. inquiens in prædictis iudicijs ſummarijs ſufficere leuiorem præſumptionem calumniæ, ad quod allegat *Contar. in l. vnic. à n. 41. vſque ad 52. C. ſi de momen. poſſeſſ. Gram. conſ. 4. n. 11. & ſeq. Reg. Rou. in prag. 1. n. 9.* verſ. *Et ſi ſub tit. de dilat.*

Nec exiſtimaui prædictis negotiũ faceſſere decretationẽ ſolitam obtentam à Collater. Conſilio, quod conſtito de paupertate ſeruatis ſeruandis Sac. Conſ. de iuſtitia prouideat, ex qua decretatione dicebat Pars neceſſario colligi eſſe dandum terminum, quaſi quod abſq; termino conſtare de paupertate non poterat.

24 Siquidem decretatio eſt concepta per verba denotantia ablatiuum abſolutum, qui importat conditionem, *l. euictis agris, ff. de euict. l. à te-*
25 *ſtatore, ff. de condit. & demon.* quaſi diceret *Si conſtiterit de paupertate*, non tamen excludit decretatio, quod ſi euidenter, & in promptu de contrario appareat, & ſic quod non ſit pauper is qui paupertatem allegat, ſicuti in caſu meo ex inuentario conſtabat, non debeat denegari terminus, ad quod alludunt, quæ in
26 ſimili de ſententia dicimus, quæ ſi abſoluit creditorem ab impetitione debitoris, ex vi eiuſdem ſententiæ dicitur poſſe adſtringi debitores ad ſoluendum quantitates in iudicio deductas, ac ſi eadem ſententia fuiſſent debitores ipſi condemnati, ſicuti pluribus iuribus fundat *Reg. Rou. dec. 60. n. 1.* ibiq; ita ſemper fuiſſe iudicatum recenſet, cuius Ego memor fui in 1. *diſceptat. forenſ. cap.*
27 *30. n. 75. cum duob. ſeqq.* ſic dùm in decretatione dicitur, *Si de paupertate conſtiterit*, continetur in ea virtualiter, imò expreſsè, non eſſe dandum terminum ſi appareat de contrario.

Quare Sac. Conſ. prædictis annuens die 8. Octobris 1648. interpoſuit decretum ad relationem præfati Dom Conſiliarij Caroli Brãcatij, votantibus Dominis meis Cõſiliarijs Didaco Varela Decano, & Marco Antonio Cioffi cum adiuncto Dom. Conſiliario D. Gaſparo Soto in hæc verba, *Viſo inuentario fol. 163. Per Sac. Reg. Conſil. prouiſum eſt nullitates non eſſe admittendas abſq; depoſito*, ſicuti videre eſt in proceſſ. dicti Monaſterij cùm Paulo Francolino penès *Actorum Mag. ſt. Figliola.*

SVMMARIVM.

1 *Pax dulcis eſt, eiuſq; nomen blandum, & ſuaue dicitur.*
2 *Pacis effectus qui ſunt.*
3 *Pax vbi eſt, ibi eſt Trinitas.*
4 *Pax componitur ex tribus literis, quarum qualibet ſuum habet ſignificatum.*
5 *Capitula Regni ad pacem inter ſubditos conſeruandam, quo tempore ediderit Rex Robertus.*
6 *Conſeruatoria in Regno dantur Clericis turbatis à Laicis, Laicis à Clericis, Clericis à Clericis, & Laicis à Laicis.*
7 *Conſeruatoria in Regno dantur nedum in poſſeſſoriis retinendæ, & recuperãdæ, verùm etiam in poſſeſſoriis adipiſcenda.*
8 *Rex ſuas partes interponit ad ſedandos tumultus inter Regnicolas.*

Rex tenetur compescere violentias inter quasuis personas etiam non subditas, quia est Dominus territorij.

10 *Rex manu sua efficit, vt quisquis suum adeat Iudicem, & interim non detur locus violentijs, armorumque cesset strepitus.*

11 *Regis munus est, ne quispiam ius sibi propria authoritate dicat.*

12 *Grauamina, ne inferantur in Regno, Regis munus est.*

13 *Iudex laicus an possit cognoscere super possessorio causæ spiritualis.*

14 *Iudex laicus est omnino incompetens in causis personarum Ecclesiasticarum.*

15 *Clerici coram laico, nec licita est comparitio, nec possibilis prorogatio.*

16 Illustr. Dom. March. Ramont. Sac. Consil. Præs. Authoris Præceptor.

11 Author *plura exarauit ad insinuandū Iudices laicos esse omninò, at funditùs incompetens erga clericos in causibus exaratis.*

18 *Conseruatoria in* Regno, *fundantur in violentia.*

19 *Rex abhorret violentias in Regno.*

20 *Regnum Regi ideò tributum dicitur, vt is vassallorum quieti consulat, & prospiciat, & ab iniuriis liberet.*

21 *Rex tenetur protegere personas etiam Ecclesiasticas, ne violentia illis à laicis inferatur.*

22 *Protectio Regia ne violentia inferantur subditis, vbique Terrarum practicata est.*

23 *Praxis concedēdi Conseruatoria in Regno, quæ sit, & quomodo practicatur.*

24 *Decreta, quæ interponi consueuerunt in præstatione Regalis præsidij in Regno, quæ sint.*

25 *Conseruatoria in Regno non præstantur, quando Clericus comparet, & opponit nullam fuisse illatam violentiam, vel requisita non interuenisse pro concedendis conseruatorijs.*

26 *Conseruatoria in Regno non conceduntur ei qui non possidet, nec legitimè detinet.*

27 *Conseruatoria in Regno præstita parte incitata, non tenent.*

28 *Citatio debet fieri per Edictum, adhuc vt Conseruatoria concedantur, non autem certa respectu Clerici, quia nō tenet, ex quo eum arctare non potest.*

29 *Citatio Partis ad videndum iuramenta testium, interuenire debet in informatione Regalis præsidij.*

30 *Regale præsidium nulliter conceditur in Regno, si ordinariè agatur, nam per viam extraiudicialis cognitionis in eo proceditur, & summariè.*

31 *Publicatio non fit in Iudicio petiti Regalis præsidij.*

32 *Regale præsidium vtrum à Tribunal Sac. Consil. tantùm, vel etiam ab alijs inferioribus Tribunalibus sit expetendum.*

33 Sacrum Regium Consilium *cognoscit dumtaxat de Regalibus præsidijs petitis.*

34 Decisio 163. Dom. de Franch. n. 19. *impugnatur ab* Illust. Dom. Marchion. Belmont. loc. citato.

35 *Non probat hoc esse, quod ab hoc contingit ab esse.*

36 *Magistri Iustitiarij Tribunal, olim erat Supremum Tribunal.*

37 Author *approbat opinionem, quod in Iudicijs Regalis præsidij, nullum procedit Tribunal, nisi Sacrum Consilium.*

38 *Practica concessionis Regalis præsidij in Regno, vndè ortum habuit?*

39 *Clericis aduersus laicos, an competat Regale præsidium in Regno.*

40 *Determinatio* Sac. Consil. *Esse nimirum Clericis præstandum Regale præsidium aduersus laicos, de qua mentionem facit* Illust. March. Belmōt. Reg. Tapia, *recensetur.*

41 Author *tradit nullam cadere posse dubitationem, quin Clerici gaudeant Regali præsidio aduersus laicos turbantes, inspecto tenore* Capitulorum Regni.

42 *Beneficia non conceduntur in iudicio præstationis* Regalis *præsidij.*

43 *Reconuentio non admittitur in Iudicio præstationis* Regalis *præsidij.*

44 *Regale præsidium non cōceditur quando*

do alia actio fuit in Iudicio deducta.
45 *Regale præſidium conceditur etiam quando poſt mortem poſſidentis, nondùm capta poſſeſſione per hæredem, bona per Colonum poſſidentur, ſiue vacet poſſeſſio.*
46 *Reclamatio admittitur à decretis per* Sac. Conſil. *interpoſitis circa præſtationem* Regalis *præſidij.*
47 *Reſtitutio in integrum non conceditur aduerſus conceſſionem Regalis præſidij.*
48 *Remedium Capitulorum Regni, an procedat quando poſſeſſio eſſet nulla, & euidenter iniuſta.*
49 *Clericus citatus ſi ſua putauerit intereſſe efficitur Actor voluntarius, ideòque contra illum non datur Regale præſidium, ſed eſt procedendum via ordinaria, aliàs nulliter proceditur.*
50 *Comparens vigore citationis ſi ſua putauerit intereſſe, efficitur Actor voluntarius.*
51 *Conſeruatoria in* Regno *non concedantur, niſi adſit violentia.*
52 *Conſeruatoria in* Regno *an ſint concedenda ei qui violentiam actualem non patitur, ſed timet ne illi inferatur.*
53 Author *tradit concedendum eſſe* Regale *præſidium in Regno ei qui timet violentiam ſibi inferri, licèt actualiter non inferatur.*
54 *Præſtat in tempore occurrere, quàm poſt grauamina exitum vindicare.*
55 *Melius eſt intacta iura ſeruare, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere.*
56 *Terror belli, æquiparatur bello.*
57 *Mala futura præcaueri leges ſuadent.*
58 *Timor ne rebus damnum inferatur, præbet occaſionem expetendi ſecuritatem.*
59 *Timens offendi in perſona, poteſt petere ſecuritatem, antequam offendatur.*
60 *Saluaguardiæ in dies expediuntur, antequam moleſtia inferatur.*
61 *Cautio peti poteſt per Iudicis officium, vt is à quo offendi timetur, debeat præſtari.*
72 Proſper Farinac. *practicorum criminalium Princeps.*
63 *Timens offendi, poteſt petere à Iudice, quod impertiatur licentia aſportandi familiam.*
64 *Agere permittitur ſuper iure de futuro, & conditionali, ante diei, vel conditionis euentum.*
65 *Tractus futuri temporis, non eſſe in eſſe in poteſtate Iudicis qualiter procedat.*
66 *Iura de futuro, an poſſint in Iudicio proponi ante euenientem diem, vel conditionem.*
67 Author *plena manu quæſtionem tractat, An ius de futuro, vel conditionale poſſit in Iudicio deduci ante euentum diei, vel conditionis.*
68 *Turbari timens, poteſt implorare Iudicis officium, ne turbetur, etiamſi actualis non ſit turbatio.*
69 *Turbari, ſe timens, poteſt regale præſidium expetere.*
70 *Violentia non eſt expectanda, ſed præcauenda vigore* Capitulorum *Conſeruatorialium* Regni.
71 Regale *præſidium conceditur timenti violentiam, etiamſi, ille dediſſet occaſionem, vt violentiam timeret.*
72 *Solitus violentiam inferre, præſumitur ſemper eiuſdem eſſe voluntatis.*
73 *Metus ſemel illatus, ſemper durare præſumitur.*
74 *Metus benè arguitur de præterito in præſens.*
75 *Voluntatis mutatio non præſumitur, niſi probetur.*
76 *Malam qui ſemel habuit voluntatem, in eadem durare cogitatur.*

AR-

ARGVMENTVM:

Conseruatoria in Regno de quibus extant capitula edita à Serenissimo Rege Roberto de anno 1332. incipientia, *Ad Regale fastigium*, *ad Præsidentis spectat officium*, *Charitatis affectus*, *Finis præcepti charitas*, & *Omnis prædatio*, adinuenta fuerunt ad pacem inter subditos Regni conseruandam, omnemq; arcendã, & comprimendam violentiam, & ne quispiam facultatem, & licentiam sibi assumat propria authoritate ius sibi dicere, Regis etenim munus est, vt Regnum in pace conseruetur etiam inter personas non subditas, quia ipse Dominus est territorii, manuque sua Regia tenetur efficere, vt quisquis suũ adeat Iudicem, & interim violentijs occlaudatur aditus, armorumq; inter Regnicolas, cesset strepitus, & passim concedũtur, tàm Clericis aduersus laicos sibi violentiam inferentes, quàm laicis aduersus Clericos, Clericis aduersus laicos, & laicis aduersus Clericos; Hæc tamen conseruatoria, siue Regale præsidium non conceditur, nisi adsit violentia; & in ijs proceditur summariè per viam extraiudicialis cognitionis, non autem in forma Iudicij, expediuntur citationes pe edictum, non fit publicatio, nec in iis conceduntur beneficia, nec datur Reconuentio, nec Restitutio in integrum admittitur aduersus decreta concernentia prçstationem Regalis præsidii; sin autem is qui turbat, & violentiam infert Clericus fuerit, citatio emanare cõsueuit per edictum, vt compareat, *Si quis sua putauerit interesse*, & comparente, & petẽte audiri, quia Actor efficitur voluntarius, non proceditur remedio Capitulorum Regni, sed via ordinaria instructo legitimè processu per actus incumbentes; An autem Sacrũ Consilium dumtaxat sit Iudex competens in procedendo ad præstationem Regalis præsidii, vel etiam Magister Iustitiarius, aliaq; Tribunalia inferiora? diffidentes fuerunt inter Maiores nostras opiniones, Posse etenim Magistrum Iustitiarium in eiusmodi Regalibus præsidiis procedere, tenuit *Dom. Vincentius de*

Fran-

Franchis Sac. Consil. Præses in dec. 163. *n.* 19. post *Capyc. ininuestitur. feudal.* verb. *Feuda officiorum*, vers. *Reges* *col.* 10. Negat tamen *Illustr. March. Belmont. Dom. Reg. Tapia in commentarijs ad dicta capitula*, inquiens non nisi Sacrum Consilium procedere in eiusmodi Regaliũ præsidiorũ præstatione, itaq; in praxi obseruari ex diuturna obseruantia, mirificè iis, quæ à *Dom. de Franchis* adducta fuere, occurrens, in quam sententiam procliuior est *Author*, qui ab experimẽto comprobat. Et an Conseruatoria prędicta concedi debeant, nedùm in casu violentię illatę, verùm etiam inferendę, adeò quod timens sibi violentiam inferri, valeat Iudicis officium implorare, & Sacrum Consilium adire ad finem obtinendi Regale prę sidium, & occurrere turbationi, quam timet? pulchra disquisitio vsui forensi accomodatissima, quam *Author* pluribus adductis iuribus, Doctorumq; placitis, exemplisq; nonnullis allatis, quibus leges sanxierunt mala fore præcauenda, meliusque esse in tempore occurrere, quàm post exitum vindicare, affirmatiuam amplectitur sententiam; Et qualiter in remediis prædictis sit procedendum, queque obseruari debeant, vt ritè, & rectè procedi possit absq; labe nullitatis, breui verborũ compẽdio, nõ tamen inconcinnè *Author*, insinuat. Pariterque indicat an procedat Regale pręsidium, nedùm in possessoriis, recuperandę, & retinendę, verùm etiam in possessoriis adipiscendę?

OBSERVATIO LVII.

1 P*Ax: non modò ipsa dul-*
cis, sed etiam ipsius no-
men blandum, ac suaue:
tùm res ipsa, vt Sapien-
tes dicere audio, saluta-
ris. Hac enim agri, hac Vrbes, hac res
2 *priuata, hac Respublica, hac denique*
Regna constituuntur, & conseruantur.
Mihi quidem ità semper visum est: si pa-
cem negligerent: has summam hominum
fælicitatem, haud satis cognoscere. To-
tius enim fælicitatis fructus, est Pax. le-
pidè satis inquit *Facius histor. lib.* 9.
Sine hac enim, religionem, pietatem, &
hominum mores in apertissimam perni-
ciem ruere, vel manibus tangi potest,
idem *Fac. lib.* 16. apertè describit;
vtq; vnico verbo, vniuersum pacis
bonum complecteretur *Dom. de*
Franch. dec. 531. *n.* 2. inquit, *Vbi est*
3 *Pax, ibi est Trinitas*, subdens ex dicto
Theologorum, quod *Pax* ex tribus
com-

4 componitur literis, scil. *P.*, quæ significat *Patrem*, *A*, quæ significat *Almum*, scil. *Spiritum Sanctum*, & X, quæ *Christum* denotat; Nimirum igitur, si *Rex Robertus*, qui alter vocabatur Salamon, tàm prouidè sanxerit, vt violentias inter subditos exterminaret, quasi pacem ipsam
5 turbantes, adeò quod de anno 1332 plura ediderit capitula, incip. *Ad Regale fastigium*; *Ad Præsidentis spectat officium*; *Charitatis affectus*; *Finis præcepti charitas*; *Omnis prædatio*, quibus
6 prouisum est Laicos à Clericis, alijsque personis Ecclesiasticis in possessione rerum turbatos, esse conseruandos manu regia, sic Clericos à Laicis, & pariter capitula prædicta locum sibi vendicant si Clerici Clericos, vel Laici Laicos turbant, sicuti obseruant Nostrates super capitulis prædictis, *Io. Ant. de Nigr. in d. cap. Ad regale fastigium n.* 14. vers. *Et aduerte pag. mihi* 214. *& in cap. Subditorum n.* 84. *tit. de violentijs*, *Luc. de Penna in l si coloni, C. de agricol. & censit. lib.* 11. *Affl. dec.* 2. 24. 85. *&* 167. & *in Constit. De burgensaticis*, *Præs. de Franch. dec.* 163. *&* 193. *Anni. alleg.* 7. *&* 92. vbi pulchrè *Gram. dec.* 78. *Dom. Mustatell.* noster *in* 2. *lib. prax. Sac. Cons. par.* 1. *glos. sententia n.* 90. *& seqq.* vbi memorat pragmaticam editam sub *tit. De Conseruator. Ill. March. Belmont.* Mæcenas olim meus *in* 3. *lib. jur. Regn.* ad enucleationem *d. cap. Charitatis affectus n.* 1. *& seqq. Maran. in Specul. aureo par.* 2. *dist.* 11. *n.* 37. *Capic. dec.* 8. *Camill. Borrell. in tractat. de Reg. Cathol. præstan. cap.* 71. *n.* 214. vers. *Vigesimus nonus casus*, in-
7 quiens capitula prædicta procedere nedùm in possessorijs retinendæ, & recuperandæ, verùm et adipiscẽdæ.
8 Nec conqueri possunt Clerici, quod Rex suas partes interponat ad sedandos tumultus etiam inter Clericos ipsos exortos, in quos non habet iurisdictionem, ex *cap. si diligenti de for. competen.* & *cap. si Iudex laicus de senten. excomm. in* 6. *cum concordan.* à Me adductis in 2. *discept. forens. cap.* 3. *n.* 4. *& seqq.* nam sicuti benè aduertit *D. March. Belmont. loc. cit. n.* 1. *&* 2. licèt respectu coercitionis Realis
9 non sit Dominus personarum Clericorum, nec ipsorum Iudex competens, tamen quia est Dominus territorij tenetur in sua iurisdictione compescere violentias, inter quasuis personas, & cohibere tumultus, etiã inter non subditos, ex quibus sub-
10 diti etiam vexantur, nec Rex se intromittit circa cognitionem ipsius rei, sed tantùm manu sua operatur, vt quilquis Iudicem adeat suum, & interim non detur locus violentiæ,
11 armorumq; cesset strepitus, nec sibi ius quisq; dicat, id etenim proprium Regis munus est, vt habetur in *Canon. Regum* 23. *q.* 5. *Affl. dec.* 24. *Guliel. de Bened. in cap. Raynutius*, vers. *Et vxorem nomine Adelasiam n.* 4. *Menoch. de recuperand. possess. remed.* 15. *n.* 210. *Borrell. loc. cit. n.* 229. & ante ipsum *Couarr. practicar. quæstion. cap.* 35. inquiens hoc fieri per Iudices temporales, ne laicis fiat iniuria, vel grauamen aliquod, vtq; minimè turbetur Regni tranquillitas ob timorem, ne sub Clericorum forte contendentium, super alicuius benefi-
12 cij, vel rei beneficiariæ possessione, sumantur arma, & fiat aliqua in Regno sub occasione rectè proditio, vndè *March. Belmon. loc. iam alleg. n.* 3.
13 accuratè perpendit disputationem aliàs habitam inter DD. An possit Iudex laicus cognoscere de possessorio causæ spiritualis, aientibus nonnullis; ex eo quod possessorium causæ spiritualis non est spirituale, ex dictis per *glosam in cap. literas de restitu. spoliat.* vbi *Panor. n.* 7. cuius textus authoritate *Bal. in cap.* 1. *n.* 2. *tit. Apud quem, vel quoi controu. feu.* tradit *Guid. Pap. dec.* 1. *n.* 1. *dec.* 71. *n.* 1. *& dec.* 85. *Iacob. Mandell. cons.* 487. *in princ.* vbi *Vincentius Antibaldus in addit. vol.* 3. alijq; plures adducti per *Me-*

Menoch. loc.cit. n.210. Alijs verò negantibus, ex regulis generalibus,
14 quod Iudex laicus est omninò incompetẽs in causis personarum Ec-
15 clesiasticarum, imò funditus, adeò quod Clerici coram Laico nec licita est comparitio, neque possibilis prorogatio, secundum doctrinam *Egidij de Mandalbertis inter disputationes Paul. de Eleazar,* fundatam in dispositione *d.c.si diligenti,* quam extollit *Gram.dec.29.n.5.* eru-
16 ditè, & magistraliter *Illustr. March. Ramon. Dominus, & Praeceptor meus Sac.Conf.dignissimus Praeses, controuers. forens. cap. 49. n. 11.* vbi pulchram rationem expendit, cuius authoritate suffultus *Ego* plura exaraui in *1. disceptat. forens. cap.41. n.39. & seqq. & in 2. cap.6. per tot.* impropriè ap-
18 plicari ad Conseruatoria, quæ passim conceduntur in Regno tàm Laicis, quàm Ecclesiasticis, ea etenim fundantur adamussim in violentia,
19 quam Rex abhorret, adducens exẽplum à simili, eique subnectendum *Ego* duxi, hoc Regium esse munus, imò ad hoc, Regnum illi esse tribu-
20 tum, vt vassallorum quieti consulat, atque prospiciat, & ab iniurijs liberet, vndè *Virg. in 6. Aeneid.*

Tu regere Imperio populos Romane memento,
Hae tibi erunt artes, pacisq; imponere morem.
Parcere subiectis, & debellare superbos.

& bellissimè *Claudianus ad Honoriũ Imperatorem* cecinit,

Tu Ciuem, patremq; geras, tu consule cunctis.
Non tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.

21 Vndè *Innoc.IV. in cap. Dilecto in fin. de senten.excomm.in 6.* videtur approbare protectionem Regiam erga personas Ecclesiasticas, ibi, *Sicq; vtrumq; quodammodò gladium, & temporalem, & Ecclesiasticum, alterum videtur altero adiuuare: maximè quia hi duo gladij consueuerunt exigente necessitate, sibi ad inuicem suffragari, & in iuuamen alterius subuentione mutua, frequentiùs exerceri.*

22 Hinc factum est, vt nedùm in Regno nostro, verùm etiam in pluribus Europæ Principatibus idem seruent Reges, & Principes ad publicam quietem conseruandam, sic in Gallia; *Guid. Pap. locis citatis, Rebuff. ad Constit. Galliae tom.1.tit.de sentent. exeq. art. 1. glos. 1. & tom. 2. tit. Ne beneficiator. cadauer. art. 1. glos.3. & tom. 3. tit. de mater. possessor. art.5. glos.1. n.19. Io. Igneus in l.necessarios, § non aliàs par.2.ff.ad Syllan. Boer.dec. 69.n.23. Franc. Marc. dec.190. n.6. & dec. 512.n.3. vol.2. Renat.Choppin. de Sacra Politic.Forens. lib.2.tit.1. n.2. cum plurib. seqq. & tit.5. sub n.16.* vbi Capitulorũ Regni nostri meminit; sic in Camera Imperiali; *Mynsing. obseru. 63. centur. 2.* Sic in statu Mediolani nostri Serenissimi Regis; *Alciat. cons. 24. n. 1.* sic in Ducatu Sabaudiæ; *Cacher.dec.116.Thes.dec.82.n. 1.dec.117.n.1.& dec.131.* Sic in Serenissimo Dominio Veneto; *Ferrett. cons.1.n.11. & 12. & cons.30. n.2. & 3. Nicol.Mill.in repertor.* verb.*Iudex, Menoch. d. remed. 15. n. 120. Bero. cons.56. n. 12. vol 3. Castal. de Imperator. q. 101. n.11.* Sic in Regno Lusitaniæ; *Aluar. Valas. consult. 93. Borrell. in loc. citat. & in Summa deciss. vniuers. orbis tit.37.de sequestr.n.229.* sic in Regnis Hispaniarum; est *tex.* elegans in *l.13.tit.13.par.2.* satis cõformis capitulis Regni Neapolitani; ibiq; in sua elegantissima glosa *Gregor. Lopez* haud immemor præfatorum capitulorum, & alium textum magis peculiarem in *l. 5. tit. 1. lib.2. Ordinat.* expendit *Didac.Perez,* & aduertit *March. Belmont. in rubr. quand. Rex inter Ecclesiasticas person. n. 3. & in cap. finis praecepti charitas in princ.lib.2.*

23 Praxis autem (vt Tyronibus consulamus) ad finem impetrandi con-

ſeruatoria prædicta, ea eſt, nam ſup-
plex porrigitur libellus Illuſtriſſimo
Regni Proregi, in quo exponitur
violentiam inferri, vel illatam eſſe,
qui libellus remitti ſolet Sac.Conſi-
lio, cuius Spectab. Præſid. vni ex Re-
gijs Cōſiliarijs melius viſo commit-
tere conſueuit, & per cauſæ Com-
miſſarium fit decretum, quòd ex-
pediantur citationes per edictum,
vt ſi quis ſua putauerit intereſſe, cō-
pareat, quæ affiguntur in loco diffe-
rentię, & in alio loco publico illius
loci, vel oppidi, in quo adeſt locus
differentiæ, quo peracto, accuſantur
contumacię, & interponitur decre-
tum, quod capiatur informatio de
concernentibus remedium Capitu-
lorum Regni, qua capta, & conſtito
de violentia, vel ſpolio, fit decretū
per Sac.Conſil. ad relationem Dom.
24 cauſæ Commiſſarij, *Eſſe Regale præ-
ſidium concedendum, ſiue præſtandum*,
qua forma non ſeruata, nullus erit
proceſſus, nullumq; decretum de-
clarabitur hoc ordine non ſeruato,
interpoſitum, ſicuti docet *D.March.
Belmont. in commentar. ad d. cap. finis
præcepti charitas, gloſ. In Eccleſiarum
perſonas n. 9.* vbi adducit determi-
nationem factam per Sac.Conſ. cum
interuentu Dom. de Franchis Præ-
ſid. in cauſa Ioan. Bernardini Lon-
ghi huius Regni Protomedici petē-
tis regale præſidium aduerſus Ab-
batem Eccleſiæ Sancti Iennarelli,
qui illud obtinuit, & dùm poſtmo-
dum comparuiſſet Abbas d. Eccle-
ſiæ, & allegaſſet nulliter fuiſſe pro-
ceſſum, eò quod requiſita prædicta
non interuenerunt, fuit deciſum,
25 ſuſpenſo decreto lato eſſe audien-
dum Abbatem, qui comparuerat,
quibus faciunt belliſſimè tradita
per inſignem Practicum *Muſcatell.
in ſua prax. d. gloſ. 1. Sententia, ex n.*
94. verſ. *Sed quæſo*, vbi per ſex nulli-
tates materiam declarat, nam præ-
ter nullitates recenſitas per *Mar-
chion. Belmont.* loco adducto, ponde-
rat *Muſcatellus*, eſſe pariter nullum
decretum pręſtationis regalis præ-
26 ſidij, quoties non poſſidet, nec legi-
timè detinet is, qui illud petijt, quo
caſu præſidium conceſſum non te-
net, nec conceſſum releuat, ex dictis
per *Dom. de Franch. dec.* 163. vbi fuit
conceſſum præſidium, quia poſſeſ-
ſorio petentis erat notoria.

Eritq; pariter nullitati obnoxiū
decretum præſtationis regalis præ-
26 ſidij, quando non fuiſſet facta ci-
tatio parti aduerſæ, tunc etenim
nulliter proceditur, & Conſeruato-
rium non tenet, vti contra expreſ-
ſam diſpoſitionem *prag. 1. ſub tit. de
Conſeruator. non conceden. niſi parte ci-
tata*, debet etenim virtute *d. prag.*
Pars aduerſā legitimè citari ad di-
cendum quare Conſeruatorium im-
petrare volens, in poſſeſſione con-
ſeruari non debeat, de qua pragma-
tica mentionem fecit *Affl. dec.* 167.
28 *in fin.* Item nulliter proceſſum di-
ceretur, ſi nominatim talis Clericus
citatur, non etenim niſi per edictū
citatio fieri debet, aliàs non tenet,
nec citatio, nec proceſſus, ſecundū
Affl. dec. 24. poſt *n.* 6. *& dec.* 85. *n.* 2.
Citatio inſuper partis fieri debet ad
29 videndum iuramenta teſtium, ſicu-
ti innuit *d. prag. 1. de Conſeruator.* ibi,
Pro nullis, & irritis haberi, ibiq; ob-
ſeruat *Annibal Troyſ. in commentar. n.*
3. verſ. *In qua, pag. mihi* 35. *col.* 1. Ma-
xima autem nullitas erit ſi ordina-
30 riè per iudicialem cognitionem
fuerit proceſſum in dicto petito re-
gali præſidio, nam extraordinaria
tantùm cognitio, imò extraiudicia-
lis permittitur, ſicuti in dictis capi-
tulis, expreſſis verbis reperitur or-
dinatum, vndè ex hoc tantùm, nul-
lum fuiſſe declaratum proceſſum,
teſtatur *Affl. in d. dec.* 85. *& in Con-
ſtit. De burgenſaticis n.* 3. verſ. *Sed pro
31 declaratione*, vbi tradit in hoc iudi-
cio non eſſe faciendam publicatio-
nem, nec ferendam ſententiam.
Dom. de Franch. dec. 163. *n.* 18.

32 Fuit

32 Fuit tamen inter Sapientes Regni dubitatum, an eiuſmodi regale præſidium ſit expetendum à Sacro Conſilio tantùm, vel etiam ab alijs inferioribus Iudicibus, & Regni Iuſtitiarijs? Affirmatiuam ſanè ſententiam, quod etiam Regni Iuſtitiarij poſſint in cauſis prædictis procedere tenuit *Capic.in inueſtit. feudal.* in verb. *Feuda officiorum*, verſ. *Reges col.* 10. *Io.Anton. dè Nigr.in d.cap. Ad regale faſtigium n.* 13. verſ. *Et per iſtum*, ſequitur *Dom. de Franch. dec.* 163. *n.* 19. vbi de *Capic. loc. citat.* meminit *Muſcatell.* qui eãdem approbat opinionem *d. gloſ. ſententia n.* 101. inquiens ſuaderi ex *tex.in d.cap. Ad regale faſtigium, & in cap.petimus* 11. *q.* 1. *& cap. quidam Monachi* 16.*q.*1.

33 Vrget tamen in negatiuam *Dom. Reg.Tap.in loc.toties recenſito,commentar. ad d. cap. Finis præcepti charitas n.* 11. verſ. *Et in quantum*, ſuam comprobans ſententiam ex praxi frequentiſſima, quia omnes ſupplices libelli porrecti Illuſtriſs. Proregi cõſueuerunt committi Sacro Regio 34 Conſilio, non alteri Tribunali; Vtq; obicem euitaret authoritatis *Dom. de Franch. in d. dec.* 163. *n.*19. taliter occurrit, non ex eo quod intentato Iudicio in Magna Curia Vicariç per ipſum Præſidẽtem vti Aduocatum, non fuit per partem, ſiue Iudices ipſius Magnæ Curiæ oppoſitum de incompetentia Tribunalis, conſequens erit neceſſarium, poſſe Magnam Curiam in eiuſmodi regalis præſidij præſtatione procedere, nec 35 probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, *l.neque natales,C.de probat.* Quod autem *Dom.de Franch.* aſſerit,cap.prædictum eſſe directum 36 Magiſtro Iuſtitiario, adhuc negotiũ nõ faceſſere inſinuat *Dom. Reg. Tap.* ibi,quia fuit illi commiſſum, & tunc 37 erat Supremum Tribunal, cui ſententiæ meum præbeo calculum; Ab experto etenim plurium annorum meç Aduocationis interſtitio, ità à Maioribus noſtris practicatum vidi, & audiui, & *Egomet* practicaui non ſemel.

38 Vndè autem proceſſerit practica in Regno procedendi in eiuſmodi regalium prçſidiorum prçſtationç, ſatis pulchrè, & ingenioſè,diſcurrit *Reg.Tap.in rubr.d.tit.quando Rex inter Eccleſiaſticas perſonas cognoſcere poſſit*, & quinq; argumentis materiam dilucidat ex *n.* 4. verſ. *Igitur*, ad quem remitto Lectorem, ne aliçna pro noſtris venditemus (Horret meus quippè animus aliorum laboribus inſidiari, & laudes Authoribus debitas mihi adſcribere; quem vidi ingenioſum, quem agnoui eruditum, quem inſpexi doctum, quem morũ probitate conſpicuum ſum expertus ex eius ingenij monumentis poſteritati traditis, cur eorum non referam meritis? Id ſemper maxima ſinceritate peregi,ac Deo Duce,pergere eſt animus,vt ſaltim ſi ſtudioſis non valeam ſatisfacere meo pro exiguo ingenio, inconcinniſq; exaratis laboribus,noctu, diuq;vigilans, ſaltim fidelis videar in aliorum placitis referendis,& in hoc mihi ſatiùs ero, ſi faciam ſatis)

39 Fuit tamen aliquando hçſitatum, an remedio capitulorum prçdictorum vti poſſit Clericus aduerſus laicum vim aliquam inferentem, & adductis hinc indè motiuis tàm pro negatiua, quàm pro affirmatiua ſententia, tandem fidem præſtat *Dom. Reg. Tap. loc. proximè allegato n.* 11. verſ. *In contrarium*, fuiſſe per Sacrũ 40 Conſilium ad relationem ipſius de anno 1603.diè 11.Aprilis, deciſum, competere remedium Capitulorũ Regni, etiam Clerico contra Laicum, ex deciſis aliàs per idem Sac. Conſil. apud *Affl. dec.*24. *& Dom.de Franch.dec.* 193. *n.* 11. licèt apud me inſpecto tenore Capitulorum Regni, ex quibus ortum habuerunt Conſeruatoria prædicta, ac attenta originaria cauſa, qua Reges Regni

moti fuerunt ad eiusmodi Conser-
uatoria, & regalia pręsidia pręstan-
da, nempè, ob quietem, & concor-
diam inter Ciues conseruandam, &
ad arcendas violentias, nulla cadere
potest dubietas, quin etiam Clericis
aduersus laicos turbantes, & violen-
tiam inferentes, sit regale pręsidium
pręstandum.
Nec silentio inuoluimus (iam
quod calamus in materia tam fre-
42 quenti in Regno, incidit) quod in
hoc iudicio beneficia non conce-
duntur, teste *Ann. allegat.* 84. *in fin.*
Nec admittitur reconuentio secun-
43 dum eundem *Ann. sing.* 432. *& Dom.*
de Franch. d. dec. 193. *n.* 11. Nec com-
44 petit hoc remedium; quando Cle-
ricus comparuit coram Iudice laico
aliam actionem intentans *Dom. Reg.*
Tap. n. 14. *d. rubr.* vbi *n.* 15. vers. *Et*
tandem, inquit fuisse decisum hoc
remedium competere, etiam quan-
45 do post mortem possidentis, non-
dùm capta possessione per hęredē,
bona per Colonum possidētur, iux-
tà decisionem *Affl.* 325. siue vacaret
possessio, quia Rex voluit omnem
violentiam repellere, itaque decisū
fuisse die 25. Februarij 1603. per Sa-
crum Consilium in causa Martę de
Actanasio cùm Venerabili Mona-
sterio Sanctę Marię Adparete.
46 Vlteriùs est benè notandum dari
reclamationem à decreto per Sac.
Consil. interposito circa eiusmodi
remedium Capitulorum Regni, ita-
que determinatum inter Monaste-
rium Sancti Dominici, & Marcum
Cęsarem Muscatellū in anno 1574.
in Banca de Caro, scripto tradidit
Horatius Marchesius Regius Consi-
liarius, quem adducit *Dom. Reg. Tap.*
loc. allegat. n. 17. vers. *Item etiam*, Re-
47 stitutio tamen in integrum non cō-
ceditur aduersus remedium pręd-
ictum, ex doctrina *Io. Vinc. Ann. alleg.*
84. quam approbat *Dom. Reg. Tap.*
ibid. n. 19.
48 Fuit quoque in Sac. Consilio dis-
putatum, an remedium capitulorū
prędictorum procedat, quādo pos-
sessio esset nulla, & euidenter iniu-
sta? negauit *Reg. de Pont. in cons.* 96.
edito pro Cardinale Archiepiscopo
Neapolitano ex pluribus ibi addu-
ctis; Annuit tamen Sac. Consil. apud
Dom. de Franch. dec. 163. vbi pulchrè
respondet omnibus obiectis.
49 Summè quoque notandum erit
in praxi, quod si Clericus citatus
per Edictum si sua putauerit inte-
resse, comparuerit, & asserat se non
spoliasse, sed iure permittente possi-
dere, non poterit procedi extraor-
dinariè vigore Capitulorum Regni,
50 sed iuris ordine seruato, sicuti pro-
cedit quando Clericus petit iustitiā
à Iudice laico, & si procederetur
hoc casu per viam extraordinarię
cognitionis, esset nullitas, secundū
Affl. in d. Constit. De bargensaticis n. 4.
quem sequitur *Muscatell. in d. glos.* 1.
Sententia n. 104. *in* 7. *nullit.*
41 Est igitur ex prędictis tenendum
in praxi, remedium capitulorum
prędictorum non competere, nec
eorum virtute Conseruatoria con-
cedi debere, nisi adsit violentia, de
quo peculiarem habemus decisionē
Sac. Consil. apud *Dom. de Franch. dec.*
701. *Ann. alleg.* 7. *&* 92.
52 Sed pulchrum fuit dubium exci-
tatum in Collegio pro Venerabili
Conuentu S. Ludouici Ordinis Mi-
norum S. Francisci de Paula, qui in-
tentauit remedium Capitulorum
Regni, non quod actualis fuisset il-
lata violentia super clausura cuius-
dam ianuę sitę in via publica, d. Ec-
clesię in frontispitio Ecclesię Parro-
chialis, & Ianuæ Conuentus Fratrū
Minorum de Obseruantia Seraphi-
ci, sed quod timebat sibi inferri, nec
vanus asserebatur timor, nam aliàs
violentiam intulisse dictos Fratres
de Obseruantia in eodem negotio,
proponebatur in facto
53 Dicebam *Ego* esse concedendum
regale præsidium, eò quod præstat
in

54 in tēpore occurrere, quàm poſt grauamina exitum vindicare, *l. 1. C. quan. liceat vnicuiq; ſin. Iudic. ſe vindicar. & in l. fin. C. in quib. cauſ. in integr. reſtit. non eſt neceſſ.* ibi, *Melius*
55 *eſt enim intacta eorum iura ſeruare, quàm poſt vulneratam cauſam remediū quærere*, meamque opinionem fundari aſſerebam ex celebri *deciſione Dom. Reg. Tap. 16. Supremi Senatus Italiæ*, vbi infraſcripta profert verba aurea ſanè ibi, *Nam ſi ijs remediis, quibus infirmitates iam acquiſitas poſſumus expellere, uti poſſumus ad eas præcauendas, quis ſanè mētis compos audebit affirmare, expectandam eſſe infirmitatem, & poſteà uti remedijs ad eam expellendam?* vndè infert poſt *Rom. Natt. & Surd.* in locis per ipſum adductis *n. 62.* timorem belli equipa-
56 parari bello, & ſufficere terrorem armorum, quam doctrinam ſectatus *Ego* ſum *in 1. diſceptation. forenſ. cap. 11. n. 33. & ſeq.*

Ponderabam inſuper, in iure fuiſſe ſemper habitam cōſiderationem,
57 vt mala futura præcaueantur, vndè cum timetur damnum rebus inferri
58 poteſt peti ſecuritas, *l. eorum, ff. de damn. infec.* eòque fortiùs in perſona
59 ſi timet quis offendi, *l. ſancimus, C. de Sacroſ. Eccleſ. l. capitalium, §. ad ſtatuas, ff. de pæn. l. diffamari, C. de ingen. & manum. l. ſi ſuper*, ibi, *vim fieri*, C. *de tranſ. l. fin. ff. de offic. procur. Cæſar.* quæ iura ad hoc allegat *Addit. ad Cappell. Tholoſ. dec. 490. n. 2.*

60 Indè emergit, vt antequam molestia inferatur, poſſint expediri prouiſiones, quas *Saluaguardias* vocamus, & in dies praxis obſeruat, teſte *Dom. de Franch. dec. 256. n. 5.* per *textum in l. ſi pater tuus, C. qui bon. ceder. poſſ.* quem extollit *Bal.* ibi, verſ. *Deinde*, inquiens eſſe valdè notabilē, & alibi nō reperiri ità expreſſum, de quo meminit *Herculan, in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus 3. col.* verſ. *Alia cautela uti poteſt, ff. de re iud. Iaſ. & Iacob. in l. ſi ſuper poſſeſſione*, verſ. *Dicit etiam Bald. C. de tranſ.*

61 Itidem; timens offendi poteſt officium Iudicis implorare, vt is à quo offendi timetur, præſtet cautionem de non offendendo, *Bart. in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offi. Præſid. Clar. in practic. crim. lib. 5. ſentent. §. fin. q. 41. Menoch. de arbitrar. Iud. lib. 2. centur. 2. caſ. 140. Gregor. Magald. in tractat. de ſecurit. & ſaluocond. in princ. 1. col.* verſ. *Quarta ſpecies*, & ex Regnicolis *Paris de Put. de Syndic. in cap. Officialis*, verſ. *Si duo ſunt, Anton. Gomez. variar. reſol. tit. de iniur. tom. 3. cap. 6. in vltim. quæſt. n. 16. Præſ. de Franch. dec. 359. n. 1.* quem adducit
62 *Baiard. ad Clar. pract. crim. q. 47. n. 17. & 21. Farin.* practicorum facilè Princeps in *pract. crim. q. 107. n. 11. cum ſeqq.* vbi *Dom. de Franch. loc. cit.* allegat.

63 Poteſt quoque timens, petere à Iudice, quod ei licentia impertiatur aſportandi familiam, ſecundum *Io. Vinc. Ann. ſing. 302. Gomez. variar. lib. 3. Delictorum cap. 6. in fin.*

64 Præterea adſtruebam, Conſultos permiſiſſe, vt quis petat in Iudicio ius de futuro, vel conditionale, declarari ad ſe ſpectare, & agere poſſe ante euentum conditionis, vel diei, licèt videantur refragari *textus in l. non poteſt videri, & in l. non quemadmodum, ff. de iud.* quibus cauetur tra-
65 ctus futuri temporis non poſſe deduci in iudicio, nam iuſta exiſtente
66 cauſa benè poteſt agi, ex dictis per *Affl. dec. 179. & 108.* vbi optima *additio V rſill. Suarez alleg. 4. n. 2. & ſeqq.* quem ſequitur *Couarr. variar. reſol. lib. 1. cap. 18. Spin. in Specul. teſtam. gloſ. 19. de maiorat. n. 66.* concordat *textus in l. 1. ad fin. tit. 2. part. 3.* vbi *Gregor. Lopez* in verb. *En el tiempo, que es por venir. Dom. de Franch. dec. 695.* ubi ità iudicatum recenſet *Conſiliar. Ann. conſ. 11. vol. 1.* qui ſcripſit in eadem et cauſa relata per *Dom. de Franch. d. dec. 695. & conſ. 126. vol 2. Reg. Rou. conſ. 95. lib. 2. Vaſq. de ſucceſſ.*

creat.

creat.§.6. n.46. Camill.de Medic. cons. 148. Merez de maiorat.in princ.2.par. ex n.571. Rosent. de feud. cap. 9. n. 2. conclus. 83. n.18. Dom. Franc.Hieron. Leo dec.Valent.35.tom.1. Seß. dec. Aragon. 115. ex n.35. Morl. in Empor.
67 vtriusque iur.par.1.q.8.n.10. alijque plures à Me congesti in Annotation. ad Muscat. prax.Sac.Consil.lib.1.par.4. glos. Petendo pag. 141. in fin. vers. Ad num. nonum, vbi contrarium sectantes indicaui.

Et in terminis allegabam Felin. in rubr.de treg.& pac. col.fin. inquientē
68 posse officium Iudicis implorari, etiam quando quis timet se turbari, & hæc esse pulchra verba, tradit Dom. de Franch. d. dec.256. vers. Et Felinus, concordat Ludou. Molin. de hispan.primog.lib.1.cap.15.n.11. vers. Vnum tamen, vbi allegat concordantes Amendol.in addit.ad D. de Franch. d. dec. 256. vbi allegat Semetipsum in d.l.si pater, quem non habeo, & ignoro, si alius habeat, & Io. Grand. de bello exulum fol. 29. n.1. & Regnicolas in dictis capitulis conseruatorialibus, quæ adduximus hac ead. obseru. n. 4. & seq. verba faciens de ti-
69 mente se turbari, & videbatur mihi singulare illud dictum Affl. in dec. 2. edita in materia capitulorum Regni de violentijs n.6.ibi, Tamen super violentia notoria potest impartiri suum officium, vt dicitur in cap. Ad regale fastigium, quod habet locum etiam in turbatione, & molestatione, & videtur innuere Dom. March. Belmont.in d.cap. Finis præcepti charitas n.7. ibi, Possit defendere eum, qui se in possessione esse affirmat, & timet potentiam Aduersarij; Timor igitur, violentiæ inferendæ
70 efficit, vt sit concedendum regale præsidium petenti, qui præcauere potest, nec expectare violentiam
71 debet ex prçcitatis, quæ adeò vera sunt, vt procedant, etiamsi is, qui petit, dedisset causam timendi, secundum Bart.in l.qui bona, §.si quis iusta, & ibi Alex.ff.de damn.infect. Clar.in pract.crim.q.42. Sola ad Constit.Sabau. glos.2.n.4. Giurb. cons. crim. 66. n.23. cum trib.seqq. quorum Ego memor fui in d.cap.11. 1.tom. disceptat. n.34.

Eóque magis in casu proposito tenendum ità fore subnectebam, quia aliàs vnus ex Dominis Collegis fidem fecit in eodem negotio fuisse violenter actum ex parte Fratrum Minorum de Obseruantia Se-
72 raphici, annis præcedentibus, vndè soliti violentiam inferre præsumuntur eiusdem voluntatis, ad tex.in l. si cui, §. eisdem, ff. de accus. Menoch. de præsum. lib.5. q. 32. Cyn. in l.2.n.2.in fin.C.de his, quæ vi metusuè caus.fiunt, Bald. in l.is, qui propt.met. Iudic. non appell.n. 3.& 4. quem refert, & sequitur Philipp. Franc. in cap.fin.de appell. n. 8. & ibi Dec. n. 22. in fin. & tenet Euerar.cons.19 n.23. Rebuff.in commētar. tom. 2. de resciss. contract. glos.22. n. 5. & 6. inquiens prædicta proce-
73 dere, etiamsi semel metus fuit illatus, quo ad vnum contractum, quia tunc præsumitur durare ille metus quoàd alios contractus, sequitur Auend. in suo dictionar. verb. Fuerça in fin. quibus inhæret Balthas. Mongollon.in tract.de his, quæ vi metusuè caus. fiunt cap.10. §. 2. n.3. vers. Fallit primò, & cap.2.§.7.n.19.& 20.vbi à prę-
74 terito benè arguitur metus ad pręsens, Gram.vot.10.n.5. Bero. cons. 54. n.3. Euerar.in topic. legalib. loc. à tempor.ad tempus n. 4. cum seqq. Nam voluntas mutata præsumitur, nisi pro-
75 betur, l. qui testamentum, vbi Repetit. communiter, ff. de probat. l. Sancimus, C.de testa. & qui semel malam
76 habuit voluntatem, in eadem durare cogitatur, cap. maiores, §. fin. & ibi glos. in verb. Perdurare de baptism. d. l. Sancimus, C.de testa. l. Lucius in fin. ff. de legat. 2. Episcop. Ricc. in prax. fori Ecclesiast. resol. 77. n. 3. par. 1. quem Ego cum alijs adduxi in 1.disceptat.cap.11. n.19.

Et ex his omnibus, in tuto positam agnoscebam iustitiam petentium

tium regale præsidium, eò quod timor iustus irrepserat patiendi violentiam, licèt de violentia actuali minimè constaret.

SVMMARIVM.

1 *Lites omnes sine suspicione procedere debent.*

2 *Suspecto coram Iudice litigare, nihil in Iudicijs periculosius, nihilque durius.*

3 *Authores, suspicionem Iudicum agentes, recensentur.*

4 Io. Petrus Fontanella *suspicionum Iudicum materiam, summo studio pertractauit.*

5 Author *indicat se alibi in* Annotation. ad Muscatell. *suspicionum Iudicum materiam pertractasse.*

6 *Suspicio Iudicis de iure ciuili sufficiebat allegari, nulla causa expressa, dummodò iurauerit se non calumniæ causa, sed vt ius suum tueatur allegasse suspicionem.*

7 *Iuramētum de iure ciuili requisitum, quod nō calumniæ causa, sed vt suum ius tueatur, suspectum Iudicem dicit, requiritur, etiamsi nō fuerit à Parte aduersa petitum.*

8 *Causa recusationis de iure canonico est exprimenda.*

9 *Suspicionis Iudicis determinatio non est relinquenda conscientiæ recusati, nec iuramento recusantis.*

10 *Suspicionum capita hodie per* Pragm. 11. sub tit. de suspicion. Official. *vers.* Oltre di ciò, *sunt subscribenda à Principali, vel ab Aduocato, qui onus causæ sustinet.*

11 Ordinatio Regni Portugalliæ *statuit suspiciones Officialium nō aliter recipiēdas esse, quàm si subscribātur ab Aduocato, qui onus causæ sustinet, vel à Principali.*

12 *Tempus præfinitum ad subscribendum capita suspicionum, an currat à die prima recusationis nulliter factæ, vel à die secundæ subscriptionis factæ per Aduocatum literatum.*

13 *Determinatio Senatus Portugalliæ relata per* Cabed. dec. 45. n. 8. *vers.* Illud etiam, *quod tempus præfinitum suspicionibus proponendis, currat à die secundæ subscriptionis factæ per Aduocatum literatum, non autem à die prima factæ nulliter, quibus innitatur Authoritatibus.*

14 Author *impugnat determinationem Senatus Portugalliæ, apud* Cabed. dec. 45.

15 Bartolus in l. 2. §. non solum, ff. ad Tertullian. *enucleatur in pulchro casu.*

16 *Culpa adscribitur proponētis capita suspicionum, si formam traditam à Pragmatica non obseruat.*

17 *Pragmaticę dicūtur leges* Regni, *quia ventilata in Consistorio Principis.*

18 Domini Regentes Regalem Cancellariam, *dicūtur Proceres Regni.*

19 Dominorum Regentium Cancellariam *Consilium de iure requiritur in editione pragmaticarum.*

20 *Pragmaticę ligant omnes à die publicationis post duos menses, nisi aliud statutum fuerit in ipsa publicatione.*

21 *Lex postquam est promulgata, ligat omnes.*

22 *Suspicionū capita nulliter subscripta, efficiunt, vt terminus* 40. *dierum à pragmatica præfinitum ad ea subscribendum currat à die subscriptionis nulliter factę, non autem à die secūdę subscriptionis validę.*

23 *Culpa non debet culposo patrocinari.*

24 *Terminus proponēdi suspicionum capita, non debet per indirectum prorogari.*

25 Bartolus *in loco per* Cabed. allegatò, *non reperitur ab Authore.*

26 *Statutum totum, si non exhibeatur,* par-

particula sola an prosit?

27 *Exceptiones dicuntur probatę incontinenti, quando intra terminum à iure assignatum instantię, & processui principali probantur.*

28 Author *sustinet opinionem, quod terminus dierum 40. prefixus à Regia Pragmatica ad subscribendum suspictionum capita, currat à die subscriptionis primę nulliter factę, non autem à die secundę subscriptionis validę.*

ARGVMENTVM.

Iudice coram suspecto litigare, licèt durum sit, & periculosum, vndè Imperiali Constitutione cautum reperitur omnes lites sine suspicione procedere debere, nec vlla suspictionis causa Iure Ciuili *Romanorum* attēto esset exprimenda ad Iudicem remouendum, sed dumtaxat iurisiurandi vinculo obstrictus reperiebatur asserere non animo calumniandi, sed ius suū persequendi suspectum Iudicem allegasse, aliter disponēte Iure Canonico secundum cuius dispositionem, causa suspictionis alleganda, & exprimenda erit; Attamen peculiaribus Regionum Constitutionibus prouidè sancitum est, sollemnitates quamplurimas esse obseruandas in proponendis, allegandisque suspictionibus, pręsertim in Regno, in quo peculiari pragmatica sanctione in ordine 11. *sub tit. de suspiction. Official.* vers. *Oltre di ciò*, promulgata die 2. Nouembris 1611. inter cæteras ordinationes, prouisum est, non esse suspictionum capita admittenda, nisi subscribantur à Principali, vel ab eo causarū Patrono, qui onus causæ sustinet, quæ sanè constitutio concordantem habet ordinationem Regni Portugalliæ; Hinc celebris, & curiosa orta est quæstio. Posito quod suspictiones non subscribuntur à personis designatis per Pragmaticam, & effluxerint nonnulli dies, si postmodum persona legitima eas subscripserit, à qua subscriptione computabuntur 40. dies pręfiniti à Pragmatica, à die nè primæ subscriptionis nulliter, & minus rectè, factæ, vel à die secundæ subscriptionis legitimè factæ? qua in re adducto *Georgio Cabedo in decisione Lusitana* 45. qui allato *Bartolo, & Ludouic. Molin. in locis indicatis*, eam habuit pro veriori, opinionem,

vt tempus ſit computãdum à die ſecundæ ſubſcriptionis ritè factę, non autem à die primę, Contrarium veriùs *Author* exiſtimat, vtque omnium oculis protenſo quaſi digito, inſinuet *Bartoli* placito, & *Ludouici Molinæ* effatui, mirificè, occurrit, ac per veros iuris terminos nonnullis adductis manifeſtum facit.

OBSERVATIO LVIII.

H Hnmana fugit ratio, abhorretque natura; eos qui in vitæ diſcrimine poſiti videntur, quique bonorum iacturæ inter iurgia, Iudiciarioſque anfractus reperiuntur obnoxij, coram ſuſpecto Iudice litigare, qua de re Imperator Iuſtinianus imperiali reſcripto ſtatuit, ſine
1 ſuſpicione lites omnes procedere debere in *l.apertiſſimi*, ibi, *Sine ſuſpicione lites omnes procedere cordi nobis eſt*, vbi paſſim *Scribentes*, præſertim *Iaſ.*, nec immeritò; cùm nihil in
2 Iudicijs periculoſiùs, quàm coram ſuſpecto Iudice litigare, nihilque duriùs, *cap. quod ſuſpecti* 3. *q.* 5. vndè *Butr. in cap. dilecti col.* 1. *in fin. n.* 6. relatus à *Sigiſmun. Scacc. in tract. de*
3 *ſent. & re iud. gloſ.* 1. *q.*1.*n.*250. *circa fin.* in ea prorupit verba, *Ità graue eſſe habere Lupum pro Paſtore, Homicidam pro Medico, Diſſipatorem pro Cuſtode; Inimicum pro Iudice, ſicuti Tyrannum pro Defenſore*, pluraque notabilia, ac in praxi frequentia, exararunt *Gregor. Lopez, inſigne Hiſpaniarum ornamentum in l.* 22. *tit.* 4. *par.* 3. *Didac. Perez lib.* 1. *in princ. tit.* 5. *lib.* 3. *Ordinam. Seraph. de priuileg. iuram. priuil.* 7. *n.* 1. *Fulu. Pacian. de probat. lib.* 1. *cap.* 45. *n.* 1. *cum ſeqq. Maſtrill. dec.* 151. *n.* 30. *Maynar. dec.* 87. *lib.* 1. *Giurb. dec.* 48. *n.* 1. *Auguſtin. Barboſ. in Collectan. ſuper d. l. apertiſſimi n.* 7. *&* 8. *Decian. reſpon.* 26. *n.* 12. *vol.* 1. *& reſpon.* 118. *n.* 6. *vol.* 3. *Carau. in commentar. ſuper ritib. Magnæ Curiæ Vicariæ rit.* 265. vbi pragmaticarum Regni Sanctionum memoriam habuit, *Reg. Rou. in luculentiſſimis commentar. ad pragmaticas Regni, prag.* 1. *de ſuſpict. Official. Ill. March. Belmon. Reg. Tap. in enucleatione iuriũ Regni lib.* 3. *tit. de ſuſpict. Official. pag. mihi* 178. inter quos emicat, ſummo
4 ſtudio ſuſpictionum materiam pertractans, *Io. Petr. Fontanell. in* 1. *vol. deciſionum Cathaluniæ per* 30. *deciſiones*, è quibus volumen initium deſumpſit, *Dom. Sac. Conſil. Præſid. in* 2. *controuerſ. forenſ. cap.* 37. edito, in cauſa quam *Ego* vti Aduocatus defendi, & obtinui, alijq; permulti nõ ſine ingenti labore à *Me* congeſti in
5 *Annotation. ad Muſcatell. ad praxim Sac. Conſil. lib.* 1. *par.* 1. *gloſ.* 1. *Sententia pag.* 305. *col.* 2. *cum aliis nouem ſeqq.* vbi plura in praxi frequẽtia amicus Lector inueniet, ex quibus è laboribus ſubleuatum ſe ſentiet.
6 Adeòq; iura ſuſpictiones proponentibus adſtiterunt, vt de iure ciuili, ſimplex ſuſpictionis allegatio ſatis fuerit ad Iudicem remouendũ, nulla licèt cauſa adiecta fuerit, ſecũdum *gloſ. in d. l. apertiſſimi*, in verb. *Recuſare per illum textum*, vbi etiam *Bart. Bald.* & alij adnotarunt, dummodò ſuſpictionem allegans iuriſiurandi vinculo ſe adſtrinxerit non calumniæ cauſa agere, ſed vt ſuum

ius tueatur, itaque de iure Regio seruari, scripto commendauit magnus ille vir *Didac.Couarr.in practicis quæstion. cap.26.n.10. ex lib.1. tit.16.*
7 *lib.3. Recopil.1.* idque iuramentum præstari debere, etiamsi à parte aduersa non petatur, cui sententiæ accedit *Gregor. Lopez.* Hispaniarum praxim insinuans *in l.11. tit.4.par.3. glos. 3. Auendan. in cap. Prætor. 2.par. cap.22.n.12. Didac. Perez in l.1.tit.5. lib. 3. Ordin. Suarez de Paz in prax. par.1. tom. 1. tempor. 11.n. 10.* vers. *Circa quam, August. Barbos. in Collectan. super d. l. apertissimi n.47.*

8 Quamuis de iure canon. sit exprimenda causa recusationis, vt patet ex *cap.Secundò requiris §.1.* & ibi *glos.* in verb. *Coram de appell.* quo iure in Regno vtimur, ex peculiari dispositione *d. rit. Magn. Cur.265.* vbi *Carau.n.6.* vers. *Noto primò,* & *Reg. Tap. loc.citat.* vers. *Causa suspictionis exprimantur n. 6. Rebuff. ad Constit. Gall. tractat. de recus. art. 1. glos.3.n.4.* in-
9 quiens non esse relinquendam suspicionis decisionem, nec conscientiæ recusati, nec etiam iuramento recusantis, idque in praxi hodie seruari, fidem præstat *Reg. Tap. ibid. n. 7. & n. 9. & seq.* vbi plures causas suspictionum congessit, sicuti *Ego* pariter quamplures alias adnotaui in *d. Annotat.per tot.*

In themate proposito, de quo extat *pragmatica 11. sub tit. de suspict. Official.* vers. *Oltre di ciò*, edita de
10 anno 1611. die 2. Nouembris, Regni clauum sustinente Illustrissimo Comite de Lemos iuniore celeberrimo Principe, qua cauetur suspictionum capita subscribenda esse à principali, vel ab Aduocato, qui onus causæ sustinet, reperi concor-
11 dantem esse ordinationem in Regno Portugalliæ per legem Dominicam 32. cuius meminit *Cabed.dec. eiusdem Regni 45.* vers. *Illud etiam,* vbi excitat quæstionem, & refert
12 per Senatum, determinatum fuisse dies 45. præfinitos ad suspictionem proponendam non debere currere à die primæ recusationis nulliter factæ, sed à die secundæ factæ per Ad-
13 uocatum literatum, quam determinationem, subdit, habuisse fundamentum in doctrina *Bart.in l.ius ciuile, ff.de legi.* & in traditis per *Ludouic.Molin.in tract.de hispan.primog. lib. 3.cap. 13.n. 16.* vbi alios citat, quemque in argumentum affert.

Ego verò, qui satis facio Senatus Lusitani placita, ob insignes viros in eo assidentes, maximèque æstimandam censeo *Cabedi* authorita-
14 tem, contrarium verius existimo, ex *doctrin.eiusdem Bart.in l. 2. §. Non so-*
15 *lum, ff. ad Tertull.* vbi ponit casum in termino 30. dierum dato alicui ad comparendum, videlicet decem pro primo, decem pro secundo, & decem pro tertio peremptorio, citatus in primo termino, comparuit constituendo procuratorem, sed de validitate procuratorij litigatur, adeò quod transeunt illi 30.dies, & demum pronunciatur procuratorium inualidum, & non legitimum, dicit *Bart.* quod erunt elapsi etiam reliqui duo termini, si principali potest imputari culpa in constitutione procuratoris; hic est casus no-
16 ster, nam culpæ adscribendum est ei, qui suspictionum capita proponit, si formam traditam per Prag-
17 maticam, non obseruat, sunt etenim Pragmaticæ leges Regni, quia ventilatæ in Concistorio Principis, iuxtà dictum *glos.in cap.peruenit 101. dist.* cum voto Dominorum Regen-
18 tium Cancellariam emanatæ, qui Proceres de iure communi appellā-
19 tur, eorumque Consilium requiritur de iure, vt per *Bal. & Pau. de Castr. in l. humanum, C.de legi.* cum alijs per *Me* adductis in *1. disceptat. cap. 44. ex n. 5.* vers. *Primò aduertimus,* Eæq; ligant omnes à die publi-
20 cationis post duos mēses, nisi aliud expressè statutum fuerit in ipsa publi-

bli-

blicatione, per *textum* expressum in *Authen. Vt facta noua constitutiones post insinuationes eorum post duos menses valeant*, ibi, *Sancimus ex illo nostras Constitutiones valere, ex quo in commune facta sunt manifesta*, & iterum ibi, *Sancimus si scripta fuerit huiusmodi lex, hanc post duos menses dati ei temporis valere, Dom. Theod. alleg.* 52. *n.* 4. & ante ipsum magistraliter de more *Andr. de Iser. in cap.* 1. *de pac. tenen. & in rubr. quæ sint regal. n.* 5. ibi, *quia*
21 *lex postquam est promulgata, ligat omnes*, vbi *Episcop. Lipar. in addit. ad Iser.* ibi *lit.* L. plures allegat, congessi Ego nonnullos in 1. *disceptat. cap.* 45. *n.* 8. præsertim *Reg. Rou. in prag.* 8. *de extract. animal. n.* 4. vers. *Dixi primò, & n.* 6. *Dom. de Franch. dec.* 360. *per tot.*
22 Hinc est, quod quadrat bellissimè doctrina *Bart.* in casu proposito, nã dùm nulliter fuerunt subscripta capita suspictionum, intelligũtur currere in damnum ea proponentis, 40. illi dies à Pragmatica præstituti ab ipso die, quod si illis adhuc non elapsis, subscribantur validè, non per hoc desinẽt numerari à die subscriptionis nulliter factę, quam *Bart.* doctrinam extollit, & sequitur *Reg. Rou. dec.* 18. *n.* 5. & in casu suo appro-
23 basse Sac. Consil. fatetur; aliàs culpa patrocinaretur culposo contra vulgaria, & quilibet ad finem dilatandi posset fatagere, quod subscribantur nulliter suspictionum capita, & post lapsam maiorem partem termini, subscribere ualidè, & sic
24 eluderetur dispositio Regiæ Pragmaticæ, quia per indirectum prorogaretur terminus ab illa restrictus.
25 Eòque audentiùs præfatæ meæ opinioni calculum præbeo, quia inspecto *Bart in loc. per Cabed.* allegato *in l. ius ciuile, ff. de legi.* talem textum à *Bartolo* commentatum non inueni, imò in titulo prædicto talem legem incipientem ius ciuile non vidi, erit fortasse ex Typograghi incuria mendosa allegatio illius legis, & voluit allegare *textum in l. inciuile* 23. *ff. de legi.* At ibi *Bart.* nequidem
26 verbum euomuit in materia, solùm quærit An lex illa procedat in statuto, vt nisi totum exhibeatur, particula edita non prosit, Et respondẽs, quod particula tantùm debeat exhiberi, per *textum in l. argentarius*, §. *edi autem, ff. de eden. & in l. fin. C. de precib. Imperat. offeren.* Tandem in contraria resìdet opinione tanquã veriori, quod etiam in statuto, totum debeat exhiberi, assignans differentiã in statuto, & instrumento.

Ludou. Molin. ab eodem *Cabed.* adductus in argumentum; nec tantillum materiam tangit (si oculi mei non cæcutiunt) nam ibi *n.* 16. vers.
27 *Dicetur autem*, inquit exceptiones incontinenti probari, quando intra terminum à iure assignatum instantiæ, & processui principali probantur, ad quod probandum adducit *textum in l. si is à quo*, vbi per *Scribentes. ff. vt in possess. legator.* Quid igitur ex hoc ad rumbum quæstionis nostræ, in qua agimus, à quo die currat terminus præstitutus suspictionibus ludicij à die nè subscriptionis factæ nulliter contra formam Reg. Pragmaticę, vel à die, quo postmodum per Aduocatum, qui onus causę sustinet subscriptæ fuerunt? meus non capit intellectus.
28 Vndè licèt aliàs in *Annotation. ad Muscatell. iam allegat.* subdubius in determinatione eiusmodi quæsiti extiterim, modò tamen re funditùs deguståta eam indubiam censeo, & in praxi seruandam fore sustineo.

SVMMARIVM.

1 Decisio Dom. de Franchis 136. *expenditur.*

2 *Sententia quæ habuit exequutionem paratam, si reuocetur, eandem tenere exequutionem, ex quibus comprobetur.*

3 *Actor, &* Reus, *non debent ad imparia iudicari.*

4 *Sententia exequutioni demandata ad instantiam Actoris, si reuocetur, debet pariter ad instantiam Rei exequutioni demandari.*

5 *Missio in possessionem, & reuocatio missionis in possessionem, debent procedere à pari.*

6 *Rescriptum impetratum per Actorem remouens appellationem, intelligitur etiam respectu appellantis.*

7 *Aequalitatis causa seruandæ plura includuntur in dispositione, quæ aliàs non includerentur.*

8 *In Iudicijs quasi contrahitur.*

9 *Contractus debet esse eiusdem naturæ, ac distractus.*

10 Dom. Thomas Anellus Salernitanus Sac. Consil. Præses *laudatur.*

11 Decisio Sac. Consil. *apud* Præsid. Salernitanum 25. per tot. *recensetur.*

12 Decisio Sac. Consil. *apud* Dom. de Franch. 136 *approbatur à* Præsid. Salernitan. dec. 25. *aliis etiam adductis rationibus.*

13 *Causa principalis, est eadem cum causa appellationis, licèt sit diuersa instantia.*

14 *Litigantium vni quod conceditur, non debet alteri denegari.*

15 *Priuilegium concessum Actori, precludendo viam appellandi, censetur etiā concessum Reo in causa reconuentionis.*

16 *Primum, & secundum beneficium ad pinguius probandum, quod conceditur in Regno personis priuilegiatis, est quoque proficuum personis non priuilegiatis collitigantibus.*

17 *Reus si tenetur personaliter comparere in Iudicio ad instantiam Actoris, tenebitur quoque Actor personaliter comparere ad instantiam Rei.*

18 *Statutum disponens legatum posse probari per duos testes, procedit etiam respectu probationis reuocationis legati.*

19 Dom. Io. Baptista Thorus *laudatur.*

20 *Sententia reuocata, intelligitur reuocata exequutio.*

21 *Determinatio allata per* Regent. Salernitan. dec. 25. *fuit diuersa ab ea, quam recenset* Dom. de Franch. dec. 136.

22 Decisio Dom de Franchis 136. *plures habet sectatores.*

23 *Collitigans, si ex priuilegio non soluit expensas litis, vel aliter non potest cogi, minus tenebitur altera pars soluere, licèt videatur redundare in præiudicium Actuarij.*

24 *Aequalitas, qualiter sit seruanda in iudicijs.*

25 Stephanus Gratianus dec. 220. *approbat decisionem* Dom. de Franch. 136.

26 *Retractata sententia, quæ habuit exequutionem, & ipsa exequutio retractanda est.*

27 *Dotis causa, cuius exequutio non impeditur, si postmodum sententia pro ea lata, retractatur, & ipsa exequutio retractanda venit, nullo refragante priuilegio dotali, etiamsi bona reperiuntur penès virum.*

28 *Sententia exequutioni demandata, si nulla declaratur, statim reuocatur exequutio.*

29 *Stylus Curiæ Romanæ, non est ad alias Curias extendendus.*

30 Decisio 136. Dom. de Franchis *impugnatur* à Dom. Regente Rouito in prag. 2. n. 8. *vers.* Et quid si, tit. de appellation.

31 Prag-

31 *Pragmatica præbens exequutionem decreto aſſiſtentiæ, vtrum procedat in decreto tantùm affirmatiuo, vel etiam in negatiuo?*

32 *Appellatio competens à poſſeſſorio adipiſcendæ, an etiam procedat, ſi feratur ſententia per verba negatiua.*

33 *Condemnandi poteſtas, non ſemper à pari procedit cum poteſtate abſoluēdi.*

34 Dom. Scipio Rouitus Regens, *dubius extitit* in dec. Dom. de Franchis 136.

35 Author *impulſus à dubietate, quam habuit* Dom. Regens Rouitus, *circa* deciſionem 136. D. de Franchis, *calamum arripuit, pro enucleatione deciſionis prædictæ.*

36 Hieronymus de Ceuallos in tract. commun. contra commun. tom. 4. q. 897. n. 862. *verſ.* Ex qua reſolutione, *videtur recedere à* deciſione Dom. de Franchis 136. *ex pluribus.*

37 *Virtus exequutionis tribuitur primæ ſententiæ, & non aliis, nam aliàs daretur proceſſus in infinitum.*

38 *Circuitus eſt vitandus.*

39 *Exequutio primæ ſententiæ, poſtquam habuit effectum ſuum ſemel, ceſſat quò ad ſecundam inſtantiam effectus via exequutiuæ, quæ interim, quod lis nō finitur, extincta eſt, & ſic via ordinaria aduerſus ſententiam primam procedendum eſt.*

40 *Creditor, cui res fuit addicta virtute rei iudicatæ, ſi euicta fuerit, non poteſt amplius creditor agere via exequutiua, quia virtus, & effectus exequutionis fuit iam extinctus per ſententiam primam addictionis.*

41 *Cauſa ſemel effecta ordinaria, ſemper remanet ordinaria, & appellabilis.*

42 *Inſtrumentum habens exequutionem paratam, ſi fuerit ob Iudicis imperitiam vulneratum, & reductum ad viam ordinariam, quando poſſit exequi de iure canonico.*

43 *Res ſemel effecta alienabilis, ſemper remanet alienabilis.*

44 *Res quæ ſemel exiuit de trunco, & familia, non dicitur amplius de trunco, vt ſit locus retractui.*

45 *Tranſmiſſibile ſemel effectum, ſemper remanet tranſmiſſibile.*

46 *Res ſemel effecta Curialis, ſemper remanet Curialis.*

47 *Cauſa ſemel commiſſa Cardinali, nunquam committitur inferiori.*

48 *Beneficium ſemel affectum, ſemper remanet affectum.*

49 Hieronymus Ceuallos *tradit valdè dubiam reddi ſuam quæſtionem ex* deciſione 136. Dom. de Franchis, *& quod practica generalis omnium Tribunalium, tàm Eccleſiaſticorum, quàm Sæcularium eſt contraria dictæ deciſioni.*

50 *Determinatio Regalis Cācellariæ Pincianæ contra* decif. 136. Dom. de Franchis, *adducta à* Hieronymo Ceuallos in loc. indicato *adducitur.*

51 Dom. Scipionis Rouiti Regentis *placito* in prag. 2. de appellat. *occurritur.*

52 *Iura loquentia in ſententia dante, procedere debent etiam in ſententia reuocante datum, quando par concurrit ratio.*

53 *Diſpoſita in contractu, vigent etiam in diſtractu.*

54 *Pragmatica loquens in decreto aſſiſtētiæ affirmatiuo, viget quoq; in decreto aſſiſtentiæ reuocatorio cum eadem concurrat ratio, & maior.*

55 *Statuta ex identitate rationis, extenduntur ad ſimilia.*

56 *Statutum, aut lex ex identitate rationis non dicitur extēdi, ſed enucleari.*

57 *Priuilegium exequutionis ſententiæ aſſiſtentiæ tributum, ex clauſulis in inſtrumento appoſitis ortum habet.*

58 *Aſſiſtentia decreto reuocato, clauſulæ in inſtrumento appoſitæ, ex quibus aſſiſtentia præſtatur, remanent ſine virtute operandi.*

59 *Victor non poteſt retinere bona ab ipſo poſſeſſa, virtute ſententiæ, ſi ſentētia retractatur.*

60 *Sententia in irritum redacta, cuius virtute*

tute victor bona possidebat, tenetur ad bonorum prædictorum restitutionem vnà cum fructibus.

61 Author *alleganit pro Carolo Caracciolo ob sentētiam in irritum redactā, teneri possessorem ad restitutionem rei possessæ vnà cum fructibus.*

62 *Rei, in sententijs absolutorijs, maiori potiuntur priuilegio, quàm Actores in condemnatorys.*

63 *Statuta faciliùs extenduntur de vno casu ad alium, quando concernunt fauorem, ex maiorate rationis.*

64 Dom. Io. Dominicus Gaito, *laudatur.*

65 *Pragmatica præbens exequutionem sẽtentiæ assistentiæ comprehendit causam appellationis ex vi comprehensiua.*

66 Iacobinus de Sancto Georg. in loc. indicato *enucleatur.*

Appellatio à sententia possessory adipiscenda per verba negatiuè prolata, an concedatur.

68 Horatius Barbatus *studet applicare intellectum ad* prag. 2. de Assistentia, loco indicato.

69 Horatius Barbatus *eò quod insitum habuit animum contradicendi* Dom. Gaito, *ab* Authore *obiurgatur.*

70 Author *occurrit primo assumpto* Hieronymi Ceuallos *contra* dec. 136. Dom. de Franchis.

71 *Progressus in infinitum non benè adducitur à* Hieronymo Ceuallos *in thesi proposita.*

72 *Via exequutiua non datur contra tertium possessorem.*

73 *Euicta re, quare actio non reuiuiscit contra eum, qui rem prædictam dedit insolutam, & via ordinaria sit agendum.*

74 *Ratio adducta à* Hieronymo Ceuallos *de causa semel effecta ordinaria, quod semper talis remanet ab* Authore *dispungitur.*

75 *Ordinariè dum agitur, actus ordinatorij præcedere debent sententiam.*

76 *Appellabilis causa effecta, quomodo sit accipienda quò ad effectum deuolutiuum, siue suspensiuum.*

77 *Appellatio dicitur theriaca contra venenum iniustitiæ primæ sententiæ.*

78 Decisio Dom. de Franch. 136. *vndique approbata secernitur, contrarijs omnibus resolutis.*

79 *Iudex concedens tenutam parte non citata, debet eam reuocare etiam altera parte non citata in reuocatione.*

80 Author *approbatam vndique tradit* decisionem 136. Dom. de Franchis.

81 *Articulus iuris dubius bis decisus per Sac. Consilium, non est vlterius in controuersiam adducendus.*

ARGVMENTVM.

Pragmaticæ Regni sub *tit. de Assistentia, & 2. de appellat.* prębentes exequutionem paratam sententiis prolatis in Iudicio prędicto, An eandem vim tribuant sententiis reuocatoriis, vt eodem modo exequutio pręstita Actori, sit quoque Reo postmodum vincenti attribuenda? quo loci pluribus ex vi ęqualitatis seruãdę adductis, & ex identitate rationis ponderatis in mediũ, pro appellante; affertur celebris determinatio Sacri Consilii, apud ipsius *Præsidem Dom. Vincentium de Franchis dec.* 136. vbi ita iudicatũ recenset; Hinc *Author*, dùm

ex plurium Codicum reuolutione obſeruauerit nonnullos addubitaſſe contra prędictam determinationem, ſicuti peregit *Dom. Regens Scipio Rouitus in prag. 2. de appellation. n* 8. poſteritati inſinuans eſſe in facti contingētia ſuper adductis *in d. decıſ.* cogitandum, alios verò omninò illi contradicentes ſeſe prębuiſſe, qualis fuit *Hieronymus Ceuallos in tractat. Communium contra communes, q.* 897. *n.* 862. verſ. *Ex qua reſolutione*, & iterum in *tractat. de cognition. per viam violent. q. 24. n. 75. par. 2.* vbi determinationem in cōtrarium emanatam à Regali Cancellaria Princiana extollit, ſubdens ita in Tribunalibus Hiſpaniç practicari; ſatis ſuo conſuluiſſe muneri putauit, ſi adductis ſingulis iis Authoribus, rationibuſq; diſpunctis, quibus pręfati Authores impulſum habuerunt, vt determinationē Sac. Conſil. dubiam relinquerent, & ab ea totaliter recederent, omnibus occurreret, adeò quod ſublatis contrarijs, ac minus ſubſiſtentibus fundamentis, in quibus eorum Cōtradictionum cardo vertebatur, methodicè relatis, de veritate, & iuſtitia *d. deciſionis* 136. nullibi fore addubitandum inſinuat, itaq; in poſterum determinari debere ſuadet, adducto in Collegam *Dom. de Franch.* altero eiuſdem Sacri Conſilii *Præſide Thoma Anello Salernitano in dec.* 25. qui ità pariter iudicatum de anno 1586. poſteritati commendauit, alioſque plures tùm exteros, qualis fuit *Stephanus Gratianus dec.* 220. tùm ex Noſtratibus nempè *Dom. Jo. Dominicus Gaito* eruditiſſimus, ac pariter doctus Iureconſultus in celebri *tractat. de credito, cap. 4. quæſit. 7.* ex *n.* 895. verſ. *Verumtamen*, & *Abbas Horatius Barbatus in ſuis Commentarijs ſuper prag. de Aſſiſtentia, gloſ. 1. n. 52.* verſ. *Et quamuis*, congerens, qui determinationi Sacri Conſil. ſe ſubſcripſerūt, non incomptè, ad maiorem eiuſdem deciſionis comprobationem, aggregauit.

OB-

OBSERVATIO LIX.

1 SAnè decisio Sac. Reg. Consil. apud *D. Præsidentem de Franchis*, in themate adducta, pro affirmatiua opinione, qua extitit declaratum, sententiā eodem priuilegio, quo exequutionem obtinuit, eodem esse pariter metiendam, quoad reuocationem,
2 ijs præcipuis comprobata fuit rationibus, & fundamentis.

Primò, quia Actor, & Reus non
3 debent ad imparia iudicari, vnde quemadmodum ad instātiam Acto-
4 ris fuit mandata sententia exequutioni, ità debet ad instantiam Rei, eidem fieri exequutio bonorum.

Secundò, quia à pari procedit
5 missio in possessionem, & reuocatio ipsius missionis, *Bal. per illum textum in l. Iudex*, C. *comminationes*, *vel Epistolas*, refert, & sequitur *Dec. in l. cauere iubere 2. notab. ff. de iurisd. omn. Iudic.* vndè quemadmodum sententia lata super assistentia, cuius virtute Actor, fuit mediante appretio, & adiudicatione positus in possessione, fuit exequutioni demandata, ità & reuocatio ipsius immissionis.

Tertiò, rescriptum impetratum
6 per Actorem, remouens appellationem, intelligitur remouere etiam respectu ipsius appellantis, secūdum *Baldum in cap. 1. in fin. extr. de rescript.* sequitur *Felin. in rubr. de rescrip. col. 2.* vers. *Considera.*

Quartò, asserit *Dom. de Franch. Sac.*
7 *Cons.* respexisse ad æquitatem, vt seruaretur æqualitas, pro qua seruāda multa includuntur in dispositione, quæ aliàs non includerentur, adducens *Crau. consil. 133. col. 3.* vers. *Sextò potest, vol. 1.*

Quintò, in Iudicijs quasi contra-
8 hitur *l. 3. §. Idem scribit, ff. de pecul.* ex quo axiomate succedit regula, quod
9 eiusdem naturæ est contractus, ac distractus, ex dictis per *Bald. in d. l. iubere 2. notab. in fin.* & eundemet *Præsiden. dec. 48.* cui inhæret *Senatus Pedemontanus*, teste *Thes. dec. 122.* Quibus attentis ità iudicauit Sac. Consil. de anno 1577. in causa Pompei Albertini cùm Camillo Albertino, referente *Dom. de Franch.* sicuti ipsemet præstat fidem in *d. dec. 136. n. 2. & fin.*

Reperi tamen eundem articulum tetigisse *Regentem Thomam Anellum*
10 *Salernitanum Sac. Consil. Præsid.* qui ex Aduocatione plurium annorum dignè expleto munere, ad Supremorum Magistratuum apices, ob eius insignem doctrinam, & peritiā, fuit euectus *in decis. 25. per tot.* longè post obitum *Dom. de Franch.* edita,
11 vbi *n. 1.* inquit Dominos Consiliarios de Aula Domini Altomaris extitisse in disparitate votorum, quodque ipse inclinauit in opinionem, quod sicuti sententia præstans assistentiam, habet exequutionem paratam, ità sententia reuocans assi-
12 stentiam præstitam; nedùm ex adductis per *Dom. de Franch.* ibi, quem non allegat, verùm etiam ex alijs rationibus, quarum

Prima est; quia causa appellatio-
13 nis est eadem cum causa principali, licèt sit diuersa instantia, secundum *Affl. dec. 10. n. 2. Rot. Rom. in nouis dec. 2. de procur.* non debet igitur
14 vni ex litigantibus concedi, quod alteri denegatur, ad *textum in l. non debet, ff. de regu. iur. glos. in cap. 2. de mut. pet.* vbi est *textus*, quod priuile-
15 gium concessum Actori præcludēdo viam appellandi, censetur concessum Reo in causa reconuentionis, & sic non solùm in eadem causa, sed in reconuentione, secundum *Abb.* ibi.

Secunda ratio depromitur à *Reg.* Sa-

16 *Salernit. ibi n.* 4. quia prima, & se-
cũda restitutio in integrum ad pin-
guius probandam in iudicijs, quæ
competit personis priuilegiatis, vi-
gore *Constitutionis Regn. Obscuri-
tatem,* quam Pragmatici appellant
primum, & secundum beneficium,
si conceditur ad instantiam Actoris,
est quoq; proficuum Reo secundum
dispositionem textus *in l. petendæ, C.
de tempor. in integr. restit.*

Tertia affertur ratio ab eodem
Regen. Salernit. n. 5. Nam si Reus ad
17 instantiam Actoris in iudicio per-
sonaliter comparere tenetur, pari-
ter Actor comparere tenebitur ad
instantiam Rei, ex adductis in *cap* 1.
col. 2. vers. *Quid si actor de dol. & con-
tum. in* 6.

Quarta ratio expensa à *Reg. Sa-
lernitano n.* 7. *ex Baldi* placito desu-
mitur, qui *in l. fin.* C. *de fideicom.* tra-
18 dit, quod si statutum disponit posse
legatum probari per duos testes, ex
hoc eodem statuto poterit probari
legati reuocatio pariter per duos te-
stes, ex quibus ità iudicatum recen-
set per Sac. Consil. de anno 1568.
quodque postmodum interrogauit
Consiliarios Aulæ Dom. de Curte,
qui idem sibi dixerunt, eamque ap-
probat determinationem in *Addit.*
19 *ad Salernit. Dom. Io. Bapt. Thor.* om-
ni virtutum genere decoratus plu-
res alios adducens *n.* 1. aliamque
subnectens rationem *n.* 2. ex *glos. fin.*
in verb. *quia in cap. accedens Vt lit. non
contest.* quia sententia reuocata, in-
20 telligitur reuocata executio, licèt
nihil in sententia dicatur, quæ vi-
detur mihi punctualis ad casum, ibi-
que approbarunt *Bal. & Barbat. n.* 76
Ann. alleg. 93. *n.* 2. *& sing.* 472. & per
prius idem *Dom. Thor. in Compend.
deciss. Regn.* verb. *Sententia assistentię*
21 *par.* 1. & licèt *in addit. ad Reg. Saler-
nit. in princip.* asserat de eadem de-
terminatione mentionem egisse
Dom. de Franch. in d. dec. 136. atta-
men fuit iudicatura in alia facti spe-
cie, nam determinatio allata per
Regen. Salernitan. emanauit de anno
1568. illa verò per *Dom. de Franch.*
de anno 1577. sicuti modò indica-
ui.

Nec defuerunt permulti alij non
languidæ fidei Authores, qui deter-
22 minationibus prædictis suum adhi-
buerunt calculum, tùm ex Nostra-
tibus, cùm exteris, quorum Antesi-
gnanum facimus *Ill. Marchion. Bel-
mont. Regen. Tap. in suo Cod. Iuris Re-
gni, prag.* 5. *n.* 6. *de offic. Sac. Consf. & in
prag.* 37. *n.* 13. *de offic. procur. Cæsar.* re-
latus *à Thor. in d. addit. ad Regen. Sa-
lernit. n.* 1. *& in prag.* 1. *de assisten. n.*
5. vers. *Et quantam in* 3. *lib. iur. Regn.
fol. mihi* 226. *col.* 2. *Franc. Viu. dec.* 286.
seu mauis quæst. *n.* 8. vers. *Nec in
præsentia,* vbi ità ipso assidente in
Regia Audientia Terræ Bari, iudica-
tum refert de anno 1589. sub die
9. Iunij in causa vertente inter Bea-
tricem Nennam, & Donatam Græ-
cam ex vna, & Ascolanum Sassum
ex altera. *Io. de Amic. cons.* 92. *n.* 5.
vers. *Et in tantum,* qui approbat
23 æqualitatem seruandam in iudicijs,
adeò quod si ex collitigantibus al-
ter, ex priuilegio non soluit expen-
sas litis, vel aliter non potest cogi,
minus tenetur altera pars soluere,
licèt videatur redundare in præiu-
dicium Actuarij, id quod putat mi-
rabile per *textum in l. in sacris,* vers.
Quoniam, vbi *Luc. de Penn. C. de pro-
xim. Sacror. Scrinior. lib.* 12. mihique
satis arridet ad confirmationem *d.
decisionis Dom. de Franch.* 136. *Carau.*
24 qui nonnulla aducrtit in materia
seruandi æqualitatem in iudicijs, in
rit. Magn. Car. 46. *n.* 13. *Consiliar. Pa-
schal. in tractat. de virib. patr. potest.
par.* 1. *cap.* 8. *n.* 145. versq; *Et si contin-
gas,* vbi meminit *Regentis Rouiti* mox
allegandi. *Carau. in rit.* 46. *n.* 1. vbi
per septem casus eruditè discurrit
qualiter æquitas sit seruanda, *Musca-
tell. insignis Practicus in prax. Sac. Con-
sil. lib.* 1. *par.* 7. *glos. Condemnando n.*

214. qui decisionem *Dom.de Franch.*
approbat, nonnulla per *Addent. ad
d.decis.136.*

Exteri quoq; copias præstant au-
xiliares *Dom.de Franch.*, presertim
Stephan.Gratian.dec.220. per tot. licèt
25 præfatæ *decis.* 136. non meminerit,
ipse etenim in eadem facti specie
tradit *n.* 10. fuisse decisum esse con-
26 cedendam retractationem exequu-
tionis factæ vigore sententiæ reuo-
catæ, idque vers. *Idem*, insinuat pro-
cedère in causa dotis, in qua non
retardatur exequutio per appella-
tionem, nam si posteà feratur sentē-
27 tia cōtra ipsam mulierem, exequu-
tio facta reuocabitur, & bona adiu-
dicata mulieri virtute primæ sen-
tentiæ reuocantur, & auferuntur,
non solùm contra mulierem, sed
etiam contra virum habentem cau-
sam ab ea, ad quod adducit *Bald.
Nouell.de dot.par.12.& vlt.q.23.n.69.*
sequutam à *Lancell.de attentat.3.par.
cap.24.n.50. q.1. tom.5. Contard.in l.
unic.C.si de momen.possess.n.3.* subdit-
que *Gratian.* peroptiuè *d. dec. 220.
n.6. & seq.* prefata locum sibi vin-
28 dicare, etiamsi sententia nulla de-
claratur, *Contard. loc.citat. limit.7.* in
verb. *Ratione nullitatis n. 55.* idemq;
*Gratian.in addit. ad seipsum in d.decis.
220. n.1.* allegat *Dom de Franch.* in
toties recensita *dec.* 136. vbi inquit
29 in Curia Romana stilum esse con-
trarium, non tamen extendendum
ad alia loca non subiecta, & aliqua
adnotauit *Gratian.dec.74. n.7. Mar-
sil.sing. 379. Magon. dec. Lucen. 62.
n. 7.*

30 Sed aduersus *Dom. de Franch.* in-
surgit, modestè tamen *Dom.Reg.Ro-
uit.in d.prag.2.de appellat.n.8* vers. *Et
quid si*, vbi proponens quæstionem
d. dec. 136. adducto *Dom. de Franch.*
inquit pragmaticam prebentem
31 exequutionem decreto assistentiæ,
loqui tantum in decreto affirmati-
uo, quando scil. præstatur assisten-
tia; secus verò esse in decreto nega-
tiuo, quando reuocatur sententia
assistentiæ; ad quod probandum, in-
quit facere tradita per *Iacobin. de
Sancto Georg.In l.fin. n.56. C. de ed &.*
32 *Diu. Adrian. tollen.* vbi ait, quod li-
cèt à possessorio adipiscendæ non
possit appellari, tamen limitatur si
33 sententia feratur per verba negati-
ua, & non semper à pari procedunt
potestates condemnandi, vel absol-
uendi, ex traditis per *Crott. in repet.
cap.Pastoralis, §.verum notab.5. de ap-*
34 *pell.* subdens *Reg.Rou.*ibi *n.10.Et ideò
dùm casus acciderit, erit vlterius cogi-
tandum*, cuius celeberrimi viri ver-
35 ba impulerūt me ad eiusmodi pro-
positionem enucleandam, calamum
arripere, vt posteris indubia perma-
neret.

Vrgent rursùs contra *d. dec. 136.*
36 quæ pleno calamo exarauit *Hieron.
de Ceuall. in tractat. commun. contra
comm. tom.4.quæst.897.n.862.* vers. *Ex
qua resolutione*, vbi ex pluribus sua-
dere nititur, quod si prima sententia
exequutioni demandata fuerit, &
deindè reuocata, non per hoc exe-
quutio retractabitur, si ab ea appel-
latum fuerit, sed expectandus est
exitus appellationis ab hac secunda
sententia interpositæ, pluribus iti-
dem medijs rem discutiens.

37 Et Primò, quia virtus exequu-
tionis tribuitur primæ sententiæ, &
non alijs, nam aliàs daretur pro-
cessus in infinitum, vt nunc prima,
statim secunda, & illicò tertia exe-
quutioni mandentur, ex quo maxi-
ma damna, & incommoda pateren-
38 tur litigatores, vndè circuitus est
vitandus, ad quod adducit *Ceuall.
loc.cit. textum in l.conuenire, ff.de pact.
dotal.*

Secundò inquit *Ceuall. n. 864. &*
39 *seq.* vers. *Pro qua sententia*, exequu-
tionem primę sententiæ, postquam
iam habuit effectum suum semel,
cessare quoàd secundam instantiam
effectus vię exequutiuæ, quæ inte-
rim, quod si lis non finitur, extincta
est

eſt,& ſic via ordinaria aduerſus ſententiam primam procedendum eſt, per *textum in l. à Diuo Pio, §. Si poſt addictum, ff. de re iud.* vbi traditur,
40 quod ſi res addicta creditori exequenti vigore rei iudicatę, pro debiti ſolutione euicta fuerit, non poteſt amplius creditor agere via exequutiua, quia iam virtus, & effectus exequutionis extinctus fuit per ſententiam primam addictionis,ex doctrina *Bart. in d. §. ſi poſt addictum n. 1. Iaſ in l.eleganter 24.n.2. ff.de pignorat. action. l.ſi pro fundo, C. de transſ. gloſ. fin. in l. ſi fundum, C. de euiction. Parlador. lib.2. rer. quotidian. cap.fin. 4.par.§.16. n.20. & 21. Ludou.dec.Peruſ.111. à n.9.*

41 Tertiò adſtruit *Ceuall.n.866.*quia cauſa ſemel effecta ordinaria, ſemper remanet ordinaria, & appellabilis, ex traditis per *Lancellottum de attentat.2.par. cap.4.in præfat. n.572. & in cap.12. limit.24. n.18 Rot. Rom. dec.132. in 1.par. diuerſor. Pontan. de alim.cap.19.n.7.*

42 Quartò inquit *Ceuall.n.868.*verſ. *Rurſus*, ſi inſtrumentum guarentigiatum habens de iure paratam exequutionem, fuit vulneratum ex imperitia iudicantis, proferendo ſententiam contra Reum reuocando exequutiuam, tunc ratione dictę reuocationis, & vulnerationis, non poteſt amplius inſtrumentum exequutioni demandari, donec fauore exequutionis ſint tres ſententię cōformes de iure canonico, ſecundum *Rot.dec.132.in 2. par. diuerſor. & in vna Firmana penſionis 14. Decembris 1592. & in Romana cenſus 28. Ianuarij 1599.* vt docet *Hieronymus Gonzales ſuper gloſ. 6.n. 202.*

Quintò tuetur ſuam opinionem *Ceuall.* ex adductis per *Gonzales loc.*
43 *mox citat.* qui adducit plura ſimilia, quod res ſemel effecta alienabilis, ſemper remanet alienabilis, *l. pater filium 28. §. quindecim libertis, ff. de legat.3.* vbi *Bart.& DD.Molin. de hiſpan.primog.lib.1.cap. 10. n.7.Caſſador. dec. 8. de reſcrip.* Et res, quę ſemel
44 exiuit de trunco, & familia,non dicitur amplius de trunco,vt ſit locus retractni, ſecundum *Gomez. in l. 40. Taur.n.34. in fin.& in l. 70. Taur.n. 44. Guttier.conſ.21.ex n.16. Tiraq. de retract. lignag. §.5. gloſ.9. n. 19.* Itidē
45 ſemel tranſmiſſibile, ſemper remanet tranſmiſſibile, *l. videamus, ff.quod*
46 *met. cauſ.* & ſemel effecta Curialis, ſemper remanet Curialis, *Rot. deciſ. 43.de appell.* & ſemel cauſa remiſſa
47 Cardinali, nunquam committitur inferiori, *Gomez. in compen. ſignaturæ*
48 *n.48.*& beneficium ſemel affectum, ſemper remanet affectum, *Rot. dec. 16.de præben.in antiquis,* ex quibus,& alijs ſimilibus ſuadere nititur cauſam ſemel effectam ordinariam,ſemper remanere appellabilem,& ordinariam.

49 Et adducens poſtmodum *Ceuall.* ex *n.* 883. verſ. *Sed pro contraria*, ea quę pro deciſione *Dom. de Franch. 136.* ſtringunt, eandem memorans deciſionem *n.* 895. non potuit negare,quod d. deciſio reddit multum dubiam ſuam quęſtionem, ſubdit tamen immediatè *n.* 897. verſ. *Sed aduerſus* practicam generalem omnium Tribunalium,tàm Eccleſiaſticorum, quàm Sęcularium eſſe contra dictam deciſionē *Dom.de Franch.* & repetens eandem quęſtionem de verbo ad verbum idemet *Ceuall. in*
50 *in tractat. de cognition. per viam violentiæ 2.par. q.24. n. 75.* inquit ità in Tribunalibus Hiſpanię practicari,& nuper fuiſſe ſic iudicatum in *Regali Cancellaria Pinciana in quadam Cappellania Oppidi de Sepes*, non obſtante appellatione, ſeruando practicam Tribunalis Hiſpanię, *ipſemet* fidem pręſtat.

Occurrendum eſt igitur obiectis:

Et quatenus ad *Regen. Rouit.* placitum attinet, quod *prag.* dans exe-
51 quutionem decretis aſſiſtentię, loquatur in decreto affirmatiuo, non-

aute m negatiuo quale est reuocato-
rium affirmatiui, ex *doctrin. Iacobin.*
à Sanct. Georg. modo allegata, & ex
52 dictis per *Crot.* adductum per eum-
demet *Dom. Rou.* cuius *Nos* memini-
mus *n.*30. illud minimè refragatur,
nam etiam iura loquentia in sentē-
tia dante, procedere debent etiam
in sententia reuocante datum, quā-
do par concurrit ratio, sicuti vno
ore fatentur DD. disposita de con-
53 tractu locum sibi vindicare etiam
in distractu, vnde pragmatica lo-
54 quens de decreto assistentię affir-
matiuo, viget quoque in decreto
assistentię reuocatorio, cum eadem
concurrat ratio, & maior; statuta
enim ex identitate rationis exten-
55 duntur ad similia, ad *textum in l. il-*
lud, ff. ad l. Aquil. cum sexcentis concor-
dantibus, & probat *Euerard. in loc. à*
ratione legis larga, quo in casu non
dicitur lex extendi, vel statutum,
56 sed enucleari, vt communiter tene-
ri tradit *Menoch. de recuper. possess. re-*
med. 14. *n.* 18. *cum seq. Prosper Fari-*
nacius in fragm. par. 1. *lit. E.* verb. *Ex-*
tensio n. 50. *cum multis seqq.* quod au-
57 tem eadem ratio concurrat, indè
dignoscitur, nam priuilegium exe-
quutionis tributum huic sententię,
datum censetur ob salutares illas
clausulas in instrumento contentas,
quas enucleat magistraliter de mo-
re *Reg. Rou. in prag.* 1. *de assisten. per*
tot. pręsertim *n.* 24. & ex illis reme-
dijs cumulatis datur assistentia, mo-
58 dò quando decretum assistentię re-
uocatur, clausulę illę, & remedia
cumulata nullum retinēt robur, ac
59 si non essent, quomodò igitur po-
terit nunc victus retinere bona sibi
concessa vigore sententię, quæ tunc
vti victori iustum pręb ebat titulum,
si titulus ille, data reuocatione sen-
tentiæ, redactus fuit ad non titulū?
textum habemus de hoc capitalem
in *l. filio, S. contra tabulas, ff. de inoffic.*
testa. quem meritò extollit, & singu-
60 larem præconizat *Ludou. Rom. cons.*
454. ibi etenim redacta in irritum
sententia, cuius contemplatione in
re possessor tenebatur, res ipsa cum
fructibus restituitur, quem textum
loqui indifferenter etiam in fructi-
bus percipiendis, tenet *Osasc. decis.*
160. *n.* 12. *Nati. cons.* 535. *Menoch. de*
recuper. possess. remed. 15. *n.* 638. *Becc.*
cons. 95. *n.* 5. *Hipolit. Montaner. ad Oli-*
ban. de action. par. 2. *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 14.
Mastr. dec. 29. *n.* 7. *Mut. dec.* 10. *n.* 17.
vbi satis pulchrè, quos *Ego* adduxi
61 in famigerata illa causa D. Caroli
Caraccioli cùm patrimonio Mar-
chionis Lauelli, de qua extat *meum*
responsum in 1. *disceptat. forens. cap.* 1.
n. 18. *cum seqq.* & docto suo calamo
agit *Ill. Dom. Praceptor meus March.*
Ramon. Sac. Consil. emeritissimus Præses
in 2. *controuers. forens. cap.* qui
vti vnus ex votantibus in causa prę-
dicta interfuit.

Vlteriùs: si verum est creditores
obtinentes pro eorum credito sen-
tentias assistentiæ, ob remedia prę-
dicta cumulata, esse priuilegiatos in
exequutione, quantò magis priuile-
giari debent debitores vigore iuriū
eis competentium obtinentes re-
62 uocatoriam assistentiæ? nam maiori
priuilegio potiuntur Rei in senten-
tijs absolutorijs, quàm Actores in
condemnatorijs, ad *tex. in l. fauora-*
biliores, vbi *Dec. & Cagnol. ff. de reg.*
iur. vndè benè infertur pragmaticā
pręd ictam extēdendā ex maioritate
rationis, & ex fauorabilitate, ex qui-
63 bus statuta faciliùs de vno ad alium
casum extenduntur, vt circa fauo-
rem, de omnium Doctorum con-
sensu probat *Farin. loc. cit. n.* 77. *&*
seq. & de maioritate rationis *n* 79. *et*
64 *seq.* quæ adducta, & ponderata vidi
ab eruditissimo viro Collega, & Do-
mino meo (quem in Præceptorem
habeo) *Io. Dominico Gait. in celebr. tra-*
ctat. de credit. cap. 4. *quæst.* 7. *ex n.* 895.
vers. *Verumtamen*, vbi cum *Præsid.*
contra *Dom. Rou.* concurrit, sed Ego
65 addo nedùm ex vi extensiua, verùm
etiam

etiam ex vi compræhenſiua d.prag. compræhẽdere cauſam appellationis, vt reuocata ſententia aſſiſtentiæ eodem modo exequutioni demandetur, ſicuti prima ſententia,& ex his aduertit *Dom.Gait.n.*903. eſſe ſuperatam difficultatem factam per *Reg.Rou.de doctr. Crot.in d.cap. Paſtoralis, §.verum.*

Id verò, quod pariter adduxit *Dom.Rou.in d.prag.* 2. contra *Præſid.*
66 *de Franch.* de authoritate *Iacobin. de Sancto Georg.* perbellè enucleat *Dom. Gait. d. n.*903. quod procedit in ſententia primo loco lata denegante aſſiſtentiam, non autem in ſententia reuocante primam (qua-
67 lis eſt caſus deciſionis *Præſid. de Franch.*) cum appellatio à ſententia poſſeſſorij adipiſcendæ per verba negatiuè prolata concedatur, adeò quod,diuerſò in caſu, cùm loquatur
68 *Iacobin.* non eſt ad rem noſtram trahendus, cui opinioni, per alia tamen media, aliaſq; rationes, conſentit *Horat.Barbat.* ſuper *prag. de aſſiſtentia gloſ.1.n.*52. verſ. *Et quamuis,* exploſo *Reg. Rou.* placito, ac intelligentiam dare ſtudet ad *d. prag.*2. & ad *doctr. Iacobin.* nolens tamen pertranſire ſecũdum ea, quæ doctè admodum tradit in materia *Dom.Gait.*
69 *loc citat.* inquiens in hac materia ipſum ratiocinari, vt in omnibus(corrigenda ſanè oblocutio de tanto viro) agnoſcitur etenim contradicendi ſtudio herclè obloquutum fuiſſe, prædictaq; exaraſſe, quod *Ego* ſemper abhorrui, & execratus ſum.

Euitandi ſunt modo ſcopuli nobis parati à *Ceuall.* Vndè
70 Primum non obſtare dicimus, quod res protraheretur in infinitũ ſi reuocata prima ſententia, daretur exequutio ſecundæ illius reuocatoriæ, & ſic in tertia, & vlteriori, hoc etenim eſt allegare inconueniens; Vltra quod minus rectè dicitur dari progreſſum in infinitum, etenim datus eſt modus in appellando, cum non liceat tertiò appellare, & ſic nõ
71 datur progreſſus in infinitum, nec vllus apparet circuitus inutilis, imò vtiliſſimus erit quiſquis iudicaturæ ſtatus, vt ſuam obtinet ex eo Victor exequutionem, & indè emerget, vt euitentur damna, & diſpendia,nam quilibet enitetur ſuas habere ſentẽtias, à quibus appellari non pateat aditus, adhoc vt firmè rei in iudicio deductæ poſſeſſionem habeat, & retineat.

Secunda aſſertio *Ceuall. de tex. in §. ſi poſt addictum, l. à Diuo Pio, ff. de re iud.* minus facit, nam ideò in caſu illius tex.exequuta iam re, & creditori addicta, ſi euincatur, non poteſt iterum agi prima illa via exequutiua, quia res peruenit ſtante euictione ad aliam perſonam,contra
42 quam via exequutiua experiri non poteſt; Itidem ex alio ibi via exequutiua non agitur,quia iam habuit effectum ſuum ſententia, ſiue Iudicis decretum,& actio modo nõ
77 reuiuiſcit, ſed competit tantùm actio, vt de nouo ſe dirigat via ordinaria, non etenim amplius via exequutiua agere poterit, licèt res addicta,per euictionem ſibi ablata fuerit, ſicuti docet *Paul. de Caſtr. in l. permiſceri §.fin.n.*8.verſ *Item,& quartò,ff.de acquir.poſſeſſ.* & in fortioribus terminis tenet *Reg.Rouit.in rubr. de inſtrum.liquid. n.*45. *& ſeq.* vbi *n.* 47. refert ità iudicatum: At in theſi noſtra,ſententia aſſiſtentiæ fuit obnoxia reuocationi, vndè dùm habuit exequutionem in prima inſtantia,ſi reuocatur, debet eodem modo exequi in ſecunda,ne ad imparia Actor, & Reus iudicentur.

74 Tertia ratio *Ceuall.* colorata ſanè eſt,non ſubſtantialis(parcat mihi vir eruditiſſimus, eius etenim pace dictum velim) ſiquidem admiſſo,cauſam ſemel effectam ordinariã, ſemper ordinariam remanere,& appellabilem, non eſt quid ex ea contra deciſionem *Præſid.de Franch.* deduci queat;

queat; Erit sanè effecta ordinaria
75 causa, vt scil. ordinariè in ea agatur lite contestata, seu dato termino, qui in Regno vim litis contestationis habet, & debeant obseruari omnes illi actus iudiciales, de quibus in *cap. quoniam contra de probat. & in l. prolatam*, C. *de senten. & interloc. omn. Iudic.* qui habentur vti præambuli ante sententiarum prolationem, & si pariter, concedamus, quod sit ef-
76 fecta appellabilis, sanè intelligi debet, vt non impediatur appellatio quoad effectum deuolutiuum, non autem suspensiuum, debet etenim eadem ratione, quia exequutionem habuit prima sententia, etiam exequutionem obtinere si retractetur, ex qua enucleatione, patet itidem responsum ad quintam *Ceuall.* propositionem ex plurimis congestam similibus.

Quarta ponderatio *Ceuall.* deducta ex eo, quod instrumentum aliquod guarentigiatum habens de iure paratam exequutionem, si fuit vulneratum ex imperitia iudicatis, proferendo sententiam contra Reũ reuocando viam exequutiuam, tunc ratione d. vulnerationis, & reuocationis, non potest amplius exequutioni demãdari instrumentum prędictum, donec fauore exequutionis sint tres sententiæ conformes, in minimo refragatur, siquidem, vltra quod ex dictis per eundemet *Ceuall.* præfata procedunt de iure canonico, ergo non de iure ciuili (quo in casu noster est sermo) subdimus data reuocatione postmodum decreti interpositi etiam ex imperitia Iudicis, debere reuocari omne id, quod virtute iniusti decreti, fuit peractũ,
77 nam appellatio dicitur theriaca cõtra venenum, iniustitiæ, & æmula sententiæ.
78 Quò fit: vt euasis argumentorum scopulis, expulsisq; opinionum nebulis, lucidior emergat Sacri nostri Consilij determinatio, de qua apud *Dom. Præsid. de Franch. dec.* 136. quicquid *Reg. Ron.* & *Ceuall.* fuerint enixi in contrarium excogitare, & in cõprobationem præfatæ determina-
79 tionis, facit *Loffr. cons.* 78. *n.* 16. inquiens, quod si Iudex dedit tenutã parte non citata, debet eam reuocare etiam altera parte non citata in reuocatione, idem *D. de Franch. dec.* 288. *Io. Franc. del Castill. dec.* 139. *n.* 1. *lib.* 2. vbi *d. dec.* 136. vulgatam
80 enunciat, adeòquod (exiguo meo iudicio) secundum dictam determinationem fore in futurum iudicandum apertè sustineo, tùm ex prædictis, tùm etiam, quia articulus est
81 iuris, & dùm pluries fuit decisus per Sac. Consil. sicuti initio adnotaui, ex adductis per *Regen. Salernitan.* factum est ius in Regno, secundum *Afflict. dec.* 96. *Dom. de Franch. dec.* 238. à quo nec latum quidem vnguem permissum est elongari.

SVMMARIVM.

1 *Sacri Consilij Authoritas metuenda, & veneranda est ab omnibus.*
2 *Sacrum Consilium in qualibet die Iouis audit relationes Magnæ Curiæ Vicariæ à grauaminibus propositis corã Spectabili Dom. illius Præside, qui de ijs relationem fieri iubet, & aliorum Tribunalium inferiorum.*
3 *Relationes Magnę Curiæ Vicariæ, aliorumque Tribunalium inferiorum vnde ortum habuerint, vt fierent in qualibet die Iouis.*
4 Alexander Rouitus *Iudex Magnæ Cu-*

Curia Vicaria Regen. Rouit. *filius laudatur.*

5 Dom.Scipio Rouitus Regens *laudatur.*

6 *Dispensatio fieri solita à Supremo Collaterali Consilio, quòd etiam in die Iouis liceat procedere ad expeditionem causarum, recensetur.*

7 *Causidici redarguere solent de nullitate decreta interposita per Sacrum Consilium in die Iouis, non habita dispensatione à Supremo Collaterali Consilio.*

8 *Nullitas fuit proposita aduersus decretum interpositum per* Sac. *Consilium in die Iouis, ex quo non adfuit dispẽsatio Collateralis Consilij, in causa Venerabilis Menasterij Sancta Maria de Spe Nationis Hispana, pro qua patrocinium prastitit* Author.

9 *Pragmatica nulla cauetur, quod in die Iouis decreta non debeant interponi per* Sac.*Consilium, sed tantùm destinata fuit dies ad audiendas relationes Magna Curia, nulla adhibita clausula annullatina, vel irritante.*

10 *Lex quod non dicit, nec Nes dicere debemus.*

11 *Lege, vbi aliquid cautum non reperitur, de eo apponi non debet.*

12 *Dispensatio prastita per Collaterale Cõsilium, quod procedatur etiam in die Iouis, habet clausulam* Dummodò non impediantur relationes Magnæ Curiæ Vicariæ.

13 *Dictio* Dummodò *modum, designat, & quandoque etiam conditionem.*

14 *Relationes Magna Curia Vicaria, si non impediantur in die Iouis, potest Sac.Consil. decreta interponere absq; labe nullitatis.*

15 *Nullitatem proponens aduersus decretum Sacri Consilij, eoquod interpositum fuit in die Iouis, debet probare fuisse exindè impeditas relationes Magna Curia Vicaria, aliàs non erit nullum.*

16 *Dispositio limitata, limitatum producit effectum.*

17 *Dispensatio ad vnum effectum inducta, non debet alium effectum operari.*

18 *Statutum, aut lex, quod non dicit, non debet ab alio suppleri.*

19 *Dicere sufficit, quod non est lex, qua id dicat.*

20 *Negligenda non sunt, qua ad vberioris cautelę cumulum adhibentur.*

21 Decisio Sacri Consilij, *qua fuit pronisum Nullitates non obstare, dùm opponebatur, necessarium fuisse dispensationem Collateralis Consilij, ad hoc vt procederetur in die Iouis, recensetur.*

ARGVMENTVM.

Decreta interposita, & sententiæ prolatæ per Sacrum Consilium, in die Iouis destinata à Regiis Pragmaticis ad audiendas relationes Magnæ Curiæ Vicariæ, tùm in ciuilibus, cùm in criminalibus, aliorumq; Tribunalium inferiorũ à grauaminibus propositis coram Spectab Pręside ipsius Sacri Consilii, qui decretationem emittit, quod Tribunalia prædicta relationem faciant, An nullitatis labem incurrant, eò quod dispensatio Collateralis Consilii non interuenit, quod in diebus prędictis liceat causas expedire secundum formam hactenus consuetam? Et funditùs ponderata formula dispen-

pensationis prędictę, fundat *Author* ritè, rectèq; procedere decreta in diebus Iouis, eò quòd nulla municipali lege cautum reperitur, quòd in diebus Iouis destinatis ad audiendas relationes à grauaminibus Magnę Curię, decreta non interponantur, sed tantùm respexit Collaterale Cõsilium, quod non impediantur relationes Magnæ Curię, quò fit, vt allegans nulla existere decreta, necessè habeat, eiusq; onus sit in primis probare, impedimentum fuisse pręstitum relationibus Magnę Cur., id etenim oritur asserendum ex clausula apponi solita in dispensationibus Collateralis Consilij, dũ inquiunt *Liceat dummodò non impediantur relationes Magnæ Curiæ Vicariæ*, itaque iudicatum in causa Venerabilis Monasterii Sanctæ Marię de Spe Nationis Hispanię per Sacrum Consilium reiciendo nullitates, easque non obstare decernens, *Authore* pro decreto patrocinãte, adducitur.

OBSERVATIO LX.

Sacrum Regium Consilium, Summum iustitiæ Prætorium in Regno, cuius authoritas veneranda ab omnibus, ac metuenda est, eòque se extendit, vt iuris articuli nodosi, complexi, & dubitabiles, si ab eo determinati fuerint, illicò ius promanat inuiolabile, certamq; formam inducit casibus in similibus eiusmodi determinationes sectari, quasi q; lex indicta sit in Regno, si *Affl.* credimus in *dec.96.* consueuit omnium Tribunalium florentissimæ Ciuita-
2 tis Neapolis grauamina audire per viam relationis à Iudicibus inferioribus, illisq; subordinatis, obtenta à Spectab. Domino eiusdem Sac. Consil. Præside, regio diplomate, quod Decretationem, Pragmatici nuncupare, assueti sunt, quo cauetur, atq; iubetur vtriq; Magnæ Curiæ, tùm in Ciuilibus, cùm in Criminalibus, Magnæ Curiæ Admiratiæ, Nobili Arti Serici, Tribunali Ponderum, & & Mensurarum, Curiæ Artis Lanæ, alijsq; similibus Tribunalibus, quòd de grauaminibus in supplicationibus partium conquerentium expressis, & expositis, verbum faciant
3 in d. Sac. Consil. indictaq; relationibus illis est, dies Iouis cuiuslibet Hebdomadæ, à pragmaticis Regni sanctionibus tempore *Serenissimi Regis Ferdinandi I.* & *Illustris. D. Raymundi de Cardona* Regni moderatoris de anno 1519. redactis in nouissima Pragmaticarum compilatione, opera, &
4 solertia Alexandri Rouiti eiusdem Magnæ Curiæ Vicariæ in ciuilibus olim Iudicis, dignissimi filij maximi

filius

illius viri Scipionis Rouiti earumdē
5 pragmaticarum celeberrimi, enucleatoris, communis Præceptoris, qui Clientum frequētissimis calculis diù detentus vti inter eximios, ac Primi ordinis causarum Patronos magni nominis, nemini sua tempestate secundus, Regij Consiliarij, ac postmodum Præsidentis Regiæ Cameræ munere functus, tandem Regentis Regiæ Cancellariæ sedem conscendit (non sine omnium plausu) de anno 1633. sub *tit. de Offic. Sac.Cons.prag.* 8. incip. *Relationes*, & *in rubr. de Offic. Magist. Iustitiar. prag. itidem* 8. §. 5. vers. *Quæ capitula.*

6 Quò factum est, vt vsus inoleuerit, expetendi à Supremo Collaterali Consilio decretationem, qua permittitur etiam de alijs causis in ipsa die Iouis tractari, tenoris subsequentis, *Liceat expedire etiam in die Iouis, dummodò non impediantur rela-*
7 *tiones Magnæ Curiæ*, ex qua ansam arripuerunt nonnulli ex Causidicis (si quando dispensatio prędicta non interuenerit) à decretis in dicta die interpositis per Sacrum Consilium, dicendi de nullitate, eaq; nulla declarari facere ex defectu dispensationis prędictæ non obtentæ, prout in causa Venerab. Monasterij Sanctæ Mariæ de Spe Nationis Hispa-
8 næ Ordinis Sancti Augustini, quam *Ego* vti Aduocatus tutatus sum, de qua memor fui *hoc eod. opere obseru.* cùm D. Paulo Fraucolino, disputandum mihi fuit, existente Commissario Dom. meo Carolo Brancatio Regio Consiliario, in Aula Decana Dom. mei Consiliarij Didaci Varela votantibus cum prædictis, Dominis meis Consiliarijs D. Gasparo Soto adiuncto, & Marco Antonio Cioffi, dùm inter cæteras oppositas nullitates aduersus decretum Sac. Consil. præcipua ea fuit, quod decretum prædictum nulla præuia dispensatione processerit, adeòq; eiusmodi nullitatem Aduocati D. Pauli ad Sydera vsque extollebant, vt difficilè reputauerint ei occurri posse, ac insanabilem prorsus præconizabant.

Ego verò (vt meo satisfacerem muneri) aiebam, paruifaciendam esse nullitatem prædictam ex infrascriptis assumptis.

9 Primò quia nulla lege nequidē municipali, siue statutaria, dispositū est, nullitatis labem incurrere decreta absque dispensatione prædicta, interposita, nam in præcitatis Pragmaticarum locis, ex quibus indictā obseruauimus diem Iouis audiendi relationes grauaminum ab enūciatis Tribunalibus inferioribus, nullū adest verbum clausulæ annullatiuæ, aut irritantis, sed dumtaxat dies certa assignatur audiendi relationes, &
10 quòd non dicit lex, nec nos debemus dicere, vt inquit *Bal. cons.* 289. *col.* 1. *lib.* 2. *Socc. cons.* 74. *n.* 3. *lib.* 3. *l. illam*, vbi communiter *Repeten. C. de collat. Surd. cons.* 574. *n.* 5. *lib.* 4. *Neuiz. cons.* 69. *n.* 11. *Crau. cons.* 25. *n.* 9. *lib.* 1. *Alex. cons.* 52. *n.* 16. *lib.* 4. Et vbi le-
11 ge aliquid cautum non reperitur, nec de eo potest opponi, §. *optimum in Authen. de non eligen. secundo nub. collat.* 1. *Franc. Becc. cons.* 162. *n.* 22. *lib.* 2. Vndè *Imperator in Authen. de trien. & semiss.* §. *consideremus collat.* 3. turpe indicauit, & obnoxium, aliquid sine lege dicere, & est *tex. in l. si seruus seruum*, §. *non dixit Prætor, ff. de acquir. hæred. Corn. cons.* 178. *n.* 7. *vol.* 1. *Reg. Valenz. cons.* 92. *n.* 94. *lib.* 1.

Secundò, aiebam dispensationis formulam, qua vtitur Collaterale Consilium, suadere, non adesse nullitatem, si absque illa dispensatione
12 Sac. Consil. procedit, nam conceditur sub infrascriptis verbis, *Dummodò non impediantur relationes Magnæ Curiæ*, tota igitur mens, & intētio Collateralis Consilij in dispensando, eò tendit, vt non fiat impedimentum relationibus Magnæ Cu-
13 riæ, quæ dictio *Dummodò*, licèt mo-

dum importet, secundum *Bartol. in l. quibus diebus*, §. *vltim. col.* 2. vers. *Quid de dictione Dummodò*, *ff. de condit. & demon.* per *l. cum ab eo ff. de contrahen. empt. Bal. in cap. dudum lo 2. col.* 6. vers. *Et hæc faciunt ad quæstionem de elect.* vbi dicit eam non facere cõditionem, sed obligare ad sic faciendum; aliquando tamen etiam conditionem importat, vt patet ex *cap. vt præteritæ de elect. in 6. Bertran. cons.* 201. *col.* 3. *n.* 5. *lib.* 1. *Guid. Pap. cons.* 106. *col. antepen.* vers. *Secundò est dictum*, *Franc. Rip. lib.* 2. *responsor. cap.* 9. *col.* 1. *Tiraq. de retract. lignag.* §. 8. *glos.* 8. *Mars. de clausul. claus.* 34. *n.* 1. *par.* 1. veluti si adijcitur substantiæ dispositionis, & non exequutioni, sicuti docet *Seraphin. dec.* 1017. *n.* 4. *Verall. par.* 2. *dec.* 35. *n.* 3. *Caualer. dec.* 255. *n* 4. loquens de illa clausula, *Dummodò pacem obtineat*, *Ludouis. dec.* 311. *n.* 12. vbi loquitur de clausula, *Dummodo solutio fiat*, *Rota dec.* 1160. *n.* 2. & 3. *par. lib.* 3. *diuersor.* vbi dicit verba illa formam substantialem continere, quorum memor fuit *D. Petrus Franciscus de Tonduti Sanleger. quæstionum ciuilium lib.* 2. *cap.* 67. *n.* 5. quasi velit dicere Sacrũ

14 Consilium non esse prohibitum interponere decreta in diebus Iouis, si non impediantur relationes.

15 Onus igitur proponentis eiusmodi nullitatẽ erit, probare, quod fuerunt impeditæ relationes Magnę Curiæ, ad hoc vt possit de nullitate dicere decreti, in illa die interpositi, aliàs

16 nullitati minimè subiacebit, quia limitatè dispensatio procedit, & ideò limitatum debet producere effectũ, *l. in agris*, *ff. de acquir. rer. dom. l. cum sermo in princip.* vbi *Bal. ff. de contrahen. empt. l. cancellauerat*, *ff. de his, quæ in testam. delen. Surd. cons.* 449. *n.* 3. *Crau. cons.* 6. *n.* 87. & 97. *Burs. cons.* 76.

17 *n.* 8. Et cùm dispensatio inducta fuerit ad vnum effectum ne impediantur relationes in die Iouis faciẽdæ, quibus pendentibus non debet Sac. Consil. causas sui Tribunalis agere, non debet modo contrarium effectum operari, vt omninò abstineat à iudicando, etiamsi impedimentum minimè relationibus præstetur, *l. legata inutiliter*, *ff. de legat.* 1. *l.* 3. §. *si emancipatus filius*, *ff. de bonor. possess. contra tab.* ibi, *Quo magis admittatur, non quominus adhibeatur*, *Rol. à Vall. cons.* 23. *n.* 16. *lib.* 4. *Barbat. cons.* 31. *n.* 17. *lib.* 3. *l. in ratione* 30. §. *tametsi in fin. ff. ad l. falcid.*

Tertiò ponderabam; Conditores pragmaticarum rectè sciuisse apponere in pragmaticis præcitatis, nullitatem actus, siue nullitatem decreti interpositi in die Iouis, dùm igitur non expresserunt, noluerunt *l.* 1. §. *sin autem ad deficientis*, *C. de cadue. toll. Dec. cons.* 309. *col.* 4. vers. *Nec ob-*

18 *stat*, *Rol. à Vall. cons.* 55. *n.* 27. *vol.* 1. Et quòd lex, aut statutum non dicit, non potest ab alio suppleri *Marc. Anton. de Amat. dec. Marchiæ* 2. *n.* 32. & *dec.* 52. *n.* 23. vndè dicebat *Ias.* post alios, quos allegat *in l. illam col.* 3. *C. de collat.* quòd sufficit dicere,

19 quod non est lex, quæ hoc dicat §. *optimum in Authen. de nupt.* notant *Canonistæ in cap. inter corporalia de transl. Prælat. l.* 3. *ff. de præuaricator. Cannet. in Extrauag. Volentes*, vers. *At non erit n.* 11. *pag. mihi* 93.

Quartò: occurrebam motiuo per Partem adducto ad insinuandam nullitatem actus, de obseruantia obtinendi dispensationes passim ad hoc vt procedi possit per Sacrum Consilium etiam in die Iouis; Nam vltrà quod debent intelligi eo modo, quo à Nobis fuit obseruatum *n.* 14. attamen, quæ ad vberioris cau-

20 telæ cumulum adhibentur, negligenda minimè veniunt, ad *tex. in l. non solent*, *ff. de regu. iur.*

Ex quibus Sacrum Consilium in causa modò enunciata de Mense Nouembris 1648. referente eodem

21 Domino Consiliario Brancatio decreuit, *Nullitates non obstare*, & *proindè*

indè depositum duc.24. pro pęna liberetur Regiæ Curię, *& pro ea Magnifico Secretario Sacri Consilij* penès *Actor. Magistrum* Figliola.

SVMMARIVM.

1 TOrmenta bellica, *vndè originem in Orbe habuerint.*

2 *Vsus tormentorum bellicorum, innumeras hominum turbas mori fecit.*

3 *Historiarum lectione, nihil dulciùs, nihil delectabiliùs excogitari potest.*

4 Author *dolet non posse vacare lectioni Historiarum.*

5 *Historiarum notitia, maximè decet Iurisperitos, imò necessaria dicitur.*

6 *Ciuitates plures deuastatæ fuerunt ex tormentis igneis.*

7 *Vsum armorum igneorum satis creuisse, insinuatur.*

8 *Plebicularij homines alioquin timidi, enasi sunt audaciores ex asportatione armorum igneorum.*

9 *Ensis delatio, cur hodie à Nobilibus sit obsoleta.*

10 *Ensis ab Antiquis, vnicum armandi specimen fuit habitum.*

11 *Nobilitatis honor, ense tantùm, non alijs cum armis consequi consueuit.*

12 *Pragmatica edita tempore D.* Raymũdi *de Cardona, quod vtens scoppictis, & archibusijs ad nocendum in pęnam incidat mortis naturalis, recensetur.*

13 Pragmatica de ictu Scoppicti, *fuit renouata de anno* 1614. *die* 14. *Aprelis.*

14 *Foriudicationis tempus fuit abbreuiatum ad dies quindecim contra committentes delicta cum scoplis paruis.*

15 *Pęna in stipulatione de non offendendo apposita, an dicatur commissa, & pax rupta dicatur ex sola ostensione Archibusij contra illum, cum quo pax facta erat.*

16 *Deueniens ad actum facti proximum, dicitur rupisse pacem.*

17 *Securitas rumpitur etiam verbis, quãdo quis fecit quicquid potuit.*

18 Author *distinctionis fœdere quęstionem enucleat.*

19 *Affectus non punitur non sequuto effectu, de consuetudine totius Italię.*

20 *Effectus quando non dicitur sequutus.*

21 *Pax dicitur rupta, & pęna commissa attento statuto ex simplici exoneratione Archibusij, etiamsi in persona percussus quis non fuerit, secus verò in terminis iuris communis.*

22 *Leges non debent esse ludibrio.*

23 *Affectus quando puniatur, vel non, effectu non sequuto.*

24 Decisio Sac. Consil. *apud* Gizzar. 25. n. 10. *habuit nimis rigorosam pragmaticam de exoneratione Archibusij.*

25 *Pragmatica de exoneratione Archibusij non procedit, nisi duobus concurrentibus quòad puniendum conatum.*

26 *Conatus de per se, nisi alijs concurrentibus, nunquam fuit punitus in terminis Pragmaticę de exoneratione Archibusij.*

27 *Appensatè insiliens armorum igneorũ genere, punitur vigore Pragmaticę de exoneratione Archibusij.*

28 Dom. Balthassar de Angelis, *perpetuus Iudex Magnę Curię in criminalibus, laudatur.*

29 Author *excitauit quęstionem in* Annotation.ad Muscatell.in rubr.de ictu Scoppict. Archibus. & Balist. *an affectus sit puniendus, non sequuto effectu.*

ARGVMENTVM.

Tormentorum igneorum vsus; Archibusij, Scoppittę, & Balistæ, quot ærumnis humanum genus angustiauerint, quæq; in Republica damna intulerint, Terra, Marique, quotque hominum fecerint cędes, vetustarum lectionum memoria, & Historiarum lectione repetita, indicatur. Hinc collaudatis Pragmaticis Sanctionibus, quæ rigorosè statuerunt procedi contra asportātes eiusmodi armorum genera, iisque abutentes, pulchra, & quotidiana dispungitur quęstio, Vtrum pęna in stipulatione de non offendēdo apposita, in casu quo Paci initę fuerit contrauentum, dicatur commissa, proindeq; Pax rupta, si vnus ex promittentibus alterum insilit, & contra illum Archibusium, siue Scoplum, aliudue eiusmodi tormentorum genus exoneraūit, eo tamen non percusso, nec aliqualiter tacto? qua in re Aientium, & Negantium recollectis placitis, *Author* distinctionis fędere conciliandam rem existimauit, Vel etenim attentis terminis Iuris communis resolutio expetitur quęstionis, & tunc pęna non dicatur cōmissa, quia affectus non punitur, non sequuto effectu de generali totius Italię, imò Vniuersi Orbis Consuetudine, si *Grammatico* credendū est in *decisionibus relatis*, Sin autem statuta attēdantur peculiaria, & pęnam esse commissam, pacemq; ruptam approbat *Author*, ad hoc vt Statutarię dispositiones, sicuti Regni Pragmaticę sanctiones censentur, aliquid operari, dignoscantur, neuè ludibrio fiant; Nec immemor determinationis Sac. Regii Cōsilii apud *Nicolaum Gizzarellum dec.* 25. quod affectus nunquam puniatur, nisi sequuto effectu, si duo non concurrant, nempè quod delinquentes sint aliàs facinorosi, quodq; appensatè huiusmodi armorum genere insiliant, & aggrediantur, ei se subscribit *Author*, quamque aliàs indeterminatam remisit quęstionem in *Annotation. ad praxim Criminalem Ioan. Bernardini Muscatelli*, modò enucleatam tradidisse, magnoperè gaudet.

OB.

OBSERVATIO LXI.

1 TOrmentorum bellico-
rum, armorumque
igneorum genera, à
Tartareis conflata
manibus, ac ab eiſ-
dem Inferorum incolis, eiuſque re-
gionis, ſuadentibus Dæmonijs, peſſi-
mis, infenſiſq; humani generis ho-
ſtibus, mortalibus iamdudum inco-
gnita, in Orbem inuecta, (non iniu-
rià) quiſquis dixerit; eorum namq;
2 vſu innumeras hominum turbas,
mari, terraq; cæſas, eneruataſque
ex multiplici Hiſtoriarum lectione
(qua nihil dulciùs, nihil delectabi-
3 liùs agnoui) & (ò Vtinam : datum
mihi eſſet, vt præhabitis aliquando
4 proceſſuum plenis mærore folijs, aſ-
ſiduiſq; iurgantium aditionibus, in
ijs expatiari Authoribus, à quibus
repetita vetuſtarum ætatum me-
moria, geſtarum rerum notitia im-
butus, edoceri magis potuiſſem; pau-
cas etenim illas horulas, quas ſom-
no mihi furari conſueui, vix ſatis
ſunt ad Pandectas conſulendas, Cõ-
ſultorumq; innitendi placita, meis,
vt Cliẽtibus morem gererem; Gau-
deo tamen vehementer in primis
meæ ętatis cunabulis, plura tùm Re-
gni, cùm exterarum nationum hi-
ſtoriarum volumina percurriſſe, ea-
5 rum etenim ſcitiam maximè dece-
re; imò Iureconſultis neceſſariam
fore, ſcripto mandauit *Conſiliorius*
olim *Marcellus Marcianus*, Aduoca-
tus ſua tempeſtate nemini ſecundus
*in 1. cõſiliorum ſuorum volum. conſ. 9. n.
38. lib. 2.*) edocti ſumus, quinimò Ciui
6 tates ipſas, miſerè fædatas, ad cædem
vſque ac miſerrimam ſtragem de-
ſtituta, & funditùs deleta, planè in
compertum habemus.
7 Adeòq; frequẽs, & ineffrenatus (ma-
lo noſtro fato) inualuit vſus, vt ex eo
rũ aſportatione, timidi alioquin ho-
8 mines, ex infima plebe progẽiti, au-
daces, & tumidi euaſi, homicidia
plurima patrarint, cædes quamplu-
rimas commiſerint, & proh dolor?
pacificum Reipublicę ſtatum inter-
9 uerterunt; Nobiles verò, quorum
gloria conſiſtere debuiſſet in Enſis
delatione, ne imparibus contende-
rent armis, Enſem ipſum, quem An-
10 tiquiores, cæteris poſthabitis ar-
morum ſpeciebus, vti vnicum ar-
mandi ſpecimen conſuerunt, in quo
virtutes plures includuntur ſi *Boua-
dill.* credimus in ſua *Politic. lib. 1. cap.
13. n. 60.* verſ. *Ni tampoco*, inquienti,
11 cum enſe non alijs armorum ſpe-
ciebus, nobilitatis honorem conſe-
qui, per hæc verba, *Y aſſi con la eſ-
pada, y nò con otra arma ſe reçibe la
honra de Caualleria*, deferre nõ curãt,
& ſi deferre nõ deſinunt, ad ornatũ
tãtùm eo inſigniti videtur, nam ſi ri-
xari contingat, igneis enituntur pu-
gnare tormentis, inſtrumentiſque.
Quò factum eſt, vt ſedu-
lò rem perpendens Illuſtriſſimus
12 Regni Prorex D. Raymundus de
Cardona Supremo ſecum aſſiſtente
Collaterali Conſilio, pragmaticam
ediderit ſanctionem de anno
qua cautum fuit, quod quicumque
ad alicui nocẽdum, vſus fuerit Scop-
pittis, Arcabuſis, & Baliſtis, etiam
quod effectus ſequutus non fuerit,
nec ictus aliqualiter nocuerit, pænã
mortis naturalis incurrat ipſo facto,
ſiue intùs Ciuitates, vel Terras, ſiue
extrà, dictum delictum patrauerit,
hoc ſubiuncto, quòd propter atro-
citatem delicti, affectus deductus ad
actum proximum, pro effectu con-
ſumato puniatur, cuius pragmati-
cæ memoriam habuit *Gram. dec. 36.
n. 12.* quamq; breui licèt compen-
dio, ſcitè admodum commentauit
Foller. nõnullas excitando quæſtio-
nes.

nes. Et licet *Reg. Rou. in commentar. ad eandem Pragmaticam*, putet eam in desuetudinem abijsse, attamen fidem adstringit suam sub die 14.
13 Aprelis 1614. fuisse renouatam, & nouis prohibitionibus adauctam, nam dùm per pragmaticam editam de anno 1612. die 13. Martij, fuerit abbreuiatum tempus foriudicatio-
14 nis contra committentes delicta cum scopl's paruis ad dies quindecim, fuit postmodum per dictam pragmaticam anni 1614. quæ est *sub tit. de armis* 52. iniunctum, quod etiamsi arma non fuerint explosa, sed apta tantùm ad feriendum procederetur ad foriudicationem cum abbreuiatione, sicuti enarrat *Dom. Thor. in Compen. deciss. Regn. par. 2.* verb. *Pragmatica de ictu scoppitt. pag. mihi* 472.

Modò propositum à Nobis theorema, negantes habet, & affirmantes Authores, Negat siquidem *Octauian. Vulpell. conf. 82. n. 5. & seq.* innixus *Baldi* placito *in l. si qua per calumniam in princ. C. de Episc. & Cler. Dec. conf.* 406. fusè idem *Vulpell. in tractat. de promiss. de non offenden. q. 91. Hieron. Gabr. conf. 171. per tot. Bertaz. conf. crim. 177. n. 5.* verf. *Non obstat*, qui loquitur in casu fortiori, quan-
15 do scilicet stipulatio erat de non offendendo, siue de non molestando, quo casu tenet non dici ruptam pacem, etiamsi directum, & ostensum fuerit Archibusium contra eũ, cum quo pacem habebam, quia per hoc pax rupta non dicitur, *Vulpell. de tregu. & pace q. 61. Bero. conf. 196. n. 39. & conf. 100. n. 3. vol. 3. Sim. de Prat. conf. 188. n. 8. & 23. Card. Tusc. practic. conclus. lit. P. concl. 180. n. 1. ad* 8. quibus inhęret *Giurb. conf. crim. 10. n. 22.* verf. *Inde est.*

16 Affirmat tamen *Claud. Bertaz. in addit. ad consil. Patris sui* 243. ea ratione, quia quando est deuentum ad actum facti proximum, vt quia data est pecunia sicario, & mandatum, quia in se fecit quantum potuit, dicitur rupta pax, & commissa pena, itaque decisum refert, subdens
17 notabiliter, etiam verbis rumpi securitatem, siquis fecit, quicquid potuit, *Vulpell.* parum sibi constans, *conf.* 49. & plenius *conf. 51. per tot. conf. 67. n. 5.* vbi dicit communem, & *conf. 82. in princ.* vbi inquit ità cõsuluisse *Io. Bapt. Asinium, Anton. Strozzium, & Ludouicum Merula, Corn. conf. 51. n. 11. lib. 1. Clar. in §. Assassinium,* verf. *Scias etiam, Mascar. concl. 1157. n. 86. Cardin. Tusc. d. concl. 180. n. 10. & seqq.*

Quid dicendum? satis, superque
18 vereor, aientibus, vel negantibus, meum præbere calculum; distinctionis igitur moderamine neutram tãtorum virorum sententiam improbabo, vtramque recipiam.

Vel etenim quæstio incidit difinienda iure communi Romanorum attẽto, nullo existẽte statuto, quod affectus puniatur non sequuto effectu, & cõmuni negantium opinioni inhærendũ puto, ex ijs, quæ DD. mox adducti exararunt, nam cùm affectus nũ-
19 quam puniatur non sequuto effectu, ex generali consuetudine totius Italiæ, *Bart. in l. 1. §. huius ff. de quæstion. Thesaur. dec. 243. Episcop. Ricc. dec. 70. par. 1. Turrett. conf. 9. n. 66. conf. 57. n. 1. in 1. Thesaur. iun. forens. q. 24. par. 2. Ludou. dec. Lucen. 11. Ludouis. dec. Rot. Rom. 8. Menoch. de arbitr. cas. 360. n. 43. 55. 95. 110. Decian. lib. 9. crim. cap. 30. n. 13. lib. 7. cap. 35. n. 12. Mastr. dec. 293. Maceraten lib. 3. resol. 18. n. 1. Farin. q. 3. n. 8. q. 30. n. 31. Caball. de homicid. n. 502. & 594 Couarr. in cap. si furiosus par. 2. n. 11. de homicid. Giurb. obser. 33. n. 1. & 2.*
20 vbi insinuat quando effectus non dicitur sequutus, post *Foller. Gram. & Muscatell.* nostrum, de qua consuetudine plenè per *Gram. dec. 2. 37. 33. & 74. n. 9.* vbi ità seruari subdit de consuetudine totius mundi, eiq; arridet *Thesaur. decis.* 243, vbi optima

ma* *Additio eius Filij*.

Vel agitur in terminis ſtatuti punientis affectum, etiam non ſequuto effectu, ſicuti in caſibus pragmaticarum enunciatarum *n.* 12. & indubitanter teneo eſſe commiſſam ſtipulationem de non offendendo, ex ſola exoneratione Archibuſij
21 abſque percuſſione, ſtatuti namque verba non debent ſtare otioſa, ſed operari, ad *tex. in l. ſi quando, ff. de legat. 1. l. 4. ff. de vſufr. l. quod labeo, ff. de carbon. edict. cap. ſi Papa de priuileg. in 6. Alex. conſ. 21. n. 17. lib. 3. Rot. Gen. dec. 195. n. 13. Affl. dec. 44. n. 19. Rolas de ſucceſſio. cap. 21. n. 4. Io. Garſ. de nobilit. gloſ. 1. §. 1. n. 24. Reg. Valenz. conſ. 23. n. 104. Bertaz. in repet. l. ſi quis maior, n. 241. C. de tranſact.* cuius contrarium eueniret, & eluderentur pragmaticarum diſpoſitiones, quæ
22 ad inſtar legis, non debent eſſe ludibrio, *l. cum non ſolum, §. vbi autem, C. de bon. quæ liber. gloſ.* verb. *Retrahere, l. ſi quando, C. de teſti. Bart. in l. cunctos populos n. 2. C. de Summ. Trinit. Menoch. lib. 2. de arbitrar. Iudic. caſ. 377. n. 17.*

Quam ſanè diſtinctionem inſinuat mihi adamuſſim *Gabr. in d. cõſ.*
23 *171. n. 1.* vbi negatiuam ſuſtinens opinionem, tradit, quod ſicuti pæna ſtatutaria non incurritur, quamuis conſtet de voluntate offendendi, & fuerit deuentum ad actum proximum, niſi fuerit ſequutus effectus, ità pæna eiuſmodi conuentionis committi non poteſt, niſi verè perſona offenderetur, dùm igitur Pragmaticæ puniunt affectum non ſequuto effectu, benè procedit opinio affirmat, quod committitur ſtipulatio ex ſola exoneratione Archibuſij.

Nec præfatæ meæ diſtinctioni obi-
24 cem præſtat *Conſiliar. Gizz. dec. 25. n. 10.* qui in terminis *d. pragm. Ad reſtringendum,* inquit, S.C. approbaſſe eam opinionem, quod affectus puniatur non ſequuto effectu, & Pragmaticam de exoneratione Archibuſij viſam nimis rigoroſam, ideòque
25 non niſi duobus concurrentibus eã admittẽdam putauit, ſcil. quod delinquentes ſint aliàs facinoroſi; Secundò, quòd appenſatè quis huiuſmodi armorum genere inſiliat, & aggrediatur, ibiq; vltrà determinationem factam per Sac. Conſil. ipſo referente de anno 1603. die 26. Septembris, tradit poſt cauſam illam deciſam reperijſſe Apoſtillam manu Fabritij Sanmarci Auunculi ſui Aduocati ſuo tempore Primarij, qui in cauſis criminalibus excelluit, qui in dicta Pragmatica teſtatur bis habuiſſe in facto, & nunquam Pragmati-
26 cam prædictam practicatam in conatu, Nam potius meæ opinioni ſuffragatur, & mirificè illam comprobat, dùm rigor Pragmaticę prædictæ fuit renouatus de anno 1612. & 1614. vti modò adnotauimus *n.* 13. Et quò ad ſecundum requiſitum *Nos* quoque præſupponimus abſque dubio caſum in eo, qui eiuſmodi armorum genere, appenſatè aggredi-
27 tur; Videndus tamen eſt *Dom. Balthaſ. de Angelis* doctus vir, digniſſi-
28 mus Magnæ Curiæ Vicariæ Iudex in Criminalibus perpetuus à Sacra Regia Maieſtate creatus, qui plura notabilia adducit ad enucleationem dictarum Pragmaticarum, quolibet herclè Magiſtratu dignus, in *addit. ad d. deciſ. 25. Gizzar. Muſcat.* noſter *in prax. crim. tit. de cognit. ſeu probat. delict. in rubr. de ictu Scoppict. Archibuſ.*
29 *& Baliſt.* vbi Ego plura adnotani, & de huiuſmodi quæſito egi, licèt ſubdubius tunc extiterim ſub ſpe tamẽ aliàs enucleandi, qua de re meam nunc exoluo fidem, quamq; tradidi, firmo ſententiam, peritiorum iudicio ſubmiſſam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Rebus iudicatis parendum est.
2 Litibus finem imponunt res iudicatæ.
3 Sententiæ, siue res iudicatæ rescindi nō possunt.
4 Sententia lata, quidpiam amplius quæri non potest.
5 Instrumenta de nouo reperta, ac rescripta Principum, rebus iudicatis non debent nocere.
6 Sententiæ faciunt de albo nigrum, de non ente ens.
7 Res iudicata habetur pro veritate, & ex quadratis facit rotunda.
8 Rem iudicatam pro se habens, dicitur habere rei euidentiam.
9 Lites vt finiantur, maximè studuerunt Legislatores.
10 Sententiæ vires non subsistunt, si ab ijs appellatum fuerit.
11 Sententia appellatione suspensa, reducit rem iudicatam ad terminos litis contestatæ.
12 Iudicatum, appellatione suspensum, vel extinctum, pro nihilo reputatur.
13 Appellatio est theriaca contra venenum Iudicis, & æmula sententiæ.
14 Emptor rei venditæ subhasta, vrgentibus creditoribus, non debet molestari super re ipsa iure creditoris anterioris vendita, etiamsi creditor quicumque is fuerit anterior, auditus non fuerit, nec in Iudicio adstiterit, sed de veritate infra.
15 Hastæ iudicialis authoritas, de facili conuelli non debet.
16 Venditio sub hasta facta, perpetuam accipit firmitatem.
17 Res sub hasta vendita, perpetuo iure dominij penès emptorem esse debet.
18 Emptio, & venditio sub hasta, nullo Principis rescripto, nec ætatis beneficio, aut vlla alia ratione, euerti debet.
19 Senatus Cathaluniæ, non admittit creditorem super re empta sub hasta, sed tantùm ad prætium depositatum, vel contra eos, qui obtinuerunt liberationem.
20 Decisiones Senatus Cathaluniæ, quibus fuit determinatum non esse molestandum emptorem super re empta sub hasta, referuntur.
21 Emptor subhasta, non debet manere deceptus authoritate publica.
22 Nemo accederet ad emendum sub hasta, si super re empta molestiam pati posset.
23 Venditiones sub hasta retractari, nedùm iniquum, sed etiam exemplo perniciosum est.
24 Emptor sub hasta remanet securus ex eo solo, quod prætium soluerit, vel deposuerit penès eum, cui solui, vel deponi iussit Iudex.
25 Creditores inauditi, & incitati in venditione rei facta sub hasta, nullum habent præiudicium, quin super re illis hypothecata, experiantur.
26 Creditor anterior potest agere contra possessorem fundi sibi obligatum, vel aduersus creditores posteriores, licèt venditus fuerit fundus sub hasta.
27 Hypotheeata res, in quemcumque transeat, transit cum onere suo.
28 Hypotheca afficit rem quocumq; vadat, sicuti lepra leprosum.
29 Præiudicium nullum infertur creditoribus anterioribus non citatis, nec auditis, nec consensum præstantibus, quin agant pro eorum credito super re hypothecata, etiamsi vendita fuerit sub hasta.
30 Hypotheca creditoris anterioris, non dicitur extincta, neque resoluta ex venditione facta sub hasta.
31 Creditores anteriores, non obstante venditione sub hasta facta rerum illis hypothecatarum, possunt intentare Saluianum interdictum contra earum possessores.
32 Proclamata generalia non præiudicant ali-

alicui, qui nominatim citari debuisset.

33 *Venditio quantumuis publicè facta, ijs non nocet, qui cùm essent certi creditores, nominatim citati non fuerunt.*

34 *Proclamata generalia non nisi ad incertos, & incognitos creditores pertinent.*

35 *Persona si est incerta, & tamen de facili potest sciri, & certificari, non arctatur per citationem generalem, & pro proclamata.*

36 *Debitor nullus potest dicere sibi incognitos, & incertos esse creditores.*

37 *Creditor anterior, an possit agere super re vendita sub hasta, spinosa est quæstio, quæ Comitiis in generalibus esset determinanda.*

38 Author *tenet opinionem, quod creditores anteriores non auditi, nec citati legitimè in Iudicio venditionis rei illis hypothecatæ, etiamsi subhastatæ fuerint, possint ad eorũ libitum exercere eorum hypothecam super re ipsa, si malint.*

39 Dom. Consiliarius Paulus Staibanus *laudatur.*

40 *Vendita re iure crediteris anterioris, hypotheca competẽs posterioribus creditoribus, fuit penitùs sublata.*

41 *Crediter accipiens rem pignori, videtur sibi data petestas, ut vendat tanquam Dominus.*

Creditor *ex pignoris constitutione habet ius vendendi, & dominium transferendi.*

42 *Dominium tale debet posse transferri, quale fuit tempore licentia datæ, idest pignoris conuenti.*

43 *Debitor postquam rem pignori subiecit, si denuò alteri illam obliget obligatio secunda pendet ex dominio primi creditoris.*

44 *Dominiũ debiteris si aufertur ex causa præcedenti, aufertur etiam omnibus, quorum ius pendet ex facto debiteris.*

45 *Iure datoris resoluto, resoluitur quoq; ius acceptoris.*

46 *Ius acceptoris, an resoluatur, resoluto iure datoris, siue ex voluntate, siue ex necessitate.*

47 *Debitor ob secundam pignoris constitutionem, non potest præiudicare iuri quæsito anterioribus creditoribus.*

48 *Hypotheca posterior, non potest præiudicium inferre hypothecæ anteriori.*

49 *Decisum passim obseruatur, quod vendita re sub hasta non citatis, nec auditis creditoribus anterioribus, possint ij agere super re ipsa vendita.*

50 *Proclamata, seu cridæ, ut fiant ad finem excludendi creditores anteriores ab agendo super re vendita sub hasta. fuit non semel tentatum in Comitijs generalibus.*

51 *Ciuitas Neapolis abundauit semper, & abundat peritissimis Aduocatis.*

52 *Mutanda non sunt, quæ certam semper habuerunt determinationem.*

53 *Citatio generalis per cridas, & proclamata non sufficit, sed debet esse certa.*

54 *Obseruantia localis, ad alias Prouincias extendi non potest.*

55 *Emptori sub hasta, satiùs consultum est per cautionem præstandam à ereditoribus comparentibus, quibus pecunia liberatur.*

56 *Actio competit emptori sub hasta agendi contra fideiussores, & creditores, quibus fuit liberata pecunia, licèt verba ad eum non dirigantur.*

57 *Emptor sub hasta, non eget cessione ad hoc ut agat contra creditores, quibus depositum per ipsum factum fuit liberatum, quia cautiones prædictæ sunt ordinatæ etiam pro interesse ipsius.*

58 *Emptor sub hasta, largo modo dicitur creditor, ad finem agendi contra eos, quibus depositum fuit liberatum.*

59 *Obligatio* Cameralis *ex clausula* Quorum intereſt, *omnibus interesse habentibus, prodest.*

60 *Decretum venditionis sub hasta, prodest etiam emptori aduersus eos, qui prætium receperunt, quia illud emanauit, nedùm ad fauorem creditorum anteriorum, verùm etiam ad fauorem emptoris, cuius intererat prætiũ conuerti in satisfactionem creditorum,*

rum, etiam quod in dicto decreto emptor non fuisset nominatus.

71 *Emptor sub hasta facto deposito securus remanet, & eius periculum cedit dãno creditorum, non ipsius emptoris.*

62 *Emptor sub hasta excludit creditorem posteriorem à iure offerendi super re empta.*

63 *Ius offerendi cessat in venditione sub hasta.*

65 *Emptor sub hasta gaudet priuilegio ne valeat creditor posterior aliquid contra ipsum pratendere circa augmentum temporis, neq; debitor, cuius res vendita fuit.*

65 *Decisio Sacri Consilij de anno 1573. die 24. Nouembris, quod creditor posterior in re vendita sub hasta non gaudeat augmento temporis, sicuti nec debitor ipse, cuius res fuit vendita, apud* Io. Vincen. Ann. alleg. 56. n.8. *recensetur.*

ARGVMENTVM.

Dominia rerum in commercio hominum existentium, ne sub incerto vagentur, vtque firma permaneant ad quietem inter Ciues conseruandam, bonoq; Reipublicę cõsulendum, plura à Consultis emanarunt Responsa, plures sancitæ fuerunt leges, non pauca statuta dimanarunt; quò factum est, vt re sub hasta vendita vrgentibus creditoribus, peculiaribus, ac Edictalibus Cæsarum Constitutionibus fuerit dispositum, ipsius hastæ fiscalis fidem firmam esse debere, nec facilè conuellendam, cuius quęsiti occasione arrepta, pulchra satis, & vsui forensi accommodatissima discutitur quęstio; Vtrum re subhasta vendita, non auditis, nec citatis, aut consentientibus creditoribus anterioribus, quibus eadem res per prius erat hypothecata, tantæ sit efficacię hastæ Iudicialis, vt creditores ipsos anteriores, experiri satagentes super eadem re iam distracta, instantibus posterioribus creditoribus, omnnò repellat, eisque impedimentum, siue obicem aliquem prębeat? Vel veriùs, illos omni iure admittendos esse? qua in re *Author* (vt sui instituti fert ratio) ad partes quęstionem trutinans, eamque à primis (vt aiunt) principiis deducens, pro creditoribus anterioribus esse veriùs opinamentum tradit, pluribus ad ipsius comprobationem conglomeratis, pręsertim, quia absq; ipsorum facto, Ius illis ex prima obligatione quæsitum, alterius facto, nullum potuisse pręiudicium inferri, maximè ab eodem debitore, qui rem pluribus discriminato tempore hypothecauit; Itidem, quia omnia

abhor-

abhorrent Iura, præiudicium alicui non citato, nec audito, nec vllum pręſtanti conſenſum, inferri debere; Rurſus: haſtam Iudiciariam, eiuſmodi Iuribus pręiudicare, minimè poſſe, concors omnium inſinuata eſt ſententia; Vt indè factum ſit in pluribus Europæ, pręſertim Italię Regionibus, ad eiuſmodi conciliandaſcribentium diſſidia, peculiaribus ordinationibus cauere ſatiùs iudicatum eſt, vt Cridę, ſiuè Generalia programmata pręcedant venditiones rerum ſub haſta expoſitarum, quibus legitimè peractis, ſi intra præſtitutos dies creditores anteriores non comparuerint, ſtabilis rerum poſſeſſio emptori adiudicetur, nulloque tempore via ſternatur comparētibus creditoribus amplius illum ſuper re poſſeſſa moleſtare, quas Cridas exoptaſſe in Senatu Cathalunię exclamantem inſinuat *Author Io. Petrum Fontanellam in tractat. de pactis nuptialibus, clauſula 5. gloſ.* 8. ex *n.* 48. ac in Regno Comitiis in Generalibus ſermonem aliquando fuiſſe habitum, indicatur, vt non immerito idemet *Fontanella* ſpinoſam eiuſmodi indagationem iudicarit; Nec conqueri poſſe emptorem ſub haſta, ſi creditorum anteriorum hypotheca adhùc firma perſiſtit, eaq; reſoluta minimè cēſetur per emptionem ſub haſta factam; Nam pluribus commodis, & priuilegiis ipſum potiri obſeruat *Author*, nempè quod pecunia, quæ alioquin libera peruenire debebat in poſſe creditorum, ſeruitutis laqueo iuguletur, ac mediante cautione pręſtāda liberetur, quę ſemper extare dicitur in ipſius emptoris commodum, & ſecuritatem; Itidem, ſecurus remanet emptor ab omni periculo depoſitę pecuniæ, cuius cędes, ſiue lues ſi euenerit, creditorum damno, non ipſius emptoris cedere, certum eſt; Nec paruifaciendum eſt illud, & aliud commodum, quod conſequitur emptor ſub haſta, dùm ab omni offerendi iure, quod aliàs competere creditoribus poſterioribus indubium eſt, liber euadit; Et pro coronide: augmentum temporis cōtra ipſum pretendere creditores poſteriores omni arceantur Iure, ac protinùs repelluntur; de quo poſtremo enunciato, determinatio aliàs

facta per Sac. Consilium de anno 1573. die 24. Nouembris, referente doctissimo illo *Consiliario Jacobo Anello de Bottis*, apud *Io. Vincentium Anna alleg.* 56. *n.* 8. recensetur.

OBSERVATIO LXII.

Dominia rerum ne sub incerto vagentur, vtque aliquis esset litium finis, ob rerum publicarum vtilitatem, qua Ciuium paci, & concordiæ consulatur, Consulti inuigilarunt, atque ex eorum responsis ius constitutum habemus,
1 vt rebus iudicatis parendum sit, siue Iudex æquum dixerit, siue iniquum, eæ etenim litibus finem im-
2 ponunt, *cap. finem litibus de dol. & contum. Aloys. de Leo in l.* 1. *n.* 30. *de iur. & fact. ignor. Ill. Dom.* Reg. *Tap. March. Belmont. in Constit. Hostici exceptionem n.* 14. *Giurb. dec.* 116. *n.* 17. post quos Ego *in* 1. *disceptat. forens. cap.* 20. *n.* 22. *l.* 1. *ff. de re iud. l. cum prolatis* 32. *in fin.* Namq; dispositum est, res iudicatas, siue sententias rescindi non posse,
3 *l.* 2. C. *sententias rescind. non poss.* quodque pro veritate habeantur, *l. res iudicata* 207. *ff. de regu. iur.* Nec
4 post eas amplius quicquam quæri posse, *l. post rem iudicatam* 56. *ff. eod.*
5 frustraq; contra eas ostendi Principis rescripta, aut instrumenta de nouo reperta, *l. Imperatores* 35. *ff. eod. l.* 1. *C. quan. prouoc. non est necess.* facere
6 de albo nigrum, *l. ingenuum, ff. de stat. hom.* de non ente ens, iisque magnoperè deferendum esse tradit ex plu-
7 ribus *Reg. Valenz. cons.* 68. *n.* 21. *lib.* 1. vbi pro veritate rem iudicatam haberi dicit, & ex quadratis facere rotunda, per *tex. in l. cum putarem, ff. famil. ercisc. & n.* 28. *eiusdem consil.* 68. inquit, cum qui habet pro se
8 rem iudicatam, dici habere rei euidentiam; Cùmq; omnibus alijs in rebus, vt publicæ consulatur vtili-
9 tati, finiendis litibus maximè studuerint legislatores, *l.* 1. *ff. de vsucap. tex. in princ. Instit. eod.* quò respexit *l.* 3. §. *tametsi, ff. de recept. arbit. l. quidam existimauerunt* 21. *in fin. ff. si cert. pet. l.* 1. *C. de non.* Cod. *facien. l. properandum* 11. *C. de iud. cap. finem litibus de dol. & contum. clem. Dispendiosam* 2. *de iud. Luc. de Penn.* multa ad id congerens *in l. litibus, C. de agric. & censit. lib.* 11. *Catelian. Cott. in memorab. iuris,* verb. *Lites citò, l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. l. si quis* 11. *C. de reb. cred. l. si finita,* §. *posteà, ff. de damn. infect.* pulchra sunt verba *extrauag.* 1. *de priuileg. incommunib.* §. Sanè, ibi, *Sed pro ea, quam intendebat quiete turbatio nata est, pro concordia sunt suborta dissidia, & pullulata inquietudines pro tranquillitate noscuntur, sicq; dùm ansam soluisse credit, nodum ligasse videtur, & septem vno hydra amputato capite suscitasse, cap. Pastoralis,* §. *ne lites litibus de caus. possess. & propriet. l.* 4. §. *ait Prator, ff. de damn. infect. Gamm. dec.* 199. *n.* 4. *Reg. Valenz. cons.* 72. *n.* 34. *lib.* 1. vbi alia plura cumulat, *Rodulph. Forner. lib.* 3. *rer. quotidian. cap.* 1. *Anto. Pichard. manuduction. iuris ciuilis, &* Regij *Hispani par.* 2. §. 1. *n.* 3. vers. *Ergo, Ego ipse in* 2. *disceptat. forens. cap.* 50. *n.* 26. *& seq. & n.* 87. qui est *finalis, & in* 1. *cap.* 19. *n.* 49. dummodò à sententijs ipsis prouocatum non fuerit, *l.* 1. *ff. de re iud. l. cum prolatis* 32. *in fin.*

11 Sententia namque appellatione suspensa efficit, vt res iudicata ad terminos litis contestatę reducatur, de quo *tex.* elegans in *l. ita demum, C. de procurat.* quam non esse alibi di-

xit

xit *Alex.conf.73.in 3.Osasc.dec.Pedem. 5. sub n.1. Gratian. discept. 40. n. 45.* & ex Nostratibus, *Præsid. Sac. Cons. Io. Anton. Lanar. cons.64. in fin.* Magnus Practicus *Muscatell.* noster *in prax.Sac.Cons. par.2. glos.1. n.38.* ibique *nostra Annotatio*, & vti probè aduertit *Illust. Dux Reginæ Reg. Fab. Galeot.controuers.Illustr. cap.61. n.12. & seq.lib.1.* iudicatum appellatione
12 suspensum, vel extinctum, pro nihilo reputatur, & proindè ex eo nullus producitur effectus, *Rot. Rom.* apud *Martin. Andr. dec.9.n.3.* ac omniscius *Baldus* aptè rem concinnans,
13 appellationem censuit esse theriacam contra venenum Iudicis, ac æmulam sententiæ in *l.vnic. in fin.* C. *de mömen.possess. Rebuff.de appellat. in præfat. n.78. tom.3. pag.mihi 481.Ipse in 1.discept. cap 1. n.61.* vbi alia nonnulla ad rem consarcinaui, *Escobar 1.par. de puritat. & nobilit. proban. q. 13. §. 3. n. 16.* post *Couarr. Pelaez, Azeued.& Couarr. in locis per ipsum citatis.*

14 Ex quibus, alijsq; non paucis concordantibus aiebat emptor, idemq; possessor rei emptæ sub hasta vrgentibus creditoribus, non esse molestandum super re ipsa iure creditoris anterioris vendita, etiamsi creditor quicumque is fuerit anterior, auditus non fuerit, nec iudicio adstiterit, & pro emptore afferebatur
15 quoque authoritas hastæ iudicialis, ex qua sollemnis præsumitur venditio, nec de facili conuelli debet, ad *tex.in l.1.& 4.C.de fid. instrum. & iur. hast. fiscal. lib.10. l.2. C. si aduers. fisc.l.si hypothecas* 8.C. *de remiss.pignor. Affl. dec. 340. n. 4. Damhouder. de subhastat. cap.fin. n.33. Coler. de process. executiu. par.3. cap. 9. n.93. & seq. Anto.Fab.in Codice eius nominis, lib.8. tit.19.defin.6.n.22.in allegat. Menoch. cons.1121. sub n.3. Peregr. de iur. fisc. lib. 6. cap. 4. de vendit. & empt. fiscal. n.16.& seq. Valasc.consult. 37.n.1. Io. Petr. Fontanell. in 2. de pact. nuptial. claus.5. glos.8. par.7. n. 40. & dec. 65. n. 2. & dec. 222. n. 18. in fin. par. 1. Mastr.dec.84. n.2. Criuell. dec.44. n.2. Mangil. de subhast. q. 15. n.5. Ludou. Post. in simili tractat. inspect.35. n.81. cum seqq. Rebuff. in rubr. de præcon. n.14. Reg. de Pont.de potest.Proreg. tit. de regal. imposit. §.5. n. 34.& seqq.* insignis D. *Francisc. de Amaya in d. l. si tempora n.8. de fid.instrum. & iur. hast. fiscal. lib. 10. Consiliar. Arias de Mesa variar. resol. lib.2. cap. 29. n. 4. Matthias Berlich. dec. 126. n. 11. par. 1. Matth. Coler. dec. 126. n. 12. & seqq.*
16 vbi asserit venditionem, & emptionem sub hasta factam, perpetuam accipere firmitatem, per *tex. in l. fin. C. si propt. public. pensitat. vendit.*
17 *fuerit celebrat.* subdens, rem perpetuo dominij iure penès emptorem esse debere vti sub hastæ sollemnis auctione fuit addicta, ad quod expendit *tex. in l. quacumq; 5. d.tit.C.de fid. instrum.* affirmatque *n. 14.* Nec
18 Principis rescripto, nec ætatis beneficio, aut vlla alia ratione, emptionem, & venditionem sub hasta celebratam, euerti debere, conducentibus verbis, *tex. in d.l.quacumq;* ibi, *Authoritate rescripti fuerit impetratū, Othom. cons. 23. n. 7.* vers. *Itaque regulariter*, alijque permulti à *Me* adducti in *Annotatio.ad Muscatell. lib.2. par.3. glos. Venduntur, pag.518.* vers. *Nisi Ego*, & in 2. *disceptat. forens. cap. 50.n.54.* vers *Nec ex defectu.*

19 Hinc est, quod *Fontanell.in d.claus. 5. glos.8. n.48.* dixit in superegregio Senatu Cathaluniæ vidisse obseruatum, eò ipso, quod quis emit in publica subhastatione, & prætium deposuit ad ordinationem Iudicis, qui illud distribuit inter creditores, qui comparuerunt cum solitis cautionibus, quæ apud Nos dicuntur *In Forma*, amplius molestari non potest, nec datur actio alijs creditoribus quantumuis anterioribus, seu potioribus, ad agendum contra rem emptam, sed debent illi gressus suos di-

dirigere aduersus pecuniam depositam, si adhùc est penès depositarios, vel contra creditores, inter quos fuit distributa, & eorum fideiussores, quę successit loco rei, itaque
20 decisum fuisse in d. Senatu de anno 1609. die 6. Ianuarij inter Iosephum Iouer, & Onuphrium Iorda, referente Senatore Ioanne Magarola, recēset *Fontanell. loc. cit. n. 51.* vers. *Et in nostro*, propriamet determinationis verba describens, & iterum die 13. Februarij 1609. in causa Iacobi Bernardi Oriol, & suorum creditorum ad relationem Iosephi Ferrer.

Ratio autem præcipua, qua Senatum motum fuisse, ponderat *Fon-*
21 *tanel. ibid. n. 49.* probè pręcedenti à *Nobis* adductę collineat, ne scil. aliàs emptor deceptus maneret authoritate publica, contra *tex. in l. 1. C. de*
22 *his qui veniam ætat. impetrau.* Et nemo vellet accedere ad publicas vēditiones, non sine maximo rerum publicarum damno, *l. ait Prætor aliàs l. si fine, §. quæsitum*, iuncta *l. si ex causa in princ. ff. de minor.* prout animaduertit *Anton. Faber in eius Cod. lib. 7. tit. 32. de bonis authorit. Iudic. possid. defin. 4. n. 2. & defin. 14. n. 1.* vbi inquit
23 publicas venditiones facilè retractari non solùm esse iniquum, sed etiam exemplo perniciosum, & clariùs idem *Faber lib. 8. tit. 16. de distract. pignor. defin. 29.* vbi inquit se-
24 curum remanere emptorem cum eo solo, quod prætium soluerit, vel deposuerit penès eum, cui solui, vel deponi iussit Iudex.

25 At pro creditoribus anterioribus faciunt quoque permulta, Cum etenim in venditione rei illis hypothecatæ minimè interuenerunt, nec consensum præstiterunt quoquo modo, imò nec citati fuerunt, non potest dici aliquod præiudicium illis illatum circa eorum creditum, vt de eorum iuribus experiantur super re illis hypothecata, ad *tex. in l. de vnoquoque, ff. de re iud. Affl. dec. 358. n. 3. & 4.* ibiq; *Vrsill. in addit. in fin. Maran. in Specul. aur. par. 6. in 3. & vltim. act.* verb. *Et post omnia aduertatur circa executionem sub n. 19.* vers. *Nunc in proposito Afin. in prax. §. 7. limit. 11. Surd. dec. 256. n. 15. Rot. Rom.* apud *Sanctiss. dec. 467. n. 7.* cum alijs quæ allegat *Mercurial. Merlin. dec. 21. n. 5.* post *tractat. de pignor. & hypoth.*

26 Secundariò: stringit, quia hypotheca creditorum anteriorū adhùc durat per *tex.* celebrem in *l. cum notissimi §. 1. C. de præscr. 30. vel 40. annor.* vndè emergit, quod eligere possunt contra quem malint, videlicet vel contra possessorem fundi, vel aduersus posteriores creditores, eorumque fideiussores, qui prætium receperunt, *l. 1. §. Quid ergo, ff. de ventr. inspic.*

27 Tertiò loco facit, quia res aliena hypothecata, si trāseat ad alias personas, transit cum onere suo, *l. si debitor, C. de distract. pignor.* Hypothe-
28 ca etenim afficit quocumque vadat, sicuti leprā leprosum, secundum Bart. in *l. pignoris 17. ff. de pignor. l. eos 9.* & ibi *glos.* in verb. *Actionem, C. qui potior. in pignor. habean. l. si fundus 16. §. in vindicatione, ff. de pignor. glos. in clem. 1.* verb. *Solita de censib. Gratian. discept. forens. cap. 272. n. 9. Mercurial. Merlin. in deciss. Rot. Rom.* post *tractat. de pignor. & hypoth. dec. 103. n. 3.* post *Negusan. de pignor. in 3. memb. 5. par. n. 7. Surd. dec. 267. n. 11. Rot. Rom.* apud *Cardinal. Seraph. in vna Romana subhastationis Veneris 20. Iunij 1597.* quę est impressa in *1. lib. deciss. 1233. n. 1. & seq.* vbi ea adducitur ratio, quia cum non fuerint creditores anterio-
29 res citati, nec interfuerunt, aut cōsensum præstiterunt tali subhastationi, non potest dici in aliquo eorum iuribus fuisse præiudicatum,
30 minusque hypothecam extinctam, aut resolutam, & *Seraphin.* inibi adducto tenet *Statil. Pacif. de Saluian. interd. inspect. 3. cap. 2. n. 406.* inquiēs
31 creditores anteriores, non obstante

ven-

venditione sub hasta facta rerum illis hypothecatarum, posse Saluianum interdictum intentare contra earum possessores, & de *Statil.in loc. citat.* meminit *Fontanell. d. clausul.5. glos. 8. n.41. & seqq.* inquiens prædi-
31 cta procedere, etiamsi proclamata processerint generalia, nam ea non sufficiunt, nec sunt apta ad præiudicandum alicui nominatim, quando etenim est ità alicui præiudicandum, necessaria est specialis citatio, ex dictis per *Bal. in l. fin. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. Franc. Becc. cons. 12. n.10. & seq.* vbi innumeros propè recenset, eiusque dictis accedit elegans definitio *Anton. Fabr. in suo Cod.lib.7.tit.32. de bon. author. Iudic. possid. & cap.14.eod. tit.* qua habetur
33 venditionem quantumuis publicè factam, ijs nocere non posse, qui cum essent certi creditores, & co-
34 gniti, nominatim tamen citati non fuerunt, nam generale proclama, non nisi ad incertos, ignotosq; creditores pertinet, sicuti pluribus ante ipsum probauerat *Becc. d. cons.12. n.9. & 10.* vbi subdit idem obseruari debere, vbi persona est incerta,
35 si tamen de facili potest sciri, & certificari, *Capic. dec. 101.* vndè excla-
36 mat *Fontanell. n. 44. in fin. In casu tamen occurrenti quis debitorum potest dicere se nescire suos creditores, eiq; illos esse incognitos, & incertos?*

37 Quid tenendum? Herclè adeò spinosa est quæstio, vt benè dixerit perdoctus *Fontanell. in d. clausf.5. glos. 8. n.51.* vers. *De hac eadem re*, ipsum exoptasse, quòd in Comitijs generalibus determinaretur, vt quietiùs viueretur, & faciliùs emptores in istis publicis venditionibus adinuenirentur.

Mihi post multas noctes insomnes, omnibus pensitatis, quæ vnam, vel alteram suadent opinionem, arridet
38 vndique secunda opinio, quod scilicet creditores anteriores non auditi, nec legitimè citati in iudicio venditionis rei ipsis hypothecatæ, etiamsi subhastatæ, possint ad eorū libitum exercere eorum hypothecā super re ipsa, si malint, nedùm ex præadductis, & allegatis, verùm etiā quia eam sectatur *Cancer. in 2. variar. resol. cap.7. de restit. spoliat. n.14.* & in puncto *Mangil. de subhast. q.104 n.2. ad 4.* nonnullos ex præallegatis recolens, & (ne Nostrates silentio obruamus) hanc eādem sententiam
39 amplectitur *Dom. Paulus Staiban. iunior* Collega olim meus Peritissimus, nunc vnius Aulæ Magnæ Curiæ Vicariæ in Ciuilibus Præfectus, quolibet summo Magistratu dignus, & post hæc delineata inter Regios Consiliarios à Sac. Cathol. Maiest. cooptatus *in 1. resolut. forens. cap.5. n.4.* vers. *Licet Ego*, vbi contrariam olfacit sententiam in casu suo, non autem respectu creditoris anterioris.

40 Eòq; magis in eam deuenio, quia quando venditur res iure creditoris anterioris, hypotheca competens posterioribus creditoribus, fuit penitùs sublata per *tex. in l. 1. C. si antiq. credit. pign. vendider.* & per *tex. in l. si à creditore, C. de actio. & oblig.* quæ iura hoc determinant in specie, cuius determinationis ratio est, nam
41 quādo creditor accepit rem pignori, videtur sibi data potestas, vt vendat tanquam Dominus, & sic creditor ex pignoris constitutione habet
42 ius vendendi, & dominium transferendi, hoc autem dominium tale debet posse transferri, quale fuit
43 tempore licentiæ datæ, idest pignoris conuenti, vndè si debitor postmodum rem illam alij obliget, obligatio secunda pendet ex dominio
44 istius, ità quod si ex causa præcedēti auferatur dominium debitoris, per cōnsequens necessarium, aufertur omnibus, quorum ius pendet ex
45 facto debitoris, quia soluto iure datoris, tollitur ius acquisitoris, ad *tex. in l. lex vectigali, ff. de pignor.* vbi

Bal.

Bal. notat *l. Iulianus, ff. de manum. Iaf. in l. fin. n. 117. C. de iur. Emphyt. Criuell. dec.* 138. *n.* 10. *Cauagnol. ad decret. Montisferrat. decret.* 74. §. 13. *q.* 4. *n.* 30. *conf.* 64. *n.* 41. *& seq. in* 2. *Caball. conf.* 142. *n.* 20. *in* 2. *Ger. Spin. conf.* 81. *n.* 5. *& conf.* 49. *n.* 26. *Dom. Larr. dec.* 20. *n.* 3. *&* 30. *cap.* 1. §. *rursus*, vbi feudistæ pleno tractant calamo *quib. mod. feu. amitt. Dec. in l. aliud est vendere* §. *fin. ff. de reg. iur. Tiraq. de retrac. consan.* §. 36. *glos.* 2. *n.* 19. *Menoch. conf.* 501. *n.* 5. *tom.* 6. *Giurb. dec.* 24. *n.* 8. copiosius *dec.* 91. *n.* 10. & accuratius in 1. *par. Obseruation. cap.* 17. *n.* 5. vbi distinguit quando ex
46 necessitate, vel ex voluntate ius datoris resoluitur, quam sanè pulchrã, & non vulgarem rationem assignat magistraliter *Cyn. in d. l.* 1. *vers. Modo, C. si antiq. cred.* eamq; sequuntur, & extollunt *Alber. Salic. & Ang.* ibi, quos adducit *Reg. Lanar. conf.* 9. *n.* 13. *vers. Vltimò terra, cum duob. seqq.*

Hæc autem ratio, sicuti mirificè procedit respectu hypothecarum quæsitarum creditoribus posterioribus mediante persona debitoris, ità in casu proposito confirmat ingeniosè nostram sententiam respe-
47 ctu creditorum anteriorum, quorum hypothecæ, ac iuri mediante contractu quæsito præiudicium debitor inferre non potuit, *l. id quod nostrum, ff. de regu. iur. l. fin. ff. de pact. Rebuff. tom.* 2. *Commentarior. ad leges Gallicas tractat. de Constitution. redditum art.* 1. *glos.* 8. *n.* 1. *& pluribseqq.* & in terminis hypothecæ quæsitæ per creditorem anteriorem, quod
48 nequeat debitor præiudicium inferre per secundas, vlterioresque obligationes, pulchra adducit *Reg. Valenz. conf.* 56. *n.* 26. *vers. Nec potest tom.* 1.

Vndè existente in suo robore, & firmitate hypotheca creditoris anterioris, licèt ex ipsius iure à Iudice sub hasta res vendi asseratur, attamen ipso non citato, nec in Iudicio existenti, aut alias consentienti, quocumque tempore de suo iure agat, minimè excludi poterit quin suam experiatur hypothecam, non extinctam, nec resolutam, super re ipsa, quæ maximè consideranda sunt, nam à nemine vidi (quatenus ad quæstionem nostram pertinet) considerata, ponderata, aut discussa.

49 Adeòq; verum est meum hoc effatum, vt secundum prædicta in Supremis Regni Tribunalibus fuerit adamussim obsetuatum, sicuti fidem præstat *Dom. Consiliar. Staiban. loc. allegato*, & rectè calleo non semel fuisse tentatum in Comitijs Regni Generalibus, vt peculiares porrigerentur præces à Serenissimo nostro Rege ad obtinendum, quod fiant proclamata, seu Cridæ, sicuti in alijs Europæ partibus practicatur, vti videre est apud *Bart. in l. rem quæ nobis ad fin. ff. de acquir. possess. Alex. conf.* 116. *vol.* 5. *Catelian. Cott. in memoralib. iur.* verb. *Statuto, seu decreto Mediolani cauetur, pag. mihi* 493. *col.* 1. *ad fin. Plot. in l. si quando n.* 292. *C. vnde vi*, & *in suo Indice*, verb. *Decretum*, verb. *Cridæ*, & rursus verb. *Præscriptio*, de quibus sanè cridis multa profert *Horat. Carpan. ad Statuta Mediolan. cap.* 463. incip. *Quia aliquando*, & *cap. seq. sub tit. De cridis faciendis de bonis immobilibus vendendis, pag. mihi* 872. *& seq.* aliaq; non aspernenda congerit *Anton. Sola ad Constitut. Sabaud. sub tit. de forma, ac sollemnitate obseruan. pro confirmatione contractuum glos.* 1. *pag. mihi* 691. quod etiamsi creditores anteriores, seu potiores post perfectam venditio-
50 nem sub hasta iure creditorum anteriorum, comparuerint factis cridis, siuè proclamatibus emanatis, minimè admittantur ad molestiam aliquam inferendam emptori super re ipsa sub hasta empta, sed remaneant dumtaxat salua, & illæsa eorum iura, vel super deposito per

em-

emptorem facto, si extans reperiatur, vel agere tantùm valeant (ipso deposito non extante (contra creditores posteriores, quibus pecunia fuit liberata cũ cautione in forma; Et tamen pluribus inconuentibus, quæ exindè oriri possent consideratis à Deputatis prædictorum Comitiorum, accedente Consilio Peritissimorum Aduocatorum, quibus
51 abundauit semper, & abundat florentissima Neapolis, præces porrectæ non fuerunt Regi nostro Sere-
52 nissimo, & mutanda minimè censuerunt in re tàm graui, quæ certam habuerunt determinationem, ad *tex. in l. minimè, & l. de quibus, ff. de legi.*

Hoc tamen superaddito ad nostram comprobandam opinionem, quod DD. omnes à Nobis adducti pro contraria sententia *n.* 14. *vers. Ex quibus, hac ead. obseru.* totam vim constituunt in proclamatibus emanatis, de quibus adhùc dubitat *Becc. d. cons.* 12. *n.* 9. inquiens citationem
53 generalem per proclamata, seu cridas non sufficere, sed certam esse debere, per *tex. in l.* 1. *§. denunciari, ff. de ventr. inspic.* idemq; tenuisse *Bart. in l. si eo tempore, C. de remiss. pignor. & in Extrauag. Ad reprimendum, vers. Et per edictum n.* 13. *&* 14. *Bal. in Auth. Si omnes n.* 3. *C. si vt si ab hered. se abstin.* idem *Bal. in l. fin. n.* 41. *C. de Edict. Diu. Adrian. tollen. Anchar. in cap. fin. de elect. in* 6. *Abb. in cap. fin. n* 8. *de elect. Cardin. cons.* 74. *&* 128. *n.* 5. *&* 6. *Felin. in cap.* 2. *n.* 8. *vers. Et possent ista de Constit.* pluraque alia neruosè adducit *Becc. d. cons.* 12. *d. n.* 8. *& seqq.* sequutus à *Fontanell. d. claus.* 5 *glos.* 8. *n.* 42. *vers. Nec conturbat,* benè *Cancer. variar. resol. tom.* 2. *cap.* 7. *de restit. spoliator. n.* 17. quæ in Regno nostro, eiusque Tribunalibus minimè practicantur; & sic resoluuntur omnia à præcitatis Authoribus allegata, præsertim à *Fontanell. loc. allegat.* qui tradit peculiari quadam obseruantia totius Regni Cathaloniæ exarata per ipsum procedere, quæ sinè obseruantia cùm
54 localis sit, ad alias Prouincias extendi non potest, *cap. fin. de consuetud. Alex. cons.* 110. *n.* 15. *vol.* 6. & ex *Bart. in l.* 2. *§. siquis hoc interdicto, ff. de itiner. actuq. priuat.* tradit *Rol à Vall. cons.* 94. *n.* 19. *vol.* 2. *cap. quoad translationem,* vbi *Abb. notab. vltim. de offic. legat. Gregor. Lopez in l.* 24. *tit.* 11. *par.* 4. *glos.* 1. *Menoch. de retinen. possess. remed.* 5 *n.* 62. *Reg. Valenz.* prædictorum haud immemor *cons.* 8. *n.* 25. *&* 28. *vers. Quia consuetudo, & cons.* 33. *n.* 129. *lib.* 1. & iterum *cons.* 166. *n.* 84. *lib.* 2. vbi etiamsi loca sint circumuicina, & de *Reg. Valenz.* cum laude menrionem agit *Fontan. dec.* 588. *n.* 18. *vers. Dixi par.* 2. vbi adducit *Bobadil. in sua Politic. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 50. *Oliba de action. par* 1. *lib.* 3. *ad §. rei persequendæ n.* 18. *Cancer. variar. resol. par.* 1. *cap.* 4. *tit. de testam. ex n.* 70. & tamen non potuit idem *Fontanell.* semper extollendus ibidem negare, non omnibus Cathaluniæ Doctoribus, pacato insedisse animo eius modi obseruãtiam, ex quorum ambiguitatibus commotus in Comitijs generalibus necessarium fore, certã fieri determinationem, vtillimum, imò necessarium ipsemet existimauit.

Satiùs etenim consultum est emptori sub hasta, quod creditores comparentes in iudicio ad sui commodum, & ne hastæ publicæ fidei innixus decipiatur, quibus pecunia libera exolui deberet, præstent cautiones de restituendo, in casu quo
55 creditores anteriores, siue potiores comparuerint, per quam cautionem quoties pulsabitur emptor ad instantiam creditorum anteriorum, poterit, & ipse petere contra posteriores, & eorum fideiussores, quod ex pecunia per eos recepta soluant, & satisfaciant creditoribus anterioribus, à quibus molestatur, quamuis

in obligatione, & promissione di-
ctorum creditorum, & suorum fi-
deiiussorum, dictus emptor non sit
nominatus, & verba ad eum non
56 dirigantur, competit enim nihilo-
minus ei actio, l. seruo legato, §. si te-
stator, ff. de legat. 1. cum alijs allegatis
per Rom. cons. 32. n. 2. & ibi congesti
per Addent. lit. B. Bald. in l. si cui lege-
tur §. fin. & ibi Ias. n. 8. ff. de lega. 1.
idem Ias. in l. stipulatio, §. alteri n. 7. ff.
de verbor. oblig. quos adducit Fonta-
nell. d. claus. 5. glos. 8. n. 46. vers. Huic
imminenti, vbi allegat decis. Rot. Rom.
87. n. 7. vbi Domini dixerunt æquis-
simam esse opinionem ne decipia-
tur emptor, qui Iudicis authoritate
emit, & prætiũ deposuit, facit Ruin.
cons. 171. n. 7. lib. 4. & subdit notabi-
liter Fontanell. n. 47. prædictam obli-
gationem de restituendis pecunijs
fieri etiam contemplatione empto-
57 ris ratione sui interesse, quò fit, vt
neque cessione egeat, neque neces-
sum sit eum esse creditorem, nam
satis est, quod ad hunc effectum de
suo interesse constet, vndè, & largo
58 modo dici potest creditor, ad no-
tata in l. creditores, ff. de verbor. sign.
& post Fontanell. reassumit Statil. Pa-
cific. d. inspect. 3. n. 409. vers. Nam li-
cèt emptor, adducens Bal. in d. l. si cui
legetur, §. fin. in 1. notab. ff. de legat. 1.
inquiens ità declarasse Rot. Rom. in
d. dec. Seraph. 1233. n. 3. adducitque
pariter Statil. n. 410. simile de obli-
59 gatione Camerali, in qua compre-
henditur clausula, quorum interest;
& pulchrè obseruat Mangil. d. q. 104.
n. 5. & 6. inquiens ex decreto vendi-
60 tionis posse emptorem agere ad-
uersus eos, qui prætium receperũt,
quia illud emanauit, nedùm ad fa-
uorem creditorum anteriorum, ve-
rùm etiam ad fauorem emptoris,
cuius intererat prætium conuerti in
satisfactionem creditorum, vt libe-
raretur ab omni molestia fortasse
super bonis emptis non inferenda,
etiã quod in dicto decreto emptor
non fuisset nominatus.

Itidem; maximum consequitur
61 commodum emptor sub hasta, nam
ex emptione securus adeò remanet,
vt facto deposito, ex hoc solùm,
etiamsi creditores dimissi non fue-
rint, si contingat pecuniam deper-
di, amissio cedit damno creditorũ,
quibus recta via pecunia libera solui
debebat, sicutì tradit insignis Faber
in suo Cod. lib. 8. tit. 16. de distract. pi-
gnor. defin. 29. & in tit. de bon. author.
iudic. possid. defin. 9. sequitur Fontanel.
d. claus. 5. n. 48. adducens Papon. Ar-
restor. Franc. lib. 18. tit. 6. de subhastat.
arrest. 1. & arrest. 9. quem pariter
adducit Dom. Consiliarius Staiban. d.
resol. 5. n. 3. licèt in libro meo Papo-
num tale quid dicentem non inueni.

Vlteriùs: gaudet emptor sub ha-
sta eo priuilegio, vt creditori poste-
62 riori non detur ius offerendi super
re per ipsum empta, quod sanè ius
offerendi competere secundo cre-
ditori aduersus rem obligatam, est
tex. in l. 1. in 2. respons. C. si antiq. cre-
dit. l. potior, §. fin. vbi Bart. ff. qui po-
tior. in pignor. habean. l. cum tibi, vbi Sa-
lic. C. eod. Crau. qui plura adducit
cons. 289. sub n. 8. lib. 2. Alba cons. 325.
n. 8. & 9. lib. 2. Menoch. de præsum. lib.
3. præs. 121. n. 1. & seq. qui citat Ne-
gus. & alios, Mangil. de subhast. q. 82.
n. 1. & 2. post Morot. de iur. offeren. q.
1. tit. de secun. creditor. n. 12. & 13. &
63 tamen quando res venditur iure
creditoris, non valet oblatio, vt est
tex. in l. 2. C. eod. tit. optimè Afflict. decis.
16. ibique Addent. Ann. alleg. 56. n. 1.
& 2. Papon. loc. cit. arrest. 3. Fontanel.
d. claus. 5. glos. 8. par. 8. n. 50. quo lau-
dato sequitur Dom. Staiban. d. resol. 5.
n. 3. Mangil. d. q. 82. n. 8. post Ceph.
cons. 298. n. 8. per tex. in l. si finita,
§. illud, vers. Postea autem, ff. de damn.
infec. Dec. cons. 501. vbi testatur de
communi Thes. dec. 157. n. 11. Tiraq.
de retract. lignag. §. 8. glos. 7. n. 3.
64 Potitur, & tandem emptor sub
hasta beneficio ne valeat creditor
po-

posterior aliquid contra ipsum prætendere, circa augmentum temporis, neque debitor, cuius res vendita fuit, ità *Io. Vinc. Aun. d. alleg.* 56. *n.*8. vers. *Et quod augmentum* per *tex. in l. qui à creditore*, *C. de distract. pi-*
65 *gnor.* qui inibi *in fin.* scripto tradit ità de anno 1573. die 24. Nouembris iudicatum fuisse per Sac. Consil. in causa Franciscæ Sarranò, referente Regio Consiliario Iacobo Anello de Bottis.

Vndè mirum non est, si dùm tot, tantisque fulcitur priuilegijs, commodis, & beneficijs emptor sub hasta, non tamen aditus illi patet, excludendi creditores anteriores super re ipsa vendita quin virtute hypothecę, per ipsos acquisitæ experiantur.

Quæ adduxi, & ponderaui pro præcipuo Domino meo Consiliario Francisco Antonio Muscettula, aliàs à *Me*, sed nunquam satis laudato, in causa de qua, supra memores extitimus *hoc eod. opere.*

SVMMARIVM.

1 *INstrumenta de iure communi non habent exequutionem paratam.*

2 *Probationis nullum genus habet exequutionem paratam.*

3 *Conuentio nulla extraiudicialis, quantumuis in publica documenta redacta, exequutionem meretur.*

4 Ritus Magnę Curię Vicarię 166. *dicitur laudabilis.*

5 Prosper Carauita *laudatur.*

6 Dom. Consiliarius Petrus Carauita *laudatur.*

7 Author *veneratur Dom. Consiliarium Petrum Carauita.*

8 *Instrumenti liquidatione secundum Ritum Magnæ* Curiæ *Vicariæ facta, qualiter sit procedendum, siue ad instantiam creditoris, siue ad instantiam Fisci.*

9 *Instrumento liquidato secundum formam Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ, debitor non auditur, etiamsi in vinculis, vel facto deposito conditionato, insteterit audiri, nisi integraliter debitum, & pænam persoluerit vnà cum expensis per creditores erogatis in reassumptione instrumenti.*

10 Author *pollicetur peculiares edere Commentarios super* Prag. 8. *incip.* Trà li altri Capi, *edita de anno* 1632. *die* 12. *Ianuarij* sub tit. de instrumen. liquidation. §.7.

11 *Adiectus stipulationi, an possit instrumentum via ritus præsentare.*

12 *Adiecto licèt rectè solui potest, is tamen rectè non agit aduersus debitorem.*

13 *Adiectus simpliciter solutioni, is dicitur, cui promissio de soluendo alternatiuè fuit facta per dictiones* Aut, Vel.

14 *Adiectus solutioni concipitur per verba denotantia solutionem.*

15 Rei duo *stipulandi per verba Coniunctiua* Et, Ac, Atque, Etiam, *efficiuntur.*

16 *Dictiones alternatiuæ inter plures personas posita, disiungunt, & vnam ab alia separant.*

17 *Adiecta persona stipulationi, quando acquirendæ obligationis gratiam, vel solutionis censeatur contemplata.*

18 *Adiectus constituitur per alternatiuã, non per coniunctiuam.*

19 *Adiectus est, qui in conuentionibus alternatiuè solutioni adijcitur.*

20 *Adiectus stipulationi per dictionem alternatiuam, vel coniunctiuam, satis differt.*

21 *Adiectus, cui promissio fuit facta* Insolidum, *habet facultatem præsentandi instrumentum.*

22 Qui mecum contraxit, mecum agat.

23 Adiectus simpliciter non dicitur, Is qui contraxit, & sibi solui stipulatis fuit.
24 Clausula Insolidum, sua vi operatur, vt nullo modo quis Adiectus simpliciter solutioni videatur, sed dicitur Correus credendi, & stipulandi ad experiendam actionem Insolidum.
25 Solutio per coniunctiuam dictionem promissa Titio, & Meuio, non efficit, vt alter eorum dicatur Adiectus.
26 Adiectus simpliciter quis dicatur, vel Correus credendi, & stipulandi, ex clausula Insolidum, dignosci tur.
27 Instrumenti liquidatio, an impediatur, ex quo interueniens in instrumento non habet interesse.
28 Stipulari nemo potest alteri.
29 Stipulanti formula descripta, vtilis competit actio.
30 Actio stipulanti quaritur, siue habeat mandatum, siue non habeat.
31 Obligatio collata in Titium, nullum initium in stipulantis persona tradit, etiamsi ipsius stipulantis intersit.
32 Obligatio si concipitur in personam stipulantis, etiam quod eius non intersit, actio illi quaritur.
33 Promittens stipulanti pro Tertio, indistinctè valet stipulatio, quia collata est in ipsum actio, & obligatio.
34 Verba nedùm promissiua, & obligatiua, sed etiam exequutiua, si in stipulantis personam diriguntur, licèt vtilitas contractus ad tertium, & non ad stipulantem pertineat, tamen stipulatio valida est, ità vt actio, & obligatio, stipulanti quaratur.
35 Procurator, qui nedùm procuratorio, sed proprio, etiam nomine priuato, & principali, stipulatus fuerit, liquidabit instrumentum.
36 Decisio Sac. Cons. apud Dom. Reg. Rouit. 26. vti singularis extollitur in materia Adiecti in stipulatione, quando valeat instrumentum via Ritus prasentare.
37 Determinatio Magna Curia Vicaria, iunctis Classibus in causa Illustris Marchionis Cusani, cùm Illust. Principe Octaiani, recensetur.
38 D. Blasius Boliaga Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ perpetuus laudatur.
39 Dom. Io. Baptista Muscettula Consiliarius laudatur.
40 Actiones omnes tàm actiua, quàm passiua existentes penès defunctum, transeunt penès haredem ipso iure, excepta possessione, qua facti est.
41 Possessio est facti.
42 Hares rectè procedit ad interrogationem instrumenti via ritus.
43 Obligationum conditio non immutatur ex persona haredum.
44 Obligationum substantia non minuitur, nec corrumpitur ex persona haredis.
45 Obligatio, qua in defuncti persona radices iecit, non immutatur ex persona haredis.
46 Persona haredis dicitur vna, & eadem cum persona defuncti.
47 Hares repræsentat defunctum in omni iure firmato actiuè, & passiuè.
48 Haredis persona virtualiter videtur comprahensa in contractu stipulato per defunctum.
49 Hares executiuè agere potest contra testatoris debitores, vel ei obligatos.
50 Nominato Titio in instrumento, videtur etiam nominatus hares.
51 Instrumentum rectè liquidatur per haredem creditoris, licèt non sit nominatus in instrumento.
52 Contrahens prasumitur etiam nomine suorum haredum agere, licèt non nominentur.
53 Eligendi facultas à Testatore reseruata, an possit per haredem expleri.
54 Electio est meri facti personalis.
55 Obligatio principalis, sicuti ad haredem transmittitur, ità pariter factū eligendi, quod est accessorium principalis obligationis.
56 Solutio in mero facto consistens, ad haredes transmitti non potest.
57 Factum exequutiuum obligationis præcedentis, seu iuris praambuli, sicut in haredes transit, ità, & factum illud soluendi transferri debet.

58 Pro-

58 *Procurator, aut negotiorum geſtor, non ſolùm de dolo, ſed etiam de lata, ac leui culpa tenetur.*

59 *Procurator quilibet poteſt* Domino *ſtipulari, dummodò verba obligatiua, et exequutiua, ad perſonam referat.*

60 *Procuratoris ſtipulantis intereſt, quod valeat contractus per ipſum initus, ne videatur quicquam omiſiſſe.*

61 *Iuramentum eſt vnum de requiſitis ad finem liquidandi inſtrumentum via ritus.*

62 *Decreti verba relata* à Dom. Reg. Rouit. in dec. 26. *recenſentur.*

ARGVMENTVM.

Adiectus ſolutioni quando quis dicatur, vt poſsit opponi eum in Iudicio agere non poſſe, ſed tantùm ſolutionem recipere? qua de re plenè agitur de natura *Adiecti*, quibus verbis, & dictionibus intelligatur alternatiuis nè, vel etiã coniunctiuis? Et quid ſi adſit in ſtipulatione clauſula *Inſolidum*? quæq; ſit propria *Adiecti* deſcriptio in iure? Et an *Adiectus* valeat procedere ad interrogationem ſuper tenore inſtrumenti via ritus? Quiduè obſeruandum ſit in formula conceptionis verborum ſtipulationis, ſeu promiſſionis, & obligationis? Et vndè proueniat, quod ſi quis rem alterius agat, nec aliquod intereſſe in ea habeat, verùm in eius perſona dirigatur ſtipulatio, & obligatio, acquirat actionem directam, & vtilem? Quęq; ſit praxis ſeruãda adhoc vt valeat procurator inſtrumentum via ritus liquidare? Et an hęres adiecti valeat ipſe quoque, etiamſi in inſtrumento non nominatus, ad interrogationem inſtrumenti procedere contra debitores Teſtatoris? Quaſq; actiones acquirat hæres, quę per prius in perſonã defuncti radices immiſerunt? Et pro Colophone totius materiæ determinatio Sac. Conſilij relata per *Dom. Regentem Scipionem Rouitum in deciſ.* 26. vti ad rem peculiaris expenditur, ac alia determinatione Magnę Curię Vicarię iunctis Claſſibus emanata, comprobatur.

OB-

OBSERVATIO LXIII.

1 Licèt iure communi attento, instrumenta
excquutionem paratam minimè habeāt,
& si publicam in formam redacta ea sint., ità Nos edocente *Consulto in l. minor 25. annis, cui
fideicommissum , ff. de minor,* vbi
communis Magister *Bart. in 2. lectur.
in princ. Bal. Alber. de Ros.* Castrens. *&
alÿ*, cui concinunt *texx. in l. 2. C. de
exequ. rei ind. in l. 4. § si ex conuentione,
ff. de re iud. & in l. si pacto, C. de pact.
Pau. de Cast. & Alex. in l. ait Prætor, §.
si Iudex, ff. de re iud. Bal. in l. 1. C. de
2 exeq. rei ind.* inquiens nullum genus
probationis habere exequutionem
paratam, *Ang. in l. tale pactum, §. qui
prouocanit , ff. de pact.* vbi testatur
3 omnia iura mundi suadere , quòd
nulla extraiudicialis conuentio exequutionem
meretur, quantumuis in
publica documenta redacta sit, pulchrè
Roder. *Suarez in l. post rem iudicatam*,
in vers. *Sequutus n. 6. ff. de re
iud.* fusè insignis *Anto. de Padill. in
rubr. de iur. & fact. ignor. n. 21. Boer.
dec. 295. n. 5. Gfasc. dec. 229. n. 2. Asin.*
qui & cotas allegat in *tract. de exequut.
cap. 1. Episcop. Ricc. collectan. decisf.
par. 4. collect. 759. Cott. in memorialib.
iur.* verb. *Instrumenta publica,
Rebuff. in Commentar. ad Constit. Gallic.
tit. de liter. obligat. art. 6. glos. 3. n. 8.
vol. 1. Ias. in l. 3. 5. notab. n. 6. C. de eden.*
vbi limitationes adducit, *Benedict. de
Barz. in tractat. de Guarentig. par. 1.
princip. q. 8* vers. *Aliquando autem, Carol.
de Grass. de exception. in prælud. n. 1.*
vers. *Et ante omnia, & n. 2.* vbi restrictiones
adducit , *Ego ipse in 1. disceptat.
forens. cap. 29. n. 24.*

4 Laudabili tamen Ritu Magnæ
Curiæ Vicariæ, qui inconcussa omnium
Regni Tribunalium praxi obseruatur,
166. secundum computa-
5 tionem *Prosperi Carauitæ*, qui ritum
prædictū, sicuti, & cæteros alios, suis
doctiss. cōmētarÿs exornauit (vir sanè
peritissimus, ac in Regni iuribus
enucleandis nemini secundus, è cuius
nobili prosapia non minus literis
clari extiterunt Regÿ Consiliarÿ
Augustinus, & Petrus Antonius
Carauita, & modò inter Proceres
6 Sacri nostri Consilÿ emicat Dom.
Petrus Carauita Aduocatus olim
percelebris, morum suauitate conspicuus,
aliàs à *Me* eius Collega, licèt
non satis, laudatus, quem semper
in Præceptorem habui, & venera-
7 tus sum, qui proprÿs eius meritis,
nedùm ad Supremam feudorum
Cathedrā in Almo Gymnasio Neapolitano
ab Excellentissimo Regni
Prorege Duce de Arcos fuit euectus,
verùm etiam, vt communi omnium
voto, & expectationi compotē
sese exhiberet Serenissimus Rex
noster (quem Deus incolumem Nobis
seruet pro Christiana fide propaganda)
ad Consiliarÿ munus peragendum
nuperrimè adsciuit, multis
mihi extollendus semper, & collaudandus
nominibus vti de *Me*, nullis
licèt meritis, optimè meritus nuper
verò dū typis hęc trado vita fūctus)
peculiari sanctione statutū fuit, in-
8 strumenta in quibus continentur
pænæ pecuniariæ , vel iuramenta,
vel alterum eorumdem , si præsentari
contigerit per creditores, si debitores ,
siue eorum fideiussores ea
confiteantur, & in eis contenta vera
esse fateantur, licèt se satisfecisse
asseruerint, nisi tamen in promptu,
& in ipso instanti de satisfactione
ipsa docuerint, statim incarcerātur,
& pæna regio fisco exoluitur, dato
postmodum termino in vinculis ad
probandum de satisfactione ipsa allegata ;
sicuti verba ritus prædicti
non obscurè insinuant, vtq; debito-
res

res ipſi eiuſmodi ritus obſeruantiā cuadere, aut eludere quoquo modo, aut quæſito quopiam colore minimè valeant, pragmatica poſtmodum Regni ſanctione accedente de anno 1632. die 21. Ianuarij redacta in nuperrimo Codice Pragmaticarum typis edito in anno 1633. ſub *tit. de inſtrumentor. liquid. pag.* 8. incip. *Trà l'altri capitoli*, §. 7. non eſſe aures præbēdas debitoribus poſt
9 perfectum actum liquidationis inſtrumentorum, etiamſi in vinculis, vel facto depoſito conditionato ſeſe defendere ſatagerent, niſi prius integraliter debitum, & pænam perſoluerint vnà cum expenſis per creditores erogatis, etiam in reaſſumptione inſtrumentorum, pro cuius
10 Pragmaticæ enucleatione, quæ vti Aduocatus practicaui, Deo annuente, ad Practicorum inſtructionem peculiari libello forſitan exarabo.
11 Modò: cùm hæſitatum fuiſſet in facti contingentia vtrum Adiectus poſſit inſtrumentum vigore ritus præſentare; pro debitore impugnāte, ac ſeſe opponente actui præſentationis, dicebatur ex iuris diſpoſitione Adiecto non aliam fuiſſe conceſſam facultatem, niſi ſolutionem recipiendi, nam licèt ei rectè ſolui
12 poſſit, eum tamen agere non poſſe, ad *tex. in l. eum, qui* §. *qui ſibi, aut filio, & l. vltima* §. *fin. ff. de verbor. obl. l. quod ſtipulatus* 10. *ff. de ſolut. l. Sed ſi filio* 7. §. 1. *ff. de conſtit. pecun.* quæ adducit *Benuen. Stracc. in tractat. de Adiect. par.* 1. *n.* 45. *Neguſ. de pignor. memb.* 1. 5. *par. n.* 23. *Surd. dec.* 229. *n.* 27. *Grattian. diſceptat. forenſ. cap.* 49. *n.* 9. *tom.* 1. *Epiſc.* Ricc. *collectan.* 3434. *par.* 8. & *collectan.* 2090. *par.* 6. *Dom. Reg. Capic. Latr. dec.* 8. *n.* 6.

At pro creditore vrgebat valdè concluſio tradita à DD. in materia, ſcil. Adiectum ſimpliciter ſolutioni
13 eum dici, cui promiſſio de ſoluendo alternatiuè fuit facta per dictiones *Aut, Vel*, & per verba, quæ ſolutionem tantùm reſpiciunt, id quod ex medulla iurium elicitur *in l. cum quis ſibi, aut Titio* 55. *l. eum qui ità* 56. §. *qui ſibi, aut filio, l. Iulianus* 131. *l. fin.* §. *vlt. ff. de verb. obl. & l. quod ſtipulatus* 10. *ff. de ſolut. gloſ. in* §. *Si quis alij*, verſ. *Planè*, in verb. *Scio*, *Iuſtit. de inutil. ſtipul.* latè *Stracc. in d. tract. de Adiect. par.* 3. *n.* 88. *limit.* & *in* 1. *par. n.* 24. *in fin. & n.* 25. *cum ſeqq.* Secùs
15 verò quando per dictiones coniunctiuas, & copulatiuas, *Et*, *Ac*, *Atque*, *Etiam*, & per verba promiſſiua, obligatiua, & exequutiua obligatio, & promiſſio concipitur, tunc etenim, quia vterq; eorum eamdem quantitatem ſibi exolui ſtipulatus ſit, duo efficiuntur Rei credendi, & ſtipulandi, ad *tex. in l.* 2. *ff. de duob. reis*, quam diſtinctionem ſuadet apertè *Iuſtinianus in d. verſ. planè*, vbi dùm propoſuit illam ſtipulationis formulā *Mihi, aut Seio dare ſpondes?* reſpondit *vni tantùm obligationem acquiri, alteri tantùm ſolui poſſe*; & *in* §. *quod ſiquis, eod. tit.* aliam ſubnectens formulam, ibi, *Quod ſiquis ſibi, & alij Damam ſtipulatus eſt, vtriq; pariter obligationem fuiſſe quæſitam concedit*, quam diſtinctionem manifeſtè comprobauit *Dom. Reg. Rou. dec.* 26. *n.* 6. verſ. *Secundum argumentum*, inquiens, eos qui contrarium adſtruxerunt, æquiuocaſſe in facto, & in iure.
16 Cuius diſtinctionis ratio ea eſt, quia cum regulariter dictones alternatiuæ inter plures perſonas poſitæ, diſiungant, ac vnam ab alia ſeparent, vt in iuribus proximè allegatis videre eſt, & ex *l. ille, aut ille* 25. *ff. de verb. obl. Dom. Auguſtin. Barboſ. de diction. vſufrequen. dict.* 46. *n.* 1: 11. & 12. *& dict.* 315. illum producunt effectum, vt per eas coniuncta
17 ſua perſona ſtipulator efficiat, vt non acquirendę obligationis gratia, ſed ſolutionis cauſa perſonam filij, vel extranei adhibuiſſe intelligatur, ex mente *Conſulti Iuliani in d. l. eum qui ità*, §. *qui ſibi, aut filio, ff. de verbor. obl.*

obl. Dictiones verò copulatiuæ cùm coniungendi, & augendi vim habeant, æqualiter vtrisq; obligationem, & actionem acquirunt ad *tex. in l. si mihi, & Titio* 110. *ff. de verbor. obl. l. reos* 11. §. *cum tabulis*, vbi Ronchegall. *n.* 3. *&* 7. *ff. de duob. reis, l. si ità quis* 66. *ff. de hæred. instit. l. triplici* 142. *ff. de verbor. sign.* Barbos. *eod. tract. de diction. dict.* 3. 43. 110. *n.* 16. *&* 35. *& dict.* 112. quam rationem post Ias. *in d.* §. *qui sibi, aut filio n.* 2. *&* 3. considerauit Stracc. *in d. tract. de Adiect. par.* 1. *n.* 26.

Et antè omnes assignauit hanc discriminis rationem *Glosa in l. stipulatio ista* 38. §. *eum qui ità*, verb. *Credendum, ff. de verb. obl.* & *Bart. in d. l.* 2. *n.* 3. *ff. de duob. reis, & in Auth. Hoc ita n.* 3. *C. eod. & in d.* §. *qui sibi, aut filio n.* 1. vbi eum sectantur *Imol. Cuma. Paul. de Castr.* & benè *Ias. in* 2. *limit. n.* 2. *&* 3. & punctuatim *Stracc. d. par.* 1. *in præfat. à n.* 21. *vsq; ad* 25. qui de communi testatur, infrascriptaq; protulit verba, *Constituitur er-*
18 *go Adiectus per alternatiuam, non enim memini me legisse legem, quæ per copulatiuam constituerit*, nonnullos D.D. allegans, ac Adiecti definitionem, seu mauis descriptionem deducens,
19 *Vt sit qui in conuentionibus Alternatiuè solutioni adijcitur*, quam distinctionem approbatam fuisse in Senatu Mantuano, refert *Io. Petr. Surd. dec.* 229. *n.* 19. *&* 29. cui se subscripserunt *Lauren. Vrsell. tom.* 1. *legal. conclusion. concl.* 49. *n.* 6. *& Lelius Altogradus cons.* 6. *n.* 74. *vers.* 1. *& n.* 79. & in proprio casu annui reditus tenuit *Rot. Rom.* apud *Cenc.* post *tractat. de censib. tom.* 2. *dec.* 172. *n.* 6. & ne euagemur in aliorum Senatuum scitis perquirendis, ità eisdem ferè in terminis determinatum fuisse per Sac. Consil. posteritati tradidit
20 *Dom. Reg. Rou. d. dec.* 26. *in fin.* cuius determinationis tenorem per verba misteriosa conceptum fuisse testatur, & Nos, inferius describi curabimus, ibiq; *Dom. Reg. Rou. n.* 7. vers. *At quando*, inquit suaderi discrimen prædictum de coniunctiua, & alternatiua, ex *l.* 2. *& l. reos*, §. *cum in tabulis. & in l. fin. ff. de duob. reis, in Auth. Hoc ità, C. eod. & Instit. in princ. de duob. reis.*

21 Eòq; magis in themate proposito dicebatur actionem præsentandi instrumentum competere vtrisque, quia promissio fuit facta *Insolidum*, ex qua omnem tolli difficultatem tradit *Dom. Rou. ibi n.* 7. *in fin.* adducens *tex. in l.* 1. *C. de duob. reis*, & in fortioribus terminis cōfirmat *Hier. Magon. dec. Lucens.* 34. vbi quamuis Antonius videbatur solutioni simpliciter Adiectus, nam promissio soluendi fuerat alternatiuè concepta, sibi, aut Vincentio absenti, ac Domino Mæuio, & consequenter ad eum tota illius contractus vtilitas spectabat, quia tamen Antonius principaliter cōtraxit, decisum fuit actionem ei competere ex illa iuris regula, *Qui mecum contraxit, mecum*
22 *agat, ad tex. in l. eum qui ff. de oblig. l. his solis* 49. *ff. de condict. indeb. l. si is qui C. depos.* plenè *Alex.* & *Ias. in d. l. eum qui ità*, §. *qui sibi, aut filio*, Nec rectè
23 dicitur solutioni tātummodò Adiectus is qui contraxit, & sibi solui stipulatus fuit, vt notat *Bart. in d.* §. *qui sibi, aut filio*, quem inibi passim *Scribentes* sequuntur, *Castrens. cons.* 36. *lib.* 1. *Laur. Vrsell. d. concl.* 49. *n.* 1. vbi *Magon.* sequitur, & confirmat eius *Additio*, quem ibid. *Vrsell. n.* 28. approbat.

24 Idque sanè operatur sua quadam vi, ac potentia, clausula illa *Insolidum*, vt nullo modo quis Adiectus simpliciter solutioni videatur, sed correus credendi, ac stipulandi effectus, ad experiendum actionem *Insolidum*, ac instrumentum præsentandi vtilitas contra debitorem, etiamsi vtilitas contractus ad alium spectet, sicuti in puncto quando Notarius stipulatus est Mæuio præsenti, & Titio absenti, & cuilibet ipsorum *Insoli-*

soli-

solidum 600. à Cornelio dari ob mer-
ces à Titio habitas, accuratè per-
pendit *Stracc. ibid. par. 4. q. 11. per tot.*
asserens Mæuium adiectum non es-
25 se, quia ei non per alternatiuam,
sed per coniunctiuam dictionem so-
lutio à Cornelio promissa fuit, sub-
dens *n. 7. Sic eleganter limitari tex. in
l. 1. §. circa, ff. de dol. mal. except.* & de
liquidatione instrumenti verba fa-
ciens, obseruat *Cæsar Vrsill. ad Afft.
dec. 64. n. 5.* quò fit, vt benè dixerit
26 *Dom. Reg. Ron. d. dec. 26. n. 7. in fin.*
ex appositione clausulę *Insolidum*
omnem tolli difficultatem habitam
inter DD. an quis Adiectus simpli-
citer solutioni dicatur, vel Correus
credendi, & stipulandi.

27 Nec liquidationi instrumenti obi-
cem aliquem præstare dicebatur
pro parte creditoris, ponderatio fa-
cta ab ijs, qui debitoris iura tutabā-
tur, non posse scil. ad instrumenti li-
quidationem procedi, eò quod ex
instrumento apparebat pecuniam
ad eum, qui liquidare intendebat,
non spectare, attentis verbis illis,
*Interueniente, & recipiente, ac stipulan-
te vnà cum prædicto Notario publico,
nomine & pro parte Titij*, ex quibus
constare euidenter inquiebat Cor-
reum credendi esse non posse inter-
uenientem, ac recipientem formu-
la prædicta.

Nam facilis afferebatur resolutio,
quia etsi verum esse dicebatur ne-
28 minem alteri stipulari posse ad *tex.
in l. stipulatio ista 38. §. Alteri, ff. de
verbor. obl. §. Alteri Instit. de inutil.
stipul.* & ideò stipulatio hoc modo
concepta; *Promittis Titio dare centum*,
inutilis redditur, tamen cùm ità
celebratur, *Promittis mihi stipulanti,
& recipienti nomine Titij dare centum*,
29 inutilis, & valida est, & ei directa
acquiritur actio, etiamsi ad stipu-
lantem nulla spectet vtilitas, sicuti
in iure cautum est per *tex. in l. huius-
modi 86.* vbi *Glos. ff. de legat. 1. l. igno-
rante 50. ff. de negot. gest. l. si restituas
8. C. ad exhib. l. quacumq; gerimus 10.
ff. de oblig. & actio.* vbi *glos.* vers. *Ina-
nem*, ait, *Et hoc si mihi stipulor, vt illi
des, vel etiam illi extraneo: nam semper
ago, si mea interest. Si autem mea non
interest, & volo quod valeat: tunc Mi-
hi, & tuo nomine stipulor, & sic mihi
directa sibi cedenda, & sibi vtilis quæ-
ritur*, quam *glosæ* distinctionem per
eadem et iura approbauit *Bart. in d.
§. Alteri oppos. 2. n. 1. & in §. si stipuler
n. 1.* vers. *Sextus modus*, quem sequun-
tur *Abb. cons. 86. n. 2. vol. 2. Ang. in d. l.
huiusmodi, Imol. in d. §. Alteri n. 2.* post
30 *Petr. & Ruin.* dicens actionem
stipulanti quæri, siue mandatum
habeat, siue non: & ibi communem
dicit *Ias. n. 11. & in d. l. huiusmodi n.
17. &* 18. asserens cum ista glosa trā-
sire indifferenter omnes DD.

Ratio differentiæ ea est: nam in
illa stipulationis formula *Promittis
dare Titio centum*, cùm directè, & im-
31 mediatè in Titium obligatio con-
feratur, nullum initium in stipulan-
tis persona sumens, inanem actum
efficit; quia ab eo incipere debet, à
quo contractus originem trahit, vt
ait *Paul. Consultus in d. l. quæcumque* 8.
etiamsi ipsius stipulantis intersit, vt
tradit *glos. in d. l. stipulatio ista, §. si quis
insulam*, verb. *Fieret*, vers. *Sed si di-
xissem*. At in secunda hac stipulatio-
32 nis formula; *Promittis mihi stipulan-
ti, & recipienti nomine Titij centum
dare*, cùm obligatio principium ha-
beat in eo ipso, qui contrahit, & sti-
pulatus est, eũq; respiciat, & in eius
persona fundamentum recipit, &
radices immittit, & ideò valida est,
ex regula *d. l. quæcumque* 8. vt ait *Al-
ciat. vbi sup. n. 3. &* 4. & hanc quoque
differentiæ rationem assignat *Ias. in
d. §. Alteri n. 11.* eam confirmans ex
l. si negotia 12. ff. de negot. gest. & ex
*Bal. in l. certi condictio, §. quoniam, ff. si
cert. pet.* dicente, quòd quando pro-
mittis mihi recipienti pro tali ter-
33 tio, tunc indistinctè valet stipula-
tio: quia collata est in me actio, &

obligatio *d. l. huiusmodi cum glos. &c.*

34 Quæ sanè *glos.* distinctio eò fortiùs locum sibi vendicat, cùm non tantùm verba promissiua, & obligatiua, sed etiam exequutiua in stipulantis personam diriguntur, tunc enim quamuis vtilitas contractus ad tertium, non ad stipulantem pertineat, tamen stipulatio valida est, ità vt actio, & obligatio stipulanti acquiratur, cedenda posteà per eum illi, in cuius fauorem stipulatus est, siue sit procurator, siue negotiorum gestor, siue alter tertius, vti ex viribus supra adductis tradunt *Bart. & Ias.in d.§. Alteri n.11. Rom. cons.441. n.5.* qui testatur de communi *Alex. cons.41. n.7. & 8. lib. 5.* stipulationis formulas, & iura à Nobis allata referens, ac communem quoque esse asserens, *Surd.d.dec.229.n.14.* quem sequitur *Rot. Rom.* apud *Genc. d. dec. 172.n.6. & 7.* eisque collineant quę tradit *Guttier. lib.2. practicar. quæst. q. 120. n. 12.* quod quando donans alteri ex coniugibus, est ęquè consanguineus vtriusque, & sic donat vtriusq; contemplatione, illi tamen dumtaxat acquiritur, cui donatum est, *Surd. dec.312. n.84. Sanchez de matrim.lib.6. disput.26. n.5. Dom.de Tondut. Sanleger. lib.2. quæstion. ciuil. cap.55. n.25.* vers. *Et facit à simili.*

Et in re ipsa pręsentationis instrumenti Nostrates edocuerunt, *Frecc.in tract.de præsent. instrum. par. 11.q.4.Vrsill. ad Affl. d. dec. 64. n.5. Carau. d. rit. 166. n. 19.* & pulchrè *Franc. Mazzia ad Robert.de liquid.in-*
35 *strum. consid. 3. n.9.* ibi, *Si procurator nedùm procuratorio, sed proprio quoque priuato, & principali nomine stipulatus fuerit, liquidabit instrumentum absque interuentu Domini, quia isto modo etiā principalis est, & ipse, & Dominus videntur duo Rei credendi, vt vnius petitione; & acceptilatione tollatur obligatio, l.2.ff.de duob. Reis,* quos approbat, & sequitur *Galter. de liquid. instrum. 1. par. 7. par. n. 10. & 11.*

Vndè pro parte creditoris dicebatur omni iure, & praxi Tribunalium approbante, potuisse instrumentum liquidari ab eo, in cuius personam non solùm verba instrumenti promissiua, & obligatiua collata sunt, sed etiam exequutiua, etiamsi ad ipsum vtilitas contractus non pertineat, nam Correus credēdi, & stipulandi habetur.

Quibus attentis, ac habita pro punctuali ad casum, determinatio-
36 ne recensita per *Dom. Reg. Rou.* in sæpius allegata *dec. 26.* fuit per Magnam Curiam Vicariæ iunctis Classibus reiecta exceptio prædicta opposita pro parte Ill. Principis Octaiani, aduersus liquidationem instrumenti factam per Montem Misericordiæ hæredem Salustij Bassi, qui pro Ill. Marchione Cusani doctissimi viri, præsertim in legali scientia, Supremi Consilij Status Decani, è cuius Minerua (ne aliena pro nostris venditemus) exarata per *Nos* in hac causa pro maiori parte emanarunt, cuius partes vti eius Aduocatus in causa prædicta *Ego* sustinui, & interpositum decretum, quod liquidatio firma remaneat, verùm non ponatur in libro, donec fieret verbum in Sac. Cons. in exequutionem decretationis obtentæ pro parte Ill. Principis à Spectab. Dom. Sac. Cons. Præ-
37 side existente relatore eruditissimo viro D. Blasio Boliaga Iudice ipsius
38 Magnæ Curiæ perpetuo, votante insigni illo viro Dom. meo Io. Bap-
39 tista Muscettula, modò omnium plausu inter Regios Cōsiliarios vnà simul cum Dom. Petro Carauita adscito, cum alijs Dominis ipsius Magnæ Curiæ, quod decretum emanauit de anno 1646. & licèt causa fuerit introducta in Sac. Consilio, ibiq; relata, attamen Partes ad concordiam deuenerunt, & sic transactio liti finem dedit.

Nec fuit vlla habita ratio alterius

rius exceptionis oppositæ ad eua-
dendum liquidationem prædictam,
quod scil. nulla fuit facta mentio in
instrumento hȩredum dicti Salustij,
cui magnoperè Aduocatus Princi-
pis alioquin doctus innitebatur, Nã
replicatum fuit per *Nos*, notissimam
esse iuris regulam, omnia iura acti-
40 ua, & passiua, quæ penès defunctũ
fuere, in eius hæredem ipso iure trã-
sire, excepra possessione, quæ facti
41 est, *l. cum heredes* 24. *ff. de acquir. pos-
sess. l. ex contractu* 44. *ff. de re ind. l.
vnic. C. vt action. ab heredib. & contr.
hered. Asin. in prax.* §. 31. *ampl.* 6. quo-
rum meminit *Reg. Rou. d. dec.* 26. *n* 4.
in fin. quò loci ponderatum fuit de-
terminationem à *Dom. Rou.* recensi-
tam in casu fortiori emanasse, nam
non fuit hȩres in proprietate insti-
tutus, sed tantùm in vsufructu, vt
ipsemet obseruat *n.* 3. & 5. & nihilo-
minus ipse hȩres ad interrogatio-
42 nem super tenore instrumenti pro-
cessit, vt ex verbis decreti inferius
describendis videre est, quare mi-
nor vertebatur hȩsitatio in casu no-
stro, in quo Mons Misericordiȩ fuit
43 hȩres Salustij in proprietate; Nec
ex persona hȩredum conditio obli-
gationum immutatur, *l.* 2. §. *ex his,*
44 *ff. de verb. obl. Dom. de Franch. dec.* 83.
n. 5. Nec eius substantia minuitur,
aut corrumpitur, vti post *Din. &
Oldrad.* tradit *Alber. in d. l.* 2. nam in
45 defuncti persona, radices iecit, ac-
cedente maximè clausula *Insolidum,*
benè *Stracc. de Adiect. par.* 3. *limit.* 1.
n. 88. *&* 89.

Nec tantillum refragari asserebamus, nullam in hoc instrumento hȩredum Salustij mentionem habitã fuisse, sed tantùm hȩredum Marchionis, ad quem pecunia pertinebat, quia minimè requirebatur eius-
46 modi expressio respectu Salustij,
qui contraxit, cùm persona hȩredis
sit vna; & eadem cum persona de-
functi, §. 1. *Authen. de iureiur. à mo-
rien. prȩstit.* reprȩsentans eum in
omni iure creato, & formato acti-
47 uè, & passiuè tempore mortis, vti
tradit *Io. Bapt. Coccin. dec. Rot. Rom.*
181. *n.* 2. vndè nominato Salustio,
censetur omni procul dubio, in in-
strumento nominatus eius hæres, ex
48 regul. *l. si pactum* 9. *ff. de probat.* nam
virtualiter in eo continetur, teste
Imol. in l. 1. *col.* 3. *ff. de his, quæ in testam.
delen.* quare hæres executiuè contra
49 testatoris debitores, vel ei obliga-
tos rectè agere potest, tradit apposi-
tè *Rebuff. ad ll. Gallic. tom.* 1. *tit. de liter.
obligator. art.* 2. *glos.* 2. *n.* 3. 4. *&* 14. quo
laudato, eum sequitur *Reg. Rou. d.
dec.* 26. *n* 8.

Hinc factum est; vt in decreto
Sac. Cons. adducto per *Dom. Rou.*
hæc legerentur verba, non sine mi-
nisterio: *Magna Curia procedat ad ac-
tum interrogationis, cum herede Io.
Vincentij Gargani,* licèt in illo instru-
mento, nullum fuerit euomitum
verbum de hæredibus d. Gargani,
vt ponderat ibi *Reg. Rou. n.* 3. *vers.
Quia solutio,* & *n.* 8. quibus condu-
cunt, quæ in ipsamet materia liqui-
50 dationis instrumenti docet *Caran.
rit.* 178. *n.* 5. ibi, *Nominato Titio in
instrumento, videtur etiam nominatus
heres, propter quod non potest allegari
illa exceptio, Tu non es nominatus in in-
strumento,* idemq; repetit in *rit.* 286.
n. 6 Facitq; non parum *Marin. Frecc.*
(si ipse est) *in tract. de præsentat. in-
strum. par.* 8. *q.* 1. *n.* 15. dùm inquit,
*Mortuo creditore, de quo loquitur in-
strumentum, poterit eius heres per Iudi-
cem se heredem declarari facere, vt ad
eius instantiam possit instrumentum
51 exequi, licèt de persona heredis instru-
mentum non cantet.* & est de mente
Alex. cons. 126. *n.* 10. *lib.* 6. post *Bal.
in l.* 1. per illum *tex.* in verb. *Scriptis
heredibus, C. quor. legator.*

52 Cuius rei, ea ratio est, quia præsu-
mitur contrahentem, aut paciscen-
tem, etiam nulla suorum hæredum
in instrumento mentione facta, om-
nia ipsorum nomine agere, ad *tex. in*

d. l. si pactum, Camill. de Medic. consi. 71. *n.* 45. & 46. & *consi.* 131. *n.* 9. imò eam iuris esse præsumptionem, probarunt omnes DD. ibi, & lato calamo prosequitur *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præs.* 47.

Ex quibus: non oscitanter, aut per transennam, sed appositè satis perpensis, & trutinatis, in propatulo erat, casum nostrum omninò simile apparere cū casu adducto per *Reg. Rou. d. dec.* 26. & ne latum quidem vnguem ab eius thesi elongari, quinimò minus dubitabilem esse, licèt varijs subterfugijs diuersificare, & nitidam hanc veritatem obumbrare nixus fuerit aduersæ Partis Defensor, inquiens in casu *Reg. Rou.* Garganum præsentasse instrumentum, & morte præuentum, fuisse admissum eius hæredem vsufructuarium ad actum interrogationis perficiendum, etenim, hæc eadem assertio rem nostram conuincit, nam si quod incæpit Testator, potuit hæres perficere: non ex alio id contingere potuit, nisi quia Testator vnà, & eadem persona cum hærede censetur, sicuti pluribus probauimus hac *ead. obseruat. num.* 46. & copias nobis præstat auxiliares *Reg. Rou. n.* 8. *in fin.* adducens inter cæteros, *Giurb. in Consuet. Messan. cap.* 6. *glos.* 9. *n.* 33.

Vlteriùs: vim faciebat pro nobis non debile argumentum, quod Salustius in hac stipulatione expressè sibi electionem reseruauit, ibi, *Itaq;*
53 *sit semper in electione dictorum Marchionum coniugum, prædictiq; Salustij etiam tanquam principalis, & Insolidum, &c.* Itidem facultatem variandi; vndè deducitur, quod is, qui sibi in stipulatione, eligendi facultatem sibi reseruauit, antè electionem decederet, ad suum hæredem eandem
54 facultatem transmittit, &si absolutum sit electionem, meri facti personalis esse, ad *tex. in l. fin. in princ. ff. de verb. obl.* & clarè *Paulus Iureconsultus* respondit *in l. si ità stipulatus fuerim* 76. *ff. eod.* ad quem *tex.* illa prima *Bart.* ratio ibi *n.* 3. verior, ac receptior habetur (etsi tres alias as-
55 signet) quia sicut obligatio principalis ad hæredem transmittitur, ità pariter factum illud eligendi, quod est accessorium principalis obligationis, & exequutiuum iuris præambuli, ad eundem transferri debet, arg. *cap. si super de offic. deleg. in* 6. quam *Bart.* rationem sequuntur ibi *Ang. Io. de Imol. Ias. n.* 6. vers. *Prima ratio*, & *Alciat. n.* 3. qua ratione attenta, idem et *Bart. in d n.* 3. vers. *Oppono si illa facultas*, intelligit, ac restringit in terminis *d. l. cum quis sibi* 55. *ff de verb. obl.* vbi etsi *Bart.* ea ratione Adiecti hæredi solui non posse doceat; quia cum solutio in mero
56 facto cōsistat, ad hæredes transmitti non potest, *l. qui hæredi in princip. & l. Mauius, ff. de condic. & demon.* tamen quando factum est exequuti-
57 uum obligationis præcedentis, seu iuris præambuli, tunc sicut in hæredes transit ius illud ex obligatione descendens, ità & factum illud soluendi transferri debet, quam *Bart.* limitationem amplexi sunt *ibid. Ias. n.* 2. *Alciat. n.* 9. vers. *Addit generaliter, Stracc. de Adiect. par.* 3. *limit.* 1. *n.* 93. *Laur. Vrsell. d. concl.* 49. *n.* 34. Locus igitur dubitādi haud remanet quin Salustius ius illud eligendi, & variādi sibi ex contractu stipulatione vallato quæsitum, in Montem Misericordiæ suum hæredem transmiserit, vti factum exequutiuum iuris præambuli ex promissione, & obligatione ab Ill. Principe sibi facta.

Et tandem: ineuitabile aliud adducebamus argumentum, Nam si dicamus Salustium fuisse procuratorem Marchionis, vti (Principis Aduocatus contendit, & Nos negamus) quia de mandato non causat, aut Salustium ipsum negotiorum gestorem (quòd veriùs est) afferamus, vtroque in casu, si pecuniam Mar-

Marchionis, malè, aut parùm cautè in annuum censum cum Ill. Principe collocauit, ità vt in totum, vel in partem deperderetur, nonnè ipse in humanis agens, vel post eius decessum, Mons Misericordiæ eius hæres quantum Marchionis interesset, ille soluere obnoxius esset, vel actione mandati, vel negotiorum gesto-
58 rum? Certi etenim, ac indubitati iuris est procuratorem, aut negotiorum gestorem, non solùm de dolo, sed etiam de lata, ac leui culpa teneri, vt de procuratore habemus *tex. in l. si diligenter 5. §. fin. l. si procuratorem, §. vlt. ff. mandat. l. à procuratore 13. l. ad comparandas 16. C. ead.* & de negotiorum gestore est *tex. in l. 2. l. si pupilli 6. §. videamus, l. si negotia 12. ff. de negot. gest. Bart. in l. quod Nerua q. 11. ff. depos. Rot. Gen. dec. 80. n. 4. Surd. dec. 304. n. 6.* Et has actiones in hæredes, & contra hæredes transire, insinuat *tex. in l. inter causas 16. l. si praecedente 56. ff. mand. l. 3. §. hac autem actio l. successori 13. cum l. seq. & l. si autem 21. ff. de negot. gest.*

Ex quibus *Bart. in d. §. si stipuler n. 1. vers. Quandoque* generalem con-
59 stituit conclusionem, quòd Procurator quilibet, potest Domino stipulari, dummodò verba obligatiua, & exequutiua ad suam personam referat; tanquam semper sua intersit Domino acquirere, cùm mandatum susceperit, *l. quoties quis 81. §. 1. ff. de verb. obl. Bal. in l. certi condictio, §. si nummos, ff. de constit. pecun. Ang. in l. quod procurator ex re, ff. de procur.* & *Alex. in d. §. si stipuler n. 5.* qui in *vers. Tamen videtur*, subdit procedere in omnibus casibus, in quibus Procurator, vel negotiorum gestor, de omissis, & de neglectis tenetur, *l. quicquid C. arbitr. tutel. d. l. si pupilli, §. videamus*, quem sequitur *Alciat. in d. §. si stipuler n. 16.* subiun-
60 gens, *Euidenter enim eius interest valere stipulationem, ne videatur quicquã omisisse, & ideò conuenriatur, & n. 17.* & *18.* dùm contrarijs occurrit, ità loquitur, *Enimuerò, minimum dubitationis ille casus habet, cum sic à Procuratore, vel à quolibet alio concepta est stipulatio; Promittis mihi nomine Titij dare centum?* tunc enim non in Procuratore tantùm, sed etiam in negotiorum gestore valet stipulatio, *d. l. huiusmodi, & l. pen. ff. de negot. gest.*

Nec parùm firmitatis habet contractus Salustij cum Principe initus, ac iureiurandi religione vallatus, nã
61 vbi agitur de iuramento obseruando (quod est vnum de requisitis ad finem liquidandi instrumenta viaritus, sicuti *Ego* haud segniter insinuaui in *1. disceptat. forens. cap. 15. n. 49.* post *Affl. & Vrsill. Capic. Frecc. Caran. Dom. de Franch. Bernan. Pand. Iudic. de Rober. Galter. Foller. Episcop. Ricc. Muscat. & Reg. Sanfelic.* in Scdib. inibi à *Me* indicatis) non attenditur, an intersit quicquam ipsius, cui iuratum est, vt in *cap. si debitores de iureiur. Guttier. de iuram. confirmator. par. 1. cap. 36. n. 4. Seraph. de priuileg. iuram. priuil. 24.*

Dùm igitur Salustij, eiusq; hæredis multũ interest pecuniã ad Marchionẽ spectãtem saluã fieri, ne si exigi non possit ad id ꝗ Marchionis interest, conueniatur, ergo & actionem habet Salustius, & verus Correus credendi, & stipulandi censeri debet. Itaque vti prædiximus *num. 36.* fuit determinatum, re summo studio perpensa, & in eadem et causa exarauit docto eius calamo *Dom. Episcop. Maran. in suis respons. lib. 4. cap. 76. per tot.* nonnulla consulenda, in alijs, qui incidere articulis, de probatione Clericatus, Et an Clericus coniugatus possit retinere pensionem, & quid si cum Vidua?

De-

Decretum recensitum per *D. Reg. Rou in d. dec. 26. in fin.* cuius Nos memores fuimus *n. 20. anteced. Obser.* hoc est propemodum.

Die 16. Ianuarij 1625.

In causa Ill. Principis Casalis-Maioris, cùm Io. Baptista Capycio Galeota.

AVdita relatione Magnifici V. I. D. Didaci Mattæ Iudicis Magnæ Curiæ Vicariæ, pro declaratione decreti interpositi per Sacrum Consilium sub die 3. Decembris 1624. cum interuentu Magnifici Consiliarij Rouiti adiuncti, Visoq; instrumento, in quo interuenit in stipulatione Io. Vincentius Garganus cum alijs, quibus per dictionem coniunctiuam, & insolidum fuit promissa solutio.

Per Sac. Consil. remissa est causa eidem Magnæ Curiæ Vicariæ, quæ procedat ad actum interrogationis cum hærede d. quond. Ioannis Vincentij Gargani. Hoc suum, &c.

Penès Franciscum Antonium de Mercatis Secretarium.

SVMMARIVM.

1 *LIbri rationum, an sint petentibus exhibendi.*

2 *Editio librorum est facienda petentibus.*

3 *Iudicium non debet claudicare inter Actorem, & Reum.*

4 *Exhibitio partita in litibus contenta, potest denegari, si eam petens non declarauerit, an intendat eam approbare in totum, tàm pro se, quàm contra se.*

5 *Introitus confessio an noceat, si non acceptetur exitus.*

6 *Confessio introitus non præiudicat, donec acceptetur expensa, & è conuerso ratione connexitatis.*

7 Author *approbat opinionem, quod petens exhibitionem partita in libro descripta, teneatur prius fateri, & acceptare omnia in libro contenta, tàm pro se, quàm contra se.*

8 *Liber rationum non potest diuidi, nam debet continere data, & accepta.*

9 *Capitula si sint annexa, non possunt pro parte acceptari, pro parte autem reprobari.*

10 *Summa an sit parua, vel magna, arbitrio Iudicis relinquitur.*

11 *Liber rationum non potest in parte acceptari, in parte non.*

12 Capitula *libri rationum quando sunt contingentia, & dependentia vnum ab alio, tunc non possunt acceptari in parte, & in parte non.*

13 *Anthores adducti* à Dom. Regent. Rouit. in prag. 5. n. 9. in fin. de Admin. Vniuersit. *quo in casu loquuntur.*

14 *Liber pro Scribente, & contra ipsum quando probet.*

15 *Petens exhibitionem scripturæ, tenetur antè omnia declarare, si intendit stare toti scripturæ, tàm pro, quã contra.*

AR-

ARGVMENTVM.

Petens exhibitionem libri confectia *Nummularijs*, ſeu *Argentarijs*, *Theſaurarijs*, *Mercatoribus publicis*, *Adminiſtratoribus Vniuerſitatum*, *Tutoribus*, aliiſq; eiuſdem farinæ, hominibus, qui publicum exercent munus, vel à publico ad id explẽdum eliguntur, in quo partitę Introitus, & Exitus deſcriptæ reperiuntur, An teneatur ante omnia declarare, quòd intẽdit partitas Introitus, & Exitus acceptare, & ſic totum librum approbare? Qua declaratione non facta minimè poſtulatus teneatur exhibere partitas prædictas? Et affirmatiuam ſuſtinens *Author* opinionem, eam in praxi ſectandam ſuadet, quiq; Authores quæſtionem egerint, ***An, & quando liber probet pro Scribente, vel contra ipſũ*** innuit, quoq; in caſu adducta placita per *Dom. Regentẽ* ***Rouitum in commentarijs ad prag. 5. de Adminiſtrat. Vniuerſitat. n. 9. in fin.*** ſint accipienda, demonſtrat.

OBSERVATIO LXIV.

NEmo non intelligit, eiuſmodi quæſitum in praxi paſſim contingere, dùm Iurgantes adhoc, vt ſe releuent ab onere probandi, petunt à Nũ-
1 mularijs, ſeu Argentarijs, Theſaurarijs, Mercatoribus publicis, Adminiſtratoribus Vniuerſitatum, Tutoribus, alijſque eiudem farinę hominibus, qui publicum exercent munus, vel à publico ad id explendum, eligũtur, quod libri rationum, computa, partitæ introitus, & exitus, ac
2 rationes ipſæ ædantur, quorum deſiderio licèt ſatisfacere ſategerint Conſulti in *l. Tutor, qui repertorium, ff. de adminiſtrat. tutor. l. ſi quis ex Argentarijs, §. edi, & §. rationem, ff. de eden. l. quedam, §. nummularios, ff. eod. l. etiam, ff. de minor.* vbi communiter *Repeten.* adnotarunt editionem fieri debere; Attamen, vt ſeruetur inter Reum, & Actorem in Iudicijs
3 æqualitas neuè claudicet inter ipſos iudicium, ad *tex. in l. ſolemus, ff. de iud. & l. fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* quam æquitatem ibi *Repetentes* conſiderarunt, *Menoch. conſ. 367. n. 29.* eiuſmodi concluſionem ad limites reſtrinxerunt, vt ſcil. fas ſit etiam poſtula-
4 to ad exhibendum, opponere ſe aduerſus exhibitionem prædictam, niſi prius, & ante omnia reſponderit Actor an intendat approbare in totum, tàm pro ſe, quàm contra ſe, Et de Adminiſtratoribus Vniuerſitatum verba faciens *Petr. Foller. in Commentar. ad prag. 5. de adminiſt. Vniuerſ. §. 5. in fin.* mouet dubium, Vtrum confeſſio, quæ ſit introitus, no-

5 noceat, si non acceptetur exitus? Et
adducens *Io. de Plat. in l. 1, in fin. C. de*
apoch. publ. lib. 10. tradit, quod hæc
6 duo ita sunt connexa, quòd confes-
sio introitus non præiudicat, donec
acceptetur expensa, & è conuersò,
per *tex. in l quæritur, ff. de admin. tu-*
tor. l. Thais ancilla, §. libertatem, ff. de
fideicomm. libertat. Cassan. in Consuet.
Burgun. tit. Des enfans, rubr. 6. §. 6.
n. 19. & Follerio citato, cum sequitur
Reg. Rou. in d. prag. 5. n. 6. vers. *Et dum,*
de Administr. Vniuers. eiusque dictis
addendum monet *Franc. Marc. dec.*
Delphin. 60. *n.* 6. vers. *Et præmissa fa-*
ciunt, qui bis decisum in Senatu re-
censet, *par.* 1. quod summè notan-
dum inquit *Reg. Rou.* ibi, & postmo-
dum *Reg. Rou. loc. iam adduc. n. 9.* affert
pro opinione *Foller. Nicol. de Neapol.*
in l. 1. in fin. C. *de apoch. publ. lib.* 10.
7 Quæ sanè conclusio placet mi-
hi, & congruentes habet rationes,
quas DD. expendunt, quia liber ra-
tionum non potest diuidi, nam de-
8 bet continere data, & accepta *d. l. si*
quis ex argẽtarijs, ff. de eden. & ex quo
sunt capitula annexa, non possunt
in parte approbari, in parte non,
9 *Bal. in l. 1. in 2. oppos. C. de confess.* licèt
ibi videatur tenere, quod sit arbi-
trium Iudicis inspecta summa si sit
10 magna, vel parua, de quo per *glos.*
Bart. Pau. de Castr. & Alex. in l. publica,
§. Titius, ff. depos. ibique tenet *Alex.*
11 quod liber rationum nõ potest ac-
ceptari in parte, & in parte non,
Bart. in l. Aurelius, §. idem quæsiit, ff. de
liber. lega. Cyn. in l. vnic. 13. q. C. de con-
fess. Panorm. & Felyn. *in cap. 2. de fid.*
12 *instr.* vbi tenent, quod quando ca-
pitula libri rationum sunt contin-
gentia, & dependentia vnum ab
alio, tunc non possunt acceptari in
parte, & in parte non.
13 Et licèt Reg. *Rou. in d. prag. 5. n. 9.*
in fin. insinuauerit pro veritate di-
ctæ decisionis Delphinalis apud
Franc. Marcum, esse consulendum
Solam ad nou. decreta Sabaud. par. 3.
tit. 24. glos. 2. n. 15. cum seqq. & Boua-
dill. in Politic. lib. 5. cap. 4. n. 72.

Tamen adducti Authores, theore-
ma nostrum minimè tangunt, sed
14 tantùm agunt quando liber pro-
bet tàm pro Scribente, quàm con-
tra ipsum, vti videre est quoque, ex
Mascard. de probat. tom. 2. concl. 976.
per tot. quem adducit *Bouadill. loc. ci-*
tat. non etenim de alio tractat, nisi
de propositione prædicta quando
liber probet, vel non.
15 Inhærendum est igitur affirmati-
uæ sententiæ, quod scil. teneatur
petens exhibitionem ante omnia
declarare si intendit stare toti scri-
pturæ, tàm pro, quàm contra, quam
sententiam approbatam vidi à *Rot.*
Genuæ dec. 77. Surd. cons. 543. in 4.
Ancaran. Regien. q. 55. & à Rev. D.
Thom. Pelliccion. Illustr. qq. opere posth.
tit. de ration. redden. q. 35. cap. 4. vers.
Is cui in fin. vbi *Dom. Reg. Rou.* me-
minit.

SVMMARIVM.

1 *ADuocati exercent officium lau-*
dabile, priuilegiatum, & ho-
norabile.
2 *Aduocatorum munus, homines nobili-*
tat, adeò quod ab eo arcentur infa-
mes.
3 *Aduocatorum muneris honestas, atq;*
necessitas admodum emicat, adeò quod
meritorium, & licitum dicitur corũ
officium.
4 *Aduocati munus Reipublicæ necessa-*
rium est.
5 *Aduocati militant.*
6 *Aduocati pro eorum salario habent pri-*
uilegium inter omnes creditores.

7 Ad-

7 *Aduocati pro eorum salarijs habent tacitam hypothecam à iure inductam cum priuilegio prælationis, sicuti dos, & fiscus.*

8 *Saluianum interdictum competit pro salarijs Aduocatorum.*

9 *Expensa in rebus hæreditarijs facta per hæredem putatiuum, ad rerum hæreditariarum conseruationem, sunt prius deducenda, quàm alijs creditoribus satisfiat.*

10 *Patrocinium si præstetur ad rem aliquam recuperandum, potest pro patrocinio prædicto res ipsa vendi, & alienari, quantumuis prohibita sit.*

11 *Priuilegium patrocinio tributum, est magnum, quia æquale est cum fauore dotis.*

12 *Priuilegium prælationis, & hypothecæ concessum patrocinio Aduocatorum, an habeat legem disponentem de hoc.*

13 *Priuilegium debet esse in iure expressum, non autem induci per argumenta.*

14 *Merces, siue salarium Aduocatorum, non habet tot priuilegia, sicuti studium.*

15 *Professor, cui salarium soluitur, præsumitur meliùs, & diligentiùs docere.*

16 *Opinio quæ fauet salarijs Aduocatorũ, in iudicando tutior est, & recipienda.*

17 *Aduocati, & Iudices gaudent priuilegijs concessis scholaribus, & Doctoribus actu legentibus, & ideò priuilegio prælationis.*

18 *Priuilegium prælationis concessum Aduocatis pro eorum salarijs extenditur etiam ad salaria Iudicum, Doctorum, & Scholasticorum.*

19 *Aduocati, & Procuratores in concursu præferuntur alijs creditoribus in re, quæ eorum patrocinio, & opera à litibus recuperata fuit.*

20 *Prælatio competens Aduocatis, & Procuratoribus pro eorum salario in re è litibus recuperata, est ad instar priuilegij competentis ei, qui rem meliorauit super re meliorata.*

21 *Patrocinia, labores, & seruitia pro alicuius rei recuperatione, & defensione præstita, sunt eidem rei adeò annexa, & cohærentia, vt tantominus in illa esse videatur, quantum pro dicto salario, & mercede soluendum sit.*

22 *Tacitam hypothecam habent salaria Aduocatorum, & Procuratorum, sicuti Dos, & Fiscus.*

23 Creditores volentes *satisfieri super bonis recuperatis opera Aduocatorum, tenentur illa recipere cum onere solutionis salarij competentis Aduocatis.*

24 *Aduocati liberantes eorum patrocinio mediante rem in Iudicio deductam, præferuntur personalibus creditoribus, & in rebus defensis habent tacitam hypothecam, etiam cum prælatione ijs, qui habent expressam hypothecam anteriorem.*

25 *Tacita hypotheca competens Aduocatis pro eorum patrocinio, in re, eorum defensione è litibus recuperata, præfertur hypothecæ anteriori expressæ, quasi tale patrocinium rem ipsam, & bona seruauerit.*

26 *Aduocati, & Procuratores ex causa eorum salarij ob præstitum laborem, in casu liberationis depositi non tenentur præstare cautionem de restituendo cui, quibus, & quando, quia omnibus præferuntur.*

27 *Aduocati, vt benè eorum muneri satisfaciant, quæ sustineant.*

28 *Aduocationis munere, nihil grauiùs, nihil duriùs.*

29 *Pericula quot incurrant Aduocati.*

30 *Aduocati pluribus indigent expensis, vt eorum scientiam nobilitent, & domum sustineant.*

31 *Aduocatum habere contrarium in causa petiti palmarij, magna mæroris occasio est.*

32 Author *contradicentem habuit Aduocatum in causa petiti palmarij.*

33 *Indecora, & indecens videtur contradictio, quæ fit Aduocatis ob eorum salariorum petitionem.*

34 Author *satiùs putauit liti pro palmario institutæ cedere, quàm odiosam disputationem sustinere.*

35 *Ingratitudo, detestabile vitium.*

36 Hypolitus de Marsilijs, *ingratitudinem detestans, plura tradit notabilia.*

37 *Aduocati si eorum muneri probè vacant, Deum habent adiutorem.*

ARGVMENTVM.

Aduocationis munus, quod laudabile, priuilegiatum, & honorabile ab omnibus existimatur, vtpotè Reipublicæ maximè necessarium, quodque adeò nobilitat hominē, vt ad id subeundum munus, non nisi bonę opinionis viri admittatur, illud pręcipuum habet priuilegium, vt Aduocati pro eorum laborum salario, & ob causæ victoriam, Palmario, hypothecam habeant tacitam, ex qua in concursu omnibus aliis creditoribus præferuntur, etiamsi creditores anteriores concurrerint, expressæ hypothecæ innitentes, pręsertim si de ea re agatur, quę ex Aduocatorum patrocinio, & Procuratorum solertia, atq; laboribus à litigij vexatione liberata extiterit, tunc etenim eodem gaudent priuilegio pro eorum salario, laboribus, & Palmario, quo potiri sancitum est, meliorantes rem aliquā, ac expendentes in conseruationem rei hęreditarię, quarum meliorationum, & expensarum pręrium ante omnia deduci, omnibusq; aliis pręferri, minimè hęsitatur, adeò quod ob quantitatem pecunię illis liberatam nequidem cautionem pręstare tenentur, sicuti alii creditores concurrentes, vtpotè qui nullo vnquam tempore (quicumque concurrerint creditores) ad eius restitutionem vrgeri possunt, quòd sanè priuilegium hypothecę, & antelationis nedùm Causarum Patronis, & Procuratoribus, verùm etiam Magistratibus pro eorum salariis competere insinuatur. Cuius quęsiti occasione, quot subeant Aduocati pericula in eorum dignè subeundo munere, quotq; teneantur expensas erogare, quoque sepè sepiùs à Clientibus pro susceptis laboribus rependantur ingratitudines, quiduè *Authori* acciderit pro petito palmario, quantumq; Ingratitudinis vitium detestabile, pluribus commonstratur, ac peculiari *Hypoliti de Marsilijs* dicterio *in fine tractatus de fideiussoribus*, comprobatur.

OBSERVATIO LXV.

1 ADuocati, qui officium Aduocationis exercent, laudabile, priuilegiatum, & honorabile, quod hominem nobilitat, adeò quod ab eo arceantur
2 infames, ad *tex. in l. sancimus, & l. laudabilem, C. de Aduoc. diuers. iudicior.* eorumq; exercitij honestas, atque necessitas admodum emicat, adeò
3 vt meritorium, & licitum dixerit *Cassan. in Cathalog. gloriæ mundi par. 6. cap. 28. vsq; ad 32.* quodque Offi-
4 cium honorificum esse, eò quod Doctoratus dignitas est, & Aduocati dicuntur personæ Illustres, secundum *Bald. in proem. Digestor. n. 5.* vers. *Quartò nota*, sicuti insinuat *Matth. Berlich. practicab. conclusion. concl. 43. n. 50.* vers. *Quoniam hic*, quiq; vtilitati publicæ maximè consulunt, quippè cùm ipsi ambigua dirimunt facta causarum: suæque defensionis viribus, sæpè publicis in rebus, ac priuatis lapsa erigunt: fatigata reparant: nec minus prouident humano generi, quàm si prælijs, atq; vulneribus patriam, parentesque saluarent, quandoquidem non solùm eos militare credidit Imperator, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam Aduocatos, *Militant*
5 *namq; Causarum Patroni, qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt*, est *tex.* celeber *in l. Aduocati, C. de Aduoc. diuers. Iudic.* Et vti benè obseruat *Ioann. Matthienz. in Dialog. Relator. & Aduoc. cap. 8. n. 7. plurima certè veritates incognitæ, plurima iniustitiæ impunita manerent; si iurisperitorum cessaret sapientia, & sua quærendarum rerum studiosa sagacitas contemptui, aut non vsui haberetur, funestumq; in Republica sæpè acciderit, si Iureconsulti deessent, quorum id præcipuum studium est, iustum ab iniusto, falsum à vero discernere*; vt nedùm hoc speciale habeant, vt in omnibus casibus, salarium, quòd alijs, nisi specialiter cōuentum, non debetur, petere possint, secundum *Alex. cons. 109.* incip. *Super eo n. 2.* vers. *Et alia sunt specialia lib. 6. Feder. de Sen. cons. 718. n. 1.* vers. *Non obstat, quòd de Aduocato, & seq.* quos adducit celeberrimus Consultus *Matthias Berlichius dec. 134. n. 9. par. 1.* quod priuilegiū inter omnes
6 creditores obtineant, & pro eorum salarijs ex causa patrocinij habeant tacitam hypothecam à iure inductā
7 cū priuilegio prælationis, quemadmodū dos, & fiscus in pluribus causis, affertur *Bart. in l. 1. in fin.* vers. *Et sic n. 31. ff. sol. matr.* dùm allegat *l. assiduis, §. exceptis, C. qui potior. in pignor. habean.* & in terminis tenuit *Ang. in d. l. 1. in fin. n. 12. Ias. col. pen.* post *med.* vers. *Vltimo circa doctrinam n. 51. Rip. col. fin. ad med.* vers. *Vltimò nota n. 139. Alciat. col. 3. ad med. n. 8.* vbi quod est communis opinio, *Socc. col. 12. in princ. n. 6. Socc. iun. col. vltim. in fin. n. 278.* vbi de commun. *Ias. col. fin. ad med.* vers. *Et quia debitum n. 42.* vbi multum commendat, licèt malè seruari asserat *Bald. col. pen. ad med.* vers. *Secundo collige, Rebuff. de priuileg. scholar. priuil. 82. & 118. num. 2. Gratian. disceptat. forens. tom. 1. cap. 57. n. 41.* vers. *An autem priuilegia*, adducens *Ias. in l. diem functo n. 19. ff. de offic. Assessor.* & melius in *2. disceptat. forens. cap. 257. ex n. 17.* vers. *Imò ista salaria*, subdens *n. 20.* vers. *Vndè etiā*,
8 adeò verùm esse pro eiusmodi salarijs hypothecam cum prælatione competere, vt pro eis competat Saluianum interdictum, ex traditis per *Statil. Pacific. de Saluian. interd. cap. 4. inspect. 3. n. 233. vsq; ad n. 286. & Gra-*

tiano cum laude inhæret *Ioan. Petr.*
Fontanell. dec. 427. *n.* 4. adducens si-
9 mile de impensis factis per hæredē
ad rerum hæreditariarum defensio-
nem contra alios prætendentes se
hæredes, quæ prius sunt detrahen-
dæ, quàm alijs creditoribus satisfa-
ciat, latè *Anton. de Amat. variar. resol.*
cap. 3. *ex n.* 10. *Giurb.* (nuper è viuis
excessus, post tot, tantosq; in legali
disciplina exantalatos labores) *dec.*
108. *n.* 10. 20. *& seq.* inquiens pro
10 patrocinio præstito ad rem aliquam
recuperandam, posse illam vendi, &
alienari, quamuis sit prohibita, &
11 hoc esse magnum priuilegium, do-
tis fauori æquale, dicit *Fontanell. d.*
dec. 427. *n.* 5. *par.* 2.

Negant tamen *Bologn. & Parisi. in*
d. l. 1. Ille *n.* 235. Iste *n.* 218. *ff. sol. ma-*
trim. & mordicùs *Florez diez de Me-*
na variar. quæstst. lib. 1. *q.* 8. §. 1. *n.* 70.
in 14. *concl.* vers. *Hac tamen,* vbi ad-
ductis pro affirmatiua *Bart. Bal. Ang.*
vtroq; Soccin. Ias. Rip. & Rebuff. in locis
modo allegatis, tradit, communem
illam resolutionem, nullum habere
12 fundamentum in iure, neque legem
reperiri, quæ tale priuilegium det,
sed ex solo fauore studij, & publica
vtilitate motos fuisse Authores,
ideòq; ipsum in puncto iuris securā
13 non putare, quia priuilegium debet
esse in iure expressum, & non indu-
ci per argumenta.

Attamen à prima affirmatiua sen-
tentia tanquam fauorabili, minimè
14 est recedendum, Nam licèt aliud sit
loqui de ipso studio, & disciplina,
aliud verò de mercede, quæ non vi-
detur habere tot fauores, prout stu-
dium, per *tex. in l.* 1. §. *Diuus, ff. de*
var. & extraord. cognit. Nihilomi-
15 nus causa studij dependet à salario,
quia præsumitur meliùs, & diligen-
tiùs docere professor, cui salaria
exhibentur, *l. Medicos in fin. C. de*
professor. lib. 10. sicuti post *Alciat. præs.*
43. *reg.* 3. *n.* 6. obseruat *Gratian. d.*
cap. 257. *n.* 23. adducens *Barbos. in l.*
l. 1. *par.* 7. *n.* 25. vers. *Infertur secun-*
do, ff. sol. matr. & Io. Bosch. de nupt. le-
gitim. lib. 6. *n.* 42. *tom.* 6. *fol.* 95.

Adeò quod *Flooez Menez loc. cit.*
non potuerit inficias ire *d. n.* 70. vers.
Sed tamen, quòd in iudicando, & cō-
sulendo non est recedendum à com-
muni opinione, quæ fauet salarijs, ea
16 adducta ratione, Nam cum Aduo-
cati, & Iudices gaudeant priuilegijs
concessis Scholaribus, & Docto-
ribus actu legentibus, quæ plenè re-
collegit calamo *Io. Garf. in tract. de*
Nobilit. glos. 35. *per tot.* habebunt
17 quoque hoc priuilegium prælatio-
nis, nam instar militum sunt, *d. l. Ad-*
uocati, C. de Aduoc. diuers. iudicior. cui
sanè sententiæ arridet *Ioannes Paul.*
Xammar. in tract. de Offic. Iudicis, &
Aduocat. par. 2. *quæst.* 9. *ex n.* 49. vers.
18 *Salaria Aduocatorum*, vbi extendit
etiam ad salaria Iudicum, & Docto-
rum, ac Scholasticorum, in omni-
bus *Gratian.* placito se subscribēs *in*
d. cap. 257. *tom.* 2.

19 Prædicta autem, quæ aliquam
hæsitationem habuerunt, nullam
dubitandi ansam præbent in con-
cursu salarij Aduocati, & Procura-
toris, in re quæ eorum patrocinio,
& opera, à litibus recuperata fuit, in
ea etenim re præferri debent Aduo-
cati, & Procuratores pro suo salario
cæteris creditoribus, exemplo eius,
20 qui rem meliorauit, secundum *Gra-*
tian. d. cap. 257. *n.* 26. inquiens ità in
specie multis rationibus resoluisse
Rot. Rom. in vna Romana salarij
coram Dom. Oradino 1. Iulij 1569.
21 Huiusmodi enim patrocinia, labo-
res, & seruitia pro dictæ rei recupe-
ratione, & defensione, sunt eidem
rei adeò anuexa, & cohærentia, vt
tantò minùs in illa esse videatur,
quantùm pro dicto salario, & mer-
cede soluendum sit, *Bart. in l. quod*
dicitur, ff. de impens. in reb. dotal. fact.
Afflit. dec. 359. *n.* 1. *& seq.* quibus mo-
tus rationibus *Fontanell. d. dec.* 427.
in princ. asseueranter tenuit salaria
Ad-

22 Aduócatorum, & Procuratorum habere tacitam hypothecam cũ iure prælationis, ficuti Dos, & Fiscus.

Vndè fit, vt creditores de dictis bonis satisfieri volentes, necessè
23 est, vt illa accipiant cum suo onere, *l. si debitor, C. de distract. pignor. l. debitorem, C. de pignor.* Est enim conditio creditorum melior effecta, tanquam dicta bona sint liberata à calumniosis molestijs litigantium, subditque *Gratian. n. 28. vers. Adeò,* eum, qui ista liberauit, debere præ-
24 ferri personalibus creditoribus, & quod in rebus defensis habet tacitã hypothecam, etiam cum prælatione habentium expressam anterio-
25 rem hypothecam, cùm hęc tacita quamuis posterior sit illis præferenda, quasi tale officium, & patrocinium, res ipsas, & bona seruauerit, ad doctrinam *Bart. in l. interdum n. 4. cum l. seq. ff. qui potior. in pignor. habean. Alex. conf. 217. n. 2. lib. 6. Rip. in l. priuilegia n. 32. & 35. ff. de priuil. creditor.* Et adducit *Gratian. n. 30. vers. Prout etiam:* simile de impensis factis per hęredes ad ipsorum defensionẽ contra alios prętendentes se hæredes, quæ priùs sunt detrahendę, quã alijs creditoribus satisfiat, vti concludunt *Scribentes in l. fin. §. in computatione,* vbi *Ang. & Corn. n. 3. Iaf. in 3. notab. C. de iur. deliber. Porcellin. de inuentar. q. 7. in 7. & 8. vtilit. n. 6.* cum alijs per *Rot. in d. causa Romana Salarij 1. Iulij 1569.* vbi etiam additur,
26 quòd tales procuratores occasione huiusmodi salarij ob præstitum laborem, & officium pro defendendis istis bonis in causa discussionis, non tenebuntur cau ere de restituẽdo prioribus, & potioribus, cùm alijs
27 præferantur, vt dictum est, quasi cesset causa, ob quam præstatur satisdatio, *l. hac autem, ff. si cui plusquã per leg. falcid. l. hac stipulatio, §. Diuus, ff. vt legat. nom. caueat.* ac *Gratiano* laudato, extollit conclusionẽ *Xammar. loc. cit. n. 51. vers. Illud quoq;, Fontanell. d. dec. 427. num. 4.*

Nec poteram mihi persuadere, contrarium fore vnquam sectandũ, etiamsi hęc omnia quę exarauimus, deficerent, inspectis Aduocatorum
27 laboribus, & ærumnis, quibus anguntur, *Bone Deus?* quot noctes ducunt insomnes, quot dies peruigiles, vt Clientibus consulant, ac veritatem scrutentur causarum? Quid etenim grauiùs, duriusuè vnquam accidere potest, quàm casibus varijs, & implicitis causarum diuersi generis, singulis diebus incessanter vacare? Quæ non patiuntur miseri Aduocati, si quando, ijs coram Magistratibus causas agere, Clientesque tueri, coacti sint, qui præce aliqua, vel odio iustitiam obumbrare contendunt? Quot vicibus repetitis cõtingit, vt totus Clientis defensioni addictus Aduocatus, etiam cibi fuerit oblitus, & si ab aliquo perquiratur quibusnam se cibauerit ferculis, prorsùs ignoret? Quid enim Ad-
28 uocationis munere, si rectè perpẽdatur, grauiùs? Quod aliena negoria ad suas molestias rrahit, vt laboribus subueniat aliorum? vti eleganter asserit *Cassiodor. 1. variar. epist. 12.*
29 Nihil denique Aduocationis munere periculosiùs? cuius duodecim refert pericula *Io. Bapt. Caccialup. tit. de Aduoc. q. 4.* vbi plenè, & latè *Alber. in l. 1. n. 7. C. de suffrag.*
30 Et si inspiciantur sumptus, quibus Aduocati indigẽt, vt eorum scientiã nobilitẽt, & domum cõspicuã sustineant, in rã magna librorũ copia cõparanda, in tot magnificis supellectilibus ad ornatum domorũ, ac alijs similibus fermè insuperabilibus sũptibus, quos fert hæc ætas, quis auderet dicere non esse Aduocatos præferendos, ac Procuratores creditoribus concurrentibus, quando agunt de salarijs, & Palmarijs? Consulant Lectores eruditum *Fontanell. d. dec. 427. n. 16.* qui plenè, & disertè loquitur, quibus si Clientum ad-

da-

datur ingratitudo, quid Aduocationis munere infensius? Quid durius? Credant mihi vti experto, à primis annis forensi addicto pulueri, in Supremis Tribunalibus non infrequẽti Clientum calculo causarum patrocinijs impensè addicto, plura, alia, & peiora, ac nequiora studiosis, & Aduocatis contingere, inter quæ
31 Principem mæroris, & angustiæ locum tenet, si quando Aduocatum quis reperiat contradictorem in causa præsertim petiti salarij, vel Palmarij, mihique adamussim accidit, dùm toto meæ Aduocationis
32 tempore, coactus fui iudicialiter vnum Palmarium petere à Scipione Fazalo filio V. I. D. Thomæ Fazali in causa illa percelebri petitæ exequutionis legati ducatorum cẽtum mille, pro quo patrocinium præstiti non parum insudãdo, & extant duo mea *responsa in 2. disceptat. forens. cap. 8. & cap.* quæ causa fuit transactione sopita (*Me inscio*) in hac (inquam) causa reperi Doctorem mihi contradicentem, & licèt omnibus
33 indecens, & indecora visa fuerit contradictio, nam contra propria, & sociorũ cõmoda visus fuit elaborare eiusmodi Aduocatus, mihi ex multis nullũ præbuit quærimoniæ locũ,
34 & satiùs putaui pro modica quantitate liti cedere, quàm odiosam disputationem sustinere, & postmodum vidi *Io. Petr. Fontanell. dec. 426. n. 10. par. 2.* qui simile refert de alio Aduocato in Ciuitate Barcinoniæ, nimis ipsum obiurgãdo: scripto hæc trado, vt qui post me venerit, sciat in quolibet actionum genere, Hominem homini fuisse insidiatum, &
35 detestabile prorsùs vitium adeò esse *Ingratitudinem*, vt illud perpẽdens *Hypolitus de Marsiliis* vir doctissimus, furẽti sanè ductus spiritu, quasi suorum laborum se pænituerit, illos detestaretur, præsertim iuris legalem penè abiurans professionem, *in tra-*
36 *ctat. de fideiussor. in fin.* hæc euomens verba, *Quiescite iurislatores, patres fratres, & filii, quiescite iterùm à continuo studio, parcite laboribus, sudoribus, & vigiliis; nulla apud nos sit reuolutio chartarum; & postquam sic placet Superioribus, pereat doctrina, banniatur in totum scientia Canonica, & Ciuilis, odio prosequantur mores; & benè viuendi normę; Impressores librorum, iurium, & bonarum artium, à solita impressione desistant, laboriosi parentes vlterius minimè mittant, sed magis reuocent eorum filios à studiis; nec patiantur eos aliquã capessere Canonicam, vel Ciuilem scientiam; quoniam frustrà expectatur illud, cuius euentus nihil operatur.* Et iterum, *Et erunt deterioris conditionis omnibus aliis artificibus; nam Cerdones, Barbitonsores, Araminatores, & similes, vilissimi, & abiecti communiter ex eorum labore, & artificio vitam ducunt, & ex sudore suo vescuntur pane suo, vt experientia rerum Magistra docet; Doctores autem, & Iurium professores, fame pereunt, & ad nullum pretium iamiam reducti sunt; & ideò meritò in totum abradi, & deleri potest; tex. in Authen. de hared. & falcid. in §. fin. qui dicit, quod legalis sapientia non permittit hominem in paupertate viuere, nec in anxietate mori: his enim temporibus textus ille mentitur, & oculata fide dignoscitur, & prædicta cognoscens expertus verissima, cogor mutare propositum, & contra morem meum quoscumq; prudentes retraherẽ à studio, à vigiliis, & laboribus, tanquam in vanum laborantes, & cribro aquam haurientes, sed vitam, seu tempus, quod superest, expendamus, & conteramus circa vtiliora, ne senectus, & inopia simul finaliter nos reperiat infelicissimos; & hæc omnia patienter toleramus, postquam sic placet Superis, & omnia degenerent, & in præceps vadant, & retrocedant, quòd verè patienter hæc, & maiora tolerabimus.* Hæc *Hypolitus*, satis herclè iratus, vt vindictam sumat de ingrato forsitan homine, exarasse credendum est.

Vtq;

Vtque obiter (non tamen extra thesim) insinuem, conquerebar Ego de præfati Clientis ingratitudine cū eximio quodam Magistratu Supremi ordinis præcipuo Domino meo: At ille ex templo, Cur Tu (inquit) communem aliorum Aduocatorum fortunam non insecteris? Quis te peculiari forsan diplomate ab antiquata, Clientum ingratitudine exemit? Lege (subdit) veterum, & recentiorum monumenta, eorū præsertim, quorum præcipuum fuit munus, Clientum iura tueri, Vix vnum reperies, qui Clientum ingrati animi notam non obiurgarit? Ex Nostratibus consule *Cæsarem Vrsillum in Annotation. ad Afflict. decis. 123. in princ.* qui hæc protulit verba promiscuè loquens de Medico (de quo casus incidit in decisione) & de Aduocaro,

Dum languet infirmus, Medicus sit pignore firmus,
Aegroq; curato, dolent de pignore dato.

Et iterum

Dum causa ventilatur, & infirmus infirmatur, tunc cures petere,
Nam causa concordata, & infirmo restaurato, nihil curant soluere,

Nam Aduocati, & Medici tres facies Clientulis præseferunt, tempore necessitatis, Angeli, dico necessitatis vrgentis, alio tempore non sic instantis, hominis, ea in totum finita, Dæmonis; & hoc de ingrato Cliente dico, & intelligendum puto.

Hæc *Vrsill.* quem sequitur *Magon. dec. Floren. 11. n. 3.* eorumq; memor *Andreas Knichen in Commentar. de Saxonic. non prouocan. iur. cap. 2. n. 161.* adducit cuiusdam *Euricii Cordi* Medici Hassiæ non incelebris quòad suam functionem sequentes versus,

Tres Medicus facies habet, vnam quando rogatur,
Angelicam, mox est, cum iuuat ipse Deus.
Post vbi curato poscit sua præmia morbo.
Horridus apparet, terribilisque Sathan.

Et de Aduocatis infrascriptas subnectit *n. 162.*

Antistes iuris modo trina referre videtur
Angelicum legit, nescia tela ferunt.
Fert hominis munus, dùm rectè tramite suadet.
Lis vbi finitur, mox Cacodæmon adest.

Quibus mihi insinuatis, haud difficile fuit, agnoscere quantum vbique caput extollat suū *Ingratitudo.* At Aduocati dignè, & laboriosè, eorum si vacent muneri, & probè agant, Deum habent adiutorem.

SVMMARIVM.

1 *Locupletari eum aliena iactura neminem debere, iure quodam naturæ insitum est.*
2 *Incommoda eum sequi, quem commoda sequuntur, secundum naturam est.*
3 *Ius naturale, dicitur quandoque Ius gentium.*
4 *Sacrorum vice antiquitùs fungentes, eorundem donorum, quæ altari offerebantur, fuere participes.*
5 *Stipendia illos consequi iustum est, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.*
6 *Clerici, Ecclesiæ fideliter seruientes, debita stipendia consequuntur.*
7 *Mercenarius est dignus mercede sua.*
8 *Altari seruient, de altari viuere debet.*
9 *Onus qui sustinet, à mercede repelli nō debet.*
10 *Stipendijs proprijs, nemo cogitur militare.*

11 La-

11 *Labor nullus sine iusta mercede debet esse.*

12 *Ingratus est labor, quem debita pramia fallunt.*

13 *Laboribus iustis, tribuenda est compensatio pramiorum.*

14 *Operam esse sine emolumento, aut emolumentum sine opera impensa esse, graue est.*

15 Qui non laborat, non manducat.

16 *Ad officium lucra, quodq; ad Curialem susceptionis damna pertineant, iniquum est.*

17 *Salarium absq; labore petens, de causa lucratiua agit, qui verò seruit, de causa onerosa.*

18 *Mercede expectata, vt gaudeant ij, qui pondus diei, & astus patiuntur, iuri consentaneum est.*

19 *Salaria prastantur pro labore.*

20 Dom. Consiliarius D. Antonius Nauarrete *laudatur.*

21 Dom. Consiliarius Didacus Varela Sacri Consilij Decanus, *laudatur.*

22 Ill.Dom.D.Benedictus Trelles Marchio Toraluæ Regius Consiliarius, ac Regni Siciliæ Consultor, *laudatur.*

23 *Iustitia, vel iniustitia suspensionis officii qualiter procedat.*

24 *Subrogatus in officio si sustinuit laborem, non debet suspenso ab officio restituere emolumenta.*

25 *Officium ne detrimentum patiatur, ob suspensionem Officialis, debet habere substitutum.*

26 *Iustitia, vel iniustitia suspensionis ab officio, procedit respectu fructuum naturalium, & industrialium, non autem respectu fructuum deputatorum pro labore, & seruitio personali.*

27 *Distributiones quotidiana non prastantur aliis, quàm interessentibus, & seruientibus.*

28 *Fructus qui dantur absentibus, quasi sint prasentes, non intelliguntur de illis fructibus, qui percipiuntur ratione seruitii quotidiani.*

29 *Suspensus ab officio, si illud recuperet, non recuperat fructus, si fuit alius subrogatus, qui loco Officialis seruiret.*

30 *Salarium, & emolumenta debentur suspensó, & postmodum restituto, dato iusto impedimento.*

31 *Subrogatus in Officio, loco Officialis suspensi, si seruitium prastitit, non tenetur restituere fructus, quia non debet propriis expensis militare.*

32 *Officialis qui prastitit operam, & suscepit laborem, exercendo officium, debet habere alimenta, & fructus officij, non secus ac si emisset, ac pratium soluisset, cuius loco successit personale seruitium.*

33 *Salaria, & emolumenta, quando dicuntur debita ratione seruitii, & laboris.*

34 *Decisio Supremi Senatus Italia apud* Dom.Reg.de Pont.25.*vti singularis adducitur in materia salarij, & fructuum debitorum Offitiali subrogato in officio, in quo prastitit munus personale.*

35 *Qui non laborat, non manducat, respectu emolumentorum officii.*

36 *Stipendiarius, qui sua culpa fuit captus ab hostibus, ibiq; aliquo tempore stetit, non recuperat stipendia prateriti temporis.*

37 *Officii emolumenta, cur non sint restituenda Officiali suspenso?*

38 *Restitutus ex iustitia licèt recuperet fructus, non tamen trahitur eiusmodi restitutio ad emolumenta officii, à quo quis suspensus est, etiamsi ex iustitia deindè sit restitutus.*

39 *Officium, si fuerit, stante suspensione alteri commendatum, eo absoluto non recuperat salarium.*

40 *Decreti formula qua fit quando Officialis suspenditur ab Officio, vt perdat emolumenta.*

41 *Salarium debetur exercenti officium malis artibus.*

42 *Decisio Sac.Consil. apud* Dom. de Franch. 163. *vti singularis affertur in materia salarii debiti exercenti officium, à quo alius fuit suspensus.*

Sa-

43 *Salarium debetur etiam falsò officium exercenti.*

44 *Collusione circa exercitium officii, intercedente, adhùc fructus colludenti debentur.*

45 *Collusio, nihil aliud est, nisi inter Actorem, & Reum, latens, & fraudolenta conuentio.*

46 *Collusio dicitur à iure improbata.*

47 *Colludens dicitur committere falsum, quia aliud agit, & aliud simulat.*

48 *Sententia ex collusione lata, tertio non nocet, & est nulla.*

49 *Sententia non prodest colludenti.*

50 *Emptor, qui cum procuratore vendente collusit, non præscribit.*

51 *Collusio emptori non prodest.*

52 *Sententia ex collusione prolata, est nulla ipso iure.*

53 *Iudicium collusiuè procedens, dicitur nullum, etiamsi sententia desuper esset interposita.*

54 *Exercens actum alteri mandatum sub certo salario, salarium petere potest, etiamsi dolosè, & falsò se introduxisset ad ministerium, quod aliis commissum erat, quia attenditur exercitium.*

55 *Salarium non potest peti ab eo, qui actu non seruit, sed ab eo, qui actu est in exercitio illius officii.*

56 *Salarium emeritum, non ad Ius, sed ad meram liberalitatem, & Principis gratiam spectat.*

57 *Possessor malæ fidei, non facit fructus suos.*

58 *Malæ fidei possessor, fructus acquisitos ex industria sua, suos facit, quia nunquam fuerunt in dominio petentis.*

59 *Operas serui legati, quomodo quis amittat per emancipationem.*

60 *Obligationes contrahuntur ex delicto, vel quasi, & ex contractu, vel quasi.*

61 *Actio competit contra impedientem ad interesse, dùm est soluendo.*

62 *Experiri sine actione nemo potest.*

63 *Præsens, & tacens dicitur qui poterat contradicere, & non contradixit, & videtur de iure suo cedere.*

64 *Restituto Officiale suspenso, per viam iustitiæ, ne quidem emolumenta officii debentur, dùm alius exercuit.*

65 *Ius ex facto oritur.*

66 *Destructo fundamento, & ædificium corruere, necessè est.*

67 *Decisio Sacri Consilii* Authore *patrocinante refertur.*

ARGVMENTVM.

Officialis, cui à *Rege nostro Serenissimo, et Inuictissimo*, etiã in vim contractus, & ex causa onerosa officium fuit collatum, si ab eodem Officio suspensus fuerit ordine Illustrissimi Regni Proregis, qui & illud alteri commendauit, & suspensi vice subrogauit, quiq; eius exercitio vacauit, An rectè petat? eiq; de iure debeantur salarium, & emolumenta à subrogato, aliaquẽ munuscula cuiuscumque generis, siue difformia, siue vniformia, postquam ad officiũ prædictum fuerit restitutus? Et an habenda sit aliqua ratio iustè nè, vel iniustè suspensio processerit quòad restitutionem faciẽdam fructuum, & emolumentorum pro rata illa temporis, in quo subrogatus exercitio officii vacauit, personale munus subiens?

quæq; ad hanc dissoluendam antinomiam consueta fuerit apponi clausula in decretis suspensionum Officialium? Et quanti faciendus sit labor subrogati, vt minimè vrgeri possit ad restitutionem emolumentorum officii, in quo ille vacauit, quæq; communiter recepta sit conclusio omnibus in Tribunalibus circa emolumentorum prædictorum restitutionem? quęq; successiuis temporibus emanarunt determinationes in fauorem substituti in officio, respectu emolumentorum, & fructuum debitorum ratione seruitii personalis, etiãsi in officio prędicto se ingesserit, callidè, falsò, & dolosè? quęq; differentia sit adhibẽda circa fructus naturales, & industriales non deputatos pro seruitio, & labore personali, plures celeberrimę decisiones afferuntur, tùm Sacri Cõsilii Neapolitani apud *Dom. Vincentium de Franchis* ipsius *Præsidem 165.* & *Io. Vincentium Anna in repetition. cap. 1. n. 22. de Vassall. decrepit. ætat.* tùm Supremi Italię Senatus apud *Dom. Regentem Io. Franciscum de Ponte dec. 25. per tot.* ac approbantes, & iuridicas censentes decisiones memoratas, adducit *Author*, non languidę fidei Authores, nẽpè *Illustr. Marchionem Belmontis Dom. Regentem Carolum Tapia in celebri illa repetitione* teneris suis annis edita, ad *l. fin. ff. de Constitutionib. Princip. in rubr. cap. 3. n. 33.* & *Dom. Garsiam Mastrillum in commentar. ad Indult. cap. 22. n. 70.*

OBSERVATIO LXVI.

1 IVre quodam naturæ primæuo, statutum cũ sit, neminem cum alterius iactura locupletari debere si *Pomponio Consulto* credimus in *l. nam hoc natura 14. ff. de condict. indeb.* cui suppetias fert *Consultus Paul. in l. secundũ naturam 10. ff. de reg. iur.* inquiens,
2 secundum naturam esse, cuiusque rei commoda eum sequi, quem incommoda sequuntur, quibus mirificè allùdit *Vulpian.* eiusdem farinæ vir *in l. iure natura 206. ff. eod.* quodq; etiam de iure gentium locum sibi vindicare, monet *Accursius in glos. d. l. nam hoc natura in princip.* ibi, *Iure naturali, siue gentium, quod naturale dicitur*, & in Testamento veteri scriptum reperiamus, apud Iudæos, eos qui Sacrorum vice fungebantur, & altari præstò erant, eorumdem donorum, quæ altari offerebantur fuisse participes *4. Regum cap. 12. Ezechiel. cap. 44. Ioann. EKius cap. 22. locor.*

locor. commun. contra Luther. æconomi can. 2. cloſſi. cap. 3. n. 1. dicens poſt
5 *Diuu.Gregor.* iuſtum eſſe, vt illi conſequantur ſtipendium,qui pro tempore ſuum commodare reperiũtur obſequium *canon. charitatem iuncto cap.Eccleſiaſticis 12. q.2. Rober. Aurel. lib. 1. rer. iudicat. cap. 7.* vndè Reg. *Valenz. conſ. 54. n. 6.* memorat ex
6 *Concilio Agathenſi cap.* 36. Clericos omnes, qui Eccleſiæ, fideliter, vigilanterq; deſeruiunt,ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitij ſui meritum per ordinationem Canonum à Sacerdotibus conſequuntur, *cap.de lapſis*, vbi *gloſ.16.q.6.* accedente lege Euangelica, qua habe-
7 tur *Dignum eſſe mercenarium mercede ſua, d. cap. charitatem 12.q. 2.* & *qui altari ſeruit, de altari viuere debeat,* vt inquit *Apoſtolus 1. ad Corinth. cap.* 9. translatus in *cap. cum ſecũdum de præben.* per hæc verba, *Cum ſecundum*
8 *Apoſtolum, qui altari ſeruit, viuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur,*
9 *repelli non debeat à mercede, cap. extirpandæ eod. tit. Diuus Thom. de regim. Princip. cap.11. Simancas lib.9.de Republ. cap.24. n.15. Marc. Anton. Marſil. in tractat.de Eccleſiaſtic. reddit.orig. par. 3.cap. 24. n. 37. Martin. Vran.*
10 *conſ. 42. n.1. tom. 1.* Et nemo cogatur proprijs ſtipendijs militare,*cap. cum ex officii 16. de præſcr.cap.precario 10. q. 2.cap. Eccleſias 13.q.1. in* §.*his itaq; cap.iam nunc in fin. 28. q. 1. cap. cum ſit Romana de Simon. Pau. de Caſt. conſ.* 187. *n.* 3.*par.1. Alex.conſ.* 132. *n.1.lib.5. Ludou.Gomez.in regul. Cancellar.de impetrat.beneſ. per obit.famil. Cardinal. q.* 8. *Reg.Valenz. d.conſ.54. n.* 2. verſ. *Et nemo, & n. 7.*
11 Nec debeat eſſe labor ſine iuſta mercede,*cap.fin.* vbi *gloſ.7.q.1.Auth.de Iudicib. §. Ne autem collat. 6.*quia ingra-
12 tus eſt labor, quem debita præmia fallunt, vndè *Caſſiodor. lib.2. variar. epiſt.* 28. tradit, *Tribuenda eſt iuſtis*
13 *laboribus compenſatio premiorum, quia exprobrata militia creditur, quæ irremunerata tranſitur,* & *Appius* Claudius apud *Liuium lib. 5.* inquit, *Nuſ-*
14 *quam operam eſſe ſine emolumento, nec emolumentum ſine impenſæ opera eſſe.* Et dicat *Bal.in rubr. C.de fruct.& lit.*
15 *expenſ. Qui non laborat, non manducat,* per *tex. in l.1. C.de re militar. lib.* 16. Ducaturq; communis ferè concluſio ab æquitatis dictamine, ini-
16 quum eſſe, vt ad officium lucra, ad Curialem ſuſceptionis damna pertineant, ſicuti cecinit *tex in l.humilioribus, C.de ſuſceptor. lib.* 10. quibus attentis,eruditè ſatis, nec minus lepidè inſignis Hiſpanus *Dom. Io.Bapt. Larr.allegat. fiſcal.105. n.4. tom.2.* ità
17 fatur, *Qui emeriti ſunt, & intendunt conſequi ſalarium, abſq; eo quod ſubeunt exercitium, & muneris laborem,de cauſa lucratiua agere videntur: qui verò ſeruiunt, & officiorum ærumnis, & vigilijs ſunt mancipati, de cauſa onerosa, & iniquum eſſet, vt qui labori,& ſtudio ſubiacent, muneris emolumentis non gauderent, illiſq; fauerentur, qui iam à muneris exercitio emeriti receſſerunt, arg. l. humilioribus 14. C.de ſuſceptor. lib.10.* Et non minùs eleganter aſſerat *Reg. Valenz.* ſæpius *citat. conſ. 54. n. 14. Iuri conſentaneum eſſe, vt qui*
18 *pondus diei, & æſtus patiuntur, mercede expectata gaudeant,* adducens *gloſ. Panorm. & DD. in cap. Cum adeò de reſcrip. gloſ. in cap. 1. 21. q. 1. gloſ. 3. in d. cap. extirpandæ, & in cap. quoniam de vit.& honeſt.clericor. Anton.de Butr. in cap.2. de ſupplen. neglig. Prælator.* Et
19 negari non poſſit ſalaria preſtari pro labore, *l.idem, l.in fundo, §.idem Labeo, ff.mandat.* cum aliis laborioſè à *Me* congeſtis *in 2. diſceptat. forenſ. cap.5. ex n.*

Idcircò in caſu propoſito, ac in Sac.Reg.Conſ. vertente inter Ioſeph Renaù vnum ex Porterijs Illuſtriſſimorum Proregum, quod ſanè officium à Sac. Cathol. Maieſtate illi collatum fuit, qui poſtmodum ab Illuſtriſſimo Duce Medinæ Regni Prorege iuſtis ex cauſis (ita illo aſſe-

rente) suspensus fuit, & in eius locum eiusdemet Ducis Medinæ diplomate, surrogatus Thomas Ferrer, qui *Me* adijt, vt eius iustitiam defenderem aduersus præfatum Ioseph, qui iniustè se spoliatum asserens ab eius officij munere, & exercitio, quod occupatum à præfato Thoma adstruebat, iudicium instituit, quod duas contrarias habuit
20 determinationes; Primam scilicet à D. Antonio Nauarrete Reg. Consiliario, Nobilissimo Hispano Sancti Iacobi de Spatá Equite, præcipuo Domino meo, cui plurimum me debere profiteor ob eius humanitatem, qua omnes deuinctos tenet, qui condemnauit Ferrer, in duc. 800. erga d. Ioseph; Secundam verò in gradu appellationis à
21 Dom. Didaco Varela Consiliario Decano, viro sanè integerrimo, sinceriq; animi aliàs à *Me*, sed nunquã satis laudato, absoluendo Ferrer ab impetitis per d. Ioseph, qui ambo processerunt vigore peculiaris rescripti Suæ Excellentiæ, & cõmissa postmodum appellatione ab hac secunda sententia ad præces d. Ioseph ab ea se grauantis, & appellantis Illust. Dom. meo Marchioni
22 Toraluæ D. Benedicto Trelles Regio Consiliario, viro sanè summi ingenij, exquisitæ doctrinæ, ac integerrimo, quem nuper è Sac. Consil. Neapolitano (non sine ingenti Practicorũ mærore) Serenissimus Rex noster, ad quem eius probitatis rumor deuenit, in Consultorem Regni vlterioris Siciliæ delegit, magnum sui desiderium nobis relinquens, mihiq; præsertim, qui plurimum ei debere profiteor, ob innumera eius humanitatis officia mihi exhibita; quæque in dies etiam ab hoc Regno absens præstare non desinit, obtentoq; rescripto Suæ Excellentiæ per eũdemet Ioseph, quod causa expediretur in Sac. Consil. in Aula Illustris Ducis Mariliani Regij Consiliarij Iulij Mastrilli, vbi residet idemet Ill. Dom. Marchio Cõsiliarius, visum mihi fuit maximam fouere iustitiam Thomam Ferrer pro confirmatione sententiæ absolutoriæ ad eius beneficium obtentæ, nedùm ex prædictis, verùm etiã ex inferius edicendis.

Siquidem obseruabam, distinctionem illam iustitię, & iniustitię suspē-
23 sionis, cui Pars Aduersa magnoperè innitebatur, minimè applicabilē fore in fructibus, seu emolumentis, quæ percipiuntur ratione seruitij, & in re nostra, in qua dùm fuit suspensus Ioseph Renaù. oportuit, stante qualitate officij alium ipsius loco subrogare, ad finem ne Regiũ seruitium, detrimentum patiatur, quo casu attendenda non est distinctio iustitiæ, vel iniustitię suspensio-
24 nis, sed considerandus est labor, & seruitium subrogati, & regentis officium, ob quod de restitutione nō esse tractandum, inquit perbellè *Reg. de Pont. dec. Collater. Consi.* 25. *n.* 13. per *glos. notab. in canon. Clericus victum*, verb. *Stipendio* 91. *dist.* quod-
25 que debeat interim alius subrogari, ne officium detrimentum patiatur, & debitum fiat seruitium, *tex.* est elegans secundum *Dom. de Pont. loc. cit. in cap. fin. de stat. Regular.* qui loquitur in suspenso ab administratione *cap. cum ex eo de elect. in* 6. vbi *glos.* affert rationem desuper à Nobis allatam, quia non debet proprijs militare stipendijs, & allegat *tex. in d. can. charitatem* 12. *q.* 2.
26 Benè tñ locũ sibi vindicare poterit distinctio iustitię, vel iniustitię suspēsionis respectu aliorũ fructuum naturalium, industrialium, siue cuiusq; alterius generis, non autem respectu fructuum deputatorum pro labore, & seruitio personali, *Gemin. in can. contumaces* 50. *dist.* quem elegãter loqui obseruat *Reg. de Pont. loc. iam alleg. n.* 14. & *Geminiano* probè collineat ibid. *Io. de Turrecrem.* & fuit

fuit de mente *Bald. in d.cap. Pastoralis.*

Iisq; arridet notabiliter *tex. in cap. 1.de cleric. non residen.in 6.* vbi distri-
27 butiones quotidianæ non præstantur alijs, quàm seruientibus,& interessentibus, vndè ansam arripuit *Dom.de Pont. d.dec.25.n.15.* asserendi,omnia iura mundi, quæ dant fru-
28 ctus absentibus, & mandant, vt habeantur pro presentibus,sic limitari, vt non intelligantur de illis fructibus, qui percipiuntur ratione seruitij quotidiani,id quod scripto tradit *Butr. in d.cap.Pastoralis, §. verùm, col.fin.in fin.*& fuit de mente *Io.And.* ibi.

Et si qua inter DD. emersit circa hoc discrepantia, vt iniustè suspen-
29 sus, si postmodum fuerit restitutus ad officium, recuperet fructus, eum debet habere intellectum, vt procedat non dato alio subrogato,qui loco Officialis seruiret, tunc enim da-
30 to iusto impedimento, salarium, & emolumenta debentur suspenso, & postmodum restituto. At quando alius fuit subrogatus, & seruitium
31 prestitit, tunc cum non debeat suis expensis militare,nec suis laboribus defraudari, non erit propterea locus restitutioni, & procedit determinatio *Gemin.* & aliorum, quorum opiniones verè, & magistraliter sic conciliari, tradit *Reg. de Pont.* ibi *n.20.*

32 Rursùs ponderabam operarum prestationem, & susceptionem laborum operari, respectu eius, qui officium exercuit, vt ei debeantur alimenta, & fructus, non secus ac si emisset, ac prætium soluisset, cuius loco succedit personale seruitium, ad *tex. in l. cum duobus, §.si in coeunda,ff.pro soc. & in l. 1. §. 1.ff.si mens. fals.mod. dixer.* sicuti obseruat *Dom. de Pont. loc. cit. n. 22. & seq.* subdens generale esse axioma,quando sumus in officijs, quæ respiciunt laborem, & probitatem scientię, & intellectus, non dignitatem principaliter, tunc dicũtur debita salaria,& emo-
33 lumenta rationе seruitij, & laboris; & proptereà non debentur vltra tempus seruitij, secundùm *Bal.* in sua eleganti distinctione in *l. 1. §. Diuus,ff.de var.& extraord. cognit.*

Nec eiusmodi veridica opinio, quę Clientis iustitiam insinuabat destituta secernebatur authoritate rei iudicatę, Nam præter determinationem factam per Supremum Italię Senatum, recensitam per *D.*
34 *de Pont.d.dec.25.in fin.* vbi ipso referente ità conclusum, & iudicatum attestatur; adducebam *Ego* Synodalem decisionem è Sac. Reg. Consil. emanatam de anno 1584. referente insigni illo viro Consiliar. Thoma de Minadois, cuius memor extitit Authorem laudans, & decisionem approbans *Io. Vinc. Ann. in repet.cap. 1.n.222.de vassall.decrep.ætat.* vbi rem deducens ad practicam,inquit, in lite vertente inter D. Michaelem de Soria, qui fuit suspensus ab officio Perceptionis Prouincię Principatus Citrà,quod officium fuit commendatum Magnifico Michaeli Andreę, cumq; fuisset absolutus de iustitia D. Michael de Soria,& fuisset dubitatum vtrum ei restituenda venirẽt emolumenta officij percepta à prefato Michaele Andrea, fuit pro ipso allegatum,restitutionem operari respectu fructuum naturalium,seu industrialium prouenientium ex re
35 ipsa, secus verò respectu emolumẽtorum officij, in quo qui non laborat, non manducat, ad *doctr. Bal. in rubr.C.de fruct.& lit.expens.* allegans *tex.in l.si mulier, §. si heres, ff.ad Trebell.* & *in l.si stipulatus, ff. de vsur.* ibiq; aduertit *Ann.* esse *tex.*peculiarem loquẽtem de Stipendiario Regis in *l. 1. C. de re militar.lib. 12.* vbi
36 Stipendiarius qui fuit sua culpa captus ab hostibus, & ibi aliquo tẽpore steterit, non recuperat posteà stipendia preteriti temporis, sicuti in-

innuit ibi *glos.* & dùm *n.* 224. *in fin.* satagit *Ann.* reddere rationem decisionis, inquit, *Cum isti non sint fructus, sed prouisio ob labores, & emolu-*
37 *menta officij non debent restitui suspenso.*

Comprobat hanc eandem sententiam *Ill. Dom. meus March. Belmõt. Reg. Tap.* in celebri illa *repetit.* teneris suis annis edita *ad l. fin. ff. de Constit. Princip. in rubr. cap.* 3. *n.* 33. in-
38 quiens, quòd licèt restitutus ex iustitia, recuperet fructus, non tamen trahitur eiusmodi restitutio ad emolumenta officij, à quo quis suspensus est, etiamsi ex iustitia deindè fit restitutus, adducẽs *Io. Vinc. Ann. loc. cit.*

Suffragatur itidem *D. Garf. Mastrill. in Commentar. Ad Indult. cap.* 22. *n.* 70. adducens *Ann. loc. cit.* ac iura per ipsum allegata, necnon *Dom. Marchion. Belmont. loc.* pariter *allegat.* subdens *Mastrill.* tempore suo fuisse de hoc dubitatum in quodam Consiliario Regio suspenso ab officio, & deindè per viam iustitię restituto, non tamen fuit deuentum ad aliquos iuris terminos contra eum, cui fuerat medio tempore officium commendatum, quia fuerunt contra ipsum allegatę decisiones prędictę, vndè *n.* 91. *cum duob. seqq.* rem claram vt faceret *Mastrill.* tradit, quòd si fuerit officium, stante suspensione alteri commendatum, eo
39 absoluto non recuperat salarium, per *tex. in d. l.* 1. *C. de re militar. lib.* 12. Nam in in emolumentis officij, qui non laborat, non manducat, & idcircò consueuisse hodie in suspen-
40 sionibus fieri decretum, vt suspensus ab officio, suspendatur etiam à salario, ex dictis per *Dom. de Pont. d. dec.* 25. & seruatum tradit in suspensione Magistri Portulani nouiter facta. Id quod adamussim in casu pręsenti contigit, in quo Illustriss. Prorex, nedùm Renaù ab officio suspẽdit, verùm etiam salarium Clienti exolui iussit.

Itidem asserebam, dato, & non concesso, Thomam Ferrer, siue bonis, siue malis artibus (vti Aduersa Pars gratis fatetur) officium exercuisse, adhùc illi salarium deberi, per
41 *tex.* insignem *in l. Titio cum esset* 36. *ff. ad municip.* quem adhoc allegat *Bald. in l. non dubium in* 16. *oppos. C. de legib.* & dicit illam legem esse singularẽ, cui sanè dispositioni innixũ Sacrum Consilium de anno 1577. die 22. Septembris facta relatione in Collaterali Consilio iudicauit, quod licèt officium Bidelli spectabat ad Magnum Cancellarium, tamen quia is, qui exercitium officij prædicti habuerat à non Domino, fructus percepit ex sua industria
42 personali, fuit absolutus à fructibus, teste *Dom. de Franch. in dec.* 165. *in fin.* per *tex. in d. l. Titio cum esset*, ex
43 quo deduxit conclusionem, quod debetur salarium etiam falsò officium exercenti, quod sanè mirabile est attentis verbis Consulti ibi *Collusione facta*, nam etiam intercedente collusione adhùc fructus col-
44 ludenti deberi textusmet disponit; Et tamen edocti sumus Collusio-
45 nem, quæ aliud non est, nisi inter Actorem, & Reum latens, & fraudolenta conuentio, secundùm *glos. in cap.* 3. verb. *Speciale de collus. & 2. q. 3. cap. Si quem, §. notandum, Panorm. in rubr. extr. de collus. deteg. Affl. in Constit. Regn. Sæpè contingit in* 1. *notab. Gigas de pension. q.* 42. *n.* 3. *Sebastian. Medic. in tract. de Diffinit. diffin.* 34. *n.* 1. *Consil. Ann. cons.* 104. *n.* 2. à iure
46 prohibitam esse, imò exprobratam, ad *tex. in clem. Constitutionem, §. Sanè*, & ibi *Cardin. de elect. cap. super eo de eo qui cognou. consang. vxor. suæ, cap. quantò de diuor. & cap. tua el* 2. *de iureiur. cap. bonæ el* 2. *de postul. prælator. glos. in clem.* 1. *de renunc.* adeò quod dixerit *Panor. loc. cit.* quod colludens
47 dicitur committere falsum, quia aliud agit, & aliud simulat, vndè
48 sententia ex collusione lata tertio non

non nocet, & eſt nulla per *tex. in l. ſi ſeruus plurium* §. 1. ibi, *Vel colluſoriè, ff. de legat. 1.* vbi *gloſ.* in verb. *No-*
49 *cebit* inſinuat, quod ſententia non prodeſt colludenti, allegat *tex. in l. & eleganter*, §. *ſi dolo*, *ff. de dol.* Sic em-
50 ptor, qui cum procuratore vendente colluſit, non præſcribit *tex.* eſt elegans *in l. qui fundum*, §. *procurator*, *ff. pro emptor.* quo adducto te-
51 nuit *gloſ.* ibi, quod colluſio emptori non prodeſt, & iura concordãtia expendit *Ann. d. conſ.* 104. *n.* 13. *in d. l. ſi ſeruus plurium*, §. *ſi quis ante*, *& in l. præſes*, *ff. de pignor.* quem *tex.* ſatis egregium enunciat, & ex eo notabilis deducitur illa concluſio, quod ſententia ex colluſione prolata tertio non noceat *Socc. conſ.* 18. *col.* 12. *vol.* 1. *Ceph. conſ.* 759. *n.* 19. *vol.* 5.
52 Et nedùm ſententia ex colluſione prolata dicitur nulla, ſed nullã eſſe ipſo iure tradit *Vin.* qui alios enumerat *dec.* 296. *Celſ. Vgo conſ.* 120. *n.* 173. *Mandoſ. conſ.* 43. *n.* 9. vbi quod
53 colluſio reddit iudicium nullum, etiam quod deſuper eſſet interpoſita ſẽtẽtia, *Decian. reſpon.* 11. *n.* 110. *vol.* 1. *Ann. loc. cit. n.* 19. qui prædictos glomerat, & per *tex. in d. l. Titio, Io. Bapt. Larr. d. alleg.* 105. *n.* 5. tradit communem eſſe DD. ſententiam,
54 quod qui exercet actum alteri mandatum ſub certo ſalario, ſalarium petere poteſt, etiamſi dolosè, & falsò ſe introduxiſſet ad miniſterium, quod alijs commiſſum erat, nam attenditur exercitium, id quod ſuadent verba *tex.* ibi, *Herennius Modeſtinus reſpondit Titium quidem viaticum petere non poſſe, ſed eum, qui nomen incidiſſet*, & *n.* 4. adnotauit *Larr.* eum qui emeritus eſt, & actu non ſeruit, de iure ſtricto non poſſe pe-
55 tere ſalarium, quia ſolum debetur ei, qui in actu, & exercitio eſt eius officij, pro quo ſalarium præſtatur,
56 nam id quod eſt emeritum ſalarium frui, non ad ius, ſed ad meram liberalitatem, & Principis gratiam, ſpectat, & adducit verba *l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 9. *Recopil.* ibi, *Nò libren officio, ni quietaçion, ſaluo à las perſonas, que realmente, y con effecto ſerbieren los officios de las tales raçiones, y quietaçiones, ſi nos expreſſamẽte no lo mandaremos por haçer merçed eſpeçial à algunas perſonas*, & concordantem affert *tex. in l. Seio amico, ff. de ann. legat.*

Et pro Clientis iuſtitia demonſtranda, adhùc aiebam totam eius vim conſtituere Partem Aduerſam in inſinuando Clientem ſe ingeſſiſſe in exercitio officij falsò, aut dolosè, vt exindè conſequentiam ducat ad eius beneficium, quod vti malæ fi-
57 dei poſſeſſor, non poteſt facere fructus ſuos. Aſt verum eſt etiam ma-
58 læ fidei poſſeſſorem, fructus acquiſitos ex induſtria ſua, ſuos facere, quia nunquam fuerunt in dominio petentis, *l.* 1. §. *cum prædium*, & ibi *gloſ.* in verb. *Nunquam*, verſ. *Secùs in opera*, *ff. de pignor.* ad quod *gloſ.* ipſa allegat *tex. in l. hominis la* 2. *ff. de vſu, & vſufr.* vbi licèt per emancipatio-
59 nem operas ſerui legati quis amittat ſi per 10. annos inter præſentes, & 20. inter abſentes vſus non fuerit legatarius, tamen non procedit in opera *Socc. conſ.* 93. *lib.* 1. & videtur fuiſſe de mente *Bart.* interpretando *gloſam in l. aſſiduis, C. qui potior. in pignor. habean.* & pro ſollemni limitatione adducit *Guzman de euictio. q.* 21. *n.* 79.

Notatu etiam dignum cenſui, & allegaui nullam parti actionem cõ-
60 petere contra Clientem, quia nullum cum eo inijt contractum, vel quaſi, nec delictum aliquod patrauit, ex quibus actiones deſcendunt, ſed tantùm Illuſtriſ. Regni Prorex, - Ioſeph Renaù ab officio, eiuſque emolumentis ſuſpendit, & Clienti commendauit, quò fit, vt Pars impedita fuerit à dicto Prorege, non autem à Cliẽte, vndè fit caſus, quod
61 coutra Clieutem nulla ſibi competat actio, ſed dumtaxat contra Dom.

Pro-

Proregem impedientem, ad interesse, dùm est soluendo, *l. arbitrio, §. dolo*, vbi *DD. ff. de dol. mal. & l. hoc edicto, ff. de eo, per quem fact. fuer. l. dedi, §. fin.* vbi *Ias. n. 5. ff. de condic. cau. dat. l. 2. §. fin. & l. sed actio, ff si quis cautio. gloss. in l. quibus diebus*, verb. *conditioni, ff. de cond. & dem. glos. in cap. ex ratione*, verb. *Impotentiam de appell. Cardos. in Summ. seu prax. Iudic. & Aduocat.* verb. *Impedimentum* §. 7. pulchrè *D. de Franch. dec.* 419. & 451. *Caualc. in suo repertor.* verb. *Electio* 4. *n.* 11. *Valas. consult.* 155. *n.* 14. *par.* 2. *Fontanell. de pact. nuptial. clauf.* 4. *glos.* 10. *n.* 105. vbi refert ità seruari ibi per Senatũ,

62 Vndè cum sine actione nemo experiatur, ad *tex. in l. si pupilli, §. videamus, ff. de negot. gest.* meritò repellenda Pars venit ab obseruatione iudicij.

Aiebam insuper, nec futile habebatur hoc meũ assumptum, fructus officij si quando ex prædictis Cliẽti non deberentur (prout omni iure deberi abundè probauimus) suos fecisse, etiam de partis consensu, siquidem toto tempore, quo ille officium exercuit, non absens à Ciuitate, sed præsens existebat Aduersarius, protestationem nullam fecit, nec animum declarauit, quod fructus officij ad ipsum spectabant, vt in mala fide Clientem constitueret, quò fit vt indubitata emergat iuris

63 conclusio illos donasse, seu remisisse, ex dictis per *Bart. in l. quæ dotis n.* 19. *ff. sol. matr.* vbi communiter *DD. Andr. ab Exea de pact. n.* 74. *Io. Guttier. in cap. quamuis n.* 59. *de pact. glos. in l. qui patitur* 18. *ff. mandat. Alex. cons.* 8. *col.* 3. *lib.* 3. *Stracc. in tractat. de Adiect.* 3. *par. n.* 83. *Matthien. in l.* 7. *tit.* 10. *lib.* 1. *Recopil. glos.* 2. *n.* 14. *Couarr. in rubr. de testa.* 3. *par. n.* 13. & 14. *Reg. Valenz.* prædictorum haud immemor *cons.* 119. *n.* 141. *lib.* 2.

Pro coronide: Iudicantium oculis subijciebam, nedùm Aduersario ius resistere, verùm etiam factum refragari, Nam iura, & DD. à nobis adducta, & ponderati *n.* 43. *hac ead. obser.* quod restituto officiali per viã

64 iustitiæ, debeantur etiam fructus, seu emolumenta, & salaria, præsupponunt quasi ex hypothesi necessaria, decretum restitutionis, & tamen etiam illo intercedente tradiderunt restitutionis decretũ minimè operari respectu fructuum quæsitorum ex industria personali, etiamsi falsò ad officii exercitium se ingesserit, vti pleno exarauimus calamo *n.* 44. Or quantò magis in nostra facti specie Pars repellenda venit, dùm restitutionis decretum minimè obtinuit, nam in actis non vidimus, &

65 dùm ius ex facto oritur ad vulgar. destructo fundamento, in quo se

66 fundant DD. & ædificium intentionis Partis destrui fatendum est, ad *tex. in l. eum qui ædes, ff. de vsucap. cap. cum Paulus* 1. *q.* 1.

67 Ex quibus manauit sententia Sac. Consil. ad relationem Ill. Domini mei Marchionis Toraluæ D. Benedicti Trelles, qua mediante Cliẽs noster victoriam reportauit, sicuti ex eius tenore videre est, Votantes fuerunt Domini Consiliarii Aloysius Gamboa, Io. Baptista Iouinus, & Ianuarius Pintus, non votauit Ill. Dux Mariliani Dom. Consiliarius Iulius Mastrillus Aulæ Præfectus, quia absens.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ passim nullæ redarguuntur, ex quo non sunt conformes petitioni.*

2 *Iudex iudicans in his, quę in libello non continentur, exercet potestatem vltra illud quod in Iudicium deductum est.*

3 *Sententia libello non conformis, quibus in casibus non sit nulla.*

4 *In causis, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta tantùm, sententia non conformis libello, non est nulla.*

5 *Sententia prolata à Papa, Rege, vel alijs Principibus, qui ex eorum præeminentia, & potestate possunt ferre sententiam in alia re, quàm sit petita.*

6 *Sacrum* Regium *Consilium* Neapolitanum *Regem repræsentat, & sub* Re*gis nomine sententias profert.*

7 *Iudex in criminalibus potest ferre sententiam non conformem libello accusationis.*

8 *Conclusio in libello accusatorio non requiritur, sed semper sententia fundatur in dispositione Iudicis.*

9 *Delicta sunt punienda, quomodocumq; apparuerint.*

10 *Diuisio bonorum in libello peti potest, & Iudex potest assignare vni omnia bona, & illum condemnare, vt soluat æstimationem partis socio, si euidenter ità sibi videatur necessum diuidere bona.*

11 *Iudex potest condemnare venditorem ad redhibitoriam, & consequenter in alio, quàm petitum sit.*

12 *Iudex quando pronunciat, vt res restituatur, licèt quis possessionem petierit, tunc sententia etiam difformis valet.*

13 *Iudex in sententia potest condemnare ad cedendum interdictum* Vnde vi, *contra deiectorem, licèt ad id actum non fuerit in libello.*

14 *Sententia potest ferri in eo, quod ex natura, & aptitudine actionis venit, licèt non fuerit petitum.*

15 *Sententia in causa matrimoniali, & quacumq; spirituali concernente animæ periculum potest ferri vltra petita in libello.*

16 *Iudex quando vnum petitur, & aliud constat per confessionem partis, potest condemnare in illo quod fuit confessum, licèt in libello non fuisset petitum.*

17 *Sententia potest procedere ad restitutionem pignoris, licèt in petitione nõ agatur, nisi de solutione debiti.*

18 *Proceditur in* Regno *super petitorio, & possessorio, etiamsi super petitorio nõ fuerit instatum, ex dispositione* cap. Detestantes.

19 *Clausula in libello apposita,* Ius, & Iustitiam ministrari, *operatur quod possit procedi super possessorio, & petitorio, etiamsi super petitorio non fuerit instatum.*

20 *Princeps mandare potest, quod procedatur super possessorio, & petitorio, licèt super petitorio non fuerit instatum.*

21 *Condemnatio sequi potest in alio, quàm sit petitum in* Sacro Consilio, *quod dicitur* Principis Consistorium.

22 *Clausula in libello àpponi solita,* Peto eius, & iustitiam ministrari, isto, & omni alio modo meliori *operatur, vt saluari possit sententia non conformis libello.*

23 *Sententiam an possit proferre Iudex super eo tantùm, quod est in libello, & eius conclusione comprahensum, vel etiam vltra petita, & contenta in libello, si sint alia probata, articulata, & agitata.*

24 *Sententia regulatur secundum probationes.*

25 *Sententia declaratur, & suppletur ex deductis, & actis probatorijs.*

26 *Actor articulans aliud quàm est in libello comprahensum, & prosequens,* vide-

videtur suam intentionem, actionem, & conclusionem libelli declarare.

27 *Actor in articulis rectè declarare, & certificare potest, petitionem, & conclusionem libelli incertam, & generalem.*

28 *Sententia in Regno, an proferri valeat super id quod est probatum, licèt non deductum in libello attentis Iuribus Regni?*

29 *Index, qui sola facti veritate inspecta procedit, potest ex causa non deducta, sed probata, ferre sententiam.*

30 *Iudicium in Regno incipit ab articulis, ijsq; loco, & vice petitionis, ac libelli habentur.*

31 *Agens ex vna causa, quando potest obtinere ex alia.*

32 *Sententia potest proferri ex ineptitudine libelli, quando ex positionibus, & articulis constat de intentione agentis.*

33 *Actor quid petierit, nō attenditur, vbi proceditur in causa summariè, sed quid appareat illi deberi.*

34 *Sentētia etiam in causis ordinarijs potest proferri ex probatis, licet nō deductis in libello.*

35 *Summariè, simpliciter, & de plano proceditur in* Regno, *sola facti veritate inspecta.*

36 *Sacrum Regium* Consilium, *iudicat vt Deus.*

37 *Iudici, vbi plus cōstat ex actis, quàm sit petitum in libello, licet ex officio super omni eo quod probatum est, iudicare.*

38 *Consiliarij de Sacro Regio Consilio sūt Iudices superiores, & obtinēt vicem Praefecti Praetorio, & iudicare possūt secundum conscientiam.*

39 *Iudices debent attēdere potiùs ad veritatem, quàm ad subtilitatem.*

40 *Determinationes plures Sacri Cōsilij recēsentur, ac etiam Regia Camera, quibus fuit deuētū ad sentētia prolationem, ex positis, & probatis, licèt in libello non fuerit petitum.*

41 *Iudex in Regno potest incipere ab articulis, vbi necessarij sūt, quibus probatis perueniri potest ad sentētiam.*

42 *Libellus, nec litis cōtestatio est necessaria in Regno, quia sufficit, quòd constet de veritate.*

43 *Iudex potest iudicare sicut Deus, & Princeps, qui nō seruat ordinem iudiciarium.*

44 Paris de Puteo, *satis pūctualiter explanat materiam Capituli Detestātes.*

45 Capitulum Detestantes, *in Regno saluat sentētiam non conformem libello, quae aliàs esset nulla.*

46 *Actor vnam causam probās, & aliam deducēs in libello, obtinebit in Regno vigore* Cap. Detestantes, *si tamen super causa probata, plenè sit cognitum pro vtraque parte.*

47 *Clausula apponi solita in libellis,* Super quibus omnibus, & singulis, &c. *quid operetur.*

48 *Doctores tenētes non posse ex non deductis in libello proferri sentētiā, licèt aliūdè de Actoris iure constet, referuntur.*

49 *Libellus debet cōtinere ea, quae in Iudicio petuntur.*

50 *Sentētia nō fertur super deductis in articulis tātum, sed super deductis in libello.*

51 *Sentētia proferri nō potest, quando vnum est deductum in libello, & aliud in probationibus.*

52 *Reus se defendere nequit aduersus positiones, siue articulos, nec deliberare an velit cedere, vel cōtendere, sicuti posset aduersus libellum.*

53 *Sentētia si ferretur super contentis in positionibus esset iudicare cōtra* Reū *indefensum, cōtra naturalem rationem.*

54 *Petere aliud est, quàm ponere.*

55 Capitulum *incip.* Detestantes, *an auferat Reo id quod competit iure propria defensionis.*

56 *Clausula,* Sola facti veritate inspecta, *debet intelligi de veritate legibus approbata.*

56 *Iudex stultus dicitur, qui vltra petita condemnat.*

58 *Iudex in non petitis solet esse mutus.*

59 Clau-

59 *Clausula*, Ius, & iustitiam ministrari, *in libellis apponi solita, quos defectus suppleat.*
60 *Actor si restrinxit se ad unum remedium in libello deductum, non operatur clausula*, Ius, & iustitiam ministrari.
61 *Petitio, seu libellus, si est diuersus à probationibus, nõ operatur clausula* Ius, & iustitiam ministrari.
62 *Actio nisi competeret ex narratis, non operatur clausula* Ius, & iustitiam ministrari.
63 Author *inhæret distinctioni tradita per* Muscatellum loco citato.
64 Io. Bernardinus Muscatellus *vocatur doctus practicus ab* Ill. D. Sac. Consil. Præsid. in loco indicato.
65 *Sentẽtia an, & quando in Regno proferri potest ex libello inepto, si ex probationibus constat de intentione Actoris.*
66 *Reo, defensiones non sunt auferendæ.*
67 *Actio noua, nouo indiget libello, nouaque litis cõtestatione, seu interpellatione.*
68 *Defectus omnimodæ obscuritatis, & ineptitudinis libelli, an saluetur per* Cap. Detestantes.
69 *Iudex, quibus in casibus potest supplere libelli ineptitudinem.*
70 *Clausula*, Omni modo meliori, *quã habeat vim, & efficaciam.*
71 Dom. Augustinus Barbosa Episcopus Vgentinus, *laudatur.*
72 *Clausula*, Omni modo meliori, *æquipollet clausula*, Pleno iure, *alijsque clausulis.*
73 *Clausula*, Omni modo meliori, *efficit, vt censeatur intẽtatum omne remedium magis fauorabile, & deducta omnis actio necessaria, & proficua Actori.*
74 *Clausula* Omni modo meliori, *vltra expressa, alia quamplura comprahendit.*
75 *Decisiones* Afl. Capic. & Gram. *indicata, conciliantur* à Muscatello.
76 *Decisio Sacri Consilij apud* Afl. 60. *enucleatur* à Muscatello.
77 *Actionem mutare nõ licet post litem cõtestatam.*
78 *Petitio rei, in iudicio, quæ præstari nõ potest, rectè procedit vt fiat condemnatio ad æstimationem licèt non petitam.*
79 *Pretium dùm succedit loco rei, desc̃ẽdit ex prima actione intentata.*
80 *Ecclesia petẽs recuperationem rei vti propriæ, potest habere condemnationem ad censum licet nõ petitum, de quo constabat.*
81 *Iudicium intẽtatum cõtra heredes patris, si nõ constat de aditione hæreditatis paternæ, sed tãtùm quod sint heredes matris, rectè procedit eo nomine, licèt id non fuerit petitum.*
82 *Iudex potest pronũciare super nouis dependẽtibus à primis in iudicio intẽtatis, secùs verò si sint omninò diuersa, quia debet dari terminus, & audiri conuẽtus super nouis.*
83 *Decisio Sacri Cõsilij apud* Gram. 15. *processu contra eius votum.*
84 *Cõdemnatio ad pretium fieri potest tãquam in æquipollẽti, dùm res fuit petita.*
85 *Institutio nulliter facta, nõ sustinetur in Regno ex clausula*, Sola facti veritate inspecta.
86 *Sacrum Cõsilium assueuit sibi reseruare prouisionem faciẽdam super legato non petito, licèt plenè discusso, instructo processu, & partibus pleniùs auditis.*
87 Io. Bernardinus Muscatellus *inter Neothericos, praxis Antesignanus.*
88 Sacrum *Consilium*, & Collaterale *nõ proferunt sententias super nõ petitis, & indepẽdentibus à primis, nisi instructo processu, & partibus auditis.*
89 Decisio Boer. 42. n. 29. *quod non est iudicãdum vltra petita, maximè quãdo non depẽdens à primis pro singulari affertur.*
90 Author *plura indicauit* in Annotationibus ad Muscatellum, *quãdo licet sentẽtias proferre super non petitis, quidque operentur iura Regni.*

91 *Litis pendentia non datur in rebus diuersis, vel ex diuersis causis, nec datur in ijs praeoccupatio.*

ARGVMENTVM.

Sententiam non conformem libello, Nullitatis labe maculatam, Consulti iudicarunt, moderata tamen eiusmodi propositio reperitur, ac vsus forensis diuersimodè illam admisit, vndè *Author* eam dispungit, ac decurtato sermone materiam enucleans, quibus in casibus locum sibi vendicet sic genericè accepta conclusio, quibusque in casibus restringatur, queq; sit praxis Supremorum Regni Tribunalium in procedendo, & sententiando quando aliud in libello, vel aliquali petitione petitur, & deducitur, aliudq; ponitur, & articulatur dependens, vel independens à prima actione intentata; quiduè operentur, quamuè preseferant efficaciam ad saluandum libellum, vt sententia proferri possit, quando aliud fuit positum, & probatum, quàm petitum, clausule ille salutares passim in libellis apponi solite, *Peto Ius, & iustitiam ministrari, Omni modo meliori*, & alie similes? Et an suffragentur Regni iura nempè *Capitulum Detestantes* insertum inter ritus Magne Curie Vicarie 288. *et seq.* & *Pragmatica* incip. *Dispendia litium, sub tit. de ordin. Judicior.* quibus cautum est in Regno procedi debere in Iudiciis summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Iudicij, sola facti veritate inspecta, vt possit ferri sententia super non petitis, nec deductis in libello, licèt positis, & articulatis? Quoq; modo sint intelligendæ, quibusq; in casibus processerint determinationes editæ per Sacrum Cōsilium apud *Afflict. dec.* 23. 60. 83. & 272. alieq; recensitæ per *Grammatic. dec.* 15. 19. 62. & 103. & Regiæ Cameræ Summariæ apud *Ioan. Vincent. Ann. sing.* 312. quas mirificè enucleat, & ad genuinum sensum ducit *Ioan. Bernardinus Muscatellus* inter Neothericos praxim Tribunalium insinuantes, Antesignanus, in sua prax. Sacr. Consil. *par. 1. glos. Petitur n. 48. et seqq.* quem cum laude commemorat, eique se subscribit communis Præceptor

ceptor eminentiſſimę ſcientiæ vir, *Illuſt. Dom. Marchio Ramont. Sacri Conſilij Præſes in 1. controuerſiar. forenſ. cap. 34. n. 14. & ſeqq.* iunctis ijs, quę *Authormet in Annotation. ad Muſcatell. loco indicato* pleno exarauit calamo, non inſcitè adducit, ac negantium, & affirmantium placita percurrens, qualiter ſit in praxi obſeruandam, dilucidè inſinuat, Vtq; ſtudioſorum curioſitati faciat ſatis, non incomptè diſcurrit qualiter accipiendum ſit dicterium illud, Sacrum Regium Conſilium Principem repręſentare in procedendo, & ſententiando, ac Principis Conciſtorium appellitari, vt ſecundum conſcientiam iudicium proferre valeat.

OBSERVATIO LXVII.

1 NOn rarò obſeruaui etiam Supremis in Tribunalibus, eos qui ſuccubuerunt in Iudicijs, ſententias de nullitate redarguiſſe, pluribus de cauſis, præſertim ex quo libellis conformes eæ non extabant, eamq; nullitatem ſubſcriptam à Peritioribus cauſarum Patronis, tùm in proceſſibus antiquis, cùm etiam in recentioribus non ſemel vidi, pariterq; edoctus fui quandoq; admiſſam fuiſſe nullitatem, quandoq; verò reiectam, vndè cum quotidie de ea agi contingat, mihiq; paſſim in defendendis Clientibus occurrat, ſtatui pleniùs de ea tractare, vt certam deinceps conſultationem proferam.

Quod ſententia libello non conformis ſit nulla, affertur communiter *tex. in l. vt fundus*, vbi *Bart. ff. comm. diuid. l. fin.* vbi *Bal. C. de fideicommiſſ. libert. & l. ſi præſes, ff. de pæn. cap. licèt Hely de Simon. clem. Sapè, §. verum de verbor. ſign. Abb. in cap. fin. n. 14. de ſucceſſ. ab inteſt. Iaſ. in l. vinum n. 23. ff. ſi cert. pet. Affl. dec. 372. n. 3. Petr. Anchar. conſ. 31. n. 5.* verſ. *Vlterius, Bal. conſ. 153. n. 1.* verſ. *Aut ſententia non eſt vol. 1. Matthias Berlich. dec. 87. n. 14. & 15.* vbi Iuriſconſultos Lipſenſes de anno 1620. ità determinaſſe recenſet, *Maran. de ord. iudicior. par. 6. §. Deciſoria iudicij n. 62.* Cuius propoſitionis rationem eam expendunt DD. in locis præal-
2 legatis, quia Iudex iudicans in his, quæ in libello non continētur, exercet poteſtatem vltra illud quod in iudicium deductum fuit.

3 Plu-

3 Pluribus tamen in casibus restrictionem recipit eiusmodi propositio, vt sententia libello non conformis nullitatis labem euadat. Et

4 Primò: In causis, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta tantùm, *gloss. fin. in l. fin. ff. quæ sent. sine appellat. rescind. Bart. in l. stipulationes non diuiduntur n. 11. & in l. si seruus, §. effectus. ff. de verbor. obl. Bald. in l. fin.* C. *de fideicommissar. libert.*

5 Secundò: in sententia prolata à Papa, Rege, vel alijs Principibus, qui ex eorum præheminētia, & potestate, possunt ferre sententiam in alia re, quàm sit petita, secundum *Specul. in tit. de actio. & petit.* §. *Superest,* vers. *Sed nunquid* cum vers. seq. *Io. And. in cap. mandatum de rescr. Anton. de Butr. in d. cap. licet hely, de simon. Archid. in cap. 2. de restit. spoliat. lib. 6. Bart. in l. Aemilius n. 5. ff. de minor. Alex. & Ias. in l. vinum, ff. de reb. credit.* vndè Sac. Regium Consilium Neapolitanum, quòd Regem re-

6 præsentat, nam sub eius nomine sententiæ proferuntur, rectè potest condemnare in alia re, quàm quæ sit petita.

7 Tertiò: in causis criminalibus, in quibus benè potest Iudex ferre sententiam non conformem libello accusationis, imò in libello accusatorio, non requiritur conclusio, sed

8 semper sententia fundatur in dispositione Iudicis, secundùm *Bald. in l. quid ergo*, §. *pæna grauior col. 2.* vers. *Venio ad tertiam, ff. de his qui notan.*

9 *infam.* & quamuis non petatur in libello, delicta sunt punienda quomodocumq; apparuerint, *cap. ecce autem 23. q. 5. gloss. in cap. peruenit*, verb. *Religionem*, vbi *Abb. n. 14. de fideiussor.* idem *Abb. in cap. quamuis. n. 6. de senten. & reind.*

Quartò: in iudicijs decisorijs, in quibus Iudex potest ferre sententiam non conformem libello propter commoditatem partium. Nam benè potest in libello peti diuisio

10 bonorum, & Iudex poterit assignare vni omnia bona, & illum condēnare vt soluat æstimationem partis socio, si euidenter ità sibi videatur necessum diuidere bona, §. *fin.* vbi DD. *Instit. de actio.* & facit *tex. in l. vsusfructus, & ab initio*, vbi *Florian. ff. de vsufr.*

11 Quintò: in actione intentata quanti minoris, nam Iudex potest condemnare venditorem ad redhibitoriam, & consequenter in alio, quàm petitum sit, *l. bouem*, §. *aliquādo, ff. de edilit. edict. gloss. in cap. licèt hely*, verb. *Iudicij formam de simon.*

12 Sextò: quando Iudex pronunciat: vt res restituatur, licèt quis possessionem petierit, tunc etenim etiam difformis valet sententia, secundùm opinionem *Bald. in addit. ad Specul. tit. de restit. spoliator. circa princip.* vers. *Si peto restitutionem possessionis, Anton. de Butr. in cap. cum ad sedem col. 3. de restit. spoliator.*

Septimò: quando aliquis esset conuentus actione reali, & sine col-

13 lusione, seu fraude, pendente Iudicio desinit possidere, nam tunc poterit Iudex in sententia eum condemnare ad cedendum interdictum *Vnde vi*, contra deiectorem, licèt ad id actum non fuerit in libello, *l. quod si in diem*, §. *Iulianus scribit*, vbi *Ang. ff. de petit. hered. Specul. in tit. de interrogator. quæ fiunt ante litem contest.* §. *Nunc de interrogatione*, vers. *Sed ecce Reus.*

14 Octauò: quando aliquid venit in Iudicio ex natura, & aptitudine actionis intentatæ, eò quod illud dicitur tacitè inesse petitioni, licèt petitum non fuisset, vtpotè si egi contra aliquem actione legis Aquiliæ, & simpliciter petij damnum emendari, potest fieri condemnatio ad duplum, quamuis duplum non sit petitum in libello, quando duplum venit tacitè ex natura actionis legis Aquiliæ, *l. contra negantem*, vbi *DD. C. ad leg. Aquil.*

No-

15 Nonò; in cauſa matrimoniali, & in quacumq; cauſa ſpirituali concernente animæ periculum, quoniã in his fertur ſententia ſecundùm veritatem inſpectam, licèt in libello nõ petatur, ex dictis per *Gardin. in clem. Sapè §. 1. in 2. oppoſ. de verbor. ſignif.* quas limitationes recenſet *Iaſ. in l. vinum à n. 23. ff. de reb. cred.* & poſt ipſum reaſſumit *D. Anton. Cardoſ. in Summ. ſeu prax. Iudic. & Aduocator. §. 7.* verb. *Sententia eſt ferenda*, qui in alijs caſibus rem exornat.

Decimò: quando vnum petitur,
16 & aliud conſtat per confeſſionem partis, quia tunc poteſt Iudex condemnare partem in illo, quod fuit confeſſus, licèt in libello non fuiſſet petitum, ſecundum *Afflt. dec. 32. in fin. Maran. in Specul. tit. de ordin. iudicior. par. 6. §. deciſoria iudicij n. 62.*

17 Decimoprimò: in petente debitum, cui traditum fuit pignus, nàm licèt in libello non contineatur, niſi petitio debiti, poteſt tamen Iudex condemnare ad reſtitutionem pignoris, *Bal. in l. cum eorum*, *C. de ſenten. & interloc. omn. Iudic. Maran. loc. citat. n. 63.*

In Regno tamen, præſertim Supremis in Tribunalibus paſſim in praxi redactum eſt, vt attenta diſpoſitione *cap. Deteſtantes*, quod eſt inſertum inter ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 288. ſecundùm computationem *Carauita*, poſſit procedi ſu-
18 per poſſeſſorio, & petitorio, etiamſi ſuper petitorio nõ fuerit inſtatum, accedente magis clauſula, *Ius, & iuſtitiam miniſtrari*, quæ communiter
19 in libellis apponi conſueuit, de quo formauit *Gram. deciſionem 15.* vbi
20 pluribus exornat, idq; Principem iure mandare poſſe tradit, & iterum *Gram. dec. 19.* vbi tradit regulam in
21 principio poſitam, quod ſententia debet eſſe conformis libello, aliàs ſit nulla, reſtringi in Sacro Regio Conſilio, quod dicitur Principis Conciſtorium, nam in eo poteſt quis condemnari in alio, quàm ſit petitum tùm attenta diſpoſitione *d. cap. Deteſtantes*, tùm etiam, quia in eo proceditur ſola facti veritate inſpecta.

Et *Gram.* adducto, atq; laudato, tenet *Ill. Mareh. Ramont. Dom. meus Sac. Conſil. Præſes in 1. controuerſ. foreuſ. cap. 34. n. 13.* vbi congerit *Maran. in Specul. par. 4. diſt. 57. n. 6. & ſeq. & par. 6. memb. 3. n. 15. Gail. practicar. obſeru. lib. 2. obſer. 108. n. 7. & obſer. 61. n. 11. & Vin. dec. 315. lib. 2. n. 5.* & adeò idem *Dom. Præſ. loc. cit. n. 14.* extollit virtutem, & efficaciã clauſulæ modò enunciatæ, qua paſſim practici vtuntur in libellis, nem-
22 pè *Peto ius, & iuſtitiam miniſtrari, iſto, & omni modo meliori*, vt ex ea tantùm ſaluari ſententiam non conformem libello, tenuerit, poſt *Dec. in l. vinum n. 22. ff. ſi cert. pet.* quem refert *Sigiſmund. Scacc. de iudic. tom. 1. cap. 50. n. 26.* benè *Berlich. dec. 87. n. 2. & ſeqq. tom. 1.* vbi tenet, quod
23 quamuis Iudex debeat iudicare ſuper eo, quod eſt in libello, & eius concluſione comprænhenſum, ſi tamen vltrà contenta, & petita in libello ſunt etiam alia articulata, & probata, & agitata, tunc ſententia merito etiam ſecundùm alia proſequuta, & deducta, eſt intelligenda, ſecundùm *Pariſ. conſ. 113. n. 3. lib. 1. Felin. in cap. licèt hely col. pen. limit. 10. n. 28. Alex. conſ. 48. n. 7. lib. 7. & Afflt. dec. 95. n. 81.* Ità vt ſententia
24 reguletur ſecundùm probationes, *l. de qua re, ff. de re iud.* Et declare-
25 tur, & ſuppleatur ex deductis, & actis probatorijs, ex dictis per *Felin. loc. cit. & Iaſ. in l. ſub prætextu n. 6. C. de tranſ.* Eam expendens pulchrã
26 rationem *n. 4.* quoniam actor, aliud quàm eſt in libello comprænhenſum articulans, & proſequens videtur ſuam intentionem, actionem, & cõcluſionem libelli declarare, ex *Pau. de Caſtr. conſ. 138. n. 2. Pariſ. conſ. 113.*

113. *n.* 3. *lib.* 1. *Felin. loc. cit.* Idque maximè procedere autumat *Berlich.*
27 *n.* 5. si petitio,& conclusio libelli est generalis, & incerta, tunc enim actor eam in suis articulis,& probationibus, rectè certificare, & declarare potest, *Alex. cons.* 183. *n.* 17. vers. *Et licet aliquo casu lib.* 6. *Bald. cons.* 166. *n.* 1. vers. *Et natura libelli lib.* 4. *Cuman. cons.* 71. *n.* 4. vers. *Et in huiusmodi.*

Hæsitatio tamen non leuis remanet, quę Doctorum animos torsit
28 in Regno, Vtrum sententia proferri valeat in Regno super id quod est probatum, licèt non deductum in libello, quiduè in hoc operetur *d. cap. Detestantes*, & *Ritus Magnæ Cur.* 189. ac *Prag. Dispendia litium?*

Eiusmodi quæsito affirmatiuè subscripserunt ij, qui tradiderunt,
29 quod Iudex, qui sola facti veritate inspecta procedit, potest ex causa non deducta, sed probata ferre sententiam,ex ijs, quæ docet *Alex.in l. si ità stipulatus*, §. *Chrysogonus n.* 8. *ff. de verbor. obl. Dec.in cap. dilecti fily el* 2. *n.* 10. *in fin. de iud. Ias. in d. l. vinum col.* 15. *ff. si cert. pet. Mynsinger. obser.* 44. *n.* 6. *centur.* 2. *Menoch. de arbitr. iud. lib.* 1. *q.* 18. *n.* 5. vbi plures colligit, *Gram. d. dec.* 19. *n.* 5. *& seq. Cacher.dec.* 1. *n.* 21. quorum memor extitit *Dom. Præs. d. cap.* 34. *n.* 8. dùm *num.anteced.* obseruauerat in Regno
30 Iudicium incipere posse ab articulis, eosq; loco, & vice petitionis, ac libelli haberi, vndè infert non esse
31 incongruum, quod agens ex vna causa,obtineat ex alia, ex dictis per *Cauens.in Commentar.ad Prag.Dispendia litium*, cui assentitur *Carau. in rit.* 289. inquiens ex aptitudine li-
32 belli deueniri quoq; ad sententiam, vbi ex positionibus,& articulis constet de agentis intentione, & in *rit.* 288. idemet *Carau. n.* 1. indubitanter affirmat,in Regno valere sententias non conformes libellis.

Fauet insuper prædictis, & aliud illud theorema, quod vbi procedi-
33 tur in causa summariè, non attenditur, quod petierit actor, sed quid appareat illi deberi, *Alex. cons.* 114. *n.* 6. *lib.* 6. *Ias.in d. l. si ità stipulatus*, §. *Chrysogonus n.* 33. *Rot. Rom. apud Sanctiss. dec.* 176. *n.* 2. *& dec.* 270. *n.* 6. *Io. Franc. del Castill. dec. Sicil.* 57. *lib.* 1. quem benè declarare insinuat *Dom. Præs. d. cap.* 34. *n.* 9. plenòq; calamo rem exornat *Scacc.de senten.& re iud. glos.* 14. *q.* 16. *n.* 22. *& seq.* inquiens
34 etiam in causis ordinarijs posse ferri sententiam ex probatis,licèt non deductis in libello, pluribus expensis rationibus.

35 Indè fit: quod in Regno dùm indubitatum est procedi summariè simpliciter,& de plano sola facti veritate inspecta, ex dispositione præfatorum Rituum,& Pragmaticarum,
36 quod Sac. Consil. iudicat vt Deus, secundùm *Bald. in l. pen.* vers. *Sextò quæro*, *C. de iur. deliber.* extollens potentiam Iudicis, qui potest iudicare sola facti veritate inspecta, eique adhæret *Natt.in repet. Clem. Sæpè*, §. *non sic,de verbor. sign. Claud.Seysell. in l. beneficium, ff. de Constit. Princip.* inquiens ità se esse solitum dicere, & in terminis de authoritate Sac. Cōs. verba faciens *Gram.d.dec.* 19. *n.* 8. firmè hanc sustinet opinionem, adeò quod *n.* 11. generalem format pro-
37 positionem, quod vbi ex actis plus constat Iudici, quàm sit actum in libello,poterit ex officio super omni eo, quod probatum est, iudicare,ex doctrina *Imol.in cap.ex tenore de rescr. & Felyn.in d.cap.licet hely in* 10. *limit.* Idq; in similibus Prætorijs, sicuti est Sacr. Reg. Consil. passim obseruari, pulchrè *Guid. Pap. dec.* 116. subdens ità seruari in Curijs Parlamenti, secùs in alijs Curijs inferioribus, & idem *Guid. dec.* 58. quo adducto tradit *Gram. d. dec.* 19. *n.* 13. quod Do-
38 mini de Sacro Regio Consilio sunt Iudices superiores, & vicem Præfecti Prætorio obtinent, vndè iudica-

re

re possunt secundum conscientiam, ex doctrina *Bart.* post *Cyn. in l.unic. C. vt quæ desint Aduocat. in fin. sui commen.* & si aliter facerent, peccarent secundùm Theologos relatos, ibi à *Bart.* & debent attendere ad
39 veritatem principaliter, potiùs, quàm ad subtilitatem, ad notat. *in clem.Pastoralis de re iud.& in cap. Apostolicæ de re iud. in 6.* facit *Guid. Pap. dec.29.* vbi fidem præstat ità pluries vidisse in decisionibus causarũ obseruari, tradit *Iaf. in §. Sed iste,* verf. *Item aduerte, Instit. de actio. Bertran. consf.137. lib.1.* eisq; suffragatur *Affl. dec. 95.*

40 Nec desunt peculiares determinationes Sac.Consil. aliorumq; Supremorum Regni Tribunalium; Nã vltrà tradita per *Gram. d.dec.15. 19. 92.& 93.* aliam recenset *Io. Vinc. Ann.sing.312.* vbi apparet fuisse iudicatum super positis, & probatis per Vniuersitatem Casularum contra Io. Vincentium Crispanum vtilem Dominum ipsius, nam licèt in libello fuisset dictum esse spoliatam à pascuo tantùm siluarum in grauaminibus contentarum, & in articulis postmodum verificasset fuisse spoliatam à pascuo animalium paruorum, & magnorum, per Regiam Camerã Summariæ de anno 1572. & 1575. duabus sententijs, obtinuit Vniuersitas.

Quibus conducit altera determinatio eiusdem Sac.Consil. recensita à *Consiliar.Gizzar.* quæ est in ordine 68.*n.10.& 11.* vbi tradit in puncto,
41 attento iure Regni posse Iudicem incipere ab articulis, vbi necessarij sunt, quibus probatis perueniri po-
42 test ad sententiam, quia sufficit, quod constet de veritate, nec est necessaria litis contestatio, neque libellus, ex notabili dicto *Io. Monoch. in cap.fin.in princ.de hæret.in 6.* & pro singulari refert, & sequitur *Hyppolit. de Marsil.in sing. 102.* incip. *Clausula*
43 *summariè,* quinimò tolli penitùs ordinem iudiciarium, quia Iudex potest iudicare sicut Princeps, & sicut Deus, qui non seruat ordinem iudiciarium, secundum *Bart. in l.1. C. vt quæ desunt Aduoc. in fin. Bal. in cap. 1 & inuestitur.circa fin. n.3. de nou.form. fidel.* alijq; nonnulli adducti per *Gizzar. d.dec.68. n.10.* verf. *Ex his omnibus;* inter quos plena manu tractat
44 *Paris de Puteo in tract. Syndicatus,* verb. *Sententia cap.2.3.& 4.* vbi optimè enucleat materiam ad interpretationem *d. cap. Detestantes,* vndè infert *Gizz. d. n. 11.* verf. *Et tenet.* re-
45 ctè procedere sententiam in Sacro Consilio, quæ continet vltra petita, & deducta, licèt non sit conformis libello, quę aliàs esset nulla, nam saluatur ex *d.cap.Detestantes,* subdẽs, quod si Pars vnam causam deduxit
46 in libello, & aliam probauit, obtinebit, & poterit ferri sententia, vbi aliàs de iure non posset, ex *sing.Hyppol. de Marsil.* qui alia ad id cumulat *272. & 494.* quarum determinationum memoriam habuit *Dom.Præs.d. cap.34. n.14.* verf. *Ex quibus,* vbi approbans opinionem, quod si Pars vnam causam deduxit in libello, & aliam probauit, potest ferri sententia, & obtinebit, si tamen super causa probata plenè sit cognitum pro vtraq; parte, adducens *Beninten.dec. Bonon.44. n.1.* & traditis per ipsum fauent exarata per ingeniosum *Iureconsultum Matthiam Berlich.dec.87. n.3.ad 7.* vbi de efficacia clausulę sa-
47 lutaris, *Super quibus omnibus, & singulis, &c.*

48 Negatiuam tamen sententiam probarũt quamplures, pluribus adductis rationibus, quarum

Prima suadetur ex *Io.Andr.in cap.super cõquestione de restit.spoliat. Io. Fabr. Instit. de replication. in princ. Loffr.cõs.*
49 *25. n.9.* aientibus, libellum debere continere ea, quæ in iudicio petuntur, & non iudicatur, nisi super deductis in libello, nam super dedu-
50 ctis in articulis tantùm non fertur

 sen-

ſententia *Io.Vinc. Ann. d.ſing.312.in*
princ.& ex *tex.in l.vt fundus, ff.comm.*
diuid. & in l. habebat in princip. ff. de
inſtitor. actio. & in l. quod ſi ſeruus, ff.
de in rem verſ. notat *Dom.Præſ.d.cap.*
34. *n.* 2. *&* 3. ſententiam proferri
51 non poſſe, quando vnum eſt dedu-
ctum in libello, & aliud in probatio-
52 nibus, Nam aduerſus poſitiones,
ſeu articulos nequit Reus ſe defen-
dere, nec (prout aduerſus libellum)
poterit deliberare, an velit cedere,
53 vel contendere; quapropter ſi ſen-
tentia ferretur ſuper contentis in
poſitionibus, eſſet iudicare contra
Reum indefenſum, & cõtra natura-
54 lem rationem, Cùm aliud ſit pete-
re, aliud ponere, ſecundùm Bald. *in*
l. vbi decretũ, §. de plano, ff. de offic. Pro-
*conſ. n.*1. verſ. *Secùs ſi ſola petitio*, quẽ
adducit *Muſcatell. in prax, Sac. Conſ.*
*par.*1. *gloſ. Petitur n.* 46.

Obici verò, quod paratum agno-
ſcebant de *cap. Deteſtantes*, quo pro-
uiſum eſt in cauſis ciuilibus procedi
debere in Regno ſummariè ſimpli-
citer, & de plano ſola facti veritate
inſpecta, occurrebant, quod non
55 intelligitur ſublatum id quod com-
petit Reo iure propriæ defenſionis,
ex doctrina *Bart. in Etrauag. Ad re-*
primendum, verſ. *Summariè n.* 3. *&*
Luc. de Penn, in l. litibus, verſ. *Edicta-*
lem, C. *de agricol. & cenſit. lib.* 11.

56 Eòq; minus operari clauſulam
illam *Sola facti veritate inſpecta*, nam
debet intelligi de veritate legibus
probata, prout ex *tex. in l. nemo*, C.
de ſenten. & interloc. omn. Iudic. notat
Gail. lib. 1. *obſer.* 42. *n.*2. *Mynſing. cẽ-*
*tur.*2. *obſer.* 44. *n.*4. *Beninten. dec.*44.
n. 2. quorum meminit *Dom. Præſ.*
noſter d. cap. 34. *n.*4. *&* 5, Et hæc eſt
ſecunda negantium ratio.

Rursùs vltrà adducta per *Dom.*
Præſid. loc. cit. faciunt quæ cumulat
in propoſito *Vãt. in tract. de Nullitat.*
tit. de nullit. ſenten. ex defect. proceſſ.
n. 18. *Anchar. cõſ.* 366. *poſt princ.* Re-
buff. de verbor. ſign. ſuper l. 22. *col.* 3.
verſ. *Aduertẽdum eſt tamen*, vbi ait,
57 quod alioquin ſtultus eſſet Iudex,
qui vltrà petita condemnat, addu-
cens *tex. in d. l. fin. C. de fideicom. libert.*
& Soccin. vidẽdum in l. fundum in fin.
ff. de except. vndè inquit Rebuff. quòd
58 hodie Iudex ſolet eſſe mutus in non
petitis, & hoc deſeruit pro tertia
ratione.

Quo verò ad clauſulam *Ius, & in-*
ſtitiam miniſtrari, in libellis apponi
ſolitam ad ſupplendum eorumdem
libellorum defectus, vbi libellus eſt
neceſſarius ex ſupradictis, quibus
addendus eſt *Vant.* modò allegatus
n. 25. Inquiunt in ea non eſſe tantã
vim faciendam, vt vltra expreſſa in
libello operetur, adeò quod poſſit
ferri ſententia ſuper non petitis, ſo-
59 la etenim virtus, & efficacia, quam
in ſe continet clauſula illa, non ſe
extendit vltra narrata, & expreſſa
in libello, licèt circa modum, vel
formam, vel actionem, vel obſcuri-
tatem, & generalitatẽ ſuppleat de-
fectus, ſicuti ex pluribus tenet *Mart.*
de clauſul. 1. *par. clauſ.* 65. *n.* 2. *&* 11.
Gabr. comm. opinion. tit. de clauſul. cõcl.
4. *n.*9. *&* 4. vbi ſuſtinet clauſulam
prædictam operari, quòad acceſſo-
ria tantùm, non quòad alia; & idem
tenet *Mart. d. clauſ.* 65 *n.* 1. 11. 12. 13.
60 *&* 14. inquiens, quod ſi conſtat Ac-
torem ſe reſtrinxiſſe ad certum re-
medium, non operatur d. clauſula,
idemq; iudicari debere affirmat, vbi
61 eſt diuerſa petitio à probationibus,
quodq; ſi ex narratis actio non cõ-
62 peteret, talis clauſula non operare-
tur, & allegant *Capyc. dec.* 10. *in fin.*
Affl. dec. 60, ibiq; *Vrſill. Corſet. ſing.*
158. vbi gloſatur *d. dec.* 60. *Affl.* nec
eſſe allegabiles deciſiones *Gram.* 15.
19. 61. *&* 103. & hęc quarta ab iis
adducitur ratio.

63 Dicendum eſt, quod ſentio; arri-
det mihi ſupra cæteros egregij illius
viri Magni Practici *Ioannis Bernar-*
dini Muſcatelli opinio, ſeu mauis iu-
ridica diſtinctio, quam approbauit,

ipſo

64 ipso laudato *Dom. meus Præs. Sac. Cõs.* *in sæpè recensito cap.* 34. *n.* 14. vbi doctum appellat *Muscatellum*, qui rem sollemniter agens in *d. par.* 1. *suæ praxis, glos. Petitur n.* 48. vers. *Dicerem*,
65 distinctionis fœdere dissidẽtes opiniones ità conciliat; Vel etenim actio prima ab Actore intentata per sollemnem libellum, vel talem qualem petitionem, fuit ineptè, & minus concludenter proposita, & tunc potest ab eodem in positionibus, & articulis accommodari, melius adaptari, & declarari, ac etiam noua capita deduci, dùm tamen à dicta principali actione descendant, Vel secundo casu capita sunt omninò diuersa, & separata à capitibus contentis in libello, seu aliquali petitione, & tunc cum noua sit actio, nullo modo deduci potest, nec super ea sentẽtia proferri potest quin nullitatis labem incurrat, ea solidis-
66 sima adducta ratione, quia Reis auferrentur defensiones, itaq; intelligendum esse *tex. in d. l. habebat, ff. de instit. act. l.* 1. *ff. si mensor fals. mod. dixer. l.* 1. vbi *omnes ff. de eden. Inno. in cap. ex parte de priuileg. l. Bebius Marcellus, ff. de pact. dotal.* Noua ete-
67 nim actio, nouo indiget libello, nõ; uaq; interpellatione, sicuti cõmuni sanè sensu tenuerunt *Legistæ*, & *Canonistæ*, Illi in *repet. d. l.* 1. *ff. de eden.* Hi verò in *cap. fin. in fin de libell. oblat.* & post *Corset. in sing.* 158. verb. *Iudex*, *Mantuan. cons.* 179. *n.* 50. *Specul. in tit. de senten.* §. *qualiter*, vers. *Quid si bis Alex. cons.* 163. *n.* 5. *lib.* 5. ponderat *Muscatell. loc. cit. n.* 50. & optimè *Dom. Præs. n.* 10. & 11. & videtur determinare *Capic. dec.* 10. *n.* 12. 23. & 24. *Boer. dec.* 42. *n.* 13.

Vtq; scopulum euitaret *Muscatell.* ac *cap. Detestantes*, *Ritibus*, ac *Pragmaticis Regni*, *n.* 51. ponderat satis ingeniosè doctrinam *Paridis de Puteo in celebri tractat. de Sindicat.* verb. *Sententia cap.* 4. *n.* 11. vbi tradit, quod Iudex per *d. cap.* non obstante ineptitudine libelli, potest senten-
68 tentiam proferre, & in casu accipiendam esse, in quo non esset ineptus ratione ineptæ intentionis, vt quia esset omninò obscurus, vel quod vnum petitũ, & aliud probatũ, vndè secernitur eiusmodi defectũ non suppleri per *cap. Detestãtes.*

Est benè verum, quod idemet *Paris* concludit, quod quoties libellus esset adeò generalis, vt possit probatis adaptari, & Reus non petijsset declarari virtute dictæ clausulæ, quæ regulariter solet in fine li-
69 bellorum apponi, *Petens ius, & iustitiam ministrari isto, & omni alio meliori modo*, Iudex potest supplere, cùm videatur omne ius deduxisse, per *tex. in l. fin. C. de annal. except.* de
70 cuius clausulæ *Omni modo meliori, vi, & efficacia*, abundè more suo agit
71 *D. Augustin. Barbos.* nuper ad Episcopatum Ciuitatis Vgenti à Rege nostro munificentissimo assumptus, licèt alia, & maiora mereatur ex tot, tantisq; susceptis laboribus ad ornamentũ legalis disciplinæ modo vitã functus, in *tract. de claus. vsufreq. claus.* 95 *per tot.* vbi inquit eam equi-
72 pollere clausulæ, *Pleno iure*, ac *si nõ vales, vt ago, valeas eo modo quo valere potest*, itẽ clausulæ codicillari, ac iuramento ad sustinendum actum,
73 quodq; efficit, vt censeatur intentatum omne remedium magis fauorabile, & deducta omnis actio necessaria, & proficua Actori, compre-
74 henditque vltra expressa, quando adest copula *Et*, vel alia dictio copulatiua, præbet etiam licentiam capiendi possessionem propria authoritate, supplet titulum institutionis, etiam in legato rei particularis, aliaq; quamplura operatur, quæ recenset idem *D. Barbos. loc. mox allegat.* vbi triginta septem effectus clausulæ præfatæ enarrat, duodecim subnectens restrictiones reuidendas, & in verb. *Deducens*, meminit *Merlin. de pignor. & hypoth. lib.* 5. *tit.* 2.

q. 78. n. 11. vbi pariter adducit *Statil. Pacific. de Salnian. interd. inspect. 1. cap.* 3.

75 Enucleat insuper *Muscatell.* (vt dilucidiorem materiam redderet) casus determinatos per Sac. Consil. apud *Affl. Capic. & Gram.* non esse discordantes à præfata distinctione per ipsum tradita, quam *Nos* recensuimus *hac ead. obser. n.* 40. & *Dom. Præs. d. cap.* 34. *n.* 14.

76 Siquidem in *dec.* 60. *Affl.* fuit votatum, quod Reus absoluatur ab obseruatione iudicij, & Actor fuit condemnatus in expensis, & dictũ, quod agat alia via, habuit etenim pro vero Sac. Consilium, quod si fuerit actum vna via, qua ius non competebat, sed alia, Reus debet
77 absolui, nam post litem contestatã non licet actionem mutare, motum etenim fuit Sac. Cons. ex *tex. in d. l. Bebius Marcellus, ff. de pact. dotal.*

Nec contrariari videntur prædictæ determinationi aliæ *decisiones Affl.* 83. 23. *&* 372. imò eam com-
78 probant manifestè, Nam in *dec.* 83. dùm fuisset petita res, quæ præstari non potuit, condemnatio facta fuit ad æstimationem, licèt non petitam,
79 quia prætium succedebat loco rei, & sic descendebat ex prima actione.
80 *In dec.* 23. fuit Ecclesia admissa ad censum non petitum, sed debitum, dùm petierat recuperationem rei ipsius Ecclesiæ, quàm non probauit, sed tantùm constitit de censu, ad quem facta fuit condemnatio, quia res non potuit præstari, sed census debitus dependentiam habebat ex eadem re. *In dec.* 372. fuit
81 intentatum iudicium contra quosdã vti hæredes patris, & quoniã nõ aliter probauerunt ipsos patris fuisse hæredes, sed tantùm matris, vti tales fuerunt condemnati, quia etiã mater erat obligata in instrumento, cuius vigore agebatur, & sic descendebat à prima actione, & sic determinationes processerunt secundùm distinctionem supra memoratã à *Muscatell. & à Dom. Præsid.* comprobatam in sedibus indicatis,
82 quod quando noua intentata sunt omninò diuersa à primis, Iudex non debet super eis pronunciare, nisi datis defensionibus, & instructo processu super nouis, sed quando noua descendunt à primis, benè Iudex poterit super eis pronunciare.

Quo verò ad decisiones eiusdem Sac. Consil. apud *Gram. dec.* 15. 19. 62. *&* 103. adductas pro affirmantibus, quod Iudex potest etiam super non petitis in libello, sed deductis in processu iudicare, aduertit *Muscatell. in d. glos. Petitur n.* 15. *vers. Quartò adsunt*, contrarium ex ijs benè perlectis suaderi, Nam in *dec.* 15. licèt ipse *Gram. n.* 3. *&* 4. adducat nonnullas rationes, quibus Sac.
83 Cons. potuisset iudicare super non petitis, & ipse fuerit huius voti cum duobus alijs, tamen cæteri Domini de Sac. Consil. fuerunt in voto contrario, & fuit reuocata sententia, per quam Sac. Cons. prius votauerat super petitorio non petito, nec deducto; Pariter in *dec.* 19. in qua materiam prosequitur *Grammatic.*
84 sententiæ latæ vltra petita, & latis fimbrijs fundat potuisse fieri condemnationem illam in prætio tanquam in æquipollenti ad rem petitam, vt ibi *n.* 10. tamen in *fin. eiusdem decisionis*, tradit exequutionem sententiæ fuisse moderatam in eo, quod liquida apparebat, & sic non vltra petita.

Itidem in *dec.* 62. etsi agatur de materia vltimarum voluntatum, & plura adduxerit *Gram. sub n.* 29. quod in Sac. Consil. proceditur sola facti veritate inspecta, tanquam in Concistorio Principis, tamen in *fin. decis.* apparet per maiorem partem
85 Sac. Consil. & Supremi Collater. fuisse votaatum institutionem illam non tenere, Et postremò in *dec.* 103. licèt *sub n.* 104. *& seq. Grammaticus*

ticus aliqua attulerit pro diſpoſitione *d. cap. Deteſtantes*, vt induceret Dominos de Conſilio ad proferendam ſententiam de legato non petito, plenè tamen diſcuſſo, attamen *in fin. deciſ.* verſ. *Quo verò*, apparet,
86 Sac. Conſil. noluiſſe iudicare ſuper dicto legato non petito, licèt diſcuſſo, ſed ſibi reſeruauit meliorem deliberationem inſtructis proceſſibus, & partibus auditis.

Ex quibus: meritò concludit *Muſcatell.* inter Neothericos, pra-
87 xim edocentibus Anteſignanus in *d. gloſ. Petitur n. 56.* ex præfatis deciſionibus adductis per *Gram.* noluiſſe Sac. Conſil. & Collaterale, ſen-
88 tentias proferre ſuper non petitis, & ſuper nouis non dependentibus à primis, niſi inſtructis de nouo proceſſibus, & partibus auditis, ſubdens præfata eſſe benè notanda, ex quo ab alijs tacta non reperiuntur, ſicuti ab ipſo, adducitq; concordantem
89 *Boer. dec. 42. n. 20.* vbi inquit poſt diſcuſſum plenè articulum à *n. 13. vſq; ad 24.* non eſſe iudicandum vltra petita, adducens *Affl. d. dec. 60.* itaque per maiorem partem Dominorum fuiſſe votatum in Regno Franciæ, maximè quando nouiter petita nõ dependent à primis, nam tunc Reus non poſſet ſe defendere, & Actor videtur dolo malo facere, ad quod nonnulla in contingibili caſu adducit *Muſcatell. loc. cit. in addit. lit. B.*

Reſpectu verò Iurium Regni, ſcil. *Cap. Deteſtãtes, ac Rit. Mag. Cur. 288. & ſeq. ac Reg. Prag. Diſpendia litium*, qualiter ſint practicata in Regno, quibuſuè procedant in caſibus iuxtà theſim propoſitam plena manu pertractat idemet *Muſcatell. in d. gloſ. Petitur ex n. 54. ad fin. vſque*, dictiſq; per ipſum addidi Ego non-
90 nullos in *Annotationib. meis ad gloſ. prædictam*, præſertim *Io. Bapt. Aſin. in prax. §. 3. n. 5. Ill. Dom. Marchion. Torell. Reg. Capic. Latro conſult. 9. n. 75. lib. 1.* & antè ipſum *Reg. Rou. in Commentar. ſuper d. Prag. Diſpendia litium n. 31.* quos (ſi libet) adito curioſe Lector, & modò addo *Ioſeph. Ramon. conſ. 50. n. 34.* verſ. *Nam reſpondetur*, qui ad propoſitum inquit, quod in rebus diuerſis, vel ex diuerſis cauſis, vbi non idem petitum eſt, non cadit præoccupatio iudicij, vel litis pendentiæ, adducens *Affl. in dec. 294. n. 5.* quem omninò videndum monet, qui mouetur ex pulchra diſtinctione *Bart. in l. ſi plu-*
91 *ribus, ff. de legat. 1.* ibi, *Si verò non petitur idem, ſed diuerſum, vel ex diuerſis cauſis, tunc non poteſt dici praeoccupatio, Petr. de Ancharan. in cap. Poſtulaſti de for. competen. in 6. l. qui Prætor, ff. de iud. cap. dilecti de ordin. cognition.* Hęc tibi paro Lector (quæ confusè aliàs tractata vidi) adeò diſtinctè, vt ſcopulos omnes in eiuſmodi materia valeas euadere.

SVMMARIVM.

1 Doctrinarum remis. in vaſto probationum æquore ſulcant Conſulti.
2 *Probationum ſpecies quot ſint, eaq; numerantur diſtinctè.*
3 Camillus Borrellus *olim* Iudex Magnæ Curiæ Vicariæ, *laudatur.*
4 *Confeſſione propria, nulla maior probatio.*
5 *Confeſſio Partis, ſi Iudicialis fuerit, æquiparatur ſententiæ, & rei iudicatæ.*
6 *Confeſſio habetur pro veritate contra ipſum confitentem.*

7 Con-

7 *Confessio inducit notorium.*

8 *Iudicis partes nullæ aliæ sunt in confessum, quàm in condemnando.*

9 *Confessio iudicialis facta in libello porrecto in iudicio, præiudicat producenti.*

10 *Producens videtur fateri omnia contenta in libello esse vera.*

11 *Confessio ex errore procedens, confitenti non præiudicat.*

12 *Errantis, nulla est voluntas.*

13 *Confessio veritati repugnans est inualida.*

14 *Veritas gestorum, falsa partium asseueratione tolli, aut immutari non potest.*

15 *Dominium non perditur, aut mutatur sola voluntate.*

16 *Affirmans rem esse vnius, & non asserentis, ex hac assertione non efficitur ipsius.*

17 *Fideicommissum non inducitur ex eo, quod hæredes, aut filij fateantur bona fuisse supposita fideicommisso.*

18 *Confessio erronea, constito de errore, semper reuocari potest, etiam deliberato animo facta.*

19 *Error facti nõdum finito negotio, nemini nocet.*

20 *Errans non confitetur, cum erronea confessio non valeat.*

21 *Errans non obligatur ex actu, quem facit.*

22 *Erronea confessio, etiam ab ipsomet cõfitente, reuocari potest.*

23 *Decisio* Senatus Mãtuani *apud* Surd. dec. 127. *qualiter sit intelligenda.*

24 *Erronea confessio reuocari potest, etiamsi Iudex ipsius prætextu præceptum de soluendo protulerit.*

25 *Confessio erronea etiamsi iurata, & geminata fuerit, potest reuocari à cõfitente.*

26 *Error in facto proprio tolerabilis est.*

27 *Errantibus in facto, quo errore etiam prudentissimi decipi solent, subueniẽdum est.*

28 *Error in facto proprio reuocatur, quãdo agitur de damno vitando.*

29 Tex. in l. Sed etsi me putem, ff. de condict. indeb. *enucleatur.*

30 *Confessio apud acta facta, nequidem præiudicat, si de errore probetur.*

31 *Error confessionis factæ in instrumẽto guarẽtigiato, potest contra id opponi, reuocando dictam confessionem.*

32 *Confessio, siue Iudicialis, siue extraiudicialis ab errore causata, effectualiter non obligat.*

33 *Aduocatus errãs in facto, nõ præiudicat Clienti.*

34 *Aduocatus nõ dicitur habere mandatum ad præiudicandum Domino.*

35 *Error Aduocati, Parti non nocet.*

36 *Aduocati dictum, quod dicatur dictum à Parte, an verum sit.*

37 *Confessio quæ fit in libello, qui datur Iudici, si erronea est, non nocet.*

38 *Verba quibuscum confessio concipitur, si sunt narratiua, reuocari possunt.*

39 *Confessio, quæ ex libello colligitur, dicitur ficta.*

40 *Probatio in contrarium admittitur aduersus confessionem fictam.*

41 Dom. Reg. Valenzuela conf. 27. *expenditur vti punctualis ad casum de reuocatione erroneæ confessionis.*

42 Decisio Sacri Consilij, Authore *patrocinante, circa reuocationem erroneæ confessionis, recensetur.*

ARGVMENTVM.

Confessio, quæ inter probationum species singillatim ab *Authore* recensitas, Principem locum habet, quæque sententiæ, & rei iudicatæ vicem obtinet, & inducit notorium, ac pro veritate habetur, adeò quod probatum sit effatum, Iudicis partes in con-

confessum non alias esse debere, quàm in illum condemnando; Attamen si erronea fuerit, constito de errore, semper reuocationi subiacet etiam deliberato animo factæ, Etenim errans non confitetur, nec ex actu, quem facit, obligatur, & admittitur reuocatio, etiamsi Iudex ipsius confessionis prætextu, pręceptum de soluendo protulerit, minus refragante, quod eiusmodi confessio iurata, & geminata fuerit; pręsertim si de damno vitando ageretur, ac etiamsi apud acta, facta dicatur; Hinc insinuatur, nequidem errorem Aduocati in facto Clienti nocere, quia Aduocatus non dicitur habere mandatum, vndè Domino pręiudicium inferat, qua in re punctuatim expenditur *Reg. Valenz. cons.* 27. ac determinatio per Sacrum Consilium emanata, *Authore* patrocinium pręstante, adducitur.

OBSERVATIO LXVIII.

1 IN vasto probationum ęquore, in quo repetitis Consultorum placitis, atq; responsis, Nostrates doctrinarũ remis (ne naufragium facerent) sulcare nisi sunt, totq; sirtes, & scopulos, vt euaderent, distinctionum lumine anteallato, plures earum probationum species tradiderunt, adeò quod eas
2 quasi in Decalogum reduxerunt, vt Prima sit probatio per testes ex *cap.* 1. *&* 2. *& cap. ex literis de probat.* Secunda, per instrumenta, de qua toti extant *tituli de fid. instrum.* Tertia, per Partis confessionem in *cap. cum ad sedem extr. de restit. spoliator. & in l. si sine, ff. de interrogator. action.* Quarta, per rei euidentiam, & ocularem inspectionem, *cap. euidentium de accusat. cap. Ad nostram de iureiur. & in l.* 1. *ff. de ventr. inspic.* Quinta, per delationem iuramenti aduersario datam, *cap. fin. de iureiur. l.* 1. *&* 2. *& l. manifesta, ff. eod. tit.* Sexta, quæ ortum ducit à sententia, & re iudicata, de qua plenè in *rubr. de exception. rei iudicat.* Septima, per communem opinionem, *cap. excommunicamus de haret. cap. sciant* 2. *q.* 7. *l. iudicia, C. de reiuend.* Octaua, per famam publicam, *cap. fin. de frigid. & maleficiat. & cap. sicut de probat.* Nona, per coniecturas, *l. in lege Aquilia, ff. ad leg. Aquil. l. si delatũ, ff. eod. tit.* Decima, per pręsumptiones, & indicia, *cap. afferte d. præsumpt.* & alibi, sicuti disertè admodum, nec ineleganti methodo Antiquioribus post-
3 habitis, scripto tradidit *Camill. Borrell.* olim Magnę Curię Vicarię in

Ciai-

Ciuilibus emeritissimus Iudex, quolibet alio Magistratu dignus in *opere*, cui nomen indixit *Summa decisionum Vniuers. Orbis lib. 2. tit. 2. de probat. in princ.*

Nulla crebrior, nulla validior, nec fortior vlla reperitur probatio, quã
4 ea, quæ in propria partium confessione consistit, *l. cum te, C. de transac. l. fin. C. de fideiussor.* latè *Hyppol. de Marsil. in rubr. de probat. n. 67. cum plurib. seqq. Anto. Gamm. dec. Lusitan. 165. n. 2. Mynsinger. obseru. 94. cētur. 1. Barnab. Cornazzan. dec. Lucens. 11. n. 1. Maran. in Specul. aureo par. 6.* verb. *Confessio n. 22. Tiraq. de retract. consangu.* §. 1. *glos.* 18. *n.* 78. coque laudato *Borgnin. Caualcan. dec. Fruiz. 12. n. 18. & dec. 46. n. 198. Paseth. cons. 189. n. 9. vol. 1.* Eaq; si Iudi-
5 cialis fuerit eam habet vim, & efficaciam, vt sententiæ, & rei iudicatæ vicem sustineat, ad *tex. in l. vnic. C. de confess.* cui consonat *l. 1. & l. Iulianus,*
6 *ff. eod.* imò pro veritate eam haberi contra ipsum confitentem, vulgatus est *tex. in l. cum precum, C. de liberal. caus.* quodq; inducat notorium, affer-
7 tur communiter *tex. in l. ictus fustiū, ff. de infam. & in l. is cui bonis, ff. de verbor. obl. Bal in cap. Statuimus n. 10. de offic. delega. & in l. properādum in fin. princip. C. de iud. Afl. dec. 176. n. 2. & 3. Gram. dec. 31. n. 8.*

Vndè communis, & recepta inualuit cōclusio apud Nostrates, par-
8 tes Iudicis in confessum, non alias esse, quàm in condemnando, sicuti post *tex. in l. vnic. C. de confess. l. 1. ff. eod. l. proinde, ff. ad leg. Aquil. glos. magn. in cap. fin. eod. tit. de confess.* tradiderūt *Innoc. in cap. cum super,* verb. *Deponēdum de confess. Bart. in l. quoniam, ff. de his qui notan. infam. Andr. Alciat. in pract. par. 2. tit. de cōfession. Rubricell. quis sit effectus cōfessionis n. 1. Iodoc. Damhouder. in prax. rer. ciuil. cap. 173. n. 1. & 2. Maran. in Specul. aur. d. par. 6. act. 5. n. 21. Petr. Termineus in process. iuris scripti cap. 45. n. 5. vers. Vbi ius sit, Roffred.* post *Irnerium Roger. & Azonem de libell. par. 4. tit. de actio. infactum, vel vtili, quæ oritur ex cōfessione per tot. Specul. in tit. de cōfessionib. §. Nunc vidēdum, n. 1. cum seqq. Dueñas regu. 117. Lācellot. Conrad. de offic. Prætor. in caus. ciuil. §. 2. tit. de position. n. 3. Afft. dec. 182. sub n. 8. Cacheran. dec. Pedemōt. 134. n. 3. & 4. Guid. Pap. dec. Delphinat. 254. Verall. dec. 190. n. 1. par. 1. Borrell. in tom. citat. tit. 3. de cōfessione, & confessis n. 127. Hector de Guid. de cōfessio. iudicial. par. 3. n. 1. vsq; ad 5.* aliiq; penè innumeri, passim conclusionem prædictam exornantes in confessione iudiciali, de qua propriè ratiocinati sunt.

9 Quò fit: vt confessio iudicialis facta in libello porrecto in iudicio, præiudicet producenti, ea ratione, quia producens videtur fateri om-
10 nia in libello contenta esse vera, *d. l. cum precum,* vbi *Bald. & Salic. C. de liberal. caus. Inno. in cap. cum venerabilis de except. Ludou. Rom. cōs. 23. sub n. 1. Iodoc. Damhouder. loc. allegat. cap. 173. n. 2. Cappell. Tholos. dec. 349. in fin. Gratian. dec. March. 19. n. 21.* quos adduxi *Ego in disceptat. forēs. cap.*

Attamen prædicta, iisq; similia à DD. allata, licèt simpliciter intellecta, veritate nitantur, locum sibi vindicare nequeunt, quoties confessio ex errore processerit, ad *tex. in*
11 *l. si per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic. l. Sed hoc ità, ff. de aqu. pluuia arcen.* ibi, *Si nō per errorem, aut imperitiam deceptus fuerit, Nulla enim volū-*
12 *tas errātis est,* pulcher *tex. in l. cōfessionibus 14. ff. de interrogator. action.* vbi *Cōsult.* tradit confessionem veri-
13 tati repugnantem esse inualidam, & habetur in *l. cum falsa 5. C. de iur. & fact. ignor.* veritatem gestorum falsa
14 partium asseueratione, tolli, aut immutari non posse, ibiq; *glos. in figuratione casus,* licèt explicet nihil nocere si facta fuit extra iudicium; nihilo-

hilominùs hoc discrimine minimè
adhibito, eadem *glos. in finalibus verbis*, vers. *Nihil egisti*, tradit, solam
voluntatem non sufficere quòad
15 dominium perdendum, vel mutandum, quo loci *Bart. Bal.* & reliqui
Scribẽt. notant, quod si affirmo rem
16 verè meam, & tuam, non tamen ex
hac assertione efficeris Dominus,
Socc. iun. cõs. 112. n. 2. lib. 1. inquiẽs,
17 quod si filij, hęredesq; fatentur bona esse supposita fideicommisso cũ
verè non sint, non inducitur fideicommissum, *Menoch.* pleraq; alia expendens *cõs. 372. ex n. 13. lib. 4. Gratian. discept. forẽs. cap. 3. n. 10.* vers.
Cõstito, tradens, quod constito de
18 errore, semper potest reuocari confessio, quamuis deliberatè facta esset, *Socc. cõs. 97. col. 3. lib. 4.* post *Bal. in d. l. error col. fin. n. 12.* vers. *Credo opinionem*, C. *de iur. & fact. ignor. Rom. cõs. 391. col. 1. Gabr. comm. cõclus. tit. de cõfess. cap. 5.* vbi de magis communi, & æquiori opinione, & concinit *tex. in l. nec error 7. C. de iur. &*
19 *fact. ignor.* quo cautum est errorem facti necdùm finito negotio, nemini nocere, nulla enim voluntas errantis est, *l. nihil cõsensui, §. fin. ff. de regu. iur.* cum pluribus in idem traditis per *Alex. cõs. 23. n. 10. lib. 7. Surd. de alim. tit. 7. q. 6. n. 19. & q. 7.*
20 *n. 4. Alciat. respon. 97. n. 3. Zas. cõs. 10. n. 49. lib. 2.* inquiens, quod errãs non confitetur, cum erronea confessio non valeat, *Bal. in l. 1. n. 2. C. si minor se maior. dixer.* nec confitenti noceat, *Bart. in l. non fatetur, ff. eod. tit. de cõfess. Crau. cons. 202. n. 3. Burgos de Paz cõs. 43. n. 42.* Nec errans
21 obligatur ex actu, quem facit *l. ait lex, §. si quis*, vbi *Florian. n. 3. ff. ad leg. Aquil. Rolan. cõs. 13. n. 29. vol. 1.* benè *Reg. Valenz. in eisdem terminis cons. 27. n. 8. & seq.*
22 Indè oritur erroneam confessionem etiã ab ipsomet confitẽte posse reuocari, *d. l. nec error, & d. l. Sed etsi me putem, Grat. respõs. 27. n. 13. lib. 2. Corn. cons. 186.* vers. *Nocius vol. 3. Morot. respon. 29. n. 34. & respons. 46. n. 33. Ioseph Cumia ad rit. Magnæ Regiæ Curiæ Regni Siciliæ cap. 37. n. 9. & seq.* cum alijs traditis per *Reg. Valenz. d. cons. 27. n. 10. & seq. Hector de Guid. de cõfession. iudicial. par. 7. tit. de confession. reuocation. cap. 1. n. 39.* vbi tradit, quod probato errore potest confessio reuocari, ita-
23 que intelligendam esse decisionem *Surd. 127.* affirmat.
24 Quæ sanè procedunt, etiamsi Iudex erroneæ confessionis prætextu, præceptum de soluendo protulerit *Corset. in singularib.* verb. *Confessio el 1. n. 1. ex glos. in cap. ex parte el 1.* verb. *Allegare errorem suum, ff. de verbor. signif. l. 2.* vbi *glos. & Bart. n. 3. & seqq. ff. de confess. Abb. in cap. cum causam n. 3. & seqq. de appellat. Rebuff. tom. 1. Commentar. ad leges Gallicas tractat. de liter. obligator. art. 2. glos. vnic. n. 61.*
25 Ac etiam si geminata, & iurata fuerit confessio, *Gregor. Lopez in l. 5. tit. 13. par. 3. glos. 4. Io. Gutier. de iuram. cõfirmator. par. 1. cap. 48. n. 8.* facit *l. 1. C. de error. calcul.* sicuti alijs congestis probat *Reg. Valenz. d. cõs. 27. n. 13.* vers. *Et hoc procedit.*
26 Nam error in facto proprio tolerabilis est, & omni iure subueniendum est errantibus in facto, quo er-
27 rore etiam prudentissimi decipi solent, ad *tex. in l. fin. ff. pro suo, l. regula, ff. de iur. & fact. ignor. §. si quis agens Instit. de action.*
28 Eò fortiùs quando agitur de damno vitando, ad *tex. cum glos.* vbi *DD.*
29 *in l. Sed etsi me putem, ff. de condict. indeb.* cuius *tex.* verba summè notanda sunt, *Sed etsi me putem tibi, aut Titio promisisse, cùm, aut neutrum factum sit, aut Titij persona in stipulatione comprehensa non sit, & Titio soluero, repetere à Titio potero*, ibiq; *glos.* in verb. *Potero*, dat rationem, *Quia agitur de damno vitando*, *Alex. cons. 89. col. 4.* vers. *Et eo ipso, lib. 2. Io. Bapt.*

Ferrett. conf. 101. *n.* 20. *par.* 1. *Surd. de alim. tit.* 6. *q.* 6. *n.* 10.

30 Si autem confessio apud acta facta fuerit, adhùc non præiudicat, si per errorem emanasse probetur, *l. interrogatam* 24. *C. de liber. caus.* & ibi *glos. fin. d. cap. fin. de confess.* vndè error confessionis factæ in instru-
31 mento guarentigiato, potest contra id opponi reuocando dictam confessionem, *Inn. in cap. cum olim n.* 6. *de cens. Cacherán. dec.* 29. *n. fin. Azeued. in l.* 1. *tit.* 21. *lib.* 4. Recopil. *n.* 103. *Guttier. de iuram. confirmator. par.* 1. *cap.* 40. *n.* 28. *&* 51. *Parlador. lib.* 2. *rer. quotidian. cap. fin. par.* 5. §. 11. *n.* 44. *Reg. Valenz. d. conf.* 27. *n.* 27. qui
32 notabiliter subdit tàm in confessione iudiciali, quàm extraiudiciali cōsensum ab errore causatum, non obligare effectualiter, adducens *tex. in l. fin.* §. *idem quæsijt*, vbi Bart. *ff. de condic. indeb. & in l. fin.* C. *de non numer. pecun. Alcia. respon.* 106. *n.* 9.

33 Quo verò ad erroneam allegationem Aduocati, nequidem Parti, si-
34 ue Clienti præiudicat, quando Aduocatus errauit in facto, nam Aduocatus non dicitur habere mandatum ad præiudicandum Domino, ex dispositione *tex. in l.* 2. *C. de error. Aduocat. Bart. in l. ornamentorum* 39. *n.* 2. *ff. de aur. & argen. lega.* di-
35 cens, quod error Aduocati parti non nocet, *l. fin. C. de error. Aduocat. Bal. in l.* 2. *n.* 1. *eod. tit.* Bart. *in l. ex quibusdam*, §. *cum plura n.* 2. *ff. de iur.*
36 *fisc.* quicquid dicatur, quod dictum Aduocati, reputetur dictum à Parte, vt censuit Bal. *in l.* 1. *n.* 5. *ff. de eden.* per *tex. in l. fin. C. de erroribus. Aduocat. & l. si defensor, ff. de interrogat. actio.*

37 Confessio itidem, quæ fit in libello, qui datur Iudici, si erronea est, non nocet, maximè cum verba, quibus confessio concipitur, sunt nar-
38 ratiua, nam reuocari possunt, *l. qui familia*, vbi Bart. *ff. famil. ercisc.* idem Bart. *in l. prædia*, C. *de præd. minor. Alex. in l. edita*, C. *de eden. Dec. in l. cōditioni n.* 9. C. *de instit. & substit. Gabr. comm. cōclus. tit. de confess. cōcl.* 4. *n.* 15. *Soccin. in cap. fin.* 6. *effect. de libell. oblat. Purpur. in l. edita n.* 56. *C. de eden. Menoch. d. conf.* 372. *n.* 13.

39 Cuius rei ea expenditur ratio, quia cum confessio, quæ ex libello colligitur, dicatur ficta, vt per *Dec. in d. l. conditioni n.* 8. *Soccin. cōs.* 122, *vol.* 4. *Gabriel.* vbi supra *n.* 32. con-
40 tra confessionem fictam admittitur probatio in contrarium, *Aretin. cōs.* 146. *n.* 4. *& seqq. Io. Guttier. lib.* 1. *practicar. q.* 49. *n.* 3.

Ex quibus à *Me* exaratis, allatoq;
41 in punctualibus terminis *Dom. Regente Valenzuela conf.* 27. *lib.* 1 vbi nostram sustinet aleam, prædictaq; comproat, pro Leonardo Marano Nauta, ad cuius instantiam fuit formatus libellus per eius Aduocatum antecessorem in Sac. Conf. penès acta venditionis domorum hæredū quond. Francisci Cacace sub die 27. Iunij 1647. remansarum Io. Dominico Catuogno, in quo libello, latino concepto idiomate asserebatur quandam Cameram, quàm ipsius Leonardi pater ab anno 1628. emptionis titulo cum pacto de retrouendendo habuerat, quamq; modò vti ipsius filius, & hæres Leonardus possidebat, fuisse venditam, ideòq; sibi liberari prætium ex deposito in publico Banco facto per Catuognū asserebat (dùm ex errore, & imperitia ipsius Leonardi confessio prædicta processerit, nam nullibi eius domus videbatur distracta ex processu) & depositum plebicularijs ortis commotionibus in Banco fuit deperditum, quod damno ipsius Leonardi cedere debere adstruebat, qui Catuogni partes tutabatur, totam vim faciens in libello prædicto, ex quo venditionem factam præsupponebat ex pluribus, quæ adducebat (vulgaria sanè) stante reuocatione à Leonardo facta omnium in libello

con-

contentorum (Me consulente) tanquam ex errore, fuit die Lunæ 25.
42 Mensis Februarij 1649. ad relationem Domini mei Consiliarij Ioannis Baptistæ Muscettula Patritij Neapolitani, & cum eo votantibus Ill. Domino meo Marchione Ramontis Sac. Consil. Præside, vnà cum Dominis Consiliarijs Thoma de Aquino, Io. Baptista Amendola, & Antonio Miroballo determinatum, quod Partes infra decem dies deducerent omnia eis incumbentia, existente in possessione præfato Leonardo, pro quo *Ego* patrocinatus sum, & consului reuocationem contentorum in libello, mediante alio libello Parti notificato, de quare extat decretum penès Magnificum Secretarium Sac. Conf. & Actorum Magistrum Iacobum Figliola.

SVMMARIVM.

1 AVthor *obiurgatus à Religioso, eò quod in diebus feriatis in honorem Dei, studio vacabat.*
2 *Diuinarum rerum insectanda sunt studia in diebus feriatis in honorem Dei.*
3 Author *qualiter se defenderit ab obiurgatione, quod in diebus festiuis vacabat studio.*
4 *Articuli plures dispungendi veniunt in Tribunalibus Neapolis, quàm in alijs Europæ partibus.*
5 *Iurgantes nullis senescere litibus fas est.*
6 *Aduocatis Neapolitanis, vix sufficiunt dies forensibus præstituti negotijs, pro informatione causarum.*
7 Author, *quo impulsu articulum proposuit, An liceat studere in diebus feriatis in honorem Dei.*
8 *Studere in die Dominico, quibus ex causis liceat remissiuè.*
9 *Scholaris non debet diem statutum ad seruitium Altissimi, destinare ad seruitium actus mundani.*
10 *Studẽdo quis an dicatur exercere opus pium.*
11 *Studere in materijs positiuis abstrahit hominem à contemplatione Dei, & à cultu diuino.*
12 *Studium quando principaliter non fit propter lucrum, sed ad illuminationem proprij ingenij, licitum est etiam in diebus festiuis, dummodò vacetur etiam diuinis.*
13 *Scholares, qui obseruant festa, malè sciunt Codicem, & peius Digesta.*
14 *Studium efficit hominem contemplatiuum, eumq; subtrahit à prauis cogitationibus, & euitatur otium, & causatiuè peccatum.*
15 *Artifices omnes, vt plurimum sunt mendaces, & fraudes maximas in artificio committunt.*
16 *Peccatum non interuenire, inter emẽtis, & vendentis commercium, est impossibile.*
17 *Contentio, & odium, oritur ex litigio inter partes.*
18 *Studium nulla lege, nulloq; iure in diebus festiuis in honorem Dei, etiam Clericis, prohiberi debet, & de ratione.*
19 *Studium maximè iuuenibus est suadẽdum, ne relicto studio, alijs vacent voluptatibus.*
20 *Studere licèt ad lucrum, minus est peccatum, quàm vagari.*
21 *Scholares melius facerent, si in diebus festiuis diuino cultui intenderent, potius quàm studere.*
22 *Scholares vadũt ad Ecclesias potius vt videant Dominas, quàm Dominum.*
23 *Doctor studens in diebus festiuis, in recompensationem debet facere aliquam eleemosynam.*
24 *Scientia illuminatur mundus, multa-*

que bona prouenient ex ea.

25 *Studere licet diebus festiuis sine peccato.*

26 *Laborare, & se exercere diebus Dominicis quispiam potest pro pace, & necessitate.*

27 *Doctum esse tedit ad publicum bonum, & ad honorem* Dei.

28 *Emãcipare filios, manumittere seruos, pacisci, & transigere, licitum est etiã in diebus feriatis.*

29 *Studium tendit ad illuminationem ingenij.*

30 *Modico tempore, modicum fit studium.*

31 *Summus repentè nullus fit.*

32 *Scholari si non satis est videre lectiones in hebdomada, potest videre etiã in die* Dominico.

33 *Memoria hominum, est labilis.*

34 *Aduocato licet in die festo consulere, & apud Iudicem totam causam referre.*

35 *Attendi non debet, quod fit in consequentiam, non autem principaliter.*

36 *Aduocati ex eorum consilijs, licitam mercedem recipere possunt.*

37 *Mercenarius est dignus mercede sua.*

38 *Aduocatis* Neapolitanis *vix otium suppetit, à defensione causarum.*

39 Author *profitetur dies duxisse vigiles, & noctes insomnes, ad hoc vt Aduocationis muneri vacaret.*

40 Author *satius putauit in diebus festiuis studio incumbere, quàm animi hilaritatibus vacare.*

41 Author *nõ extimuit inuidorum morsus, quin eius ingenij monumenta typis expresserit.*

42 *Scriptio nulla est tàm tenuis, qua non aliquam referat laudem.*

43 *Scriptores omni æuo in honore habiti sunt.*

44 Sigismundi Imperatoris *effatum erga doctos viros recensetur.*

45 Author *quandoq; deterritus ne sua edat opera, cur opinionem mutauerit?*

46 *Scriptores, quibus verbis à Carolo Scribanio inuitentur ad eorum opera edendum.*

47 *Studium ob nimium, difficilè est, vt quis hodie obiurgetur.*

ARGVMENTVM.

Studere an sit licitum Scholaribus, & Doctoribus etiam in diebus festiuis in honorem Dei inductis, absque peccati labe? & quid si lucro mediãte, vel sine lucro ad studendum accesserint? Cuius quęsiti ansa arrepta, ad suimet ipsius, suorumq; studiorum assiduorum defensionem *Author* semel obiurgatus, eò quod in die Dominico, impensè studio erat addictus, quæstionem ex professo reassumens, Aientium, & Negãtium placitis adductis, suadet communiorem, ac veriorem esse sententiam, quòd licitum sit studere etiam in diebus festiuis, dummodò diuina nõ deserantur, idq; præstat peragere, quàm illecebris, aliisq; vacare voluptatibus, etiamsi lucro mediante id fiat, Nam finis, ac principalis studendi scopus, est exercitatio ingęnij, & memorię, & lucrum attenditur ex consequenti, quod in consideratione non habetur, bonumque respicit publicum, Scientia etenim mũdus illuminatur, nec parua ex ea bona dimanant, quò factum est, vt eam Doctorem

sp-

approbauerint opinionem, quod fas ſit Aduocatis etiam in diebus feſtiuis Clientibus conſulere, perplexoſq; iuris articulos ſtudendo enodare, adhoc vt eorum muneri dignè vacare noſcantur, etiamſi lucri ſpe ad id inuitētur (Dignus eſt enim mercenarius mercede ſua) Idq; fortiùs in Aduocatis Neapolitanis permitti debere ſiquando frequenti Clientum calculo detinentur, cùm in diebus negotijs prẹſtitutis, vix otium datur Clientum iura in domibus Magiſtratuum enarrare, ipſiſque in Tribunalibus cauſas dicere, non inconcinnè, inſinuat *Author*. Scriptores non etiam deterrendos ab eorum ingenij monumẽtis poſteritati tradendis, eò quòd Ariſtarcorum, Zoilorumq; Iudicium incurrant, ſiue inuidorum morſibus, eorumq; baubatibus ſe exponant, ex pluribus adductis, prẹſertim ex celebri dicterio *Caroli Scribanij in tractat. de Inſtit. Politic. Chriſtian. lib. 1. cap. 26. & cap. 14. in fin.* demonſtratur, quorum verborũ energia motus *Author*, licèt aliquando ſubdubius extiterit, eius exantalatos labores luci tradere, iiſq; ſæpiùs lectitatis, omni prorſus timore poſthabito è typis eius opera prodere, ad arenã deſcendiſſe profitetur, nec obiurgatum quempiam iuſtè dixerit eum, qui noctes ducendo inſomnes ſtudio permaximè vacauerit, nonnullis, haud oſcitanter comprobat.

OBSERVATIO LXIX.

1 ADijt *Me* in die Palmarum timoratæ conſcientiæ vir, Religioſus Profeſſus, Amicus meus, in quo non tàm litterarum elegantiam, & doctrinæ profunditatem, quàm morum illius integritatem admirari ſolitus ſum, qui videns me ſtudio impensè addictum, modeſtè, nè ſilẽtium ſuum in conſcientiam deduceret monitũ me fecit, non eſſe vndequaq; tutum, neque licitum, in diebus feriatis ad
2 honorem Dei ſtudio vacare, ſed diuina inſectanda fore ſtudia; Defendi me, Clientum calculo non infrequenti detentum, quamplurimis, ac
3 nouis ſemper excitatis articulis, qui in. his Supremis Tribunalibus diſpungendi veniunt pluſquam in alijs
4 Europæ partibus, teſte *Dom. de Franch. dec.* 80. *n.* 19. ad illorum iuſtitiam tutandam, neuè anſam præbuiſſe viderer litium expeditionem remorandi, vtq; Iurgantium expenſis (quatenus in me erat) parcerem,
5 cùm nullis litibus Iurgantes ſeneſcere fas ſit, non aliter poſſe meæ Aduocationis muneri vacare, niſi etiam in diebus feſtiuis labores in

ſtu-

6 studendo sustinerem; Dies etenim, forensibus præstituti negotijs, vix occcupato homini satis esse adstruebam ad informationes causarum Magistratibus tot Tribunalium faciendas, Notas facti, & iuris reuidendas, ac causas ipsas perorandis, tutandásq; ex quibus pacatum aliquantulum reddidi eximium illum virum, sed vt tutiorem meam conscientiam redderem, mihiq; ipsi in re non leuis momenti consulerem,
7 tantoq; viro rationabilem, imò iustam excusationem insinuarem meam, per iuris tramites veritatem exquisiui.

Quò circa, reperi, in controuersiam peractis sæculis rem fuisse deductam, ex dictis per *Abb. Panorm. in cap. 1. de fer. n. 4.* vers. *Et hac faciunt,* vbi format quæstionem, & post relatam opinionem *Anto. de Butr.* pu-
8 tantis non esse licitum die Dominico studere propter lucrum particulare consilij, nisi necessitas aliud suadeat pro expediendo illum, qui de longinquo venit, nec etiam licere pro salario studere, vel legere, nisi necessitas aliud suadeat, Idq; etiam in scholari procedere, ne deputa-
9 tam diem ad seruitium Altissimi; deputet ad seruitium actus mundani, nisi studium esset in materia spirituali, in qua studendo, Deo seruiret, nec obstare, sm *Butr.* quod
10 studendo quis dicatur exercere opus pium, quia verum hoc reputat, quando dirigitur ad bonum finem, scil. vt quis efficiatur bonus, vel iustitiam ministret, sed vt plurimum quis studet ad finem diuitiarum, & honoris, & sic licèt in se opus sit licitum, tamen finis est malus,
11 adducendo nonnulla similia, præsertim, quia studere in materijs positiuis, abstrahit hominem à contemplatione Dei, & à cultu diuino, & à reuerentia Dei, in qua prædictis diebus est instandum, *Ias. in l. Diuus n. 3. ff. de fer.* vndè inquit *Abb. loc. cit.* *Antonium de Butr.* in hoc videri motum multum subtiliter, & ex zelo conscientiæ.

12 Contrariam tamen tutatur opinionem *Abb. loc. iam cit.* vers. *Nihilominus,* vbi studium principaliter nō fit propter lucrum, sed ad illuminationem proprii ingenij, & aliorum, dummodò debitis horis insistetur circa diuina, tunc enim studere non est peccatum, licèt accessoriè veniat lucrum, argumento desumpto, ex *cap. fin. de magist. cap. cum de diuersis de priuileg. in 6. & ex cap. cum ex eo de elect. eod. lib.* & *Additio ad Abb. in d. cap. 1. sub n. 4. lit. A.* vbi multis argumētis defendit istam opinionem, quam sequitur vti communem, vndè ortum habuisse illud prouerbiū tradit *Scacc. de iudic. causar. ciuil. lib. 2. cap. 5. tit. de fer. n. 121. Scholares, quî*
13 *obseruāt festa, malè sciunt Codicem, & peius Digesta*, & referunt *Odofr. in l. omnes n. 3. de fer. Ias. in d. l. Diuus n. 2.* vbi *apostill. ad glos.* in verb. *Militarem sylua nuptial. lib. 5. tit. quomodo iudicandum n. 52.* vbi plura. Item ad finem iustitiæ administrandæ quis studet, vt in *proem. decretal.* nam
14 ideò lex proditur, vt appetitus noxius sub regula limitetur, Item in studio homo efficitur contemplatiuus, & subtrahitur à prauis cogitationibus, & euitatur otium, & causatiuè peccatum, vndè illud *Diu. Hieron. Ama scientiam scripturarum, et carnis vitia non amabis,* q; est translatum in *cap. nunquam de consecr. dist. 5.* Nec valet arguere secundùm *Abb.* ibi ex prohibitione facta per Pontificem in diebus festiuis ne fiant artes seruiles, neq; mercari, aut litigare liceat, nam satis diuersa vrget ratio, ex qua ad studium inferri, nullatenus potest, In litibus etenim, &
15 in mercato, tenditur principaliter ad lucrum, & ad decipiendum proximum, omnes namque artifices, vt plurimum sunt mendaces, & fraudes maximas committunt in artifi-

cio, *cap. eijciẽs* 88.*dist. & cap. quoniam*
nõ cognoui, Vndè tempore pœniten-
tiæ consulitur, vt abstineant à ne-
16 gotiando, quia difficile est inter
ementis,& vendentis commercium
non interuenire peccatum, *cap. qua-*
litas de pœniten. dist. 5. Sic in litigio,
17 magna contentio, & odium oritur
inter partes, & si cogerentur inten-
dere ad litigandum, dimitterentur
diuina, & sæpè committerent men-
dacia, & fraudes, sicuti est in iuran-
do, *cap. Etsi Christus de iureiur.* Quæ
omnia cessant ex studio licito,& or-
dinato ad bonum finem, imò ex eo
causatiuè oritur bonum, quia ab-
strahitur à terrenis, & totum oppo-
situm contingit ex alijs.
18 Quare aduertit *Abb.* nulla lege,
nullo iure studium Clericis tali tem-
pore prohiberi, imò suaderi, vt in
cap. nunquam de cõsecrat. dist. 15. sub-
19 dens maximè iuuenibus studium
esse suadendum, nam relicto studio,
& alijs voluptatibus, & illecebris
intendunt, vndè si student ad finem
20 lucri, tamen illud est minus pecca-
tum, quàm vagari, & studentes à
multis prauis actibus,& cogitationi-
bus subtrahuntur, *cap. si quod verius*
33. *q.* 2. *& cap. duo mala* 13. *dist.* vndè
Horat. Lut. in tractat. de priuileg. schol-
lar. priuil. 10. & alij, quos refert, &
sequitur *Marq. tract. de Iudæ. sub n.* 1.
quorum memoriam habuit *Scacc.*
loc. cit. n. 121. vers. *Exemplifica*, in-
21 quiunt esse licitum scholaribus stu-
dere in diebus festiuis, melius ta-
men foret si intenderint rebus diui-
nis, nam melius moliuntur opus,
quod est contra quosdam scholares,
22 qui secundùm *Abb.* vbi *supra*, vadũt
ad Ecclesias, potius vt videant Do-
minas, quàm Dominum, idq; pro-
cedere etiam in Doctoribus, tradit
Scacc. loc. allegat. n. 122. vers. *Sed quid*
dicendum, consulens post *Ias. in d. l.*
Diuus, quod talis Doctor in recom-
23 pensationem faciat aliquam elee-
mosynam, & de *statuto Marchiæ lib.*
6. *cap.* 23. præstat fidem idem *Scacc.*
n. 124.
24 Nec dubitari potest ex scientia
sic acquisita illuminari posteà mun-
dum,& multa bona prouenire,vt in
Auth. Habita, C. *ne filius pro patre, cap.*
super speculo de Magist. *Bonus de Cur-*
tili de nobil. par. 3. *n.* 65. *Bal. in d. Auth.*
Habita n. 63. vbi *Rebuff.* in verbis
Quorum scientia, &c. *Mandos. reg.*
Cancellar. 16. *de diction. numer. q.* 15.
alij q; recensiti per *Reg. Valenz. cons.*
34. *n.* 47. vers. *Nam literatorum do-*
ctrina.

Quam sententiam vti veriorem
quamplures sectati sunt, nempè
Glos. & Fulgos. ibiq; ferè omnes in *l.*
2. *C. de fer.* ratione publicę vtilitatis,
quę exindè prouenit, quia ex studio
semper augetur scientia, & sic con-
25 cludunt, quod scholares, & Docto-
res possunt studere diebus festiuis si-
ne peccato, *Azo in Summ.* C. *de fer.*
Ang. & Alex. in l. pen. ff. eod. tit. Bar-
bat. in Addit. ad Abb. in d. cap. 1. vers.
Nec scholari, vbi pluribus argumẽtis
comprobat eiusmodi opinionem,
inquiens pro pace, & necessitate,
26 potest quispiam laborare,& se exer-
cere diebus Dominicis, vt in *cap. li-*
cet de fer. vndè sequitur, quod idem
erit pro scientia adipiscenda, quia
27 esse doctum tendit ad publicum
bonum, & ad honorem Dei, quare
multò fortius quis poterit in diebus
prędictis studere.
28 Rursus: si diebus sollemnibus lici-
tum est emancipare filios, manu-
mittere seruos, pacisci, & transigere,
ad *tex. in l. dies festos*, C. *de fer.* sicuti
pleno calamo scripsimus hoc *eod.*
opere cap. 46. *per tot.* eò magis poterit
addiscere, & iterùm affirmat *Abb. in*
cap. licet n. 2. *eod. tit.* inquiens in die-
bus festiuis non esse inhibitum stu-
29 dere, quia studium tendit ad illumi-
nationem ingenij, quem sensum ha-
buit *Nicol. de Neap. in d. Auth. Habita*
in princ. Alber. de Ros. in l. 2. *C. de fer.*
Aluar. in prælud. feudor. *Barbat. in*
rubr.

rubr. de fer. quem Dominum suum
appellat; Quo spectant trita bro-
cardica: Quod modicum tempus
30 modicum sit studium, *cap.1.dist.68.*
glos. in cap.cum ex literis extr.de restit.
in integr. l.7.C.de proxim. sacror.Scri-
31 *nior. lib. 12.* Nullusque fiat repentè
summus *cap.Charitas de pœniten. dist.*
2. Idcircò omni tempore studere
prestat, insignis Siculus *Antonius Cor-*
setus in repertor. ad Abbat. in verb.
Studere, vbi communem esse con-
clusionem tradit, quod licitum sit
in diebus festiuis studere, & legere,
dummodò cesset lucri spes, & dum-
modò vacet debitis horis diuinis, &
officijs, eundo ad Ecclesiam, ibique
32 ex *Imol.in d.cap.1. de fer.* tenet, quod
si scholari non sufficit videre lectio-
nes sibi lectas in hebdomada, quòd
tunc necessitas est, quod illas videat
diebus Dominicis, quod dictum
Imolæ sibi placere inquit *Corset.* ibi,
quia res nō patitur dilationem, quia
33 hominum memoria labilis est, se-
cundum *glos.in l. peregrè, ff. de acquir.*
possess. & in cap. cum adeo de rescr. &
esp. porrecta de cōfirm. vtil. vel inutil.
& in cap. illud de cleric. excomm. min.
& facit *tex. in l. 2.* ibi, *Omnium ha-*
bere memoriam diuinum potius est, quā
humanum, C.de veter.iur.enucl. & Cap.
præterea 22. dist. eisq; addo *Montalu.*
ad ll. for.lib.2.tit.5.de las ferias, vers.
Et circa hāc materiam, vbi summatim
Abbatis opinionem amplectitur, *Scri-*
bentes in d.cap. omnes dies el 1.de ferijs,
verb. *Neq; placitum,* quem *tex.*exor-
nans *D. Barbos. Episcop. in Collectan.*
Doctor.lib.3.decretal.tom.1.tit.9. verb.
Neq; placitum n. 6. inquiens ex *Azor.*
Institut. moral. cap. 27. quæst. 11. li-
34 cere in die festo Aduocatum con-
sulere, apud Iudicem totam causam
referre, vt ea probè cognita, senten-
tiam posteà commodius ferat.

Nec prædictis facessit negotium,
quod ex studio lucrum quis conse-
quitur, nam id in consequentiam
35 venit, non principaliter ideóq; non
est attendendum, ad *tex. in l. si quis*
nec causam, ff. si cert. pet.
36 Præterquāq; in materia cōsiliorum
probatorū ab Aduocatis, siue orete-
nus, siue in scriptis, & potissimum
si typis ea tradiderint, licitè ex ijs
(dummodò iusta fuerint) mercedem
recipere possunt, ad *tex.in cap.nō licet*
11. q. 3. Cagnol. in l. 2. n. 579. ff. de
regu. iur. & ex Fusco, Viu. & alijs cō-
probat *Dom. Thor. in compend. deci-*
sion. Regn. tom. 1. verb. *Suspictio pro-*
posita aduersus Iudicem, qui libros com-
posuerat, quem adducit, & sequitur
Io.Bapt. Larr.allegation.fiscal.lib.2. al-
leg.118. n.21. vers. *Rursus*, & dignus
37 est mercenarius mercede sua, secū-
dùm *Matth.cap.6.* translatum in *cap.*
quicumq; suffragio 12.q.2.& *Diu.Paul.*
ad Corinth. cap. 2. Mercedem suam
quisq; accipiat secundùm suum la-
borem, ad quod plura *Ego* congessi
in *2. disceptat. forens.cap.5.n.3.& duob.*
seqq.
38 Ex quibus nitidior mea emergit
excusatio, nam in Supremis hisce
Regni Tribunalibus, tot videre pro-
cessuum folia, nouos in dies excita-
tos dispungere iuris articulos, eosq;
ad causā congruè adaptare, in facto
notas excerpere, allegationes iuris
indè prodere, domi informationes
facere, in ipsis Tribunalium subsel-
lijs causas dicere, vix ocium præbēt
ad vitæ necessaria subministrādum,
& (Testor Ego Deum viuum) quod
vt Clientibus meam prestarem ope-
39 ram, noctes plures duxi insomnes
& dies vigiles, benè fateor, quod si
quando aliquid ocij datū mihi fuit,
totum me conuerti ad aliquid pa-
randum posteris, nè talentum à Do-
mino mihi traditum cum seruo ne-
quam abscondisse videar, satiùsque
existimaui studio etiam in diebus
40 festiuis incumbere, quàm ludo, alijs-
que animi hilaritatibus vacare, quas,
semper vitaui, & à meo naturali alie-
nas existimaui, ingenijq; mei mo-
numenta vsque modo plura palàm
feci,

feci, non sine ingenti labore, & sudore, tùm hybernalibus noctibus, cùm canicularibus diebus (Summi
41 opificis ope, & auxilio intercedente) Non extimui inuidos, & Antagonistas, nec adeò iis prætios eos habui, vt à meorum operum editione abstinuerim, & si summum propositi finem (vt lectoribus aliqua ex parte succurrerem) assecutus non fuerim, tamen solatium mihi est bona mente ad arenam descendisse, ociumq; malorum omnium radicē, atq; parentem, expulisse, qui enim studentà multis prauis actibus, & cogitationibus subtrahuntur, sicuti post alios ponderat *Scacc. loc. cit. n. 121. in fin.* satis enim mihi conscius
42 sum nullam tàm tenuem esse scriptionem, quæ non aliquam referat
43 laudem; ac Scriptores omni æuo à Principibus in honore habitos esse, ingentemq; curam adhibitam eorū ingenia fouere, ac alere, dignisque adaugere præmijs, licèt aduersus eos, eorumq; opera, Inuidi alienarū laudum conuitia dixerint, vel saltim mussitauerint; vndè meritò lau-
44 data extitit pulchra *Sigismundi Imperatoris* digna vox: *Ego illos amo, quos natura alijs antestari voluit*; hinc refertur de *Gratiano de Constantino patre*, quando doctis viris præmia, & honores conferebat, solitum dicere, *Solui quod debui, & adhùc debeo, quod solui.*

45 Cùmq; deterritus non semel Ego, nè illos incurrerem scopulos, quos perpauci Scriptores euadunt, recogitauerim remorari è typis libros meos exprimere, aliudq; in tempus differre, incidi in pulchra verba *Caroli Scribani* disertissimi Authoris in *tractat. de instit. Politic. Christian. lib. 1. cap. 26.* vbi plura eleganti stylo congerit in laudem, & vtilitatem Scriptorum, sed in *cap. 14. in fin.* adeò perbellè loquitur, vt omnium Scriptorum oculis verba illa patefieri necessum putauerit *Dom. Io. Bapt.* *Larr. allegat. fiscal. lib. 2. alleg. 118. n. 23.* vers. *Denique circa med.* & *Antonius Bulleus in Epistol. ad Christophor. Crusium in tractat. de indic. par. 1. pag. mihi 15.* aureisq; inscribenda literis
46 in albo perpetuo mansura dixerim Ego, & sunt eiusmodi. *De fructu, & sperata è scriptionibus opinione, quid dicā? Incerta hæc, nec tamē idcirco animus deponendus, firmandus magis, & generoso ausu accendendus, nihil sperare possit ignarus calamus, audacia sæpè pro eruditione est, & voluisse etiam in magnis, magnum est.* Respondet *optatis euentus? Benè est; non respondet. Conatus semper in laude fuit; neq; enim tàm tenuis scriptio, quæ non aliquam referat laudem. Non placet omnibus? Ne Deus quidem; displicet multis factum maximis viris. Placet paucis? maximum laboris, speiq; suæ factum retulit, si vel vno prudenti, doctoq; placuit; satis enim magnum theatrum doctus docto, prudens prudenti est. Non placet Patriæ? placebit exteris, & latiùs nomen diffundet. Non placet suis? placebit alienis, & mirari discent, quos domestici negligunt. Non placet ætati suæ? placebit secuturæ. Patitur obtrectatores? Nullum magnum factum sine criminatione fuit, mutuò innectuntur virtus, & æmulatio, eruditio, & obtrectatio, nec metue, crescunt laudanda aduersis; & clarior scriptio est, quæ æmulum patitur, Inuidia virtutis Sol est, iaceret hæc sine illa densa obtenebrata nocte: in lucem illa æmula protrudit. Non viuerent quorumdam scripta, si inuida manus, & lingua defuissent, vitam inuidia dedit. Aliorum etiam non viuerent, si persecutor non fuisset, fuit, vixerunt. Quid. Quod ab ignibus non vni vita, & à tortoris manu nemo legisset, ni tortor accessisset, desiderium carnifex prouocauit, sitim etiam, & famem. Iam quoties persecutor gladius sanit, non vita vixerunt meliore? Non deponat ergo Scriptor animum, neq; obijciat metu. Quid si nulli placeat? Placeat sibi vel hoc solo beatus, quod horas bonas expleuerit benè, forsan malè expleturus*

turus, si scriptio defuisset. Et sanè hac vna plurimorum scelerum occasionem præcisam negare nemo potest, hac enim vna vitijs depulsis, virtutes succrescere sciunt omnes. Displiceat ergo licèt liber, sat digna labori merces, vt virtus sibi, sic scriptio auctori suo est, vt vel sola otij, quod eriminum propè omnium mater esse consueuit, fuga sat ampliter Scriptorem suum remuneretur. Hæc doctè, & eleganter *Scribanius.*

Nolui tñ silentio præterire doctũ quẽdam virum, Supremũ nunc agẽtem Magistratum, Dominum meum præcipuum, cum quo contigit mihi de eiusmodi quæsito verba facere, satis lepidè dixisse, hac ætate Causidicos, adeò à laboribus se subtrahere, vt de eiusmodi crimine nimis studendi pauci facti sint Rei, adeòquod
47 potius adhortari ad studiũ, & labores plurimos assumẽdos, necesse sit, quã perpaucos impẽsè labori, & studijs addictos, scrupulosè obiurgare.

SVMMARIVM.

1 AVthor *tenet opinionem, quod compromissum in Regno fieri debeat vigore* Prag. Odia litium sub tit. de Arbitr. *quando agitur ad solutionem dotis vigore Capitulorum matrimonialium subscriptorum tantùm à Partibus, stipulatione non vallatorum.*

2 *Compromissa in Regno vigore* prag. Odia litium sub tit. de Arbitr. *quã ob causam introducta fuerint?*

3 *Lites execrantis verecunda cogitatio, vituperanda non est.*

4 Prag. Odia litium sub tit. de comprom. *fuit edita ad pacem, & quietem inter subditos coalendam.*

5 *Compromissum in Regno dicitur fauorabile, non odiosum.*

6 *Compromissa in Regno, quibus in casibus non habeant locum.*

7 *Dotis causa non excipitur per* Prag. Odia litium, sub tit. de Arbitr.

8 *Casus omissus à statuto, debet haberi pro omisso.*

9 *Exceptio firmat regulam in casibus nõ exceptis.*

10 *Lex vbi non distinguit, nec nos distinguere debemus.*

11 Prag. Odia litium, sub tit. de Arbitr. *in casibus exceptuatis, loquitur per verba negatiua, quæ quid operẽtur, remissiuè.*

12 *Statuta sunt stricti iuris, & non recipiunt extensionem.*

13 *Dotis causa nõ dicitur in puncto iuris priuilegiata, nisi specificum appareat priuilegium.*

14 *Lex quantumcumq; generalis non comprahendit causam dotis, nisi de ea specialis fieret mentio, & quomodo procedat.*

15 *Priuilegium generale nõ aufert priuilegium peculiare doti concessum, nisi de eo specifica fieret mentio.*

16 *Capitula matrimonialia nõ stipulata, instrumentorum vicem non habent.*

17 *Instrumenta non excludunt compromissum, nisi quando essent liquida, attenta* prag. Regn. Odia litium, sub tit. de Arbitr.

18 *Instrumẽtum liquidum de per se, quodnam dicitur de iure communi.*

19 *Instrumentum liquidum dicitur, quod est purum sine conditione.*

20 *Instrumenta, quæ requirunt probationes extrinsecas, minimè liquida dicuntur.*

21 *Instrumentum dotale, cuius vigore dotis restitutio petitur, non dicitur liquidum.*

22 *Dotis restitutio quando petitur, Iudicium debet esse ordinarium, nõ autem exequutiuum.*

In-

23 *Instrumenta liquida de iure Regni, ea dicuntur, quæ ex omni parte liquida sunt, ità vt possint præsentari via ritus Magnæ Curiæ Vicariæ 166. secundùm computationem* Carauitæ.

24 *Statutum præbens exequutionem instrumentis, intelligitur de liquidis.*

25 *Instrumentum dotis non dicitur liquidum de per se, quia probandum est matrimonium.*

26 *Decisio Sac. Consil. in causa Marchionissæ Casalis noui cū D. Paulo Ruffo eius genero, qualiter processerit.*

ARGVMENTVM.

Compromissa, municipali iure in Regno per *Pragmaticam* incip. *Odia litium sub tit. de Arbitr.* introducta fuisse ad pacem, & concordiam inter subditos coalendam, & conseruandam, ideòq; fauorem continere, non odium, & proindè amplianda potius, quàm restringenda fore, ex pluribus *Author* insinuat; apertèq; commonstrat peculiares fuisse casus exceptos à Serenissimo Rege Ferdinando I. Pragmaticę conditore, in quibus ea locum sibi vindicare non potest, inter quos dotis causa minimè reperitur compræhensa,& ideò sub regula generali remanere, *Authormet* approbat, & in casu currenti consuluisse tradit, tùm ex pręcitatis, tùm etiam quia instrumenta, quibus dotis restitutio petitur, tàm iure communi Romanorum attento, quàm iure Regni, minimè liquida dicuntur, ea etenim probationes requirunt extrinsecas, sicuti multorum Doctorum opinamentis adductis testatum facit, Ac qualiter processerit determinatio Sac. Consil. edita in causa Ill. Marchionissæ Casalis noui, cum D. Paulo Ruffo eius genero, demonstratur.

OBSERVATIO LXX.

1 Affirmatiuam opinionem tutatus sum in casu discusso in Sacro Reg. Consil. vti Aduocatus, & nunc eādem cōprobo vti Scriptor, nā sicuti aliàs scripsi, compromissum per Pragmaticam prædictam fuit à Serenissimo Rege Ferdinando de Aragonia inductum inter coniunctos, & affines, vsque ad quartum gradum inclusi-
2 uè, adhoc vt inter eiusmodi personas amicabili quadam compositione iurgia determinarentur, ac odia, quæ ex ipsis oriri solent, penitùs ex-
3 tirpentur, arceanturque; verecunda etenim cōgitatio eius, qui litem execratur, vituperanda non est, *l. 3. §. hæc enim, ff. de alienat. Iudic. mu-*

tan. cauſ. fact. *Canoniſtæ in cap.* 1. *de tranſac. & in cap. finem litibus de dol. & contum. & in clem. Sæpè de verbor. ſignif.* vndè ad pacem, & quietem
4 inter ſubditos coalēdam, fuiſſe promulgatam præcitatam Pragmaticā tenet *Annibal Troyſ. in commentar. ad illam n.* 1.

5 Hinc Ego dicebam, compromiſsū in Regno continere fauorem, non odium, ideòq; ampliandum, non reſtringendum, ad *tex. in cap. odia de regul. iur. in* 6. & dùm Prag. nonnul-
6 los caſus excipit, ibi, *Hoc tamen locum non habeat, vbi eſſent inſtrumenta, ſententiæ, & obligationes liquidæ, nec etiam in cauſis feudalibus, in quibus ſimilis petitio compromiſſi non admitti-*
7 *tur*; & de cauſa dotis verbum non facit, inſinuabam eſſe illam compromittendam, quia vtique ſi Rex Ferdinandus Pragmaticæ conditor voluiſſet illam excipere, dixiſſet, *l. cum Prætor*, vbi *gloſ. ff. de iud.* non dixit, ergo omiſit ad *tex. in l. vnic.* §. *ſin autem*, C. *de caduc. tollen.* & caſus omiſ-
8 ſus à ſtatuto, debet haberi pro omiſſo, *l. commodiſſimè*, *ff. de liber. præter.* & quod in vno conceditur, in alijs negatur, *l. maritus*, C. *de procur.* & ve-
9 rum eſt dicere, quod exceptio firmat regulam in alijs caſibus, *l. nam quod liquidè* §. *fin. ff. de pen. legat. Auth. de non alienan.* §. *vt autem collat.* 2. Bart. & DD. *in l.* 1. *ff. de regu. iur.* & *in l. in ijs*, *ff. de legi. Couarr. in cap. Alma mater par.* 1. *relection.* §. 11. *n.* 15. *in princ. de ſenten. excomm. lib.* 6. *Caph. cōſ.* 150. *n.* 16. *tom.* 1. *Rol. à Vall. cōſ.* 79. *n.* 78. *lib.* 3. tùm etiam: quia non debent
10 extendi verba ſtatuti, quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. ſi verò*, §. *de viro*, & ibi *gloſ. ff. ſol. matr. l. de pretio*, *ff. de publician. l.* 1. §. *generaliter*, *ff. de lega. præſtan.*

11 Eò q; magis prædicta procedunt, quia in *d. prag. Odia litium*, per verba negatiua excipiuntur caſus nonnulli à compromiſſo, ibi, *Hoc tamen locū nō habeat, vbi eſſent inſtrumēta, ſentētiæ, & obligationes liquidæ, nec etiam in cauſis feudalibus, in quibus ſimilis petitio nō admittatur*; vndè debet eſſe firma diſpoſitio in caſibus non exceptuatis, ſicuti in terminis ſtatuti Delphinalis, probat *Frāc. Marc. dec. Delphin.* 911. *n.* 7. & annuit *Paul. Chriſtin. ad ll. municipal. Methilinieſ. art.* 11. *n.* 1. vbi inquit ſtatuta eſſe
12 ſtricti iuris, & non recipere interpretationem, remanet igitur cauſa dotis ſub regula ſtatuti, quod omnes cauſæ compromittantur inter coniunctos modo quo ſupra.

13 Dicebam inſuper: cauſam dotis non eſſe iure communi attento priuilegiatam, vbi in ſpecie priuilegiū non apparet, *l. in fraudem*, §. *fin. ff. de milit. teſta.* quicquid adduci poſſet in contrarium, *ex l. fin.* C. *de iur. dot.* quod lex quantumcumq; generalis
14 non compræhendit cauſam dotis, niſi de ea fiat ſpecialis mentiò, vbi hanc concluſionem firmat *Salic.* nam ea ſibi locum vindicat, quando dos erat per prius priuilegiata, & poſteà fit ſtatutum generale, ex quo auferrretur illud priuilegium dotis,
15 tunc etenim ſi de dote non fit mētio ſpecialis, non tollitur priuilegiū illud per prius doti conceſſum, ità punctuatim *Dec. in l. ex teſtamēto vltim. notab.* declarat *Salicetum*, & ſic præfata concluſio adaptari non poteſt ad caſum noſtrum, vbi non apparet priuilegium aliquod doti conceſſum, per quod excipiatur à compromiſſo, nec Pragmatica verbum adhùc minimum de dote profert, cui ſanè placito, nempè quod dos non habeat priuilegium, niſi in ſpecie ſit priuilegiata, tenet *doctiſſ. Præſ. de Frāch. in dec.* 219. *n.* 4. ubi memor extitit *Salic. & Dec.* in locis allegatis, eamq; approbat ſententiā *Troyſ. in d. prag. Odia litium n.* 118. quem videri moneo.

Præterea ponderabam: compro-
16 miſſi petitioni eſſe annuendum, quia

quia nullum adeſt inſtrumentum de promiſſione dotis, ſed tantùm tabulæ exhibebantur nuptiales, quas Practici Capitula matrimonialia appellare paſſim conſueuerunt, minimè in ſtipulationem redacta, ſed dumtaxat ſubſcripta, vndè ſcriptura ipſa de dote compromiſſum non excludit, attenta diſpoſitione Prag. *Odia litium*, ibi etenim repulerunt ſtatuentes à compromiſſo inſtrumenta, & ſic ſufficit nobis dicere non adeſſe inſtrumentum adhoc vt compromiſſo aditus pateſiat.

Vltra quod: nequidem inſtrumẽ-
17 ta excludunt compromiſſum, niſi eſſent liquida, attentis verbis expreſſis *d. Prag. in fin.* qua de re elaborandum nobis eſt, vt inſinuemus, Capitula ipſa matrimonialia, etiamſi inſtrumenti vim habuiſſent, ſiue in publicam formam redacta extitiſſent, nequidem in caſu à Prag. excepto includi poſſe, ad finem occlaudẽdi compromiſſo aditum, tùm iure communi Romanorum attẽto, cùm iure Regni, iuxtà rituum Magnæ Curiæ Vicariæ diſpoſitionem.

Et quidem: ſi ius commune attendimus, inſtrumentum liquidum,
18 illud dicitur, quod ſtat de per ſe ſine adminiculo alterius ſcripturæ, ſeu probationis, ità colligitur ex *tex. in l. fin. C. de falſ. cau. adiect lega.* vbi notat *Bald. in princ. Dec. cõſ. 46. 3. col. vol. 1.* inquiens, inſtrumentum
19 liquidum illud eſſe, quod eſt purum abſque conditione, eapropter inſtrumentum incertum, ſeu conditionale non dicitur liquidum, *Bar. in l. 2. in fin.* C. *de ſẽ. en. quæ ſin. cert. quãtit. profer. Bal. in l. 2. in fin.* C. *de exequut. rei ind. Alex. cõſ.* 90. 3. *col.* verſ. *Iſtis ergo 3. vol. & cõſ.* 25. 3. *col.*
20 2. *vol.* Inſtrumenta verò, quæ requirunt probationes extrinſecas, non ſunt liquida, prout in terminis indiuidualibus caſus noſtri de inſtru-
21 mento dotali, cuius vigore petitur reſtitutio dotis, exemplificat *Bald. in d. l. 2.* C. *de exequut. rei ind.* nam probari debet matrimonium contra-
22 ctum, & iudicium intentare via ordinaria omnibus actibus præambulis antecedentibus, de quibus in *l. prolatam, C. de ſenten. & interl. omn. Iudic. & in cap. quoniam cõtra*, vbi communiter *Canoniſtæ de probat.*

23 Si verò Ius Regni inſpicimus, incomperto eſt inſtrumenta liquida ea dici, quæ ex omni parte liquida ſunt, ità vt poſſint præſentari via rit. Magn. Cur. 166. ſecundùm computationem *Caran.* qui id probat in *rit. 167. in 2. limit. n. 4.* eam ſubnectens rationem, quia ſtatutum præbens exequutionem inſtrumentis,
24 intelligitur de liquidis, vt probat *tex. notab. in l. hoc ff. de verb. obl.* quem ad hoc allegat *Bald. in l. cum teſtamẽto in fin. C. de manu. teſta. & in l. ſiquidem per illum tex. C. de except. & in l. ſi cauſam, verſ. Pone n. 9.* C. *de exeq. rei iud.* vbi allegat *tex. in l. fin.* C. *de compẽſ. Alex. cõſ. 90. col. 3. vol. 3. cõſ. 25. col. 3. vol. 2.* vndè infert *Bald. in d. l. ſi cau-*
26 *ſam n. 13.* quod ſi vigore inſtrumẽti matrimonialis petitur reſtitutio dotis ſoluto matrimonio, tale inſtrumentum vigore iſtius ritus liquidari non poteſt, quia indiget probatione, qualiter factus eſt caſus reſtitutionis per mortem: idemq; ſi petatur à viro dos ſibi promiſſa pro matrimonio contrahendo, quia egeret probatione qualiter matrimonium eſt contractum, vt probat *tex. in l. tali iure, ff. de iur. dot.* & firmat *Bal. in l ab exequutore col. 4. & 5.* C. *quor. appellat. nõ recipian. gloſ.* quã ibi *Alber.* dicit ſingularem in *l. item quia, ff. de pact. in l. 2. §. creditum*, quam ibi ponderat *Iaſ. ff. ſi cert. pet. & Rip. in l. in illa n. 9. ff. de verb. obl.* quibus adductis hanc firmat opinionem *Caran. in d. rit. 167. n. 4. & 5.*

Dùm igitur Pragm. inter plures cauſas non excepit à compromiſſo, niſi inſtrumenta liquida (vti modò probauimus) & Capitula matrimonialia,

nialia, non habent vim instrumenmenti, & quatenus in publicam formam extarent redacta, non sunt liquida, quia extrinsecis egent probationibus, & adminiculis, negari vtiq; minimè poterit quin causa ipsorum vigore intentata, sit omninò compromittenda, non etenim quælibet causa instrumentaria fuit à Pragmatica excepta, sed quæ sit liquida. Cogitent modò Peritiores.

26 Et ne quispiam aduersus prædicta allegare fortasse valeat determinationem in contrarium factam per Sac. Reg. Conf. sub die 27. Mensis Martij 1649. quo fuit confirmatum decretum interpositum domi per eximium virum doctrina,& integritate conspicuum D. Gasparem de Soto die 18. eiusdem mensis, & anni de negās compromissum Ill. Marchionissæ Casalis noui, cuius partes *Ego* tuebar in causa, quam habet cū D. Paulo Ruffo eius genero, aduertendum censui decretum prædictū eo subfundamento processisse, quia Marchionissa prouocauerat prius ad iudicium contra generum, intentando in officiositatem dotis, ideòq; declarari petierat per Sac. Consil. non teneri ad solutionem quantitatis in tabulis nuptialibus promissæ, nisi quatenus vires patrimonij eius mortui viri sufficerent, vndè quia præuenit in agendo, & Sac. Consil. adijt, visum fuit Dominis de Sacro Consilio petito compromisso pro parte Marchionissæ non annuere, nec in contrarium eorum, quæ Nos exarauimus ad discussionem articuli in themate propositi, defendentes iura D. Pauli quidquam adducere valuerunt, & poterit curiosus Lector satisfacere suæ curiositati, si processum causæ consuluerit penès *Actor. Magistr. Vincentium Borrellum.*

SVMMARIVM.

1 *Creditor, idemq; emptor an valeat simulatam, & imaginariam allegare venditionem in terminis* tex. in l. Et qui sub imagine 10. C. de distract. pignor.

2 Author *palàm facit se plurimum debere ob plura ab eo recepta beneficia,* Dom. *Consiliario Francisco Antonio Muscettula.*

3 Bartolus *dicitur communis Præceptor, præ manibus semper habendus.*

4 *Hæres an possit audiri, allegando turpitudinem defuncti.*

5 *Alienatio simulata, & imaginaria potest allegari ab ipsomet alienante.*

6 *Fictitia, & imaginaria venditio, non est venditio.*

7 *Alienatio facta in fraudem alicuius, allegari non potest ab eo, qui fraudem commisit, vel ab hærede ipsius.*

8 Contrahens, *eiusq; hæres potest dicere contractum simulatum, & apparitiuum.*

9 *Simulationis, & fraudis diuersa ratio, quæ nam sit, an possis allegari à contrahētibus, eorumq; hæredibus.*

10 *Simulatio efficit, vt absit mēs, & consensus contrahentium à contractu.*

11 *Substantia contractus, stat in consensu.*

12 *Contractus simulatus, dicitur actus depictus, qui extrinsecus apparet aliquid, intrinsecùs verò non habet substantiam.*

13 *Contractus simulatus est tāquam corpus sine spiritu.*

14 Tex. in l. Et qui sub imagine, C. de distract. pignor. *procedit in quolibet pignore, data causa simulationis.*

15 *Lex vbi non distinguit, nec Nos distinguere debemus.*

19 *Causa simulationis operatur, vt contractus ipse simulatus redargui possit ab*

ab ipsomet contrahente.
17 *Consensus deficientia operatur idem in pignore iudiciali, quàm in pignore conuentionali.*
18 *Iudex dùm vendit, censetur venditio facta ab ipso debitore.*
19 *Origo attenditur in contractibus.*
20 Author *dissentit ab opinione tenentium, quòd* tex. in d.l. Et qui sub imagine, *procedit tantùm in pignore conuentionali, non autem in pignore iudiciali.*
21 Rota Rom. *apud* Dom. Coccin. dec. 109. n. 12. in fin. & n. 13. *sustinens in pignore iudiciali procedere* tex. in l. 2. C. si in caus. iudic. *non autem* tex. in l. Et qui sub imagine, C. de distract. pignor. *non approbatur ab* Authore.
22 *Erubescimus sine lege loqui.*
23 Tex. in l. 2. C. si caus. iudicat. *enucleatur.*
24 *Ex diuersis, non bona fit illatio.*
25 Author *pollicetur, propediem tertium disceptationum forensium volumen edere.*
26 *Fraus si interuenit in actu, in quo adest dolus admixtus, oportet agere reuocatoria.*
27 *Allegans turpitudinem suam, non est audiendus.*

ARGVMENTVM.

Creditor, idemq; Emptor, an valeat simulatam, & imaginariam allegare vēditionem, sicuti, & debitor, in terminis *tex. in l. Et qui sub imagine* 10. *C. de distract. pignor.* Curiosa herclè indagatio, in qua *Author* Aientium, & Negantium dispunctis placitis, distinctionis quodam fędere *Bartolum* insectatus *in l. filios, C. de his, quæ in fraud. cre litor.* temperandam fore antinomiam cēsuit, Aut etenim quispiam asserit alienationem non esse veram, sed fictitiam, & imaginariam, & hoc possit optimè allegari ab ipsomet, qui alienauit, ea sanè ratione, quia fictitia, & imaginaria venditio, venditionis nomen, nec substantiā obtineat; Aut verò dicit quis alienationem esse veram, sed in fraudem alterius factam, & eo in casu ipse qui fecit, eiusque hæres neutiquam allegare posse; Cuius distinctionis munimine, *Author* insinuat *tex. in d.l. Et qui sub imagine,* in omni pignore locum sibi vindicare, tàm in conuentionali, quàm in Iudiciario, explosa eorum sententia, qui sustinuerunt; procedere textualem illam dispositionem in pignore tantùm conuentionali, eodemq; impulsu recedit *Author* ab allegatis, & adductis in materia per *Dom. Coccin. Rotæ Romanæ Auditorem* in eius *recollecta decis.* 109. *n.* 12. *in fin. & seq.* quo loci intellectum adhibet ad *tex. in l. 2. C. si in caus. iudicat.*

Non-

Nonnullaq; alia recensentur de effectu simulationis intercedentis in cõtractibus, qualisq; ille reputetur, non aspernenda.

OBSERVATIO LXXI.

1 ET primo sanè obtutu, videbatur dicendum negatiuè, quod scil. creditor, idemq; emptor nõ possit arguere simulatam, & imaginariam venditionem, sicuti, & debitor, ex verbis claris *d. l. Et qui* in tertio casu ibi, *Si igitur poteris euidentibus probationibus monstrare, creditorem per suppositam imaginarii emptoris personam, semper possessionem tenuisse, nec vendita bona fide prædia, postea sinceriter comparasse, potes oblata pecunia cum vsuris ad restitutionem creditorem compellere.* Ex quibus secernitur facultatem allegandi venditionem simulatam, debitori competere, non autem emptori, & creditori.

Qua in re, dùm Consultorum sensum inuestigare tentauerim, ad
2 euadendum eiusmodi motiuum excitatum in causa Dom. mei Consiliarij Francisci Antonij Muscettula, cui grates referre non valeo ob innumera erga me plurium annorum interstitio collata beneficia, nullis mihi assistentibus meritis, communem adiui Præceptorem præ manibus semper habendum, *Bartolum*
3 scil. qui in *l. filios, C. de reuocan. his quæ in frau. creditor.* vbi magistraliter mo-
4 re suo proponens, An possit hæres audiri, allegando turpitudinem defuncti, distinctionis temperamento rem enucleat; Aut quis dicit aliena-
5 tionem non esse veram, sed fictitiã, & imaginariam, & istud potest optimè allegari ab ipsomet, qui alienauit, eam expendens rationem,
6 quia fictitia, & imaginaria venditio, non est venditio, adducens duo iura in *l. emptor, ff. de aqua pluu. arcen. & in l. imaginaria, ff. de regu. iur.* Aut verò quis confitetur alienationem esse veram, sed factam in fraudem
7 alterius, & tunc ipse qui fecit, vel hæres eius, hoc allegare non potest, & ità rẽ determinat *Bart.* nec aliud dicit, Est verum, quod idemet *Bart. in cons. 65. n. 3.* vers. *Circa primum,*
8 tradit, indubium esse, quòd tam cõtrahens, quàm hęres potest dicere contractum simulatum, & apparitiuum, adducens præter iura prædicta, in *d. l. emptor, & l. imaginaria, tex. in d. l. Et qui sub imagine*, eoq; laudato, pluribus alijs conglomeratis, arridet *Prosper Farin. de falsit. & simulat. q. 161. par. 2. n. 61. & seq.* vers. *Verum, Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 13. tit. 36. n. 11.* vers. *Sed aduertendum.*

Mihi verò cogitanti, quæ potuit esse ratio diuersitatis in vno, & alte-
9 ro casu simulationis, & fraudis, ea sese obtulit, quam edocuit Me *Dom. Reg. Rou. in dec. 3. n. 17.* vbi tradit,
10 quod si in contractu adest simulatio, tunc abest mens, & consensus contrahẽtium ab ipso contractu, & sic deficit substantia contractus, quæ
11 stat in consensu, secundùm *Bald.* placitum (quod aureum pręconizat *Dom. Rou.* ibi) *l. si ex cautione 1. quæst. C. de non numer. pecu.* & *Bald.* inhæret *Rimin. iun. cons. 196. n. 54. in fin. & n. seq. 2. vol. Seff. dec. Aragon.* 109. vbi plura, facit doctrina *Bart. in l. post contractum, ff. de donat.* inquiens talem actum deficere in substantiali-
12 bus, tanquam actus depictus, qui ex-

extrinsecùs apparet aliquid, intrinsecùs verò non habet substantiam, & alludit *Bald. in l. Ab Anastasio in 4. notab. C. mandat.* vndè idem *Bald. in l.*
13 *1. C. plus valer. quod agit.* tradit, contractum simulatum esse tanquam corpus sine spiritu, adeò quod non possit dici contractus, nec instrumentum super eo initum, dici potest instrumentum.
14 Nec hæsitandi ad aditus patet, quod *tex. in d. l. Et qui sub imagine*, locum sibi vẽdicet in quolibet pignore, data causa simulationis, nam *tex.*
15 dùm non distinguit, nec Nos distinguere debemus, *l. de pretio, ff. de publician. cum concord.*
16 Causa etenim simulationis efficit, vt possit contractus redargui ab ipsomet contrahente, secundùm *Bartoli* placitum in *d. l. filios*, alijsque in iuribus modò allegatis, eò quòd iuxtà tradita per *Bart. Bald. & Reg. Rou.* abest consensus à contractu, &
17 sic deficit substantia ipsius, quę sanè deficientia consensus operatur eundem effectum etiam in pignore Iudiciali; nam dùm Iudex vendit,
18 censetur venditio facta ab ipso debitore, ad *tex. in l. ob causam*, C. *de euict.* Nec ex eo, quod pignus in iudicio deducitur, amittit naturam pignoris conuentionalis, quia in
19 contractibus attenditur origo, & principium *l. qui id quod, ff. de donat. cum concordan.*
20 Quò fit: vt minus vera conuincatur opinio illorum, qui asserunt *tex. in d. l. Et qui sub imagine*, procedere
21 in pignore conuentionali, non autem in pignore iudiciali, inter quos *Coccin. dec. Rot. Rom. 109. n. 12. in fin. & n. 13.* vbi tenet in iudiciali pignore procedere *tex. in l. 2. C. si in caus. iudicat.*
22 Nam præterquamquod nihil allegat, & erubescimus sine lege loqui, *l. illam, C. de collat.* & in *Auth. de trien. & semisse, §. erubescimus*, toto Cælo distat dispositio, *tex. in d. l. 2. C. si in caus. iudic.* ab eo, ad quod adducitur.
23 Nam *tex.* prædictus nihil aliud disponit, quàm quod pignus prætoriũ vendi debet cum Iudicis authoritate, non autem cum authoritate creditoris in pignoris possessionem missi, ex qua textuali dispositione non potest inferri, quod *tex. in d. l. Et qui sub imagine*, non habet locum in pignore conuentionali, nam res
24 satis diuersa est, & ex diuersis non bona fit illatio *ad vulgaria:* Hæc põderaui in causa Domini mei Consiliarij Francisci Antonij Muscettula, & Dominæ Antoniæ Mariæ Mirollæ Coniugum. cum possessoribus Domorum illorum de Iustinianis, quæ adhùc pendet indecisa, ad motiuum nobis factum de *tex. in d. l. Et*
25 *qui sub imagine*. Responsa verò, quę pleniori calamo in causa prædicta exaraui, habebit meus Lector in *3. disceptation. forens. volum.* propè diem (si Deus annuat) imprimendo.
26 At quando fraus dumtaxat interuenit in actu, in quo adest dolus admixtus, tunc oportet agere reuocatoria, & in hac actione allegatur
27 dolus, & sic turpitudo eius, qui cõmisit fraudem, quam abhorret *Consult. in l. Nam aliàs, ff. de iure iur.* & videtur (licèt subobscurè) insinuare *Dom. Rou.* ibi.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, an possit reuocare alienationem fundi dotalis, sicuti, & ipsa uxor, & facto suo contrauenire.*

2 Author *sustinet opinionem, quod possit maritus reuocare alienationem fundi dotalis, sicuti, & ipsa uxor, factoq; suo contrauenire.*

3 Glosa in l. vnic. §. cum lex, C. de reiuxor. action. *enucleatur.*

4 *Fundi dotalis alienatio est omninò nulla, cùm habeat legis prohibitionem, & resistentiam.*

5 *Actus à lege improbatus, quãdo ab homine vult annullari, non fit eiusmodi annullatio à contrahente, uti ab ipso, sed tanquam à lege improbatus, & annullatus.*

6 *Mulier, eiusq; vir, non tenentur de euictione in casu alienationis fundi dotalis, neque ad pretij restitutionem.*

7 Iacob. Menoch. conf. 559. n. 1. *vers.* Et illud primum, & n. 5. *extollitur ab* Authore *in casu proposito, quod mulier, eiusq; vir, non tenentur de euictione, neque ad pretij restitutionem, ex causa alienationis fundi dotalis.*

8 *Scientia, vel ignorantia emptoris fundi, & rei dotalis, an sit in consideratione, ad finem, vt teneantur, vel nè mulier, & maritus de euictione erga emptorem fundi dotalis, vel ad pretij restitutionem.*

ARGVMENTVM.

Fundi dotalis alienatio, adeò vetita fuit peculiaribus Consultorum placitis in iuris corpore insertis, vt nedùm nullitatis vitio eam maculatam censuerint, verùm etiam facultatem ipsimet mulieri alienanti tribuerint, de nullitate eam redarguendi, etiamsi ab ipsa alienationis contractus, siue rei distractus initus fuerit, sicq; ipsimet alienanti, & contrahenti licitum fecerunt facto proprio contrauenire; quodq; magis est, eandem penè facultatem etiamnùm viro cum ipsa muliere alienanti elargiti fuerunt, eisque innixi placitis, DD. existimarunt adeò veritate ea niti, vt nequidem de euictione teneari coniuges alienantes, existimarint; quinimò nec ad prætii restitutionem vrgeri posse, ingeniosè respondit *Iacobus Menochius in cons. 559. n. 1.* vers. *Et illud primum, & n. 5.* quem *Author* extollit, eiq; se subscriptum insinuat.

O B-

OBSERVATIO LXXII.

1 NON abſimile præcedenti ſeſe offert eiuſmodi quæſitum, An poſſit maritus reuocare alienationem fundi dotalis, ſicuti, & ipſa vxor? & an teneantur ad euictionem? quo in caſu poſſe maritum alienationem fundi dotalis reuocare, ſicuti, & ipſam vxo-
2 rem, & ſic facto ſuo contrauenire, haud hæſitanter reſpondi in ea-
3 dem facti ſpecie, de qua in *præcedẽti*, ex doctrina *gloſ. in l. unica, §. cum lex, C. de rei uxor. actio. Imol. in l. cum vir n. 11. & 12. ff. de vſucap. Bald. Nouell. de dote par. 7. priuil. 1. n. 15.* qui communem teſtatur eſſe opinionem, idemq; affirmarunt *Io. Bapt. de Sancto Blaſio in tract. de dot. centur. 3. n. 74. Rim. iunior. Inſtit. quibus alienare licet, vel non in princ. n. 543. Menoch. conſ 559. n. 1. tom. 6.*
4 Quæ ſanè propoſitio ex ea ſolidiſſima ratione ortum trahit, quia fundi dotalis alienatio eſt omninò nulla, cùm habeat legis prohibitionem, & reſiſtentiam, ad *tex. in l. lex Iulia, ff. de fund. dotal. Bart. in l. cum lex, ff. de fideiiuſſor. Bal. in l. ſi prædium n.* 4. *C. de iur. dot. Imol. in d. l. cum vir n. 11. ff. de vſucap. Affl. dec. 335. n. 11.*

5 Hinc eſt, quod actus à lege improbatus, quando ab homine vult annullari, eiuſmodi annullatio non fit à contrahente vti ab ipſo, ſed tãquam à lege improbatus, & annullatus, ad *tex. in l. bonorum, ff. rem ratam haber. l. poſt mortem, ff. de adopt.* vbi *Bart.* materiam exornat *l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* plenè *Petr. Barboſ. in repetit. l. Lucius Titius, ff. ſolut. matr.* plura per *Me in 1. diſcept. forenſ. cap. 25. n. 74.* Idq; pro conſtanti, & certo habendum eſſe tradit *Menoch.* celeberrimus ſua tempeſtate Conſultus, *conſ. 559. n. 1.* verſ. *Et illud primum, &*
6 *n. 5.* deſcendens ad alteram quæſtionem, *Num mulier, & eius vir teneantur in caſu præmiſſo de euictione, cum emptor fundi dotalis ſtipulatus ſit de eui-*
7 *ctione*, idem *Menoch. d. n. 5.* verſ. *His ſic præmiſſis*, adhùc ſuſtinet nec virum, nec mulierem teneri, non ſolùm ad pænam dupli ob ſecutam euictionem, ſed nec ad prætij reſtitutionem, & *numeris ſeqq.* per plura
8 diſtinctionum capita percurrens de ſcientia, vel ignorantia mulieris, & mariti alienantium fundum dotalẽ, in ſcientem, vel ignorantem, ſuſtinere videtur opinionem, quod non teneantur ex prædictis, & alijs, quæ apud ipſum reuideri poterunt.

SVMMARIVM.

1 COmmotiones plebiculares, quo tempore ſucceſſerint in Ciuitate Neapolis, queq; inde mala euenerint.
2 Author perſequutus ad mortem vſq; plebicularium commotionum tempore.
3 Locationes domorum in Ciuitate Neapolis, à quo tempore paſſim fieri conſueuerint.
4 Conſuetudo Ciuitatis Neapolis, incip. Sed ſi fundum, tit. de locat. eſt correcta per prag. 1. de locat. & conduct.
5 Penſiones domorum, qualiter ſint deſtinata in Ciuitate Neapolis.
6 Romanorum mos in ſoluendis penſio-

 ni-

nibus domorum qualis sit.

7 Notorium sufficit allegare, nullaque indiget probatione.

8 Factum in Ciuitate Neapolis vbi Excellentissimus Prorex residet, dicitur notorium.

9 Notorium allegari potest etiam in allegationibus iuris.

10 Notorium facti, semper releuat ab onere probandi.

11 Notorium admittitur etiam aduersus præsumptionem iuris, & de iure.

12 Conductori licet recedere à domo conducta, si iustus adfuit timor migrandi.

13 Remissio mercedis, qualiter sit facienda conductori, quando ex domo fructus, & vtilitas non habetur.

14 Locator tenetur concedere liberum vsum rei cõductæ, & omne remouere impedimentum ad hoc vt conductor vti frui valeat re locata.

15 Locatio, & conductio habent se vti correlatiua.

16 Pẽsionis remissio fieri debet conductori pro tempore, quo impeditus fuit fructus recolligere.

17 Cõtractus omnes sunt semper ad aqualitatem reducendi.

18 Pactum, quod conductor præstet mercedem absq; eo quod re, & eius fructibus fruatur, iniustum, & inualidum censendum est.

19 Conductor quod nõ possit petere remissionem mercedis ex causa belli, tempestatis, vel alterius mercedis, contra naturam contractus locationis est.

20 Locator nõ præstans patientiam, pensionem petere non potest.

21 Locator ad pensionem nequidem agere potest, non probato totali adimplemẽto ex parte sua.

22 Contractus vltrò, citròq; obligatorius, dicitur quædam communicatio rerum, vel negotiationum.

23 Agens ex contractu, debet agere secundum qualitatem ipsius.

24 Locator si potuit, vel non potuit obuiare impedimento, quin cõductor fruatur re locata, ad quod tenetur.

25 Tex. in l. si merces 28. §. culpæ, ff. locat. enucleatur.

26 Cõductoris damno, quæ culpa, siue inimicitia cedat, ex qua rei conducta fit deterioratio.

27 Culpa satis nõ est, vt quis de ea teneatur, nisi casum præcessisset, & ad eum fuerit ordinata.

28 Culpa an intercesserit, si dubium est, non potest quis pro culpa puniri.

29 Tex. in l. pen. ff. sol. matr. explicatur.

30 Seditioni causam præbens, de seditione tenetur.

31 Casus aduersæ fortunæ nõ liberat debitorem.

32 Tex. in l. incendium, C. si certpet. dilucidatur.

33 Tex. in l. quantæ, ff. de publican. & vectigal. expenditur.

34 Dominus tenetur ex delicto seruorum.

35 Publicani præsumuntur audaces, & temerarij.

36 Author, qua ductus ratione de quæsito, An inquilinus teneatur ad pensionem si habere ibi non potuerit, egerit in hoc lib. Practicar. Obseruat. insinuat.

ARGVMENTVM.

Inquilinus, an teneatur ad integram pensionem, si in domo conducta habitare non potuerit integro locationis anno absque eius culpa? cuius quęsiti occasione plurium iurium dispositiones adducuntur, eorumq; verus, & genuinus sensus adaptatur, nempè *tex. in l. si merces* 28. §. *culpæ*,

§. *culpæ*, ff. *locat. tex. in l.pen.* ff. *ſol. matr.tex. in l. quantæ,* ff. *de publican. & vectig. & tex.in l.incendium, C. ſi cert. pet.* quibus dilucidatis, *Author* inſinuat contractum locationis, & conductionis eſſe reciprocum, & correſpectiuum, adeò quod eo in caſu penſio veniat ſoluenda, quatenus locator effecerit, vt fruatur conductor re conducta, omnemq; adhibuerit diligentiam ad omnem euadẽdum obicem, exquo impediri poterat cõductor, quinimò, niſi id adimpleuerit ex parte ſua locator ad nihilum teneri conductorem, omnemque agendi aditum præcludi locatori, ad penſionem expetendam; Idq; locum ſibi vindicare probat *Author*, etiamſi peculiari pacto effectum fuerit, vt teneatur conductor ad penſionem, adhùc ſi rei conductę commodo potitus non fuerit, nam conuentionis placito minus refragante, ad pẽſionis exolutionem conductor nõ tenebitur ex multis, quæ ad id probandum adducuntur; Fitq; ſummatim memoria ærumnarum, quas ſecùm furentis plebis commotio de anno 1647. tulit; quiduè deplorandis illis temporum interſtitijs *Authori* contigerit.

OBSERVATIO LXXIII.

1 PAtrata illa facinora in Ciuitate Neap. florentiſſima, quæ ſecum (quaſi è torrente ſtigio) præceps tulit plebicularis cõmotio, ac ineffrenatus illorum impetus, cui principium fuit, infelix, infauſtuſque dies Menſis Iulij ſeptimus infelicioris anni 1647. adeò deteſtanda fuerunt, vt ingentem, ſæuamq; hominum cædem, ac ſtragem effecerint, quorum cadaueribus truncatis, telis acutis, elatiſq; affixa capita deferebantur, omni pietatis genere poſthabito, ſacra Templa violare, & eorum opes, omniaq; ibi repoſita rapere ſummum illorum erat ſtudium, ac vnicus propè finis. Vrbis domus plures dirutas, combuſtas plurimas vidimus; Creſcenteq; in dies multitudine; breui tẽporis interſtitio, mentis inopia, praua improborum deſideria magnum ſuſcepere incrementum, quæuè exindè mala irrepſerint
2 plurima, inſinuaui *Ego* ſummatim in *Epiſtol. ad Lectorem in 2. diſceptat. forenſ. volumine* ſuperiore anno è typis prodito, vbi de mea perſecutione ad mortem vſq; detuli ad poſteritatem, quærimoniam (quietè iam reddita) non pauca excitarunt iurgia, præſertim circa penſiones domorum ab inquilinis ſoluendas; Cõ
3 ſuetudinario etenim iure Ciuitatis Neapolis conſueuerunt locari, conducique domus in Menſe Maij die quarto eiuſdem, à quo incipit cuiuſlibet locationis annus, finiendus in anno proximè ſequenti eodem die quarto

quarto eiusdem Mensis, virtute regiæ *prag.1. in ordine de locato, & conduct.* licèt per prius solitum erat fieri locationes à die 15. cuiuslibet Mensis Augusti,& in eodem die post annum finiebat, sicuti aduertit *Dom.*
4 *Reg. Rou. in d. prag.1. n.1.* vbi obseruat corrigi per *d. prag.* Consuetudinem Ciuitatis Neapolis, de qua *Additio ad Napod. in Consuet. Sed si fundum, tit. de locat.* quæ est *Anton. Capie.* pensionum tamen solutio duo-
5 bus designatur terminis, Vno in medietate Mensis Iulij locationi proximi, in quo fit solutio medietatis pensionis; Reliqua verò medietas differtur in die quarto Mensis Maij, in quo expletur locationis annus, quas solutiones Pragmatici appellare soliti sunt ratas introitus,& exitus; itaque vsus, & consuetudo destinauit, non quod verè solutio facienda in medietate Mēsis Iulij pro introitu domus conductę, duos tantùm illos Menses cum dimidio comprehendat, sed oculos habet ad ratum temporis, idest semestris maturandi in die 4. Nouembris, de quo vsu, Iureconsultorum placitis, grauissimorumq; Authorum traditio-
6 nibus cōprobato, & à Romanis introducto vti valdè antiquo, non autem à Neapolitanis ex eorum capite perperàm excogitato, plura tradit eruditissimus *Ferdinandus Rouitus, Dom. Regent. Rouiti* filius, in quadam Epistola, quam scripsit Antonio Massimo Iureconsulto Romano, quam typis edendam curauit ipsemet *Reg.* post *d. prag. 1. de locat. & conduct. in finis Commentar.* omninò reuidenda ob elegantiam, & eruditionem, quam continet.

Contigit dubitari in Mag. Curia Vicariæ, num inquilinus, qui in ædibus inhabitare non potuit, nisi ad diem vsque septimum Mensis Iulij 1647. quo à furenti plebe adeò persecutus fuit, vt omnia eius bona ibi existentia immani incendio consumpta fuerint, eum persequentes, vt vitam adimerent, eò quæsito colore, quod publicorum vectigalium Fidelissimæ Ciuitatis cōductor erat, vrgeri potuisset ad solutionem dimidiæ pensionis, & sic pro integris sex mensibus, prout domi Iudex ipsius Magnæ Curiæ decreuit, & Rota Magnæ Curiæ confirmauit, vel tantùm ad illam ratam tangentem vsq; ad dictum diem septimum Iulij, sicuti *Me* patrocinante pro inquilino, reuocando decreta Iudicis, & ipsius Magnæ Curię, decreuit Sac. Regium Consilium in Aula Domini Consiliarij Thomæ de Aquino, votantibus Illust. Dom. Marchione Ramontis, eiusdem Sac. Consil. dignissimo Præside, ipso Dom. de Aquino, alijsque Dominis Consiliarijs Io. Baptista Amendola, Antonio Miroballo, & Io. Baptista Muscettula de Mense Februarij 1649. penès Magnificum Secretarium Sac. Reg. Consil. & Actuarium Magnæ Curiæ Carolum de Aueta in causa Illust. Ducis Campiclari, cùm Hieronymo Letitia.

In primis etenim aiebam iustum fuisse timorem inquilini Cliētis mei, vt à domo discederet, adeòq; notorium in facto, vt omnibus innotesceret, ideòq; nulla opus esse proba-
7 tione, cùm satis fuerit allegare, *l. adulterium cum incestu, §. idem Pollioni, ff. de adult. glos. in clem. appellanti de appell. Barbat. cons. 62. col. 2. lib. 1. & cons. 35. col. 4. lib. 2.* & alibi sæpè *DD. Menoch. cons. 321. n. 12. & 13. &*
8 *cons. 792. n. 14.* vltrà quod dùm factum fuit in Ciuitate Neapolis, vbi Excellētissimus Prorex, nomine suæ Cathol. Maiestatis residet, & sic in Curia Principis, satis dicitur factum notorium, ex dictis per eundemet *Menoch. cons. 1238. n. 9.* itaque conclusum per Sac. Consil. refert *Reg. Sāfel. dec. 373. n. 4.* vers. *Et nullatenus*
9 *par. 3.* subdens notoriū allegari posse etiam in allegationibus iuris, ex

Ceph.

Caphal.cons.85.n.23.& cons.82. n.42. Ias. in l. si verò, §. rei qualitate col. fin. ff.qui satisd.cogan. Semper etenim
10 notorium facti releuare ob onere probandi post glosam in l.Ciues, C.de appellat. obseruat Illust. Dux Regina Reg. Galeot. controu. Illust. lib. 2. cap. 53. n. 11. Vigetq; adeò notorietas,
11 vt admittatur etiam aduersus præsumptionem iuris,& de iure,vt post Rom. Præpos. & alios tradit Menoch. de præsumpt. lib.1. præs. 67. n. 5. Afin. de execqunt. §. 3. cap. 34. Gram. decis. 105. n. 16. Capyc. dec. 124. n. 4. quorum memor extitit Reg. Sanfel.d.dec. 373. n 5. & seqq.

Primus etenim omniũ,plebiculariũ turbinũ primordia pfatus Hieronymus expertus fuit iacturam; imò strà gem bonorum omnium,plurium annorũ curriculo acquisitorũ passusest, & incendij sentijt iacula,quibus non contenti, in vitæ necem properabant, vndè succedit famigerata dispositio tex. in l. habitatores, §. fin. ff.
12 locat. qua cautum est licere conductori à domo conducta recedere, si iustus adfuit timor migrandi, licèt quod timebatur,non subsequeretur, vndè iure optimo remissionẽ mercedis deberi, vt non nisi pro rata temporis,quo inhabitauerit,ad mercedem teneatur,tenet Surd.dec. 326. sub n.17. vers. Et quo ad factum remittendæ pensionis, & sub n. 18. vbi post Bart. Bald. aliosq; relatos tradit hoc esse indubitatum, etiamsi timor ad vicinia peruenisset, Guid. Pap. decis. 630. sub n. 3. in fin. vers. Sed quidam alij Doctores, vbi Fulgos. verba refert Thes. iun. lib. 2. quæstion. forens. cap. 47. sub n. 1. post Bart. in d. §. fin. & Bal. d. l. habitatores, Ann.alleg.92. sub n.9.Hyppol.de Marsil.sing.615.Couarr. practicar. quæstion. cap. 30. sub n. 3. qui in vers. His verrò, vt Afst.occurreret in dec. 258. ipsam potius de consuetudine, quàm de iure procedere existimat, Gayll. practicar. obseru. lib. 2. cap. 23. sub n. 5. & 6. & cap.29. sub n.10. Cagnol.in l.diem func. cto n. 108. ff. de offic. assessor. Gomez. variar. tom.2. cap. 3. sub n.3. de locat. & conduct. notabiliter Gregor. Lopez in l.22. tit. 8. par. 5. vbi tradit quali-
13 ter sit facienda remissio mercedis, quando ex domo fructus, & vtilitas non habetur, Gratian. tom.4. discept. forens. cap.740. à n.17. vsque ad 23.

Quibus adstipulari insinuabant, & alteram illam incõuincibilẽ propositionem deductam, ex tex. in l. si quis domum 9 ff. locat. iuncto d.§.fin. in l. habitatores, l. ex conducto 15. §. Papinianus, & l. qui insulam, ff. lo-
14 cat. vbi passim Repeten. quod locator tenetur cõcedere liberum vsum rei conductæ, & omne remouere
15 impedimentum adhoc vt conductor vti frui valeat re locata, adeò quod locatio, & conductio habent se vti correlatiua, nec videtur celebrata conductio rei, si re ipsa non
16 fruatur conductor,vndè fieri debet pensionis remissio pro tempore,quo impeditus fuerit fructus colligere, req; ipsa conducta frui Barbos.axiom. 16. n. 2.cum seqq. vbi ponderat iniquum videri, conductorem adstringi lege contractus, vt soluat pensionem, & locator non teneretur liberum vsum rei præstare, & satage-
17 re, quod re conducta fruatur, cùm clarum sit contractus omnes esse ad ęqualitatem reducendos, de quo est tex. in l. cum pater, §. euictis, ff. de legat. 2.

Itaut Mozz. de contract. tit.de locat. rubr. de accidental.location. n.57. post Repeten.in l.cum precario 12. ff. de precar. dixerit, quod si fuerit expresse
18 conuentum, vt conductor præstet mercedem absque eo, quod re, & eius fructibus fruatur, eiusmodi cõuentio iniusta, & inualida censenda sit, quasi deficiente substantia contractus locationis, & conductionis, quæ in eo consistit, vt pensio referatur ad vsum, & fructum rei, sicuti
19 contra naturam contractus condu-

ductionis est, quod conductor non possit petere remissionem mercedis ex causa belli, tempestatis, vel alterius casus fortuiti, sicuti post *tex. in l. ex conducto, ff. locat. l. licet, & l. excepto, C. eod.* tradit *Bellon. cons. 29. n. 8.* & approbauit *Rot. Rom.* apud *Mangil.* post *tract. de subhast. dec. 92. n. 8. Ceph. cons. 557. n. 4. & 5. lib. 3.* ex hoc
20 inferens, quòd locator, qui non præstitit patientiam, huiusmodi pẽsionem exigere non potest, ad *tex. in l. Iulianus, §. offerri, ff. de actio. empt.* per quem *tex.* id ipsum in eisdem ferè terminis scribit *Magon. dec. Lucen. 69. n. 7.* vbi *Addit. lit. A. & B.* quem adducit *Castill. quotid. controuers. lib. 3. cap. 3. n. 12. & 13.* quodq; magis est, locator nequidem agere potest ad pẽ-
21 sionem, nisi probato totali adimplemento ex parte sua *Caualer. dec. Rot. Rom. 217. n. 7.* imò tenetur ex conducto ei qui conduxit, vt præstet frui licere *Cott. in memorialib.* verb. *Conductor*, vers. *Quarto adde*, vbi refert se pro hac sententia ter obtinuisse, *Boss. de remiss. merced. n. 104. Camill. de Medic. cons. 141. n. 17. Carroc. de locat. & conduc. q. 7. Mastr. dec. 299. n. 110. Rolan. Cauagnol. in Anatomia iuris ad d. §. Offerri, Marc. Mantua sing. 692.* inquiẽs contractum vl-
22 trò obligatorium dici quandam rerum, vel negotiorum communicationem, *Boer. dec. 23.* vbi tenet, quod
23 agens ex contractu eiusmodi, debet agere secundùm qualitatem ipsius, ex qua formalis agendi potentia descendit, & cuius causa est actionis productiua, qua proindè cessante, non datur actio, & in proposito locationis, quòd debeat per locatorẽ in primis probari, quod præstita fuerit patientia, notant post præcitatos *Natt. cons. 360. Magon. dec. Lucen. 11. Ioseph Ludou. dec. Lucen. 2. Menoch. cons. 55. n. 1. & 2.* vbi benè obseruat *Rolan. Cauagnol. in obseruat. ad d. cons. n. 3.* benè *Cacher. dec. 51. n. 12.* ea adhibita distinctione, quod si lo-
24 cator non potuit obuiare impedimento, & omni diligentia vsus est, vt obuiaret, tenetur ad mercedis remissionem tantùm pro rata, si verò potuit obuiare, & non obuiauit, vel non procurauit obuiare, tenetur conductori ad plenum interesse, *Bart. in l. si vero, §. cum quidam n. 2. ff. locat. Addent. ad Magon. d. dec. 79. lit. C. Castill. d. cap. 3. n. 19. Morl. in Empor. iur. tit. de locat. & conduc. n. 21.* vbi pulchrè enucleat.

Occurrebam insuper nonnullis ex Aduerso adductis pro confirmatione decreti Magnæ Curiæ suadenda, &

Primò, *tex. in l. si merces 28. §. culpæ, ff. locat.*

Secundò, *tex. in l. pen.* incip. *In ijs rebus, ff. sol. matr.* ex quibus suaderi prætẽdebatur culpam Clientis fuisse, vt pateretur infortunia, & à domo recederet conducta, in qua non potuit habitare, vndè sibi adscribendum non locatori.

Qua de re operæ prætium esse duxi *Ego* iura præfata enucleare ad hoc vt palàm facerem, rei de qua agebatur, minimè collineare.

Et initium desumens à *tex. in d. §. Culpæ*, eius verba hæc sunt, *Culpæ*
25 *autem ipsius, & illud annumeratur, si propter inimicitias eius vicinus arbores exciderit*, vbi *glos.* in verb. *Inimicitias*, inquit, *Hoc intellige de illis inimicitijs, quas conductor sua culpa patiebatur, vt infra l. pen. 1. respon. & sup. eod. l. videamus, §. qui vinum, vel etiam sine culpa, cum enim habet inimicitias, cautiùs debet custodire. Est enim æquũ, vt quod eius culpa damnum patiatur locator, eidem locatori sarciatur.*

26 Ex hoc *tex.* non obscurè elicitur, eas inimicitias efficere, vt conductoris damno cedat rei conductæ deterioratio, quæ tamen culpa conductoris euenerunt, At dicat (amabò) quicumq; hæc legerit, quam culpam habuit Cliens meus in plebiculari commotione, quam vè in ea dedit

dedit operam, vt possint applicari antecedentes inimicitiæ, cùm sci-
27 tum sit, nequidem culpam satis esse, vt quis de ea teneatur, nisi casum præcessisset, & ad eum fuerit ordinata, secundùm *Alex.conf.74.n.7.lib.6. Rim.iun.conf.400.n.72.lib.4. Decian. respon.29.n.29.& seq.lib.1.* Vbi enim hęc probata non sunt, & dubium
28 est an culpa interuenerit, quis pro culpa puniri non potest, Quantò magis vbi euidenter innotescit nullam, Clientem causam dedisse, vt immanis illa commotio excitaretur?

29 Minus vrget alter *tex. in d. l. pen. ff. sol. matr.* cuius verba similiter subnectenda duximus, *In ijs rebus* (inquit Consultus) *quas præter numeratam pecuniam doti vir habet, dolum malum, & culpam præstare eum oportere Seruius ait, eaq; sententia Publij Mutij est; nam is in Licinia Gracchi vxore statuit, quod res dotales in ea seditione, qua Gracchus occisus erat, perijssent, ait, quia Gracchi culpa ea seditio facta esset, Liciniæ præstari oportere*, vbi *glos.* in verb. *Facta esset*, vt concordantem *tex.* adduceret, allegat *d. §. culpæ*; vndè scernitur ideò Gracchum teneri ad res deperditas vxori
30 in seditione, quia ipse causam seditioni præbuit, At in re nostra, qui nullam præbuit seditioni causam, à seditiosis incendium rerum omniũ, earumq; iacturam (lachrimabilis sanè casus) passus est, & sustinet.

Tertiò adducebatur ex aduerso *tex. in l. incendium, C. si cert. pet.* quo cauetur incendium ære alieno nõ exnere debitorem, quem summant *Bal.*
31 *& Salic.* ibi, *Casus aduersa fortunæ non liberat debitorem.*

Verum enim verò, extemplò dicebam ad hunc *tex.* euadendum, illum satis è longè ad rem, de qua agitur, adaptari, siquidem ea est ratio,
32 in qua *tex.* se fundat, quod casus aduersæ fortunæ non liberat debitorem, quia vti benè docet *glos.* ibi, Cum quis est debitor ex causa mutui, non ideò quia in rebus suis incendium absque culpa patitur, à debiti solutione est liberatus, quia debitor est generis, quod perire non potest, secùs verò si deberetur species, quia eius interitu liberaretur.

At cui obuium non sit nullo sanè lepore *tex.* prædictum adduci ad quæstionem? Nam non dicit inquilinus (quem Nos tutati sumus) ipsũ esse liberatum à debito generis, sed opponit se quod debitum dependentiam non habet à mutuo, sed tantùm ex locatione domus ei facta, qua non valuit vti frui, eò quod persecutionem à plebe furenti passus est, quæ tantùm temerariè ausit, vt incendio omnia eius bona, quæ in domo ipsa detinebat, submiserit, qua de re excrescẽte magis in ipsum furore, adhùc vitæ minabantur, quæ omnia fuerunt in causa, vt habitare non potuerit, & domum (non sine ingenti dolore) deserere coactus fuerit, tutioremq; in locum, nimirum in Castro nouo, quasi ad Asylum, & Portum se conferre; Vndè cum locator impedimentum non valuit tollere, vt securè in locatione domus Cliens habitare valuerit, succeduñt omnia iura modò adducta *n.12.* quod locatori nequidem actio competit de pensione experiundi, & *tex. in l. incendium* esse ad hoc inallegabilem, luce nitidius constabit.

33 Quartò, faciebat vim Aduersarius in *tex. in l. quantæ, ff. de publican. & vectigal.* ex quo insinuare enitebatur Aduersarius publicanos malę opinionis existere; Ideòq; incendiũ passum à Cliente ea de causa fuisse, quia publicorum vectigalium conductor erat, quodq; culpę sibi potuisset imputari.

At si veritatem amamus, visum fuit eiusmodi assumptum Dominis de Sac. Consil. adeò futile, vt nequidem permiserint in Aula super eo verba facere: Modò: adeò leuis existentiæ illud indicabimus, vt neque

ipsius legis dispositione attenta, neque si in argumentum trahatur, Parti in aliquo opitulari posse demonstrabimus.

Non in ipsa dispositione *tex.* quia ibi non aliud disponitur, nisi quod ex delicto seruorũ, nisi exhibeantur serui, detur contra publicanos iudicium noxæ, & conformatur cum il-
34 la dispositione, quod dominus tenetur ex delicto seruorum.

Minus in argumẽtum potest *tex. in d. l. quanta*, à Parte adduci, Nam
35 procedit in dubio, vt aliquod malum de ipsis publicanis præsumatur ob eorum temeritatem, & audaciã, à cõmuniter accidentibus, At quando sumus in claris, vndè, & à quibus commotio principium habuit, & incendium à Cliente passum, qua de causa ortum habuit, quo pacto adduci *tex.* prędictus valeat, non videmus? Prēterquàm quod de placidissimis Clientis moribus, eiusque humanitate satis omnibus conspicua, non est cur *tex. in d. l. quanta*, adduci queat.

Et ex his emanauit decretum tàm iustè, quàm iuridicè, sicuti consueuit Sac. Reg. Consilium in omnibus causis, in hac facti specie vti modò indicauimus.

Ego verò, vt Lectori meo rationem reddam cur hoc in loco inter praćticas obseruationes, causam istã inseruerim, cùm agnoscam aptiorẽ fuisse sedem eam collocandi in 3. *disceptation. forens. volum.* propè diem (si Deus annuat) edendo, ea ratione id factum sciat, nam cum in eiusmodi facti specie differentes, imò contrariæ emanauerint determinationes, ab vtraque Rota Magnæ Curiæ, nec in Sac. Consil. plenius anteà res fuerit discussa, nec determinata, expetebant à *Me* non pauci legalis scienrię Professores, ac Magistratus ipsi exantalatos labores, vndè vt tàm iusto expetentium desiderio facerem satis, uolui in hoc *practicar. obseruation. lib.* quem sub pręlo ante alios destinaueram, inserere, gratique animi mei omnibus inseruiendi fidem facerem.

SVMMARIVM.

1 Vthor *anceps extitit in quæstione*, An famulo infirmo debeatur salarium?

2 *Salarium deberi famulo infirmo, omnium primus tenuit* Accursius.

3 *Famulus ægrotans, interim iuris fictione, seruire intelligitur.*

4 *Voluntas reputari debet pro facto, in famulo infirmo seruire non valenti.*

5 *Conditio seruiendi certo tempore euenisse censetur, si eo tempore seruitium impleri non potuit, morbo impediente.*

6 *Nauigare impeditus propter morbum, adhùc nauigarè dicitur.*

7 *Naturalia quæ sunt, nemini sunt imputanda, etiamsi sonent in vitium.*

8 *Libertas dùm languet, Patrono opera perenut.*

9 *Impeditus ægritudine, videtur impleuisse contractum, vt sibi datum non repetat.*

10 *Impeditus morbo, fingitur se præsentasse.*

11 *Aduocati si mercedem receperint ob causam Aduocationis, non restituunt, si per ipsos non steterit quominùs eius muneri vacarent.*

12 *Salarium debetur Assessori, etiamsi delegatus moriatur, vel partes se concordauerint.*

13 *Ambasciatores infirmati in itinere, debent habere integrum salarium, etiam pro tempore infirmitatis.*

12 Sa-

14 *Salarium integrum debetur totius anni, mortue Præſide, vel Legato.*
15 *Lex fingit eum ſeruiuiſſe, qui impeditus ſeruire non potuit.*
16 *Prætor ſi ob impedimentum, officium exercere nequiuerit toto anno, debetur nihilominus integrum ſalarium.*
17 *Aegroti etiam ſeruire videntur, infirmitate durante.*
18 *Salarium famulo infirmo non deberi, qui tenuerint.*
19 *Locans operas ſuas, non recipit mercedem eius temporis, quo morbo impeditus, eas præſtare non potuit.*
20 *Salarij promiſſio habet tacitam conditionem, ſi operas præſtabit.*
21 *Merces dicitur pretium operę, quę ſi non præſtatur, vtiq; nō debetur ex vi correlatiuorum.*
22 *Salarium non debetur non laboranti.*
23 *Famuli officium reſpicit merum laborem, & operam mercenariam.*
24 *Redditus caſuales, & incerti dicuntur ij, qui proueniunt ex ſeruitio, & labore.*
25 *Salarium pro rata temporis tantùm debetur in operibus mechanicis.*
26 *Labor, & pecunia, recipiunt diuiſionem.*
27 *Legere qui debuit toto anno, ſi nō legerit, niſi ſex menſibus, non habebit ſalarium integrum totius anni.*
28 *Lecturas duas ſiquis legere tenetur, & non legit niſi vnam, ſalarium habebit pro rata temporis tantùm.*
29 *Debitum ob cauſam, determinatur ſecundùm cauſam ſibi annexam.*
30 *Labore ſublato, cuius contemplatione debetur ſalarium, tollitur etiam ſalarii emolumentum.*
31 *Salaria, quę dantur, tacitam habent conditionem, ſi operę præſtantur.*
32 *Conditione operarum non adimpleta, ſalarium nullo modo debetur.*
33 *Miles caſu ab hoſtibus captus, conſequi non debet ſalarium, tempore durantis captiuitatis.*
34 *Locationis, & conductionis contractus requirit hincindè implementum.*
35 *Opera conſiſtit in futuro, & impedimentum contingens in futuris, pertinet ad incommodum impediti, quaſi nondùm perfecto contractu.*
36 *Facto vbi eſt opus, voluntas non ſufficit.*
37 *Impedimentum contingens in perſona vnius, non inducit obligationem in perſonam alterius.*
38 Gloſa *improbatur in eo, quod aſſeruit famulo infirmo deberi ſalarium, durante tempore infirmitatis.*
39 *Contingens in perſona illius, qui locabat operas, liberat conductorem à præſtatione mercedis.*
40 Authores *negantes famulo infirmo deberi ſalarium, recenſentur.*
41 *Famulo infirmo deberi, vel nè ſalariū, quæ verior, quæque communior recipiatur opinio.*
42 *Veritas dignoſci vix poteſt in illa quæſtione, Vtrum famulo infirmo debeatur ſalarium.*
43 *Dominus an teneatur facere expenſas famulo infirmo.*
44 *Commodatarius expenſas alimētorum, vel valetudinis paruas non repetit, ſecùs magnas.*
45 *Famulus longo infirmitatis tempore detentus, operas præſtare nō valens, ſi modico impeditur tempore, ſalarium habet, ſecùs verò ſi magno temporis ſpatio impeditus fuerit.*

ARGVMENTVM.

Famulo infirmo, An debeatur ſalarium? Curioſa ſanè indagatio: quæ licèt affirmantem habuerit Anteſignanū *Franciſcum Accurſium in l. arboribus* 13. §. *de illo*, verſ. *Aegrotante*, ff. *de vſufr*. & *in l. ſi*

vno 17. §. *Item cum quidam*, verb. *Perſonis in fin.* verſ. *Vel dic in* 6. ff. *locat.* Negantem tamen plurium Doctorum cętum obtinuit, pluribus pro alterutra opinione iuribus allatis, rationibuſque adductis, ex quibus in vnam, vel alteram inclinare poſſit animus ſententiam, adeò quod dixerit *Iaſ. in l. diem functo n.* 47. ff. *de offic. aſſeſſor.* adeò dubiam reddi eiuſmodi quęſtionem, vt vix in ea veritas dignoſci poſſit, magnumque munus eſſe, eligere quid tenendum, vndè *Author Bartoli* placito innixus *in l. ſi cum dotem*, §. *Sin autem in ſæuiſſimo n.* 8. ff. *ſolut. matr.* diſtinctionis fędere determinandam quæſtionem cenſuit, vt ſi longo infirmitatis tempore detentus fuerit famulus, & operas pręſtare nõ potuerit, minimè Dominus ad ſalarium vrgeri poſſit, ſecùs verò ſi modico tempore operarum pręſtationi vacare non potuit, quodnam autem tempus longum, vel modicum dicatur, eſſe Iudicis arbitrio remittendum. Quò loci propoſitę indagationis occaſione arrepta, plura adnotauit *Author* de ſalarijs debitis Legatis, ſeu Ambaſciatoribus, Lectoribus, Officialibus, Aduocatis, alijſque eiuſdem farinę viris pro anno integro, licèt toto anni curſu operas ſuas non præſtiterint, vel quia nõ requiſiti, vel quia infirmitate, vel alio legitimo detenti fuerint impedimento.

OBSERVATIO LXXIV.

1 IAmdudùm anceps extiti in famigerata hac quæſtione, *Vtrum famulo infirmo debeatur ſalarium?* in qua legalis Academiæ Profeſſores ſeſe inuicem oppugnantes agnoui, Ingenioſa ſanè, & laborioſa diſputatio, cùm vndique iura, rationes, Doctorumq; placita quiſquis trahere nititur ad ſenſum ſuum, ſiuè affirmet, ſiuè neget, nec me pænitet in ea elaboraſſe, vt ingenij acuendi
2 cauſa aliquando quæſtiones cum Theoricis meis habeam.

Et ipſum ſalarium de iuris cenſura deberi (quaſi Domino pereant operæ) omnium primus in lucem propalauit *Accurſius in l. arboribus* 13. §. *de illo*, in verſ. *Aegrotante, ff. de vſufruct.* & in *l. ſi vno* 17. §. *item cum quidam*, in verb. *Perſonis in fin.* verſ. *Vel dic in* 6. *ff. locat. Specul. in tit. de locat.* §. *poſtquam n.* 20. cùm iuris fictio-
3 ne, qui ægrotat interim ſeruire intelligitur, & tradidit R*om. conſ.* 263. *viſo puncto n.* 2. verſ. *Pro hoc* 3. *notab.* & vti obſeruat *Card. Tuſchus in pract. concluſ.* in verb. *Salarium*, *concluſ.* 8. *n.* 28. haberet animum ſeruiendi ſi poſſet,

4 poſſet, & non foret infirmus, & ſic
voluntas debet reputari pro facto,
cùm per eum non ſteterit, vulgat.
l. qui operas 41. ff. locat. l. 1. §. Dinus,
ff. de variar. & extraordin. cognit. l. ſi
cui 38. §. planè, ff. ex quibus cauſ. ma-
ior. ibi. Planè ſi infirmitate impeditus
continuare iter non potuit, habebitur ra-
tio humanitatis, ſicuti haberi ſolet: vbi
benè Alberic. in §. tādiù n. 2. Specul.
ibid. n. 20. ſumpto argumento ex
tex. in d. l. arboribus, & ex placito Pau-
li I. C. lib. 5. ad Sabinum in l. cum hæ-
5 res 4. §. Sticchus, verſ. Superius, ff. de
ſtat. liber. vbi conditio ſeruiēdi cer-
to tempore cenſetur eueniſſe, & cō-
tigiſſe, ſi eo tempore ſeruitium im-
pleri non potuit morbo impediēte,
etiamſi tempus ſit numero dierum
certum, & definitum, inquit enim
ibi, Sed etſi quibuſdam diebus, aut vale-
tudo, aut alia iuſta cauſa, impedimento
fuerit quominùs ſeruiat, & hi anno im-
putādi ſunt, ſeruire enim nobis intelli-
gūtur etiam ij, quos curamus ægros, qui
cupiētes ſeruire propter aduerſam vale-
tudinem impediūtur, vbi gloſ. idipſum
autumat in verb. amputādi, ad tex. in
l. ſi vehēda 10. §. idem iuris, ff. ad l.
6 Rhod. de iact. vbi ſi impeditur quis
nauigare propter morbum, adhùc
nauigare dicitur, ibi, morbo impeditū,
& Alber. in d. §. ſticchus n. 1. qui tex.
videtur adæquare intellectum, nec
vllam contra eum videtur admitte-
re reſponſionem; ea enim, quæ na-
7 turalia ſunt, nemini ſunt imputan-
da, etſi ſonent in vitium, tex. elegans
in l. fluminum, §. vitium, ff. de damn.
infect. quem tex. ad id notat Chaſſan.
in cōſ. 1. n. 33. cui rei congruit tex. in
l. libertus, qui poſt 15. vbi Alberic. ff. de
oper. libert. inquit enim I. C. ibi, li-
bertus, qui poſt indictionem operarum,
valetudine impeditur, quominùs operas
præſtet, nō tenetur, neque enim videri
poteſt per eum ſtare, quominùs operas
præſtet. Facit tex. in l. interdum 34. ff.
8 eod. tit. de oper. libert. ibi, Nam dum
lāguet libertus, Patrono operæ pereunt,
adſtipulatur tex. in l. operæ 7. ff. de vſu-
fruct. legat. ibi, Quare ſi poſt petitas
operas æger eſſe ſeruus cæperit, legatario
peribunt.

Suffragatur prædictis altera tex.
diſpoſitio in l. munerum 18. §. Came-
lelaſia, ff. de muner. & honor. ibi, Cor-
poris miniſterio obligētur, nec vlla ex-
cuſatione liberari, niſi læſi, & inutilis
corporis infirmitate, accedit tex. in l. ſi
9 pecuniam 5. ff. de condict. ob cauſam,
vbi qui impeditur ægritudine, vide-
tur impleuiſſe contractum, vt ſibi
datum non repetatur, cui adnecti
10 poteſt tex. in l. quæſitum 60. ff. de re iu-
dic. vbi impeditus morbo, fingitur
ſe præſentaſſe, cui ſententiæ tan-
quam veriori, & meliori, inhæret
Barbat. in cap. propter ſterilitatem 3.
n. 25. de locat. & conduct. Nec omit-
tendus eſt tex. in l. ſed ædes 21. §. fin.
ff. locat. & in l. penult. & fin. C. de con-
11 dict. ob cauſam, vbi datum ob cau-
ſam aduocationis, non repetitur, ſi
per Aduocatum non ſteterit, quo-
minùs ſuo munere fungi poſſit, ve-
luti propter infirmitatem, vt benè
per Affl. in Conſtitut. hac edictal. n. 6.
& gloſ. in d. §. Diuus, in verb. Repeti.
Natt. qui alios refert conſ. 452. n. 2.
vol. 2. Rot. Rom. dec. 330. n. 2. tom. 1.
recentior. benè Fontanell. dec. 423. n. 4.
verſ. Quod quidem ſalarium, vbi in
fin. hæc profert verba, Et cum hoc re-
pellimus, & iuſtè cliētulos noſtros, à qui-
bus eum petimus conuēta ſalaria opponi-
tur nobis nihil actum in cauſa tāto tem-
pore: ſolemus enim reſpondere, Amice nō
ſtetit per Nos, qui ſemper eramus para-
ti. Et hæc inconcuſſe apud Nos obſer-
uantur.

Hinc gloſ. in cap. ſtatutum 11. §. aſ-
ſeſſorem in gloſ. vltima, in verb. Com-
muniter de reſcript. in 6. voluit, quòd
12 ſalarium aſſeſſori debeatur, etiamſi
delegatus moriatur, vel partes ſe
concordauerint, quia per eum non
ſtetit; pro qua ſentētia facit recepta
Bart. doctrina in l. ſi cui 38. §. tādiù
13 per illum tex. ff. ex quib. cauſ. ma[illegible]r.

ubi

vbi voluit, quod si Ambasciatores
infirmentur in itinere, debeant ha-
bere integrum salarium, etiam pro
tempore infirmitatis, idque ibidem
notat *Alber. n.2. & Ias.in l. diem fun-*
14 *cto 4. n. 48.ff. de offic. assess.* & idem
Bart. in l.diem functo n.1. dixit, quod
mortuo Preside, vel Legato, succes-
sor debet habere integrum salarium
totius anni, licèt operas non præ-
15 stiterit, quoniam ex quo per eum
non stetit lex, fingit eum seruiuisse,
& idem *Bart. in l.1.§.Diuus n. 15. ff.*
de variar.& extraordin.cognit. scribit,
quòd si in Ciuitate facta est nouitas,
16 vel Tyrannus insurrexerit, & ob id
prætor officium exercere nequiue-
rit, quod salarium integrum conse-
qui debeat, quia per eum non ste-
tit, quod etiam obseruauit ex Nostris
Capyc. dec. 125. n.5. & hanc partem
punctualiter tenuerunt *Io.Andr.in*
d. cap. propter sterilitatem n. 2. vers.
Remissio, & *n. 4.* & pro hac parte ità
scripsisse, & decidisse fertur per *Ho-*
stien. in summa de locat. §. qua actio-
nes, vers. *Et si casus, Azo.in ead.summ.*
C. locat. n.29. Bald. in l. fin. n.9. vers.
Lex nostra, C. de cōd. insert. Alber.in
rubr. ff. de oper. libert. n.4. & in l.pla-
nè 13. n.1.ff.eod. glosa, & Portius in §.
Apum n. 15. inst. de rer. diuis. Cappell.
Tholos. decis. 360. vbi *Aufrer.* & per
Natt.cons.229.n.1. qui licèt loquatur
in operarijs, vt neque impediri de-
beant integrum habere salarium, nō
malè tamen ad famulum extendi
posset, idq; nulla adhibita difficul-
tate, pro absoluto pertransiuit *Petr.*
Gregor. Tholos. lib. 47. syntag. par. 3.
17 *cap.9. n.8. & 9.* cùm etiam ægroti
in seruitio facti seruire nobis intelli-
gantur, & ità dicit fuisse responsum
in Clericis in ægritudinem inciden-
tibus, vt etiam ipsis ægrotantibus
constitutum debeatur salarium, vt
in toto *tit. de cleric. ægrotan.* & con-
trariam sententiam esse nimis peri-
culosam, cùm pro hac parte alle-
gentur vrgentissima fundamenta,
dixit *Viuius inter communes opiniones*
tom. 1, lib. 4. de locat. & cond. tit. 43.
n. 85.

18 Contrariam verò sententiam, imò
salarium non deberi, optimè colli-
gitur ex *tex. in l. si vno 17. §. item*
cum quidam, ff. locat. in quo *tex.* dis-
19 ponitur, quod ille, qui locauit ope-
ras suas, non recipit mercedem eius
tempotis, quo morbo impeditus, eas
præstare non potuit, idque ibidem
optimè firmauit *Bart n.8.* his verbis,
quidquid glos. super verbo ægrotante
dixerit, & in *l. operæ 7. n.1. ff. de vsu-*
fruct. legat. vbi *glos. in addit.* in vers.
Quæris hic Bart. & ibi benè *Iacob. de*
Arena n.1. per *tex. in l.item illa verba*
181.§. proindè, ff. de cōstit. pecun. ibi,
Proindè si valetudine impeditus, aut vi,
aut tempestate, petitor nō venit, ipsi no-
cere Pomponius scribit, quodque fir-
missima ratione subnixum eleganter
tradidit *Alex. ad Bart. in d.§.item cum*
20 *quidam n. 8.* in verb. *Famulus.* Quia
promissio salarij habet tacitam con-
ditionem, si operas præstabit, & *Ca-*
strens. in d. §. item cum quidam scri-
21 bit, quod merces dicitur esse præ-
tium operæ, meritò si opera non
præstatur, merces non debetur, quia
sunt correlatiua, argumento *tex.in*
22 *l. bona fides 52. ff. de action. empt.* &
ideò dixit *Bald. in d. l. liberti*, quod
non laboranti, salarium non debe-
tur.

23 Ex quo dicebatur, quod officium
famuli respicit merum laborem, &
operam mercenariam, & sibi prop-
ter laborem debetur salarium, prout
scribit *Cardinalis Parisius cōs.33. n.3.*
vol. 4. vbi ait, quod prouenientes
24 ex seruitio, & labore, dicuntur red-
ditus casuales, & incerti, ex eo, quod
salarium non competat, nisi pro ra-
ta temporis, & laboris sui, & ideò
Bald.in l.1.n.15. C. de suffrag. inquit,
25 quòd in his mechanicis operibus
salarium pro rata temporis tantùm
debetur, ad *tex. in l.at qui natura 20.*
§. scæuola, ff. de negot. gest. cuius dicti

ra-

26 rationem ipse adducit, quando labor,& pecunia diuisionem recipiūt, ad *tex.in l. Seio amico in princ.ff.de ann. legat.*& allegando *Bart.in l.diem functo*, idem firmauit *Capyc.dec.*125. *n.*1. *Cost. de ration. ratæ q.*13.*n.*1. *Rimin. iun. cons.*478.*n.*25. *Gaspar Baeça de decim.tutor. cap.* 2. *n.* 2. quem *Ego* cum alijs adduxi in 2. *disceptat. forens.cap.*5. *n.* 46. *& seq.* & dicit *Bal. in l.*1. *n.*3. *&* 4. *C.de legat.*quod si is,
27 qui debuit legere toto anno, non legerit nisi sex mensibus, vel si debeat legere duas lecturas, non lege-
28 rit nisi vnam, quod debet habere salarium tantùm pro rata temporis,
29 quoniam quod debetur ob causam determinatur secundùm causam sibi annexam, vt in *d. l. Seio, §.libertis*, & sublato labore, cuius contempla-
30 tione tribuitur salarium, tollitur etiam salarij emolumentum, & sic proportionabiliter tantùm pro rata temporis, & laboris,vt expresè determinauit idem *Bald.in l.2.circa medium sub n.* 5. *C.locat.& in l.etiam, ff. de legat.* 1. quoniam secundùm *Bart.*
31 & alios in *d. l. diem functo*, in salarijs, quæ dantur, tacita inest conditio operarum, sicq; salarium famu-
32 lo promissum videtur sub conditione si seruiendo operas præstitisset, quia non adimpleta conditione, nullo modo salarium illi debetur, prout voluit idem *Bald. in d.l si vno, §. item cum quidam.* Benè facit, quod tradit *Bart. in l.*1. *C.de re milit.*
33 *lib.*12. vbi inquit, quòd si miles casu ab hostibus capiatur, consequi non debet salarium tempore durātis captiuitatis, ex *tex. in d. §. item cum quidam*, quem satis doctè, & perbellè defendit *Dom.Reg.Constant. in suis luculentissimis commentarijs ad tres posteriores libros Codicis in d. l. per totam*, & in puncto quæstionis vertentis,idem voluit ibidem *n.*13.

Iuuat prædictis *Bald.in l.liberti* 10 *n.* 22.*C.de oper.libert.*quod hoc esset lucratiuum salarium, cum operas non impendant, quod est contra
34 naturam contractus locationis, & conductionis, qui vult implemen-
35 tum hincindè, item quia opera cōsistit in futuro, & impedimentum cōtingens in futuris pertinet ad incommodum impediti, quasi nondùm perfecto contractu, vt in *l. necessario* 8. *ff. de peric.& commod.rei uēd.* & eis inhærere videtur conditio, & tacita distinctio temporis, scil. quatenus operabuntur, vt in *l. si seruus communis meuij* 18. *§. fin. ff. de stipul. seruor.* cui accedit *Alber. in d.l.cum heres, §. Stichus n.* 1. *&* 2. vbi dicit,
36 quòd vbi opus est facto, voluntas non sufficit, ad *tex. in d.l.*1. *§.penult. ff. ad syllan.* sicuti idem comprobauit in *l.sticchum Titio, §. Damas seruus n.* 1. *ff. de statu lib.* & in puncto in *d. l. operæ* 2. *n.*1. *&* 2. *ff. de vsufr.*
37 *legat.* dicens non reperiri iure cautum, quod casus impedimenti contingens in personam vnius, inducat obligationem in personam alterius ad aliquid dandum, & hanc sententiam esse veriorem, & communem dixit *Imola in d. cap. propter sterilitatem n.*13. cuius oppositiones respōsionem non posse benè recipere,dixit *Ias. in d.l.diem functo n.*48. & ibi
38 *Bart. n.*19. vbi contra *glos.* ità respondet ibi,*Et hoc teneas quidquid dicat glos.in vers. Aegrotāte*, & ità communiter teneri ait *Abbas in cap.*1.*n.*9.
39 *de præbend. & dignit.*quia casus contingens in persona illius,qui locabat operas, liberat conductorem à præstatione mercedis,quod quoq;comprobauit *Ias. in d. l.diem functo n.*47. *&* 48. *Florian.in d.§.de illo n.*5. vers. *in glos.* vbi dicit, quòd opinio glosæ de iure non potest sustineri, & secūdùm hanc opinionem, tāquam planam, nulliq; dubiam, resolutiuè, sed siccis verbis pertransiuit *Alex.in l.si cum dotem* 23. *§.fin autem in sæuissimo n.*6. vers. *Tu dicas, ff solut.matrim. Ca-*
40 *gnol in d.l.diem functo n.*215. vbi *Bolognet n.* 72. & *Caccialup.n.*66.prout

eam

eam tanquam veriorem, & communem approbauit doctiss. *Couarr. variar. resolut. lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 8. *in princ.* vers. *Item apparet*, & veriorem de iure, & secundùm eam millies se vidisse obseruatum, testatur *Viuius inter communes opiniones tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 43. *de locat. & conduct. n.* 85. *Caldas. in suis cõsilijs* insertis post *forẽses quæstiones cõs.* 20. *n.* 9. dixit, quod quamuis glosa contrariam sententiam perperàm tentauerit, hęc tamen est amplectenda, sicuti optimè eam amplexus fuit *Laurẽtius Siluan. cõs.* 28. *n.* 2. *&* 23. *Gomes. variar. resolut. tom.* 2. *cap.* 3. *n.* 3. vers. *Quartò infero*,
41 *Bonacossa in tract. de famulis q.* 103. vbi dicit quęstionem esse valdè dubiam, & de rigore iuris esse communem opinionem in negatiuam, licèt secùs sit de ęquitate, cui adnectitur *Carroc. in tract. de locat. & cõduct. par.* 2. *tit. de tempore pẽsionis n.* 9. *&* 10. *Gomes. in regul. cãcellar. quæst.* 9. vers. *Quinquagesimo quarto*, doctiss. *Greg. Lopez in l.* 7. per eum *tex.* ibi, *El Señor de la cosa es tenudo de lo pagar*, *in glos.* 1. *tit.* 2. *par.* 7. & *Surd. in tract. de alimẽt. tit.* 4. *q.* 23. *n.* 35. vbi dicit videri sibi hanc opinionem esse magis communem.

Hęc sunt, quę pro vna, & altera parte quęstionem perdifficilem
42 reddunt, adeò quod dixerit *Ias. in d. l. diem functo n.* 47. eam esse valdè dubiam, vt vix in ea veritas dignosci possit, & magnum esse eligere quid tenendum per tot auctoritates hincindè adductas.

Quodnam igitur meum erit cõsilium? tot Consultorum Consultissimi in acies diuisi dimicant. Et *Ego* (temerario sanè ausu) mihimetipsi adeò tribuam, vt pugnam terminari mea sententia putem? Absit: ergò pugnę simplex videbor Spectator, seu mauis Relator? Nec quidem. Distinctionis amabò moderamine, rem diffiniendam existimo, ex ijs, quæ *Bart.* docuit in *l. si cum dotem*, §. *sin autem in sæuissimo n.* 8. ubi propo-
43 nens quęstionem, an Dominus teneatur facere expensas famulo infirmo, ità eam determinat, aut expẽsa est modica, uel magna, in primo casu eum teneri putat, in secundo secùs; ad quod adducit *tex. in l. rebus*,
44 §. *possunt*, *ff. commod.* ubi probatur commodatarium expensas alimentorum, uel ualetudinis paruas non repetere, secùs magnas; sic ad pro-
45 positum, uel famulus longo infirmitatis tempore detentus, operas Domino præstare non ualuit, aut modico: in primo casu salarium nõ deberi teneo, in secundo deberi annuo; arbitrio tamen Iudicis iudicandum quodnam longum, vel breue tempus dicatur, ad quod facit peroptimè decisio Senatus Cathalunię apud *Ludou. Peguer. dec.* 149. *per tot.* Meliora peritiores adducant, dùm *Ego* pauca hęc non sine ingenti labore perquisiui.

SVMMARIVM.

1 *PRæcedere quisquis contendit, naturali quodam instinctu.*
2 *Præcedentiarum occasione, plures lites ortæ fuerunt inter homines.*
3 Author *assumit quæstionem, an præferri debeat in officio, is qui libros composuit.*
4 *Præferri debet in electione officiorum, is qui libros composuit.*
5 *Librorum compositores reputãtur sicuti Stellæ in firmamento Cæli.*
6 *Scriptores non sibiipsis laborant, sed omnibus exquirentibus veritatem.*
7 *Scriptorum laudes enunciantur.*

8 Lau-

8 *Laudes Scriptorum enunciantur.*

9 *Veritatis inuestigatores sunt apprimè laudandi.*

10 *Scribendi munus longissimum tempus exposcit.*

11 *Anteferendi sunt Scriptores in officijs, eò quod insinuant assiduitatem in studijs.*

12 *Præponi haud debet, qui minimum laboris sustinuit, ei qui plus fuit operatus.*

13 *Studuisse diù non sufficit, sed benè studendum est.*

14 *Scriptores perfectam doctrinam adepti censentur, adeò vt meritò cæteris sint præferendi in electione Officiorum.*

15 *Doctores plura scribentes in maxima existunt authoritate.*

16 Author *fatetur magnum exquiri laborem in libris legalis scientiæ componendis.*

17 *Aduocati Neapolitani, vix otium habent ad libros componendos, nisi horas ad laborem destinatas furentur.*

18 Author *quartum hoc edit opus inter assiduas Iurgantium aditiones.*

19 Author *minimè ad quæsitum properare insinuat de prælatione in officijs, corū qui libros composuerint, eò quod Ipsemet libros composuit, nam omnibus cedere profitetur.*

20 Author *satis se contentum asserit, eò quod Aduocationis muneri Deus ipsum præposuit.*

21 Author *enarrat, quæ commoda sibi euenerint ex Aduocatione.*

22 Dom. Octauius Vitalianus Authoris Præceptor, *cum laude commemoratur, eiusq; dicterium circa officia inhiantes, recensetur.*

23 *Officiales inuidēt in multis Causarum Patronis.*

24 Author *summum propositi finem assequutus enarrat, dùm Cliētibus totum sese addixit in eorum causis patrocinandis.*

25 Author *in tot librorum compositione non aliud cogitauit, quàm talentum suum cum lucro, rerum omnium Opifici exhibere.*

ARGVMENTVM:

Electi plures si fuerint ad officia, nulla data temporis disparitate, Vtrum illi præferātur, qui libros composuerūt? qua in thesi affirmatiuā *Author* sustinet sententiam, tàm ex Sacræ Paginæ dicterijs repetitis, quàm etiam ex Doctorum placitis enunciatis, adductis pariter ijs rationibus, ex quibus conuincitur, quod is qui ingenii sui monumenta typis tradere inuigilauit, ostendit se apprimè assiduum in studiis fuisse, cùm scribendi munus, longissimum tempus exposcit, & qui plura scripto tradidit, multò plura vidisse supponitur; Vndè maximè extollendos Aduocatos Neapolitanos frequenti Clientum calculo, eorumque assiduitate continua detentos, inquit *Author*, si quando libros è typis expresserint, cum iis necessè sit omnem vitæ partem in Cliētum iuribus tutandis impendere; quaque ratione motus fuerit *Author* libros plures edere, ac quantum Aduocationi se deuinctum præbeat

nonnulla haud inconcinnè
exarantur; ac perpenditur,
quantum in multis Magistra-
tus *A*gentes, *A*duocatorum
muneri inuidere passim con-
sueuerint, ac quibus ex cau-
sis, quarum nonnullæ, sum-
mo lepore indicantur.

OBSERVATIO LXXV.

NAturali quodam in-
1 stinctu, ab humani
generis ortu insito,
homo, homini ante-
ferri cùm studeat,
nulla prætermitti-
tur occasio, omnis mouetur lapis, vt
in præcedendo quis vincat, nec va-
cua sunt Scriptorum folia de con-
2 tentionibus ortis, inter homines ex
causa præcedentiarum, hinc plures
perlegimus allegationes, plura re-
sponsa, innumera ferè consilia, ex
celeberrima Consultorum primeuę
ætatis Mineruà profecta, typis ex-
pressa, nec paucas adnotauimus de-
terminationes indè sequutas, quas
nostri æui Magistratus toto ferè or-
be, ad eiusmodi præcedentiarum
dissidia terminanda, antynomiasq;
conciliandas, sparsim tradiderunt,
scriptoq; (vt posteris consulerent)
commendarunt, sicuti post multos
obseruaui *Ego in Annotation. ad Mu-
scatell.*
3 Cumq; de eo præcedendi genere
inter eos qui eorum scientiæ, & do-
ctrinæ innixi, ad officia promoueri
efflagitant, quorum nonnulli libros
composuerunt, alij verò non (quod
in themate præmisimus) non semel
in controuersiam itum fuerit, pla-
cuit mihi pauca quæpiam delibare,
vt legentium curiositati (quantum
in me est) facerem satis.
4 Communis igitur ea fuit sentē-
tia, vt data vndiq; paritate inter ele-
ctos illi præferantur, qui libros com-
posuerunt, ea sanè ratione, quia hi
5 veteri testamento, veluti Stellæ in
firmamento Cæli reputantur, sicuti
habetur *Daniel. cap.* 13. *& Ecclesiastic.
cap.* 25. *Satis magni sunt, qui inueniunt
sapientiam, & sciētiam*, & iterum *eod.
6 loc. cap.* 24. ex eo maximè Scribentes
laudantur, quia *Nō solùm sibi labo-
rāt, sed omnibus exquirentibus verita-
tem*, vndè *Luc. de Penn. Doctor* cele-
berrimus in *Commētar. ad tres libros
Codic. in l. mulieres* 13. 6. *col. circa
med. C. de dignitat. lib.* 12. de re agēs,
7 hæc protulit verba, *De his verè dici
potest illud diuinę Scripturę, Beati, qui
seminant super aquas, idest super popu-
los extr. de celebrat. missar. cap. cum
Martę, §. verùm, Semen quippè satum
in cartis perpetuò manet, & quilibet
Lector indè metēs potest sumere incre-
mēta, sed quod verbo diffunditur tan-
quam naturaliter fluuidum nō sic de fa-
cili germinat, cum interdum, supra pe-
tram, & secùs viam, & inter spinas, &
aliàs in mala terra sæpiùs cadat, vt di-
citur Luc.* 8. *Hi sunt qui cum nihil vi-
deātur agere, maiora siquidem, & hu-
mana tractātes secūdùm Senec. lib.* 1.
Epistol. 8. *Hi sunt, qui omnibus gen-
tibus recentes semper edunt, & floridos
sapiētię fructus, è quibus, quia teneris
ętatibus doctrinarum abundātia satiā-
tur, optimos habēt sapiētiæ sensus, insti-
tuūt* Ciuitatibus, *& humanitatibus mo-
res ęqua iura leges, quibus absētibus,
nulla Ciuitas potest esse incolumis. Cum
ergo tāta munera a scriptorum prudētia,
priuatim, publicęque hominibus fuerit
pręparata, nō solùm arbitror palmas, &
coronas his tribui oportere: sed etiam de-
cerni triumphos, & inter Deorum sedes
eos dedicādos indicaui, vt hęc legūtur in
lib. victoriani architectorię. In his er-*

go

go merito præferendi sunt professores li-
brorum, & operum scripturæ, & ordina-
tioni vacantes, quàm clamosæ lectioni
pomposiùs desudātes, in quibus, & facū-
dia, & sonora vox ab alijs solùm atten-
ditur, à plurimisq; nimium extolluntur;
Si enim artificiosum est intelligere, quæ
sunt ex arte scripta, multò est artificio-
siùs ipsum scribere ex arte, qui enim ipse
scribet artificiosè ab alijs commodè scri-
pta, vel dicta facilè intelligere poterit,
qui eligit facilè, nō continuò, ipse com-
modè scribet, dicit Tull. 6. Rethor. &
vide quæ scripsi supra de professor. &
Medic. l. Magistros, in verb. *Facūdia.*
Hæc *Luc. de Penn.* cuius verba mu-
8 tuauit *Cassan. in Catalog. Glor. Mund.*
par. 10. consider. 28. subdens, *Hono-*
rādi enim, atq; commendādi sunt hi, qui
viam veritatis aperiūt, teste Philosopho
dicēte etiam ex falsis commēdabor: quia
veritatis inuestigādæ viam, & materiā
9 *præbui, preparaui, & iuuat vt veritas*
sciatur; pluraq; alia in laudem Scri-
ptorum exarauit *Diu. Hieron. super*
Ecclesiast. cap. 2. & hanc eandem pro-
bat sententiam *Prosper Caran. in*
Commētarijs luculētissimis super Ritib.
Magn. Cur. Vicar. rit. 101. *n.* 6.
10 Suffragitur prædictis, quia scri-
bendi munus longissimum tempus
exposcit, vndè qui ingenij sui mo-
numēta è typis prodire inuigilauit,
11 ostendit se fuisse apprimè assiduum
in studijs, ideòq; meritò anteferen-
dum ei qui similia non edidit, non
12 etenim, qui minimum laboris susti-
nuit, ei qui plus fuit operatus, præ-
poni debet, secundùm *tex. in l. vni-*
cuiq; 7. C. de proxim. sacror. scrinior.
lib. 12. ibi, *Nisi forte ab eo, qui tempo-*
re vincitur, laborum comparatione su-
peretur, vbi *glos.* in verb. *Superetur*,
13 inquit, *Nota, nō sufficit diù studuisse,*
sed benè, & qui plura scripsit, multò
plura vidisse supponitur, vndè cū vna
res declarat aliam, is absq; dubio per-
14 fectam doctrinam adeptus cēlebi-
tur, vt meritò insignis *Aleiat. in tra-*
ctat. de presumpt. regu. 1. presum. 51. in
15 *fin.* tradiderit Doctores plura Scri-
bentes in maxima existere authori-
tate, sicuti refert *Anto. Mar. Corat. in*
tit. de electio. opinion. in 17. tom. tract.
fol. mihi 228 *in sect. 2. n. 39. & seq.*
16 Et quoniam incidit sermo de la-
boriosa Scriptorum assiduitate, fi-
dem adstringo meam beneuolo Le-
ctori, sincerique animi homini, nul-
lum esse laborem, nullam assiduita-
tem, quæ magis exquiratur, in qua-
libet disciplina, quàm ea, quæ re-
quiritur in libris legalis scientiæ ela-
17 borandis, componendisuè, eò ma-
gis si in foris frequentare necessè sit
ad Clientum iura tutandum, & arti-
culos in iure reassumendum, Tribu-
nalia reiteratò pluries de eadem re
informandum, voluminosa proces-
suum folia consulendum, adeò quod
nihil remanet otij, in quo possint
Aduocati Neapolitani, scribendi
muneri, librosq; componendi, inui-
gilare, nisi succisiuis horis ad requiē
destinatis sibi furentur, prout mihi
non semel accidit, dùm tria vsque
18 modo volumina palàm feci, & nunc
quartum hoc paro opus (Dei suffra-
gante præsidio) nec ex ijs in men-
tem venit, vt præferendus veniam
Collegis meis (quos me doctiores,
19 & præstantiores scio) nec alij cui-
piam eligendo in Magistratum; Meā
siquidem agnosco tenuitatem, exi-
litatē meam rectè calleo; Satis sum
mea sorte contentus, Aduocatum
20 me elegit Dominus, in ea maneo
vocatione, summasq; illi gratias re-
fero, vtq; cum eximio *Io. Petro Fon-*
tanell. dec. 367. ex n. 4. verba faciam
21 *Debeo multum Aduocationi, quia ab il-*
la quamplurima beneficia accepi, & post
Deum Optimum Maximum, à quo *om-*
nia bona, vix alij debeo quicquam; Si
quid enim mihi fortuna, quæ nō fuit ma-
la, facultatū erogauit; Siquid nominis
nactus fui; Siquid apud alios valui; Si
quid deniq; honoris sum in orbe adeptus,
ab ipsa, quasi ab scaturiēti quodam fon-
te, dimanasse profiteor: Vndè obno-

xium, & deuinctum me iudicaui
semper Collegis meis, Procuratori-
bus, omnibusq; alijs totum insectā-
tibus, meam præstare operam, spon-
tèq; mea in omnibus occurrere, op-
tauiq; ex corde minimè denegari
Aduocatis illos, quos merentur ho-
nores, neuè quicquam auferatur
eius, quod est debitum in honoran-
22 tijs; Et memoria teneo celeberrimi
Causarum Patroni Octauij Vitalia-
ni Præceptoris mei semper extol-
lendi dicterium, illud non debere
esse minus contentos causarum Pa-
tronos eorum vocatione, & statu,
quàm sint Magistratus; Viuant (aie-
bat) quantum velint Officiales in
eorum maiestate, suis potiantur ho-
noribus, gaudeant suis primis sedi-
bus, & accubitibus, suo perfruantur
primatu, in conspicuitate ipsorum
permaneant lætabundi; Aduocati
nihil prorsus ipsis inuidere debent,
nihil vltrà desiderio excogitare, mi-
hiq; eius discipulo insinuabat non
defuisse plures ex Magistratibus,
quos ipse benè nouerat, qui nostrā
23 animi tranquillitatem aliquādo in-
uidebant; qui nostram independen-
tiam exoptabant; qui nostram sta-
tus stabilitatem cupiebant; qui tan-
dem similes nobis esse in multis vo-
lebant, quibus alludit idemet *Fon-
tanell. loc. mox citat. n.* 6. Et è contra
quamplures agnoui *Ego* Aduocatos
Magistratus desiderantes, inhiātes,
dùm in culmine Aduocationis exi-
sterent. Hæc est Lector rerum hu-
manarum vicissitudo.

Clientibus si inseruiam, rectèq;
operam meam erga illos nauasse, si
intelligam in eorum causis defen-
dendis, perorandisque, quas præ
manibus frequentes, & graues ha-
25 beo, summum propositi mei assecu-
tus sum; Nec alium præposui mihi
finem in tot librorum compositio-
ne, atq; editione, nisi vt omnium
rerum Opifici talētum meum cum
lucro exhibeam; de reliquo breuis
est vitæ terminus, minori dierum,
numero annorum meorum circu-
lum absoluam, cum maiorem vitæ
partem iam consumpsi, licèt iuueni-
lem adhùc ætatem agam; Et de his
hactenus.

SVMMARIVM.

1 Dom. Regentis Scipionis Rouiti *laudes, plurium authoritate Doctorum, seriosè recensentur.*

2 *Scriptores improbantur eò quod siccis verbis, & satis ieiunè* Dom. Regentem Scipionem Rouitum *allegauerint.*

3 Author *obiurgat Scriptores, improbantes* Dom. Regentem Scipionē Rouitum.

4 *Sequestrum, an possit fieri pendente discussione nullitatum propositarum à sententia, & decreto Tribunalis habentis exequutionem paratam? dubitauit* Dom. Reg. Rouit. in loc. indicato.

5 Author *sustinuit opinionem, quod pendente discussione nullitatum, non debet fieri sequestrum.*

6 *Sententia nulla, sententiæ nomen non meretur, nec actum aliquem validum producit.*

7 *Determinatio affertur geminata, quod pendente discussione nullitatum, potest fieri sequestrum, quando sententia, vel decreta manarunt à Tribunali habente exequutionem paratam.*

8 *Articulus iuris, si binam habeat iudicaturam, inducitur consuetudo sic iudicandi in posterum.*

9 *Mutanda non sunt, quæ certam habuerunt determinationem.*

AR-

ARGVMENTVM.

Sequeſtrum poſſe fieri pendente diſcuſſione nullitatū propoſitarum à ſententiâ, & decreto Tribunalis habētis exequutionem paratam, dubitauit *Dom. Reg. Scipio Rouit. in commentar. ad prag. 5. ſub tit. de offic. Sac. Conſil. n. 29. verſ. Verum*; Verùm *Author* adducit duas alias determinationes conſimiles in caſibus indicatis, in quibus *Sacrum Conſilium* approbauit ſententiam præfati *Dom. Regent. Rouit.* cuius laudes à probatiſſimis viris ſparſim enunciatę, ab *Authore* in vnum colliguntur, adeòquod rectè obiurgandos eos exiſtimet, qui tantum virum obiurgare tentauerint, eius doctrinę vi, & efficacia minimè intellecta, eòq; pudentiùs, ſi ſiccis ſanè verbis, & immorigeratè de tanto viro verba fecerint.

OBSERVATIO LXXVI.

SVbdubiùs cùm exiſteret in propoſiti articuli determinatione inſignis ille vir omni æuo cum laude numerandus *Dom. Reg. Scipio Rouitus*, ſicuti eximij peracti, & currentis ſæculi Doctores Supremos Magiſtratus agentes ſparſim eum allegantes collaudarunt,
1 inter quos emicant *Reg. Io. Franc. de Pont. in tract. de poteſtat. Proreg. tit. 1. §. 4. n. 28. circa med.* vbi doctiſſimum, & in *tit. de abundan. Ciuit. §. 2. n. 6.* doctiſſimum, & morigeratum Aduocatum appellat *Reg. Io. Franciſc. Sanfelic. dec. 140. n. 10. par. 1.* vbi venerandæ ſemper memoriæ enunciat, ac doctiſſimum in *dec. 189. n. 37. & dec. 212. n. 6. in fin. Reg. Hector Capyc. Latro Ill. March. Torell. dec. 57.* vbi eruditiſſimum præconizat, & pro coronide (vt cæteros ſileam) hæc de tanto viro protulit verba, *Ill. Dom. Præceptor meus Marchio Ramont.* qui poſt expleta ſumma cum laude, & integritate omnium Magiſtratuum Supremorum munera, meruit à Sereniſſimo Rege noſtro in Sac. Reg. Conſil. Præſidem aſſumi in *1. controuerſ. forenſ. centur. cap. 13. n. 25.* ibi, *Dominus Regens Rouitus vir ſummæ integritatis, & doctrinæ, & cap. 19. in fin.* ibi, *Nuper in lucem prodierũt poſt hac ſcripta doctiſſimæ deciſiones celeberrimi Iureconſulti, & Domini mei Regentis Rouiti, qui ſubtiliſſimo calamo pro ſuo more, quæ nobis hic deſunt, magiſtraliter enucleauit*, & *cap. 33. in fin.* ibi, *Rem igitur cautiùs perpendendam in occurrenti cenſeo propter authoritatem tāti Iureconſulti, & communis Preceptoris, ſemper apud omnes veneratione, & admiratu dignā*, & alibi paſſim.

Adeò

Adeò quod stomachatus sum, dùm innotuit Doctores aliquos, vix dignos, vt tanti viri corrigia calceamentorum in legali sapientia sol-
2 uant, nullo innixi fundamento, absq; sale scientiæ, & minus conscientiæ, ieiunè satis, siccis verbis, ac parùm morigeratè in eorum scriptis de eo verba fecisse, quodq; (proh ipsorum
3 dedecus) obiurgare eius placita, ipsumq; repræhendere non sunt veriti, pudebundè satis sibiipsis blandientes, magnosq; fore existimandos leguleos, suasum habet, eò quod certamen cum tanto Præceptore sustinuerint? Emoriar? si *Regentis Rouiti* sensum (ni dicam verba) percipere valuerunt in eo, quod improbare enixi sunt in *Commentar. ad d. prag. 5. sub tit. de offic. Sac. Reg. Consil.*
4 *n. 29.* vers. *Verù*, inquiens, *fortasse poterit procedere ad sequestrum Iudex quando nullitas non est notoria, etiamsi fuerit à parte apposita, pendente illius discussione quando ageretur de executione sententiæ, aut decreti Tribunalis habentis executionem paratam*; ansam præbuit
5 mihi patrocinanti pro D. Alonso Sanchez, qui sententiam Sac. Consil. in contrarium habuerat in causa vertẽte cum Bectina de Oria, (dùm alter ex Collegis eius iura tuebatur, & per *Me* omni debita reuerentia de nullitate dictum fuit, vt assererem minimè ad sequestrum debere procedi, pendente discussione nullitatum à *Me* propositarum cum deposito ducatorum 180. seruata forma Regiarum Pragmaticarum, donec fuerint nullitates prædictæ discussæ, pro quarum discussione instabam, & meum hoc fundabam assumptum, quia sequestrum petebatur vigore sententiæ Sac. Consil.
6 & in eius exequutionem, at explorati iuris esse insinuabam sententiã nullam, sententiæ nomen non mereri, nec actum aliquem producere validum, ad *tex. capitalem in l. 4. §. condemnatum, ff. de reiud. l. non putauit, §. non quæuis, ff. de bonor. possess. contra tab. cap. fin. de re iud. in 6. cum concordan.* sicuti adducit *glosamet in d. clem. 1.* in verb. *Non obstante.*

7 Cùmq; postmodum casus similis defendendus mihi contigisset pro Ill. Duce Acheruntiæ coutra Ill. Principem Petræ Elcinæ, pro cuius parte fuerũt propositę nullitates aduersus decretum Sac. Consil. interpositum in fauorem dicti Ducis, earumq discussionem morabatur Princeps, visum fuit Sac. Cons. de anno 1649. interponere decretum, quod fieret sequestrum contra Principem, à quo decreto dixit de nullitate Princeps, pluresq; nullitatum species proposuit, inter quas ea supra cęteras caput efferebat, quia pendente discussione nullitatum, non erat locus sequestro, cui *Ego* replicãdo adducebam doctrinam *Dom. Reg. Rouit. in d. prag. 5. n. 29.* & determinationem factam in causa prædicti D. Alonsi Sanchez, existente Commissario Regio Consiliario Dom. meo Gaspare Soto, & Acuño vno ex votantibus in prædicta causa Ducis Acheruntiæ, vndè emanauit decretum, votantibus Dominis Consiliarijs Io. Baptista Amendola Commissario, etiam ex peculiari rescripto Suæ Excellentiæ, & Ill. Marchione Ramontis Sac. Consil. Præside, Ianuario Pinto, Ill. Marchione Toraluæ, D. Benedicto Trelles, Io. Baptista Iouino, Aloysio Gamboa, & Ill. Duce Marigliani D. Iulio Mastrillo penès acta dicti Principis cum Duce Acheruntiæ.

8 Adeò quod ex hac bina iudicatura inducta est consuetudo iudicãdi circa hunc articulum iuris, sicuti testatum reliquit *Afft. dec. 96. & D. de Franch. dec. 238. & dec. 91. n. 16. Cas. Barz. dec. 98. n. 12. Io. Petr. Fontanell. dec. 245. n. 18. par. 1. & dec. 579. n. 17.* vers. *Quatuor ex eis in fin. par. 2.* & mutanda non erunt,

quæ

9 quæ in eiuſmodi articuli enucleatione, certam habuerunt à tanto Prętorio determinationem, ad *tex. in l. minimè cum ſeq. ff. de legib.*]

SVMMARIVM.

1 E Xcellentiſſimus Regni Prorex Comes de Ognate laudatur.

2 *Vniuerſitates Terrarum, earumq; Ciues, & Oppidani, quod præferantur extraneis in emptione frumenti collecti in agris dictarum Terrarum, ſuſtinuit* Author *in caſu currenti.*

3 Iacobus Cancerius *laudatur.*

4 Author *lætatur, quod* Iacobus Cancerius *ſuam approbauerit ſententiam in caſu propoſito.*

5 *Ciues, & Oppidani præferuntur exteris in emptione frumenti, ſoluto pretio.*

6 *Colonus volens vendere fructus, quos ex agro conducto percepit, poteſt cogi, vt eos vendat Domino fundi potius, quàm alij, iuſto tamen pretio.*

7 *Dominus fundi locator habet ius prælationis in emptione fructuum è re locata perceptorum.*

8 *Prælatio competens Fiſco quoad metalla, non procedit in alijs caſibus.*

9 *Coloni vt cogantur Domino fundi, fructus ex fundo cauſa conductionis perceptos vendere durum eſt, & ab omni ratione prorſus alienum.*

10 *Vendere quis cogitur rem propriam iuſto pretio ex cauſa publica, & imminentis inopia.*

11 *Magiſtratus cuilibet Prouintia Præfectus, potius eius Prouinciæ, quàm alterius, curam habere debet.*

12 *Ciues compellendi ſunt ad exhibendum frumentum tempore neceſſitatis in foro publico, & vendere ipſis Oppidanis potius, quàm exteris.*

13 *Charitatis ordine, tenetur quis plus, ac prius ſubuenire, quibus ſanguine, aut alia neceſſitudine coniungitur.*

14 *Frumentum habens, tenetur tempore neceſſitatis, id* Ciuibus *potius, cum quibus ei communis eſt patria, ſubuenire, & vendere, quàm exteris.*

15 *Patria oppreſſa fame, ſiue alio malo, tenetur quis potius totis viribus opem ferre, quàm alteri Ciuitati.*

16 *Patria plurimum debetur.*

17 *Frumentum ex vnius Vrbis agris collectum, primùm eidem Vrbi eſt diſtribuendum ad alendos* Ciues, *qui agros illos coluere, & colunt, & ipſius* Ciuitatis *onera ſubeunt, eamq; defendunt, ac tutantur.*

18 *Ciues cogi poſſunt frumentum, ordeum, typham, panicum, Auenam, & alios fructus ex agris illius* Ciuitatis *collectos,* Ciuibus, *& Oppidanis vendere potiùs, quàm exteris, iuſto tamen pretio.*

19 Ciues *poſſunt fructus exteris iam venditos, accipere iuſto pretio, inuitis emptoribus, & venditoribus.*

20 *Pretium quale ſit attendendum in ſolutione frumenti, quod* Ciues *acceperunt inuitis emptoribus, & venditoribus, an illud quod valet tempore quo ipſi acceperunt, vel quod dederunt exteri.*

21 *Pretium iuſtum an ſit diiudicandum illud quò poteſt res vendi in foro.*

22 *Iuſtum rei pretium dicitur, quod in foro inuenitur.*

ARGVMENTVM.

Vniuerſitates Terrarum, earumque Ciues, & Oppidani, an præferantur extraneis in emptione frumenti collecti in agris dictarum Terrarum, & ſic

sic Ciues habentes tale frumentum, teneātur illud potiùs ipsis Ciuibus,& Oppidanis, quàm aliis eodem prętio vendere? Contingibilis sanè disputatio, cui plurimum fauere eos, qui pro Vniuersitatibus calculum prębuerunt, insinuat *Author*, qui & ipsam amplectitur opinionem vti veriorem, & magis communem, Indè descendit ad alteram quæstionem *Author*, An Colonus volens vendere fructus, quos ex agro conducto percepit, vrgeri possit, vt eos Domino fundi potiùs, quàm aliis vendat, iusto tamen prætio? Et iterum affirmatiuam approbat *Author* sententiam. Itidem An Ciues compellendi sint ad exhibēdum frumentum tempore necessitatis in foro publico, ipsisq; Oppidanis potiùs quã exteris vendere? Qua in re adhùc affirmat *Author*, qui in eiusmodi quæsito pro coronide inuestigat quale prætium sit attendendum in solutione. Illudnè quòd erat tempore quo Ciues acceperunt frumentum à Ciuibus, & Oppidanis, etiam venditum exteris inuitis emptoribus, & venditoribus, vel illud quod exteri dederunt? Et an prętium quòd currit in foro sit attēdendum eò quod iustum diiudicetur prętium? quorum quæsitorum resolutionem, in discursu noster reperiet Lector.

OBSERVATIO LXXVII.

Memoria recolo super eiusmodi quæsito à *Me* fuisse expostulatum responsum anno prętérito, quando plebicularijs ortis commotionibus,
1 admirabili Excellentissimi magni Principis Comitis de Ognate Regni Proregis prudentia, ac indicibili vigilantia postmodum sedatis, aliàs à *Me*, sed nunquam satis laudati, magna aderat annonę caritas in Regno, & licèt insudauerim (vt expetenti morem gererem) plures reuoluendo Codices, punctuatim tamen articulum tactum à DD. tunc non inueni, vndè per tramites iuris, verosq; terminos affirmatiuam secta-
2 tus fui sententiam, Deindè plurium mensium interstitio, aliud agens, aliumuè elaborans articulum, incidi
3 in *Cācer.* virum sanè eruditissimum magnum practicum, qui in 2. *lib. variar. resol. cap.* 11. *de Emphyteus. n.* 53. in terminis rem agens meæ arridet
4 sententię, de quo non mediocriter lętatus sum, itaq; ipsum consuluisse tradit Vniuersitati Villęfrãchę Pœniten. aduersus Syndicum Minorissę, qui magnam quantitatem frumenti ex dicta Villa extrahere cupiebat, innixus Authoritati eximij illius Hispani Iureconsulti *Didaci Couarr. in lib. variar. resol. cap.* 14. *n.* 6.

n. 6. vers. *Ab eisdem, rubr. an inuitus quis vendere, vel quid agere cogatur,*
5 vbi id procedere autumat, etiamsi venditum iam fuisset frumentum exteris, nam eodem soluto prętio, possunt Ciues illud accipere inuitis emptoribus, & venditoribus, per *tex. in l.* 1. *C. de metallar. lib.* 11. quo in loco *Bartol.* omnium primus (si tamen ipse est) & deindè *Angel. Io. de Platea, & Lucas de Penna* adnotarunt,
6 colonum volētem vendere fructus, quos ex agro conducto sibi perceperit, cogendum esse eos vendere Domino fundi potiùs, quàm alteri,
7 iusto quidem prętio; atque ità Dominum fundi locatorem ius prelationis habere in emendis fructibus è re locata perceptis, id quod affirmarunt *Roman. in l.* 1. *n.* 7. *ff. sol. matr. Ias. in l. fin. n.* 11. *C. de iur. Emphyt. Matth. de Afflic. in proem. Constit. Regn. q.* 3. *ad fin. Felin. in cap.* 1. *de iuda. Anton. Burgen. in cap.* 1. *de emptio. n.* 18. *Tiraq. in lib.* 1. *de retract.* §. 1. *glos.* 18. *n.* 2.

Horum autem opinionem licèt receptissimam fateatur *Couarr. loc.*
8 *cit.* attamen falsam censet opinionem *Bartol.* nec iure probari tradit in quolibet casu, sed tantùm in peculiari quodam, ac priuilegiato, sicuti obseruat esse casum *tex. in d. l.* 1. *C. de metallar.* quippè qui in metallis, & in Fisco obtineat speciali quodam fauore Fisci, & metallorum, vt ea penès Principem sint, non penès priuatos. Ea igitur ratione metallarij à Principe obtinentes ius fodiendi metalla, & ea expurgandi coguntur metalla iusto prętio Principi vendere: eam autem constitutio-
9 nem ad priuatos deducere, vt coloni cogantur Domino fundi, fructus ex fundo causa conductionis perceptos vendere, durum est, ab omniq; ratione prorsus alienum; Censet tamen *Couarr.* veram opinionem *Bartol.* in themate proposito, vers. *Ter-*
10 *tio mihi,* ex eo quia ex causa publicę inopię cogitur quis rem propriā
11 iusto prætio vendere. Magistratus autem cuilibet Prouincię Præfectus, potiùs eius Prouinciæ, quàm alterius curam habere debet, sicuti ma-
12 nifestum est, quò fit vt Ciues compellendi sint ad exhibendum frumentum tempore publicæ necessitatis in foro publico, & vendere ipsis Oppidanis potiùs, quàm exteris.
13 Idq; ex charitatis ordine constare tradit *Couarr.* ibi vers. *Deindè,* quo plus tenetur quis, ac prius subuenire, quibus sanguine, aut alia necessitudine coniungitur, adducens *Apostol. ad Galatas cap.* 9. ibi, *Dùm tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei,*
14 vndè deducit habentem frumentum tempore necessitatis, teneri quidem id potiùs ciuibus, cum qui-
15 bus ei communis est patria, subuenire, & vendere, quàm exteris: Eò fortiùs, quia tenetur quis patriæ oppressæ famæ, alioue malo, totis viri-
16 bus operā ferre potiùs, quàm alteri Ciuitati, cùm patriæ plurimum debeatur, & postmodum se mihi obtulit *Mexia ad l. Tolet. seu in Pragm. Taxæ panis in* 5. *concl. n.* 110. vers. *Ex antedictis*, satis lepidè, inquiens
17 æquissimum esse, & rationi consentaneum, quod frumentum ex vnius Vrbis agris collatum, primum eidem Vrbi distribuatur ad alendos Ciues, qui agros illos coluere, ac colunt, & ipsius Ciuitatis onera subeunt: eamque defendunt, ac tutantur, quo in
18 casu cogi possunt Ciues frumentū, ordeum, typham, panicum, auenam, & alios fructus ex agris illius Ciuitatis collectos, Ciuibus, & Oppidanis vendere potiùs, quàm exteris, iusto tamen prætio, & *n.* 111. vers. *Valentq;* subdit Ciues posse dictos
19 fructus exteris iam venditos accipere iusto prætio inuitis emptoribus, & venditoribus, secundùm practicos inducētes *tex. in d. l.* 1. *C. de metal-*

tallar. lib. 11. & sentiens obstaculum contra *Bart. in d. l.* 1. tenet cum *Couarr.* quem Præceptorem suum appellat in *d. cap.* 14 *num. 6.* minimè veram esse Annotationem *Bartol.* eiusq; Asseclarum in *d. l.* 1. sed eorum opinionem cum *Bartol.* esse receptissimam, itaq; hactenus fuisse obtentum, licèt non probetur in *d. l.* 1. satisq; iure, & ratione defendi, & satis miratus sum quomodo *Cancer. loc. cit. Mexiam* non adduxerit. Et quoniam articulus praxi forensi est accommodatissimus, nolui silentio pretermittere.

20 Quale autem prætium Domino
frumenti à Ciuibus ipsis, siue Vni-
uersitate sit exoluendum, an sicuti
valet tempore quo ipsi accipiunt,
vel idem pretium sit exoluendum,
quod exteri dederunt? Consulen-
dus est *Couarr. loc. cit.* vers. *Quarto
præmissa*, & *Mex. loc. itidem adducto*
21 *n.* 113. vers. *Quod etiam obtinet.* Et
an iustum rei prætium censeatur il-
lud quod potest vendi in foro? Vi-
dendus est *Ias. in l. qui Romæ, §. coha-
redes n. 25. ff. de verb. obl. & in l. etsi
æquo n. 4. cum seqq. ff. de legat.* 1. *Io.
Nider. de contractib. mercatur, cap.* 2.
à n. 2. *Couarr. lib.* 2. *variar. cap.* 3.
n. 4. *in princ. Arias Pinell. in l.* 2. *C. de
rescind. vend. par.* 3. *cap. vltim. n.* 17.
Tiraq. de retract. lignag. §. 1. *glos.* 18.
n. 1. *Stracc. de mercatur. par.* 1. *n.* 91.
ad fin. Mex. in prag. Taxa panis concl.
4. *n.* 26. *Gemin. de vsur. commen.* 1.
§. 8. *n.* 167. *Menoch. cons.* 177. *n.* 4.
Didac. Perez in l. 1. *glos. fin. tit.* 9. *lib.*
1. *Ordinat. & l.* 6. *glos.* 1. *tit.* 1. *lib.* 2.
& l. 2. *tit.* 23. *lib.* 2. *pag.* 429. *Mascar.
de probat. concl.* 656. *n.* 70. *& concl.*
1396. *n.* 35. vbi dicit, quod iustum
22 rei prætium est, quod in foro inue-
nitur.

SVMMARIVM.

1 *Ferro viam aperit, qui per contraria procedit.*

2 *Assensus est stricti iuris, nec extenditur de re ad rem, de persona ad personam, de contractu ad contractum, de casu ad casum, neq; de tempore ad tempus*, & n. 9. *distingue* n. 17. & 27.

3 *Assensus præstitus super testamento, an censeatur præstitus super substitutione.*

4 *Assensus est gratia, quæ regulatur à formalitate verborum, &* n. 20.

5 Rex *non tenetur de iure ad præstandum assensum alienationi rerum feudalium.*

6 *Gratia testandi de feudo, debet strictè intelligi.*

7 *Substitutus dicitur hæres*, & n. 11. 14.

8 *Assensus assumit naturam actus, super quo interponitur, & tolit obstaculũ, & regulatur à contractu*, & n. 15.

9 *Testamenti materia valdè fauorabilis est*, & n. 28.

10 *Constit. Regn. loquens de dotatione sororis, comprehendit etiam amitam.*

12 *Interesse indiuiduũ voluntatis consideratur in alienatione feudorum.*

13 *Natio prouocat, atq; deteret.*

16 *Sententia, & decretum sunt stricti iuris.*

18 *Assensus dupliciter considerari potest, vel vt priuilegium, & dispensatio, vel vt tollatur obstaculum.*

19 *Laudes* Dom. Reg. Fuluij Constantij.

21 *Principis beneficiũ latissimè interpretatur*, & n. seq.

23 *Expressũ habetur quicquid sequitur ab expresso, licet videatur tacitũ, & colligatur ex mente*, & n. 25.

24 *Assensus trahitur ad id quod est tacitũ*, & à l. subauditum, & n. 26.

29 *Actus quilibet etiam strictissimus virtualiter includit ea, quæ per viam*

comprahensionis veniunt.
30 *Extensio non dicitur, quando eadem militat ratio, sed est declaratio, & interpretatio*, & n. seq.
32 *Dispositio, qualibet verificatur in primo actu odioso tamen, non fauorabili.*
33 *Fideicommissũ an sit odiosũ, vel fauorabile*, & n. 41. *vbi distinctio.*
34 *Dispositio qualibet fauorabilis, vel odiosa, quando dicatur*, & n. 38.
35 Senatus Consul. Macedonianum, *dicitur odiosum*, Velleianum *autem fauorabile.*
36 *Filiusfam. soluens pecuniam debitam, non repetit, mulier autem sic.*
37 *Origo cuiusq; rei attenditur, actumq; denominat.*
39 *Fideicommissa principaliter sũt introducta ad conseruationem bonorum.*
40 *Vltimas hominũ volũtates exequi, expedit Reipublicæ.*
42 Minad. conf. 8. *explicatur.*
47 Loffr. conf. 8. *declaratur.*
44 Decis. Dom. Præsid. de Franch. 153.
45 *Doctores in tractatibus preferũtur DD. in Consilijs.*
46 *Assensus præstitus super sorte principali, an extendatur ad interesse.*
47 Author *gaudet inuenisse apud* Surd. *nonnulla eius opinionem comprobantia.*

ARGVMENTVM.

Assensus præstitus per Sacram Catholicam Maiestatem testandi de feudo, an compræhẽdat etiam substitutionem, siue ex vi comprehensiua, siue ex natura annexi, & consequentis, siue alijs de causis adductis, quo loci expenditur, assensum esse stricti iuris, nec admittere extensionem, quibus in casibus procedat, & quando naturam actus, cui accedit, assumat, & quid sit stet in vim dispensationis, & priuilegii, vel in vim gratiæ simplicis, vt tollat tantùm obstaculum? Fideicommissa de per se, an sint fauorabilia, vel odiosa, & qualiter dignoscatur dispositio quælibet fauoremnè contineat, vel odiũ? *Loffred. cons.* 8. *Minad. cons. itidem* 8. *et Dom. de Franch. dec.* 153. non inscitè declarantur.

OBSERVATIO LXXVIII.

1 QVI substituti partes impugnant, ferro viam aperiunt per contraria procedentes secundùm *Bald. in l. petens, C. de pact.* Et

2 Primò: facit communis illa conclusio, assensum scil. esse stricti iuris, secundùm *Iser. in cap. Imperialem de prohib. feu. alien.* per *Feder.* vbi *Affl.* 12. *notab. q.* 8. *Frecc. de subfeu. lib.* 2. *q.* 20. *per totam.* Ideòq; non extenditur de re ad rem, neq; de contractu ad contractum, neq; de tempore ad tempus, neq; de persona ad personam, neq; de casu ad casum, ex tra-

ditis per *Dom. de Franch. dec.* 105. *n.* 2. *& dec.* 113. *n.* 2. *& dec.* 153. *n.* 24. *Ann. sing.* 140. vbi optima additio. *Dom. Reg. Rouit. super prag.* 1. *de fid. memor. Dom. de Pont. conf.* 36. *n.* 7. 8. *vol.* 1. Si igitur sit stricta interpretatio, præsti-
3 to assensu super testamento, non debet intelligi præstitus super substitutione, nam esset extensio prohibita à regulis iuris feudorum.

Secundò, assensus est quædam dispensatio, & gratia, quæ regula-
4 tur à formalitate verborum, vt per *Archid. & Butr.* quos allegat *Frecc. d. q.* 20. *n.* 2. *Camer. in cap. Imperial. fol.* 44. *lit. I. & S.* & propterea Rex
5 non tenetur de iure ad illam faciendam, *cap. si gratiosè de rescript. Ann. in alleg.* 39. *Dom. Reg. Tap.* non mi-
6 nùs doctè, quàm eruditè *dec.* 11. *n.* 7. hinc gratia testandi de feudo debet strictè intelligi, *Ann. alleg.* 45. ergò assensus non extenditur ad substitutionem.

Tertiò facit: nam Dominus assentiendo testamento, censetur denegasse assẽsum substitutioni, *l. vnica*, §. *sin autem deficientis*, C. *de caduc. toll. l. ait Prætor, ff. de Iud. cap. nonnè de præsumpt.*

Quartò, allegant authoritatem *Loffred. in cons.* 7. *Minad. in cons.* 8. *& Dom. de Franch. in dec.* 153. qui videntur sententiam hanc exprobare.

Qui verò substitutionis validitatem affirmant, audacter sustinent assensum præstitum super testamẽto, comprehendere etiam casum substitutionis ex pluribus, &

Primò aiunt negari non posse substitutum esse hæredem, per *tex.*
7 *in l. potest quis, ff. de vulg. & pup.* vbi *Mart. I. C.* ait, *Potest quis plures gradus hæredum facere*, & habetur *Instit. in princip. de vulg. subst.* & quod omnis substitutus sit institutus, *tex. in l. in ratione*, §. *pen. ff. ad l. falc.* quem allegat *gl. in l.* 1. *C. de edict. Diu. Adr. toll. Becc. cons.* 108. *n.* 39. *&* 40. Si ergò assensus est præstitus testamento, quod in hæredis institutione consistit, & substitutus est hæres, ergò assensus proficit substituto, non quidem per viam extensionis, sed per viam comprehensionis, vt infrà fusiùs.

Secundò, assensus habet se ad in-
8 star stipulationis, quæ assumit naturam actus, super quo interponitur, secundùm *DD. in rubr. ff. de verb. obl.* vbi *Ias. q.* 5. & *Socc. in princip.* & de assensu tradit *Andr. in d. cap. Imper. col.* 6. ibi, *Sed si vendebatur*, *Camer. ibid. fol.* 52. *lit. T.* & alij plures, quos refert, & sequitur *Dom. de Franch. d. dec.* 153. *n.* 23. Est namq; assensus quodam Principis beneficium, quod latissimè interpretatur *Iser. in d. cap. Imper. col.* 3. *in princip.* allegat *tex. in l. fin. ff. de constit. Princip.* vbi habetur ad literam; Tollit nãq; assensus impedimẽtũ; & obstaculum qualitatis feudalis respectu, non autem addit potestatem contrahendi, *Io. Fab. in* §. *Non solum, Instit. de legat.* & nihil transfert, ità quod obligari feudum, vel non obligari dependet ex contractu feudatarij, *Iser. d. cap. Imperialem col.* 6. ibi, *Quamuis assensus*, & regulatur assensus à cõtractu, non autem contractus ab assensu, hoc posito, assensus præstitus super
9 testamento, cuius materia valdè fauorabilis est, *l. vel negare, ff. quemad. test. aper.* & optimè *Peregr. in suo absoluto tractat. de fideicom. art.* 1. *n.* 23. *in fin. & n.* 24. debet regulari à testamento, quod latissimè est interpretandum, ità vt comprehendat substitutionem in testamento contentam ex vi comprehensiua.

10 Tertiò, vera est conclusio, quod si in assensu sit demonstrata persona, propter quam Rex assentit, restringitur ad illam *l. cum ità legatur, & l. cum ità datur, ff. de condit. & demonstr.* latè *Camer.* post *And.* feudistarum facilè Princeps, in *cap. Imper.* 2. *concl. fol.* 43. tamen si assensus non respicit personam, sed obligationem tantùm,

tùm, vel actum, quem permittit, nõ fit talis restrictio, *Iser.in Const.quamplurimum de adiutor.exig.* vbi statutũ de filia, & sorore dotanda extenditur ad amitam, quia Constitutio non considerauit personas,sed actũ dotationis, quæ procedit etiam in amita; In casu autem præsenti assensus à Rege fuit præstitus indefinitè super testamento nulla certa persona designata,& ideò comprææhendit etiam substitutionem ex vi
11 compræhensiua, nam, & ipsa substitutio testatio mentis est, &si subordinata ad institutionẽ; Non enim Rex concessit assensum testandi pro Caio, Mæuio, vel Sempronio, ità vt
12 possit considerari interesse indiuiduæ voluntatis, ad *l.fin. ff. de vsu, & hab.* quam post *Camer.* latè exornat *Gizzar. in dec.* 5. sed expressit tantùm causam testandi, quę æquè se habet ad testamentum,ac ad substitutionem, eò magis si persona substituta fidelis sit, & à fidelibus originem trahit à contrario sensu, *tex.*
13 *in l. quod si nolit*, §. *mancipia, ff. de edil. edict. l.quisquis,* C. *ad l. Iul. Maiest.*& hanc opinionem licèt sub inuolucro verborum, tenuit *Camer. in cap. Imperialem fol.* 53. *lit.O.*

Quartò, eadem est ratio de toto, ac de parte, *l. si quis cum totum, ff. de excep. reiiud. l.qua de tota, ff.de reiuẽd.*
14 *cum concord.* Sed substitutio est pars testamenti secundùm *Repetentes in rubr.ff.de legat.1.* Ergò assensus præstitus super testamento, compræhẽdit etiam substitutionem vti partem,imò etiam vti quid annexum,
15 & clarum est,idem esse iudicium de annexis, & connexis, *l.* 3. §. *iudicio contrario, ff. de contrar.act.tut.*Igitur assensus super testamento,compræhendit etiam substitutionem,ità post *Camer.* in sæpius *cit. cap. Imperial. 6. conclus. fol.* 47. tenet *Gizzarell. in dec.* 70. *n.* 5. vbi subdit, hanc esse veritatem.
16 Quintò, & tandem: Sententia etsi stricti iuris secundùm *Afflict. in dec.* 215.*& Dom.de Franch.in dec.*680. tamen non modo in eo quod expressit,sed in omni suo antecedenti, & consequenti necessario, sententia est, & authoritatem parit rei iudicatæ, *l.aduersus, ff. de recep.arbit. l. vlt.* §.*vlt. C.de vsur.rei iud. Cacher. dec.* 64. *per totam*, dùm enim condemnat substitutum, continet etiã institutum esse non posse hæredem, *l. si inter me, & te, ff. de excep. rei iud.* sed substitutio habet se, vt consequens necessarium ad institutionẽ, nam illa deficiente, statim habet locum substitutio; ergò assensus præstitus super testamento, compræhẽdit etiam substitutionem vti consequens ipsius.

Ingenuè profiteor, hanc opinionem, quæ substitutionis validitatẽ suadet, mihi satis arridere, proin contraria diluenda sunt, vtq; ordinatè procedamus, eandem sectabimur methodum, quam præposuimus in eorum propositione.

Et Primò, id quod dicitur de assensu, quod sit stricti iuris, procedit
17 quando Dominus per illum concedit aliquid, quod sit *contra ius commune feudorum, vel contra naturam feudi*, at vbi consentiendo nihil tradit, *sed tantùm tollit obstaculum suæ voluntatis*, tunc assensus non habet vim dispensationis, sed beneficij, & nõ interpretatur strictè *Mart.Laud. in cap.1.in princ. col.2. de his qui feud. dar.poss. Camer. in cap. Imperial. in 2. conclus.* vers. *Quod quidem argumentum*,vbi allegat sic voluisse *Bal.Mar. Laud.Claud. Seisell. & Ias.* Nam secundùm eundem *Camer. in conclus.* 14. vers. *Tertio quod assensus fol.* 63. *& Reg. de Pont.cons.*3.*n.*91.*& in cons.* 57.*n.*18. *vol.*1. Assensus duplici mo-
18 do considerari potest. Primò, vt priuilegium, & dispensatio veluti quando conceditur super institutione bastardi. Secundo modo, vt assentiendo tollatur impedimentũ, quod

quod residebat in voluntate Domini, & consentiendo nil aliud facit, quàm tollere obstaculum legis uetantis feudorum alienationem inuitis superioribus Dominis, quam sententiam nouissimè sequitur, eamq; communem asserit *Dom. Reg. Constantius Marchio Corleti in suis doctissimis Commentarijs ad tres posteriores libros Cod. in l. 1. & 2. de filijs official.*
19 *lib. 12. n. 72.* quicquid in contrariũ scripserit *Lanar. cons. 13.* cui optimè de more respondet idem *Dom. Reg.*
20 *Constantius loc. cit.* & hoc casu assensus non est dispensatio, nec priuilegium, sed gratia, & beneficium, & non modò nõ interpretatur strictè, sed latissimè accipitur, ideò *Andr. in cap. Imperialem n. 4.* appellat beneficium, & in *cap. 1. §. quid ergo, de inuest. de re alien. fact.* appellat gratiã,
21 *Frecc. q. 2. n. 10.* Beneficium autem latissimè interpretatur ad *l. fin. ff. de constit. Princip.* quàm latissimè exornat *Dom. Reg. Tap.* Similiter gratia latè interpretatur, vt post *Iser. Abb.* & alios tenet *Camer. in cap. Imper. 3. conclus. fol. 44.* Cùmq; in thesi nostra assensus nihil contineat, quod sit contra naturam feudi, nam Dominus nihil de suo dat, sed tollit tantùm obstaculum, igitur latissima debet fieri interpretatio, eò magis cum simus in vltimis voluntatibus, & in assensu Regis.

22 Nec dicatur, quod etiam beneficium latè interpretatur solum, quoad expressa, secùs autem quoad ea, quæ non sunt expressa, quia in eis fit stricta interpretatio, vt declarando *d. l. fin.* tradit *Iser. in cap. Imper. n. 4. Camer. 2. concl. vers. Ad hac optimè facit fol. 44. & addit. ad Iser. loco citato*; Nam facilè respondeo ex Iuribus, quæ faciliorem mihi præ-
23 stãt resolutionem, nam pro expresso habetur quicquid sequitur ab expresso, licèt illud videatur tacitum, *Bart. in l. fideiussor, §. meminisse, ff. de legat. 1.* allegat plura *Surd. in cons. 143. n. 20.* & expressum dici, quod ex mente colligitur, probat *gl. in l. Prætor, ff. de nou. oper nunc.* quam approbarunt *Bart. Bal. Ang. Ias. & alij*, licèt
24 assensum trahi etiam ad id quod tacitum est, sed à *l. subauditur*, docet *Andr. in cap. 1. qui success. tenen. Camer. concl. 9. vers. Et videtur dicendum fol. 54.* Nec excluditur ab assensu, quod virtualiter sub assensu includitur, vt per *Andr. in d. cap. Imperial.* quẽ
25 sequitur *Frecc. de subfeud. q. 2. n. 8. & seq.* Et quod ex mente concedentis venit, illud videtur expressum, & inclusum in assensu, *Iser. in cap. Imper. n. 4. & in cap. 1. col. fin. de feu. non hab. propr. nat. Camer. in 8. conclus. in princip. fol. 52.* qui optimè addit id procedere non per viam extensio-
26 nis, sed per viam comprænsionis; cum igitur substitutio succedat pro obseruãda voluntate testatoris, nulli dubium, assensum ex vi comprænsiua illam comprænhendere.

Præterea (vt penitùs hæc obiectio eradicetur) ad idem principaliter
27 aduertimus, assensum esse stricti iuris, quando apponitur contractui qui sit stricti iuris, nam si apponatur contractui bonæ fidei, dicitur bonę fidei, ex quo vt supra probauimus in secundo argumento pro hac opinione, assumit naturam actus, super quo interponitur, cum ergò assensus sit præstitus super materia fauo-
28 rabili, qualis est vltima voluntas, comprænhendit etiam substitutionẽ, quæ & ipsa talis est ex vi comprænsiua, vt per *DD. in l. Gallus in princip. ff. de lib. & posth.*

Ad secundum argumentum, conuenimus cum Aduersarijs, quod assensus sit dispensatio, & vti talis strictè, & rigorosè sit accipiendus, sed negari non potest, quod quilibet actus etiam strictissimus includit virtualiter ea, quæ per viam comprænsionis venirent, nam in materia correctoria, & odiosa includitur etiam casus, qui venit ex mente con-

concedentis,ità in puncto magiſtraliter docuit *Camer. in cap. Imperialem, concl. 8. in princ.* Non .n. dicitur extenſio quãdo eadem militat ratio, 30 ſed eſt declaratio, & interpretatio, *cap. 1. de temp. ordin. lib. 6. Oldrad. conſ. 108. in fin. Surd. conſ. 25. n. 39.* At in ſubſtitutione eadem militat ratio ſeruandi voluntatem teſtatoris, quæ in teſtamento conſideratur, ergò idem ius eſſe debet.

Ad tertium argumentum ſumptum, ex *l. vn. §. ſin autem*, reſpõdeo *d. tex. cum ſimilibus*, procedere in ijs, 31 quæ ſeparatam habent rationem, non autem in conſequtiuis, & connexis, prout eſt ſubſtitutio ad inſtitutionem, ex ſupra adductis, ità *Abb. in cap. quia in tantum de præb. n. 4.* vbi dicit, quod etſi aliquid ſit ſtricti iuris, tamen extenditur ad conſequutiua, & dependentia, & ſubdit hoc dictum eſſe benè notandum, & obliuioni nunquam tradendum, quam ſententiam comprobat multis ſimilibus.

Reſolutis igitur argumentis contrariæ partis, ſupereſt, vt authoritatibus adductis ſatisfaciamus, & erit pariter reſolutum quartum argumentum Aduerſariorum, Et

Primò non obſtat *Minad. in conſ. 8.* qui fundat ſuam opinionem, ex *tex. in l. boues, §. hoc ſermone, ff. de* 32 *verb. ſign.* vbi habetur, quod diſpoſitio ſemper verificatur in primo actu, quo poſito, arguit ipſe aſſensũ præſtitum ſuper teſtamento non poſſe trahi ad fideicommiſſum, quia diſpoſitio verificata fuit in primo actu.

Hoc argumentum etſi prima facie videatur alicuius ponderis, tamẽ ſi funditùs inſpiciamus, leuè eſt, nam communiter concludunt DD. *d. tex.* procedere in actibus odioſis, non autem fauorabilibus, & negare non potuit idem *Minad. d. conſ. n. 1.* vbi pro hac probanda ſententia allegat *tex. in l. legatum, ff. de ann. leg. in l. annua, §. à Titia, & §. item quæro, C. de fideicom. libert.*

Vlteriùs: *Minad.* format quæſtio- 33 nem in fideicommiſſo, quod ſecundum ipſum continet onus, & eſt odioſum, & ſic non datur extenſio, per *tex. in l. commodiſſime, ff. de lib. & poſt. l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut. matrim.* & ità probat in *d. conſ. n 61.* imò totam vim conſtituit in eo, quod fideicommiſſa contineant odium.

Mihi verò, licèt omnium minimo, nuſquàm hæc opinio, quàm *Minadous* pro fundamento ſuæ opinionis conſtituit ſatis arridere potuit, imò à primis *ll.* rudimentis, eam falſam, & contra iuris terminos exiſtimaui (pace illorum dixerim, qui eam approbarunt.)

Vtq; argumenti fallacia detega- 34 tur; meminiſſe oportet, vt actus, vel diſpoſitio fauorabilis, vel odioſa reputetur, inſpiciendam eſſe cauſam principalem, propter quam actus, vel diſpoſitio inducitur, nulla habita ratione de cauſa ſecundaria, ità probat *tex.* ab omnibus ad hoc allegatus in *l. ſiquis nec cauſam, ff. ſi cert. pet.* Hinc Senatuſconſultum Mace- 35 donianum inductum principaliter in odium creditorum contrahentium cum filijsfam. odioſum dicitur, licèt ſecundariò, & ex conſequenti in fauorem filiorumfam. reſultet, qui pecuniam mutuo receptam reſtituere non tenentur, ità cõcludunt *DD. in l. 1. ff ad Senatuſconſul. Maced. & Inſtit. eod.* latiſſimè Noſtrates in *prag. Per excellentem eod. tit.* Sic pariter Senatuſconſul. Velleianum principaliter introductum extitit in fauorem mulierum, quæ ſi pro aliquo intercedant non tenentur, *l. 1.* vbi *gl. ff. ad Senatuſconſ. Valleianum*, nec ex eo quod odium contrahentium ſecũdario contienat odioſum dicetur, quia principalis cauſa inſpicitur, non acceſſoria; Indè eue- 36 nit, quod ſi filijfam. pecuniam creditori ſoluerint, poſteà non repetent,

tent, mulieribus tamen competit repetitio, ea ratione, quia Senatusconf. Maced. odiosum est, Velleianum verò fauorabile, *l. qui exceptione, ff. de condict. indeb.* quam ad hoc allegat *Roma. in conf.* 391. *proposita quæstio*, verſ. *Ad hoc enim*, origo ete-
37 nim denominat actum, eaq; attenditur, *l. qui id quod, ff. de donat.* quem in materia feudali allegat doctiſſimus *Conſiliarius olim Praeceptor meus Io. Andr. Georg. in 1. par. repetit. feudal. cap.* 5 r. *n.* 3. quem meritò Feudiſtarum maximum, & Aduocatum ſua tempeſtate facundum appellat *Dom. Rouit. in prag.* 1. *de tit. abuſ. ſubl. n.* 72. cuius recolenda memoria mihi erit perpetua, nam ſupra meritum me æſtimantem, dùm in humanis agebat, paterno affectu proſequebatur, & dùm calamus ſcribit, oculus lachrimari non deſinit, ità ut dicere cogar infimul cum *Ann. O Mundi calamitas, Amici moriuntur.*

Redeundo tamen de ſemita ad viam: ex prædictis liquet, quod ad cognoſcendum, an diſpoſitio ſit fa-
38 uorabilis, vel odioſa, eſt conſideranda principalis ratio, quæ mouet diſponentem, an concernat fauorem, vel odium; Modò ſic; fideicommiſſa ſunt introducta principaliter ad
39 conſeruationem bonorum, *l. peto, §. fratre, ff. de leg.* 2. & ſic fauorabilia, voluit namq; qui fideicommiſſum ordinauit, ſibi, ſuiſq; proſpicere, vt conſeruetur familia, quæ omnia ſi fauorem continent lippis patet, & tonſoribus, nedùm Iuriſperitis.

Dixi, quod etiam proſpicit ſibi, vt ſeruetur eius voluntas in eo, quod voluit de bonis ſuis fieri; *Nihil enim eſt, quod magis hominibus debeatur, qui vt ſupremæ voluntatis, poſtquam iam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum quod iterum non redit arbi-*
40 *trium,* cecinit *tex. in l.* 1. *C. de Sacroſ. Eccleſ.* Quinimò Reipub. expedit vltimas hominum voluntates exequi, *l. vel negare, ff. quemadm. teſt. aper. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 1. *n.* 34. *Craſſ. in §. fideicommiſſum q.* 3. *Marzar. in Epitom. fideicom. q.* 1. cum *ſexcentis alijs*, quos refert, & ſequitur *Peregr. de fideicom. art.* 1. *n.* 23. *in fin. & n.* 34. *Ego ipſe in* 1. *diſceptat. forenſ. cap.* 14. *n.* 5.

Non me latet: grauiſſimi nominis Authorem tenuiſſe fideicommiſſa
41 perpetua eſſe odioſa, verùm tãtùm abeſt, quod noſtræ ſententiæ refragetur, vt potiùs euidenter pateat magis, atque magis illam approbare, iuſtiſſimè ſiquidem contendit, fideicommiſſa perpetua odium continere, non quod de per ſe inſpecta ipſorum natura ſint talia, ſed ex cõſequenti, quod indè oritur, vt puta litium cumulo, & difficultate probandi identitatem bonorum, quæ adeò difficilis, ne dicatur impoſſibilis quandoq; redditur, vt lites fiant penitùs immortales contra *tex. in l. properandum, C. de Iudic.* ità peroptimè, & ſubtiliter doctiſſimus *Alexãder Turaminus* in celebri ſtudij Neapolitani Academia primeuę Veſpertinæ Cathedræ (non ſine nomine) Anteceſſor à nemine, quem huſcuſque viderim ad hoc adductus in *lib. ſing. Epiſtol. forenſ. epiſt.* 12. *&* 13. Vndè *Turam.* noſtram ſententiam approbat.

Ecce igitur per veras, ni fallor, & Sinodales regulas, Sole clariùs patet, fideicommiſſa nedùm odioſa nõ eſſe, verùm etiam latis fauorabiliora, & Doctores contrarium aſſerentes malè ſentiſſe, ità vt ſublato Aduerſarij fundamento, corruat prorsùs ædificium, *cap. cum Paulus* 1. *q.* 1.

Etſi id procedit in fideicommiſſis, multò magis in ſubſtitutione, de qua agimus, locum habet, vt aſſenſus ſuper teſtamento per viam compræhenſiuam, ſubſtitutionem compræhendat ex rationis identitate, & ſic apparet non obſtare *Minad.*

Attamen, vt vndiq; roborata noſtra

ſtra videatur ſententia,aduerto, *Minad.* formare quæſtionem in *d. conſ.*
42 in materia *cap. Volentes,* quod ſeruatur in Regno vlterioris Siciliæ,& tamen *Cannet.* doctiſſimus Siculus, qui commentauit *d.cap.fol.mihi* 131. *n.*94.tener, per ſubſtitutiones non derogari formæ feudorum, nec minus aliquid immutari quãdo fit diſpoſitio ex authoritate attributa à lege,vel ab homine,contra id q aſſerit *Minad.* cui ſanè *Cannetio* de iure patrio agenti magis eſt credendum.

43 Minus obſtat *Loffred. in conſ.* 8. nàm conſuluit in eadem ſpecie *cap. Volentes*,& cũ eius dictum eodẽ morbo laborat cum *Minad.* eodem antidoto medelam præſtari ſufficit.

Nec tandem refragatur *Dom. de Franch.in dec.*153. Nàm ibi non agebatur, an aſſenſus præſtitus ſuper
44 teſtamento, extendatur ad aliquem actum, ſed caſus deciſionis erat, an ſubſtitutio facta in caſu, quo quis ſine hęredibus deceſſerit, comprahendat tantùm liberos, vel etiam requiratur qualitas hæreditaria, & ſic caſus noſter non eſt deciſus ibi.

Benè verum eſt, quod in *n.*24. *d. deciſ.* perfunctoriè loquendo allegat communem illam concluſionem, quod ſcil. aſſenſus ſit ſtricti iuris, & non extendatur de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum, prout alibi pluries dixerat.& *Ego* indicaui in 1. argumento pro opinione contraria; An autem illa concluſio procedat, quando eadem militat ratio, vel quando ſumus in materia fauorabili, vel ſaltim veniat ex vi comprahenſiua, verbum nullum in *d. dec.* & Nos abundè probauimus; imò eſt aduertendum, quod *Dom. de Franch.* ibi in nulla reſidet opinione, ſed relatis *Minad.& Loffr.*ſubdit cõtrarium tenere *Cannet. & Camer.* qui in pũcto quæſtionis omninò eſt videndus in ſæpè citato *cap.Imperial. fol.*60.*lit. N.* vbi omnibus contrarijs reſpondet, & ſic *Dom.de Franch.*non eſt numerandus pro opinione contraria, vel quia tractat de caſu diuerſo, ex quo non fit illatio,vel quia neutram amplectitur opinionem: Et quatenus coutra Nos eſſet(quod expreſſè negamus)vtiq;ea quæ Nos adduximus conſiderata non fuerũt, nec diſcuſſa, & proindè deciſio dici non poteſt, ſecundùm auream doctrinam *Bal. in l. receptitia, n.*3. *C.de conſtit. pecun.*

Conſtat igitur ex prædictis, opinionem cõtrariam, nedùm iuribus, & rationibus deſtitutam, verùm etiam DD. authoritate denudatam, è contra verò noſtra ſententia adeò iuribus, & rationibus fulcitur,vt vndiq; inconcuſſa remaneat, quicquid dixerint *Loffred.& Minad.* conſulen-
45 do, nam eorum authoritati longè præualent *Camer. & Cannet.* qui tractatus ediderũnt veritati inſeruiendo, non Clientibus in conſulẽdo, ſicuti affirmat *Crau. de antiquit. tempor. par.* 1. *n.* 48. quem allegat, alijs etiam adductis *Dom. Reg. Rouit. conſ.*94.*n.*3. *lib.*1.

Minùs refragatur(ſi quãdo à quopiam allegetur) authoritas *Frecc. de ſubfeu. lib.*2. *q.*20. volentis aſſenſum præſtitum ſuper ſorte non extendi
46 ad intereſſe contra *tex. in l. Lucius, ff.qui pot.in pig. hab.* vndè argui poſſet, quòd dùm adeò ſtrictè proceditur in aſſenſu, fatendum eſt,quod ſi præſtetur ſuper teſtamento, non debet extendi ad ſubſtitutionem arguendo à ſimili.

Nam pro eiuſmodi obiecti euaſione,ſeſe Nobis offert facillima cõfutatio, nempè *Frecc.* ſuam fundare ſententiam ex eo quòd ſors principalis differt ab acceſſorio,& aſſenſus præſtitus ſuper vno, ad aliud non extenditur ex rigoroſitate aſſenſus, & quidem libenter *Frecc.*aſſentirem ea ratione, nam intereſſe prouenit ex mora, & delicto debitoris, cuius perfidia Domino aſſentienti nocere non debet.

Attamen non video, quo pacto thesi nostræ adaptari queat, Nos enim probauimus assensum præstitum super testamento, tùm ex identitate rationis, & connexionis, tùm etiam ex vi comprænhensiua, comprænhendere substitutionem, & sic termini sunt dispares.

Quod si humaniùs agêtes concedamus hoc idem argumentum vndequaque facere, aduertendum est *Camerar. in cap Imperial. fol.* 52. contrarium tenuisse, eiusq; opinionem communiter receptam, & contra *Frecc.* pluries iudicatum, testatum reliquisse *Dom. de Pont. in consi.* 64. 1. *vol.* & meliùs in *dec.* 34. *n.* 37. *&* 38. Submitto tamen prædicta Iudicio perspicaciori Feudistarum.

47 Post hæc delineata, magnoperè gauisus sum, eo quod dùm inciderim in absolutum illum, & laboriosum tractatum (omni herclè doctrina, & eruditione refertum, admirabiliq; methodo compositum) à *Io. Petr. Surd. de alimentis, tit.* 9. *quæst.* 31. *per tot.* vbi agit, *Vtrum assensus concessus pro dote, extendatur ad alimenta?* adeò suppetias nobis fert, copiasq; præstat auxiliares ad thesim modò propositam, vt omnis euanida reddatur hæsitatio quòad conuallandam opinionem, quam tutati sumus; Ideò Lectorem moneo, vt tantum Authorem consulat, nostrosq; ne despiciat labores.

SVMMARIVM.

1 *Testes ad informationem Curiæ recepti, parte non citata non probant.*

2 *Titulus an faciat Reum, vt sub fideiussoribus relaxari nequeat.*

3 *Inquisitio sola, vel titulus delicti, minimè attenditur, nisi inditia vrgeant contra Reum.*

4 *Improperantur multa, quæ posteà delentur.*

5 *Reus est qui conuincitur, non qui accusatur.*

6 *Titulus delicti non inspicitur in criminalibus, sed rei veritas.*

7 *Iudices non debent attendere cartulas accusationis, sed quid ex informationibus constat.*

8 *Iudices ex solo titulo delicti, non debent procedere ad carcerationem.*

9 *Titulus non obstat delicti, quin allegando Rei innocentiam, & deficientiam probationum, sub fideiussoribus relaxetur.*

10 *Facinus, non sententia, coinquinat hominem.*

11 *Pœnam pati ex crimine, quod quis commisisse non constat, absurdum est.*

12 *Probationes in criminalibus esse debent luce meridiana clariores.*

13 *Scribæ fiscales, vt plurimum, rubricas, & titulos delictorum inscribunt.*

14 *Dicterium illud Pragmaticorum, quod scil.* Obstat titulus, *ne quis sub fideiussoribus relaxetur, qualiter sit accipiendum.*

AR.

ARGVMENTVM.

Titulus, ſeu Rubrica delicti, ex probationibus ad informationem Curiæ tantùm receptis parte incitata, non adeò faciendus eſt, vt ex eo aſſeri poſſit minimè Inquiſitum eſſe ſub fideiuſſoribus relaxandum, aut ex eo elici queat, quem commiſiſſe delictum, nam facinus, non titulus coinquinat hominem; Idcircò explodendum omninò, vtpotè minimè verum illud Pragmaticorum dicterium, quod obijci ſolet, dùm allegatur innocentia Inquiſiti, nempè quod *Titulus obſtat*, *Author* ſuſtinet, innixus ſolido enunciato *Dom. Reg. Rou. in commentar. ad prag. 1. n. 4. & 5. de Cuſtod. reor.* qui ſatis lepidè eiuſmodi effatum falſum enarrat, eòque fortiùs, quia Rubricę delictorum in inquiſitionibus, vt plurimùm à Scribis fiſcalibus, inſcribi aſſolent, non à Magiſtratibus.

OBSERVATIO LXXIX.

NON potui non mirari, imò rerum adſcripſi humanarum viciſſitudini, ſeu mauis, temporum increpaui corruptelas, de eo Practicorum dicterio, quod paulatim introductum, adeò vires dilatauit, vt nõ parum mihi inſudandum fuerit ad veritatem inſinuandam in caſu currenti, in quo inſtabam, inter Reos Clientem adſcriptum ſub fideiuſſoribus relaxari, eò quod nullibi de
1 delicto conſtare adſtruebam, & teſtes non niſi ad informationem Curiæ receptos aiebam, qui vti parte non citata recepti, nullam vim facere, ſatis omnibus innoteſcit, ex *tex. in l. ſi quando, §. Sed cum oportet*, ibi, *Si per executores admoniti, C. de teſtib.* & in *Auth. Sed & ſi quis*, C. *eod.* & ex *tex. in cap. 2. de teſtib.* quam theſim more ſuo exornat celeberrimus Conſultus *Proſper Farinac. de teſtib. quæſt. 72. cap. 1. & 2.* quem laudat *Ill. March. Ramont. in 1. controu. forenſ. cap. 40. n. 4.* At mihi obijciebatur à Scriba Fiſcali primùm, *Et tranſeat*,
2 quod vim faciebat Titulus, ſiue Rubrica Inquiſitionis, ne petitæ relaxationi aditus fieret; Anguſtiauit tamen magis, quod etiam in Iudicis ore, eadem mihi facta fuit oppoſitio.

Qua de re per tramites iuris veritatem exquiſiui, & inueni, totum
3 contrarium eſſe de iure diſpoſitum, nempè quod ſola inquiſitiò, aut delicti titulus, minimè ſit attendendus, ſed inditia extantia, quia multa
4 improperantur, quæ poſteà delentur, *l. furti, ff. de his qui ſunt ſui, vel*
5 *alien. iur.* neq; qui accuſatur, ſed qui

Lll 2 con-

conuincitur, Reus est, *cap. nonnè* 8. *quæst.*4. *Ister.* noster in *cap.*1. §. *Sed & qui delentur n.* 43. *quæ sit prim. caus. benef. amitten.* Quid quod: in crimi-
6 nalibus rei veritatem, non titulum delicti inspiciendum esse, *textus* est insignis in *l. famosi*, vers. *Hoc tamen crimen*, *ff. ad l. Iul. Maiest. l. quoad statum, ff. de pæn. Ang. in l. Athletas,* §. *calũniator in princip. ff. de his qui notan. infam. Dom. de Franch. dec.* 330. *n.* 6. vbi *Addentes* quamplura consarcinarunt, pulchrè *Dom. Garf. Mastrill. ad Indult. general. cap.*29. *n.* 19.
7 vers. *Tertiò confirmatur*, inquiens, Iudices non debere attendere cartulas accusationis, nam in ea solent partes arduas proponere accusationes (sicuti adamussim accidit in casu meo) sed inspiciendum est, quid ex informationibus constat, non per earum titulos, siue rubricas, & hanc esse communem Doctorum resolutionem fatetur *Mastrill. loc. cit. n.* 20. quam non semel approbauit Magna Regia Curia pluribus in causis.

Quibus oppidò suppetias ferre, dicebam *Dom. Reg. Rou. in Commentar. ad Prag.*1. *n.*4. *&* 5. *de custod. reor.* qui ad rem nostram satis, contra illos Iudices irruit, qui ad solam titu-
8 li ostensionem, ad carcerationem procedunt, & si quando pro illorũ excarceratione sub fideiussoribus instatur, allegãdo innocentiam carcerati, & deficientiam probationũ,
9 illud tãtùm opponunt, quod obstat titulus, cùm certò certiùs sit, non titulum delicti, sed veritatem rei in criminalibus fore perpendendam.

Vt indè agnoscant Magistratus, quàm debili fundamento sustineatur eiusmodi assumptum, & vti benè docet *D. Ioann. Escobar in* 1. *par. tractat. de puritat. & nobilit. proban. q.* 9. §. 11. *n.*20. facinus, non senten-
10 tia coinquinat hominem, aliàs etenim si contrarium quis diceret, se-
11 queretur absurditas intellectus, nã pateretur quis pænam ex crimine, quod commisisse non constat, contra *tex. in l. ambigua* 19. *ff. de legib. l. nam absurdum ff. de bon. libert. l. scire* 13. §. *aliud el* 2. *ff. de excusat. tutor. Bart. in l. omnes populi quæst.* 1. *ff. de iustit. & iur.* cum alijs adductis per *D. Ioann. Escobar loco citat. par.* 1. *quæst.* 3. §. 4. *n.* 44. & dicam Ego, quod ludibrio redderetur dispositio *tex. in l. sciant cuncti, quæ est finalis C. de probat.* qua cautum, est pro-
12 bationes in criminalibus esse debere luce meridiana clariores, nam quis pœnam pateretur ex solo titulo delicti, quem inscribere, vt plu-
13 rimum consueuerunt Scribæ Fiscales, qui vt Zelotypi videantur, vtq; inquisitos deterreant, eorumque marsupia ditescant, eò solummodò prætextu, quod graue vrgeat delictum, illudq; ex inscriptione metiantur, id totum peragunt; Idcircò explodendum omninò enunciatum
14 illud dicterium, quod scil. *Obstat Titulus*, apud doctos viros, suadeo, & in praxi tenendum firmè sustineo.

SVMMARIVM.

1 Fideicommissum, an possit fieri in contractibus, sicuti & in vltimis voluntatibus, non vulgaris est quæstio.

2 Author his obtinuit in Sac. Cons. fideicommissa fieri in contractibus, sicuti & in vltimis voluntatibus.

3 Fideicommissum validè fieri posse in contractibus, sicuti in vltimis voluntatibus, vndè probetur.

4 Authores tenentes opinionem, quod fidei-

fideicommissa ità validè fieri possunt in contractibus, sicuti & in vltimis voluntatibus, seriosè recensentur.

5 *Consuetudo inualuit in Regno Aragoniæ, fideicommissa fieri validè in contractibus, sicuti in vltimis voluntatibus.*

6 D. Petrus Iordanus Vrsinus Sacri Consilij Præses, *laudatur.*

7 *Fideicommissum, strictè, & propriè loquendo, dicitur actus vltimæ voluntatis.*

8 *Substitutiones, ad instar fideicommissi, fieri possunt in contractibus.*

9 *Substitui potest per contractum inter viuos de vno in alium, nedùm per modum vulgaris in casu noluntatis, vel impotentiæ primi vocati, verùm etiam per modum fideicommissariæ, post habitionem primi.*

10 *Determinatio Sac. Consil. in causa* Caroli Caraccioli *cùm Ill. Marchione Sancti Erami, pro validate fideicommissi in contractu, recensetur.*

11 *Determinatio Sac. Consil. iunctis Aulis pro validitate fideicommissi in contractu appositi in causa Illust. Ducis Grauinæ adducitur.*

12 *Votantes qui fuerint in causa fideicommissi domus conspicuæ sitæ in fidelissima Ciuitate Neapolis Illust. Ducis Grauinæ, enumerantur.*

13 *Articulus iuris dubius, bis decisus si fuerit per Sac. Consil. inducit stylum, ità in posterum iudicandi.*

14 *Consuetudo est optima legum interpres.*

15 *Stylus in iudicando, vim legis obtinet.*

16 Author *pollicetur responsum ab ipso editum in causa Illustr. Ducis Grauinæ*, in 3. tom. disceptation. forens. *propediem edere.*

ARGVMENTVM.

Fideicommissum, An possit fieri in contractibus, sicuti & in vltimis voluntatibus? non vulgaris excitatur à DD. indagatio, quę Negantes licèt perpaucos habuerit Authores, attamen communiori placito affirmatiua recepta est sententia, quod non minùs validè in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, possit quis fideicommittere, ac substituere, nequidem per viam vulgaris in casu impotentię, vel noluntatis, sed etiam per modum fideicommissarię, vt pòst habitionem primi, secundùs, & vlteriores dominium rei obnoxię obtineant; Vtq; vndique rerum etiam authoritate iudicatarum, eiusmodi affirmatiua sentẽtia inualuisse, pateat, geminas Sacri Consilii Neapolitani determinationes, Vnam nempè in causa Caroli Caraccioli è Sancto Eramo, cùm Ill. Marchione Sancti Erami; Alteram verò in causa Illust. Ducis Grauinę super domo conspicua in Fidelissima Ciuitate Neapo-

lis

lis sita, ad exclusionem creditorum recenset *Author* ipso vtrisq; patrocinium pręstante, ac posterioris huiuscè sententię verba punctuatim imprimenda curauit, sic etenim fiet, vt deciso iam à tanto Prętorio dubio iuris articulo, nefas sit in posterum, contingentibus in casibus super eo addubitare, cùm inducta sit consuetudo, & stylus introductus iudicandi, à quo in posterum resilire nemini aditus patebit.

OBSERVATIO LXXX.

1 NOn vulgarem excitatam scio inter DD. quęstionem, *Vtrum fideicommissum in contractibus rectè fiat, sicuti & in vltimis voluntatibus fieri posse nemo est qui contendat?* mihiq; gemina vice
2 ad arenam descendenti in casibus contingentibus, quos in calce huiusce capitis seriosè enũciabo, datum fuit, rerum iudicatarum authoritate, victoriam aucupari pro validitate fideicommissi, quam modo posteritati commendo, vt illi consulam.

3 Pro qua comprobanda sententia, *tex.* facit communiter adductus in *l. vt heredibus, ff. de leg.2. & in l. quoties, C. de don. quæ sub mod.* & post *Bald. Salic. Pau. de Castr. Alex. Soec. Aretin. Ias. Claud. Aquens. & Thom. de Marin.* quos refert *in sedibus* per ipsum *indicatis*, tenet *Peregr. de fideicom. art. 26. n. 8.* vers. *In contractibus, & art. 1. n. 16.* & iterum *art. 51. n. 1. & 2. Anton. de Butr. cons. 22.* repetito *in cons. 128.* & post *Peregr. Petram, Sfort. Crau. Ceph. Rolan. à Vall. Onded.* Rot. *Rom. Consiliar. Ann. & Viu.* quos amplectitur, & laudat, ac veriorem, & magis communem, ac in praxi receptam præconizat opinionem *D. Gars. Mastrill. dec. 190. n 9.* adducens pariter *Gasc. decis. Pedem. 85. n. 6. Fusar. de substit. q. 14. Io. Petr. Fontanell.* semper extollendus in 2. *de pact. nuptial. claus. 4. glos. 25. n. 1. & 2. Boer.* qui determinatum in suo Senatu recẽset *dec. 353. n. 12. Guid. Pap. dec. 597. n. 4. Molin. de Hispan. primog. lib. 1. cap. 1. n. 8. Magon. dec. 50. n. 71.* Rot. *Rom.* apud *Cardinal. Seraphin. dec.* 828. *Petr. de fideicomm. quæst. 4. pag. 10. à terg. Surd.* post alios *dec. 144. n. 6. Decian. cons. 31. n. 61. vol. 1. & cons. 55. n. 1. vol. 3.* iterum *Surd. cons. 375. n. 21. Viu. dec. 408. n. 16. lib. 3.* Gratian. *discept. forens. cap. 247. n. 9. Giurb. dec. 109. n. 16. Illustr. Dom. & Præceptor meus March. Torell. Reg.* Capyc. *Latr. dec. 2. n. 2. par. 1.* benè, & affluenter *Dom.* Consiliar. *Theod.* (quem adhuc mortuum summè veneror) *alleg. 24. n. 2. Anton. Gomez. in l. 40. Taur. n. 34.* eleganter *Tell. Fernandez ad l. 27. Taur. n. 2. Merez de maiorat. par. 1. quæst. 24. n. 19. circa fin.* perbellè insignis *Aluar. Valasc. de iur emphyt. quæst. 50. n. 44.* & maximè pro absoluto habuit *Rot. Rom.* apud *D. Peniam dec. 590. n. 1. Ludouic. Casanat. cons. 52. n. 8.*
5 vers. *Quod autem,* tradens in Regno Aragoniæ, esse indubitatissimum ex generali consuetudine, adducens D. Franciscum de Sancta Cruce, & Morales Regium Consiliarium, illius causæ relatorem, & Regij Fisci Aduocatum in eius allegationibus impressis super Baronia de Sanguerrem pro D. Petro de Mendoza

in

in 1. *dub.* poſt *n*.39. 47.68. quem ſequitur *Siluanus* in verb. *Viduitas n.* 57. *Dom. Conſiliar. Marcian. conſ.* 2. *n*. 6. verſ. *Vltimo lib.* 2. *Ego in* 1. *diſceptat. forenſ. cap.* 19. *n*. 30. vbi indicaui *Menochium* contrarium aſſerentem in *conſ.* 85. 323. & 769. adhùc communem inſectatum fuiſſe ſententiam, dato iuramento in contractu donationis, ſicuti obſeruauit *Maſtr. d. dec.* 190. *n*. 9. & adnotaui *Ego cap.* 4. *n*.39. *eod. lib.* 1.

Quicquid in contrarium adſtruxerint plures, quos refert *Marzar. de fideicomm. quæſt.* 2. & quos refert *Ann. d. conſ.* 39. *n*. 62. Benè verùm

6 fateor, eximium illum virum *Petrum Iordanum Vrſinum* Sacri Regij Conſilij (poſt alia expleta Magiſtratus munera) emeritiſſimum Præſidem, in *reſponſo* per ipſum edito pro Illuſt. Marchione Vallis Regię Fiſci iura ſuſtinens, quod impreſſum habemus inter conſilia *Dom. Conſiliarij Marciani in* 2. *vol.* & eſt *conſ.*70. *in n*. 20. verſ. *Neque quiſquam obiecerit*, eiuſmodi quæſtionem à Nobis propoſitam diſpungẽs, eam eſſe veram, & ſolidam concluſionem tradidiſſe in hac theſi, vt propriè, & ſtrictè

7 loquendo, fideicommiſſum in contractibus non fiat, cùm ſit actus vltimæ voluntatis, adducens *tex. in d. l. vt hæredibus, ff. de legat.* 2. & *l. vnic.* §. *ſin autem ſub conditione*, *C. de caduc. tollen. Molin. d. cap.* 1. *n*.9. & *Peregr. de fideicom. d. art.* 1. & 51. Sed conſentit, quod poſſint fieri ſubſtitu-

8 tiones ad inſtar fideicommiſſi, vt res conceſſa poſt recipientis mortem, aut aliud tempus in filios illius, aut in alios tranſeat, per *tex. in l. Publia in princ. ff. depoſit. l. qui Romæ*, §. *Flauius, ff. de verb. obl.* vbi *Bart.* verſ. *Vlterius habetis n*. 1. ibiq; communiter *Scribentes*, alijq; plures, quos inibi adducit *Dom. Præſ. Vrſinus*.

Ingenioſa (*Me* herclè) indagatio: ſed affirmatiuæ ſententiæ, quam defendimus, in nihilo repugnans, ſiquidem verum eſt theorema, nedùm

9 per contractum inter viuos poſſe ſubſtitui de vno in alium per modum vulgaris in caſu nolunratis, vel impotentiæ primi vocati, ſicuti firmat *Dom. Præſ. Vrſin.* verùm etiam per modum fideicommiſſariæ poſt habitionem primi, ad *tex. in l. ſi verum*, & *in l. quoties*, *C. de donat. quæ ſub mod. Oſaſc. d. dec.* 85. *n*.6. qui veram hanc deducit concluſionem, ex *tex. in d. l. vt ab hæredibus, ff. de legat.* 2. ex quo ità tenet *Paul. de Caſt. conſ.* 347. *n*. 1. *lib.* 1. & alij à *Me* adducti *n*.4.

10 Itaque iudicatum in cauſa Dom. Caroli Caraccioli è Sancto Eramo Clientis mei de Me optimè meriti iam diem functi, non ſine ingenti animi mei mærore, ſummoperè etenim ab eo diligebar, eumq; diligebam viciſſim, in cauſa relaxationis domus, ſitæ in hac Fideliſſima Ciuitate in Platea Sãcti Ioannis ad Carbonetum petitæ per ipſum contra Ill. Marchionem Sancti Erami, virtute fideicõmiſſi ordinati per quõdam Cæſarem Caracciolum in contractu donationis de anno 1550. die 6. Maij, in quo facta donatione domus prædictæ Aſcanio Caracciolo eius Nepoti, iure fideicommiſſi vocauit maſculos deſcendentes ex ſua familia, de qua erat præfatus D. Carolus, & non obſtante, quod fideicommiſſum erat ordinatum in contractu, tamen Sac. Conſilium, eius diffinitiua ſententia mediante, die 26. Iunij 1641. condemnauit Marchionem Sancti Erami ad relaxandam domum in actis deductam, votantibus eodem Dom. Præſid. Vrſino, ac Dominis Conſiliarijs D. Franciſco Sauio Aulæ Præfecto, Andrea Prouenzale cauſæ Commiſſario, D. Didaco Minietta, Thoma de Franchis, & Aloyſio Gamboa; penès Actor. Magiſtr. Sac. Conſil. Iacobum Figliola, de qua determinatione memor fui in *calce d. cap.* 4. *mearum diſceptation. forenſ. lib.* 1.

Cùmq;

11 Cùmq; idem, & pleniùs disputatus iterum extitisset articulus in causa illa percelebri Illust. Dom. D. Ferdinandi Vrsini Ducis Grauinæ opponentis fideicommissum aduersus creditores, ordinatum per quondam D. Ferdinandum seniorem, in cuius ordinationis exequutionem filij ipsius D. Ferdinandi de anno 1550. die 22. Ianuarij fideicommissum approbarunt, & de hoc inter alios articulos fuisset disceptatum, eò quod creditores opponebant non esse habendam rationem de fideicommisso, vti in contractu exarato; Sac. Consilium, iunctis Classibus *Me* pro d. Illustr. Duce patrocinante die 27. Nouembris 1649. votantibus Illustr. Dom. ipsius Sacri
12 Consilij dignissimo Præside Marchione Ramontis, ac Dominis Consiliarijs Didaco Varela Decano, Thoma de Aquino vnius Aulæ Præfecto, Marco Antonio Cioffi causæ Commissario, D. Gaspare de Soto, D. Stephano del Carrillo, Io. Baptista Muscettula, Paulo Staibano, & Aloysio Capaccio, fuit diffinitiua prolata sententia, quam mox subnectemus, à qua sanè geminata determinatione in dubio iuris articulo
13 emanata, haud quaquam erit in posterum recedendum, quia saltem inoleuit stylus, seu consuetudo ità
14 iudicandi in hoc Regno Neapolitano, quæ est optima legum interpres consuetudo, ad *tex. in l. si de interpretatione, ff. de legi.* tùm etiam, quia sty-
15 lus iniudicando, vim legis obtinet, secundùm *Cyn. & Bald. in l. fin. C. quæ sit long. consuet. Affl. dec.* 135. *n.* 1. vndè inquit *Dec.* in similibus ità pernecesse fore iudicandum in *cap. at si clerici n.* 166. secundùm nouissimam Romanam impressionem *extr. de iud. Dom. de Franch. dec.* 238. *n.* 3. *& dec.* 470. *per tot. Thes. in proem. suarum decisionum sub n.* 22. vers. *Quod si ter. Anton. Gamm. dec. Lusitan.* 228. & probari manifestè ex *tex. in l.* 1. *§. hoc autem Senatusconsultum, ff. ad Syllan. l. nam Imperator, ff. de legi. §.* 1. *in Authen. de restit. & ea quæ parit, l. an in totum, C. de adific. priuat. cum sexcentis similibus*, tenet *Reg. Rou. in allegationibus pro Illust. Marchione Cellæ Vinariæ*, insertis in *Commentar. ad prag.* 1. *tit. de titulor. abus. in scriben. sublat. n.* 58. vers. *Quò fit*, nonnulla adduxi *Ego in* 1. *disceptat. forens. cap.* 1. *n.* 49. vbi indicaui *Affl. dec.* 88. *in fin. Prosper Carau. super rit.* 1. *Magnæ Cur. n.* 23. *in fin. & Reg. Rou. in Prag.* 3. *n.* 23.
16 *de cession. bonor.* & pleniùs meum responsum plures alios continens articulos in causa prædicta enucleatos habebis Lector in 3. *disceptation. forens. volumine* propediem (Deus si annuat) in lucem prodituro; Tenor verò sententiæ hic est propemodum.

In Dei nomine Amen.

PHILIPPVS DEI GRATIA REX.

VIsis supplicationibus Maiestati nostræ, in nostro S. R. C. olim oblatis pro parte Ill. quondam D. Petri Vrsini Ducis Grauinæ, sub die 17. Iunii 1634. fol. 105. & pro parte Ill. D. Ferdinandi Vrsini eius filij moderni Ducis Grauinæ, sub die 30. eiusdem Mensis fol. 166. 12. Ianuarii 1637. fol. 193. & etiam

sub

sub die 21. Augusti 1643. fol. 290. aduersus Creditores quond. Ill. D. Michaelis Antonij Vrsini Ducis Grauinę, eiusq; hæredes, quarum tenor talis est v3.

Visis deniq; videndis, &	S. R. M.
consideratis conside-	S. R. M.
randis; Dei nomine	S. R. M.
semper repetito.	S. R. M.

Per hanc nostram diffinitiuam sententiam dicimus, pronunciamus, sententiamus, decernimus, & declaramus, Palatium, siue Domum conspicuam in actis deductam cum eius adiacentibus, & aliis contentis in instrumento stipulato sub die 22. Ianuarii 1550. spectauisse, & spectare ad dictum Ill. D. Ferdinandum Vrsinum modernum Ducem Grauinæ, vigore fideicommissi in eodem instrumento instituti, vnà cum fructibus, necnon & meliorationibus, iuxtà declarationem respectu earum faciendam per S. C. oppositis per Creditores non obstantibus.

Marcus Antonius Cioffi.

Hanc eandem.

Lecta lata iunctis Magnificis Consiliariis duarum Aularum die 27. Nouembris 1649.

Carolus Petronus Act. Mag.

SVMMARIVM.

1 *Titulati, multis, varijsq; potiuntur praeminentijs, & praerogatiuis.*
2 *Titulati undè originem traxerint.*
3 *Titulati in causis criminalibus citari non possunt absq; licentia Excellentissimi Proregis.*
4 *Citari non posse Titulatos in Regno absq; licentia Excellentissimi Proregis, qui Authores tradiderint.*
5 Marinus Frecc. *fidem praestat uti Iudex causarum criminaliũ obseruasse citari non posse Titulatos absq; expressa licentia Excellentissimi Proregis.*
6 *Personae Illustres non citantur, neq; ciuiliter, neq; criminaliter pro delictis, sine licentia Domini Viceregis.*
7 *Licentia Domini Viceregis, antequam citentur Titulati, est inducta pro forma.*
8 *Forma non obseruata, corruit actus.*
9 *Ordo dùm statuitur obseruandus in aliquo actu, intelligitur pro forma.*
10 *Magna Curia Vicariae, virtute* Ritus *ipsius* 46. *procedit contra Titulatos.*
11 *Regia Camera Summariae procedit contra Titulatos.*
12 *Titulatus nullus quocumq; decoratus titulo, eximitur à iurisdictione Magnae Curiae Vicariae per* Rit. 46.
13 *Obseruantia statuti est attendenda.*
14 Marin. Frecc. in tit. quis dicatur Marchio, *cancleatur.*
15 *Magna Curia Vicariae, dùm procedit contra personas Illustres, eas citare non potest absq; licentia Domini Proregis.*
16 Dom. Io. Franc. de Pont. Reg. de potest. Proreg. tit. de assensib. Regijs §. 7. *non benè obseruauit* Frecc. *in loco indicato.*
17 *Titulati non possunt carcerari, inconsulto Principe.*
18 *Ex diuersis, non benè infertur.*
19 *Discussum quod non est, decisum dici nõ potest.*
20 *Scribae Fiscales procurant ab Excellentissimis Proregibus licentiam pro citandis personis Illustribus.*
21 *Decretum Regiae Camerae Summariae, quo fuit reiecta nullitas proposita aduersus citationem personarum Illustrium absq; licentia Excellentissimi Proregis, refertur.*

ARGVMENTVM.

Personae Illustres, quas Titulatos appellamus, pluribus, variisq; frui, potirique prerogatiuis, *Author* insinuat, Doctores plurimos congerens, qui materiam tractarunt, inter quas sanè praeheminentias, illa adnumeratur, quod in criminalibus citari non valeant absq; Domini licentia, & in Regno absq; licentia Excellentissimi Proregis, quicquid in contrarium attentatum fuerit à nonnullis vigore *Ritus Magnae Curiae Vicariae* 46. qui omnes includit Titulatos quocumq; fulgeant Titulo, nullum eorum eximit, quin Iurisdictioni ipsius subsint, Nam veram esse dispositionem Ritus praedicti, & inconcusse seruari, haud contendit *Author*, benè tamen illi concedendum putat,

tat, quod licentia requiratur, quoties Illustris persona venit citanda, ea siquidem licentia pro forma inducta extitit, qua non obseruata, corruit actus, ac ad oculum occurrit *Dom. Regen. de Pont. in tractat. de potestat. Proreg. tit. de assensib. Regijs* §.7. qui contrariam videtur tutari sententiam, vtpotè qui *Marin. Frecc. de subfeud. tit. quis dicat. March. n. 9.* non benè obseruauerit.

OBSERVATIO LXXXI.

1 PLures sunt, ac variæ Principum, Ducum, Marchionum, & Comitum, preheminentiæ, multæ prærogatiuæ sunt illis elargitæ, de quibus sparsim Doctores egerunt in *cap. 1. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio*, vbi *Summista* cõmuniter, & in *rubr.* totaq; legum contextura *de dignitatib. lib. 12.* fusè *Marin. Frecc. de subfeu. tit. quis dicatur Dux*, *Luc. de Penn. in rubr. de Comitib. Consiliar. lib. 12. Io. Garf. de nobilit. glos.48. §.3. n.69. Parlador. lib.2. rer. quotidian. cap. 13. Bellug. in Specul. Princip. rubr. 6. n. 22. Bouadill. lib. 2. Politic. cap. 16. per tot.* præsertim *n. 25.* vbi de origine
2 Titulatorũ plura effundit, *D. Garf. Mastrill. de Magistrat. tom. 2. lib. 4. cap. 13.* vbi practicabilia multa in materia enarrat, *Surg. de Neapol. Illustrat. cap.23. n.23. & cap. 18. sub n. 2. Io. Ant. de Nigr. in Cap. Regn. Subditorum n. 16. Affl. in Constit. Humanitate notab. 3. Frecc. in tit. quis dicatur Marchio n.9. & in tit. de different. inter feuda regalia, & alia, differ. 25. Baez. de non meliorand. dot. ration. filiab. cap.23. sub n.4. Petr. de Gregor. de concess. feud. par.8. q.16. de iur. conceden. licent. n. 16. Zas. in Epitom. de feud. par.5. n.25. Rosent. de feud. cap. 2. Reg. de Pont. consi. 1. n. 7.* Iudex olim Magnæ Cur. *Io. Franc. Capiblan. de author. Baron. in proem. n. 15. Repetent. in Auth. Si qua Illustris*, *C. ad Orfician.* apud quos Authores, præheminentiæ Titulatis concessæ dignoscuntur.

Cùmq; tot inter prærogatiuas, &
4 illa adnumeretur, quod Titulati in causis criminalibus citari non possint absque licentia Excellentissimi Proregis; Contigit mihi in Regiæ Cameræ Summariæ Prætorio, nullitatis labe maculatam insinuare citationem ad informandum expeditam contra Clientem Marchionatus
4 titulo decoratum, ad quod fundandum allegaui *Marin. Frecc. de subfeu. lib.2. tit. quis dicatur Marchio n.9.* cu-
5 ius verba hęc sunt, *Et sic seruatur in Magna Curia Vicaria, quòd Illustres persona non citantur pro delictis, sine licentia Domini Viceregis, & dùm essem Iudex causarum criminalium anno Domini 1545. vt Consiliarius Regius Deputatus, sæpè seruaui; & Dominus Vicerex audita relatione, iubet informationem capi relato crimine; hoc est speciale priuilegium personarum Illustriũ, cum eis sit deferendum propter regalem dignitatem, quam habent, cùm ipsi sint Consiliarij Regis, & pars corporis, vt in l. quisquis:* Hæc Ille, qui idem repetijt *eod. tit. n. 44. Pref. Sac. Cons. Lanar. consi.72. n. 5. Consiliar. Ann. consi. 122. n. 39. vol. 2.* & in eo quod tradidit *Frecc. de citatione*, vt fieri non possit sine licentia Viceregis habet commilitonem, *Surgen. de Neapol. Illustr. cap.23. n.3.* ibi, *Ipse autem Ri-*

tus (de rit. Magnæ Cur. 46. loquitur) *aliam recepit interpretationem, vt scilicet inconsulto Vicerege de eorum excessibus, etiam Fisco instante, informatio non capiatur, nec citentur, nec in carcerem conijciantur quamuis criminibus grauioribus sint maculati, l. si grauius, C. de dignitat. lib. 12.*

Et *Frecc.* laudato in *d. tit. quis dicatur March. n.* 9. idem sentit *Ma-*
6 *strill. de Magistrat. d. cap. 13. n. 5. & 6.* ibi, *Nam Illustres personæ non citantur, neq; ciuiliter, neq; criminaliter pro delictis, sine licentia Dom. Viceregis,* adducens *tex. in d. l. si grauius, C. de dignit. lib. 12.* vbi *Ioann. de Platea,* & faciunt *texx. in l. fin. C. vbi Senator. vel Clariss. l. in sacris, C. de præpos. sacror. scrinior. l. cubicularios, C. de præpos. sacror. cubicul. lib. 12. l. nec ad diuersa, C. de silent. eod. lib. l. ex eo, C. de Agent. in reb. eod. lib. l. fin. C. de Comitib. Consistor. eod. lib. 12.*

Ex quibus in spem veniebam, per Regiam Cameram fore prouidendum, esse de nouo expediendam citationem cum licētia Viceregis, declarando nullam illam, quæ primo loco expedita reperiebatur, nam cum licentia Viceregis erat de for-
7 ma, quia sine eà citari non potest, & sic, vel ante actum, vel in ipso actu citationis interuenire, & inseri debebat licentia, aiebam ex defectu formæ nullum fuisse actum citationis, nam illa non obseruata actum
8 corruere, est *tex. in l. cum hi, §. si Pretor, ff. de transf.* nec hæsitationi locum esse insinuabam, quod licentia pro
9 forma requireretur, nam dùm ordo videtur statutus in citatione, vt licentia interueniat, & cum ea actus citationis expleatur, forma inducta videtur, ex *doctr. Bald. in l. 1. n. 7.* vers. *Ex hoc dicto, C. ne liceat in vna, eademq; caus. Felyn. in cap. cum dilecta, col. 9.* vers. *Sextum signum, de rescript. Prosper Carau. super rit. 44. n. 4. Reg. de Pont. cons. 5. n. 75.* etiamsi idem resultaret effectus, secundùm *Ias. in l. 1. ff. de verb. oblig.* vbi veram, & communem præconizat opinionem.

Verùm: vnus ex Dominis Regiæ Cameræ, omni doctrina, & integritate conspicuus, quem in Præceptorem habeo, quiq; aliàs à *Me*, non tamen satis extitit laudatus, vim fecit in Authoritate Tribunalis conseruanda, arguendo à paritate rationis, inquiens Magnam Curiam Vi-
10 cariæ procedere contra Titulatos, vigore Ritus ipsius, qui secundùm computationem *Carauitę* est 46. Idcircò inconueniens esse, vt Regia
11 Camera non procederet, & exemplò allegauit *Reg. de Pont. in tractat. de potestat. Proreg.* asserere, quod Magna Curia procedit contra Titulatos, quem *Ego* dùm consului, inueni eam affirmare propositionem in *tit. de assensib. regijs* §. 7. *n.* 2.

Alter verò ex Dominis arguebat à simili, quod alij Titulati fuerunt pluries citati à Tribunali Regiæ Cameræ, & sic non erat modo in casu meo controuertendum.

Ipse verò, Clientis intentus patrocinio, vtrumq; nixus fui euadere obicem; nam quatenus ad pri-
12 mum attinet de rit. Magn. Cur. 46. à quo nullus Princeps, Dux, Comes, vel Baro excipitur, quin Magnæ Curiæ iurisdictioni subsit, & ab ea possit citari, respondebam, obseruantiam interpretatam fuisse d. Ritus dispositionem, vt procedat quidem Magna Cur. sed cum licentia Dom. Viceregis ad citationem personarum Illustrium, sicuti ex *Frecc. Surg. & Mastrill.* ponderauimus *n.* 3. & vtiq; quando tot legum vertices affirmatiuam hanc sectati sunt sententiam, benè callebant ritum, ideò
13 obseruantiam, & interpretationem ipsius adduxerunt, quæ attendenda est, secundùm *Bart. cons. 59. ad tex. in l. si de interpretatione, ff. de legi.*

Quod autem asserit *Reg. de Pōt. d.*
14 §. 7. *de assensib. regijs,* quod *Frecc. in tit. quis dicat. March.* insinuat, quod hoc

hoc hodie in deſuetudinem abijt, cum de facto detrudantur perſonæ Illuſtres in carceribus Magnæ Curiæ.& contra illos indifferenter proceditur, noſtræ opinioni,nec tantillum officit; Siquidem vltrò damus, quod Magna Curia procedat cõtra perſonas Illuſtres,quodq; eas carce-
15 ret; ſecùs verò, quod eas valeat citare abſque licentia Domini Proregis, & in hoc nihil immutatum tradit *Frecc.* nec verba illa à *Dom. de Pōt.* allata, quod *Cõtra perſonas Illuſtres indifferenter proceditur*,ſomniata fuerunt à *Frecc.* ſaltim in meo Codi-
16 ce non lego, & gratis illi ea tribuit *Dom. de Pont.* ſicuti perlegēti *Frecc. in d.tit. quis dicatur March. n.* 9. cuilibet obuiam fit, mihiq; ad rem tàm claram indicandam, cordi eſt eius ipſiſſima verba inſerere, ibi, *Hodie etiam de facto detruduntur in carceres Magnę Curiæ Vicariæ, quę in Regno etiam contra iſtos habet iuriſdictionem, vt pręcipit Federicus in Conſtit. Nomen, & normam.*

Quò fit,vt traditio *Frecc.* oculum habeat ad illam prærogatiuam, quā habent Titulati,quod in delictis per
17 eos commiſſis non poſſint carcerari, niſi conſulto Principe, ſeu Prorege, & interim cuſtodiri conſueuerunt militibus,donec Rex, ſiue Prorex cognoſcat cauſam, excerptam è *tex. in d. l.ſi grauius, C. de dignit.lib.* 12. *& in l.in ſacris, C.de prępoſ.ſacror. cubicular. eod. lib.* cuius prærogatiuæ memor fuit *Capibl. de author. Baron. in proem.n.*15. & adduxit *Dom.Garſ. Maſtrill. d.cap.*13. *n.* 5. *in* 3. *prærogatiu.* non autem ad citationem illis tranſmittendum abſque licentia Domini Proregis, quia in hoc nihil reperitur immutatum,& ex diuerſis
18 non benè infert *Dom. de Pont.*

Alterum verò obiectum de citationibus in ſimilibus caſibus emanatis à Pręrorio Regiæ Cameræ cõtra alias perſonas Illuſtres, abſque Domini Proregis licentia, cominùs reſolutionem habuit, nempè quod non fuit oppoſitum, ideòq; diſcuſ-
19 ſum dici non poteſt,ad *Bald.*doctrinam famigeratam in *l. receptitia n.*3. *C.de conſtit.pecun.* quam in Sac.Conſil.paſſim receptam profitetur *Dom. de Franch.*

20 Nec ſegniter me habui in perquirendo ab Actuarijs, & Scribis Fiſcalibus quænam vigeat hodie obſeruantia in huiuſmodi citationibus, à quibus certioratus extiti, quod procurant licentiam ab Excellentiſſimis Proregibus ad finem validè citandi.

21 Nihilominus: Menſe Martio anni 1650.Regia Camera decreuit nullitatem non obſtare; obtinui ab eiuſmodi decreto relationem fieri loco reclamationis, & à Dominis Regentibus decretationem, quòd relatio facienda tractaretur in Supremo Collaterali Conſilio; interim Cliens ſe præſentauit ſpontè, & de citationis defectu non fuit amplius loquutum; Caſus poterit paſſim in dies occurrere; Volui poſteris inſinuare, vt ſciant quomodo ſuos tutantur Clientes, *Ego* namq; quam tutatus ſum ſententiam vti Aduocatus, eandem vti Scriptor comprobo, ſub cenſura tamen Peritiorum, quibus ſemper me ſubmiſſum volo; Et ſcio, quod poſt decretum prædictum, dùm contigiſſet citari aliam perſonam Illuſtrem, fuit procurata licentia Excellentiſſimi Proregis ab eodem Tribunali Regiæ Cameræ, & penès acta eiuſdem Inquiſitionis,in qua fuit dictū nullitatem à *Me* propoſitam non obſtare.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Obligationes mulierum pro alijs, qua de causa nullæ reputatæ fuerint?

2 Senatusconsultum Velleianum, licèt vergat in damnum creditorum, qui obligationes à mulieribus accipiunt, tamen dicitur fauorabile, quia principaliter in fauorem mulierum fuit introductum.

3 Priuilegium mulieribus concessum, vt earum obligationes annullentur, personale est, ideòq; ad alios non transitorium.

4 Mulierum obligationes ità demùm nullæ sunt, si de nullitate mulier eas redarguere velit.

5 Ius quærendum non incidit in hypothecam creditorum.

6 Iura nondùm acquisita, non sunt in bonis debitoris.

7 Ius tertij excipiēdo potest opponi, quicquid sit si agendo proponatur.

8 Restitutionis in integrum beneficium, & officium Iudicis, licèt sit personale, transmittitur nihilominus ad hæredes.

9 Ius dicendi de nullitate obligationum mulierum competit creditoribus ob interesse consequendi eorum creditum.

10 Author approbat opinionem, quod creditores possint ob eorum interesse opponere nullitatem obligationis mulieris.

11 Creditoribus competit actio super iure quæsito per mulierem eorum debitricem.

12 Interesse, quod habent creditores redarguendi contractum mulieris debitricis de nullitate, efficit, vt etiam ipsa muliere tacente, possit ab illis opponi.

13 Creditores non habent ius super re, quæ incidit in commissum in beneficium Domini directi, nisi ipse Dominus declarauerit.

14 Creditor habens bona obligata sui debitoris, si in illius beneficium res incidat in commissum, possunt super ea creditores agere, etiamsi Dominus non declarauerit, vel si declarare noluerit.

15 Creditores possunt opponere exceptionē læsionis, & indotationis mulierum debitricum.

16 Author, aliena pro suis venditare, semper abhorruit.

17 D. Petrus Franciscus de Tonduti Saulegerius, laudatur.

ARGVMENTVM:

Creditores an possint allegare obligationem mulierum nullam, in fraudem Senatusconsulti Velleiani, si mulieres ipsæ de nullitate dicere nequiuerint, qua in re sustinet *Author* opinionem affirmatiuā, omnibusq; obiectis, quæ in contrarium vrgere videbantur, recensitis, eisq; resolutis, tàm de priuilegio mulieribus concesso, quod sit personale; ideòq; ad alios non extendendum, tùm etiam, quia Ius erat quærendum, non quæsitum, quod in patrimonio mulierum non adnumerabatur; collaudat *Author*

thor, imò Antesignanum in quæstione præconizat egregium Iureconsultum *D. Petrum Franciscum de Tonduti Sanlegerium in 2. lib. quæstion. et resolution. ciuil. cap. 45. ex n. 1. ad 7.* Sic etenim aliena pro suis venditare, *Authoris* animus exhorruit semper.

OBSERVATIO LXXXII.

1 IMbecillitas sexus muliebris, ac reuerētia, qua tenentur erga viros, vxores, fuerunt in causa, vt Consultorum non pauca emanarint placita, & Cæsarum plures edictales prodierint Constitutiones, quibus nullæ eiusmodi obligationes habitæ fuerunt, *toto tit. ff. ad Senatusconsult. Velleian.* totoq; *titul. C. eod.* vbi Scribentes, præsertim in *l. iubemus, C. ad Velleian. & in Auth. Si qua mulier eod. tit.* & *in l. assiduis, C. qui potior. in pignor. habean.* & *toto tit. & in rubr. ff. solut. matr.* vndè licèt in damnum creditorum cum mulieribus alienam suscipientibus obligationem, contrahentium, vel pro debito virorum se obligatorū, vergere dignoscātur eiusmodi Edicta, & Ordinationes, & Senatusconsultum Velleianum, attamen, quia Statuentium præcipua ratio, ac im-
2 pulsus eò collimauit, vt muliebri sexui consuleretur, fauorabiles habitæ fuerunt quæcumq; Ordinationes in materia excogitatæ, sicuti pulchrè insinuat *tex. in l. qui exceptione, ff. de condict. indeb.*

Vndè in thesi proposita, *Vtrum creditores mulierum valeant in concursu graduationis allegare eiusmodi obligationum nullitatem*, contra ipsos plura facere videbantur.

Primò: quia priuilegium mulie-
3 ribus concessum, vt obligationes earum annullentur, personale est, idcircò non videtur, quod sit ad alios transitorium, sicuti sunt creditores, ad *tex.* & ibi notata per *DD. in l. quia tale, ff. sol. matr.*

Secundò: eiusmodi mulierum
4 obligationes, siue contractus, non sunt ipso iure nulli, sed ità demùm, si mulier, de cuius præiudicio agitur, ad nullitatem agere velit, ante
5 cuius declarationem nō dicitur ius quæsitum creditoribus, sed quærendum, quo creditores vti non possūt, ad *tex. in l. pratia rerum*, ibi, *Sed certè nobis acquirunt, cùm adierint, ff. ad leg. falcid. Iacob. Cancer. variar. resol. lib. 3. cap. 21. tit. de transmission. n. 154. & seqq. Peregr. de fideicom. art. 2. n. 52. & art. 31. n.* 30. Scitum est enim
6 iura nondùm acquisita non esse in bonis debitoris, *d. l. pratia rerum, Surd. conf.* 463. *n.* 6. vers. *Sexto videmus, & dec.* 140. *per tot. D. Pres. de Franch. dec.* 101. *n.* 24. *& seqq. Gratian. disceptation. forens. cap.* 271. *n.* 27. *& seqq. Statil. Pacific. de Saluian. interd. inspect. 3. cap. 2. n.* 513. *Illustr. March. Ramon. controuersiar. forens. tom. 2.* Ego ipse *in 1. disceptation. forens. cap. 34. n. 41. & seqq. & hoc eod. oper. obseruat. 15. n. 14. Rot. Rom.* apud *Buratt. dec. 937. n. 7. cum ibi citatis.*

Pro creditoribus verò, quod scil. illi valeant opponere nullitatem obligationum factarum per vxorem illorum debitricem faciunt infrascripta.

Primò, quia ipsi non agunt dùm allegant nullitatem obligationum, sed potiùs excipiunt de dicta nullitate aduersus alios creditores, qui se

præ-

præferendos esse prætendunt, ac ius
7 tertij excipiendo proponi potest, quicquid sit si agendo proponeretur, secundùm *Gratian. disceptat. forens. cap.*691. *n.* 19. nec hesitari potest exceptiouem iuris tertij quemlibet habentem interesse, opponere posse, *Rot. diuersor. dec.* 247. *n.* 5. *par.* 1.

Secundò, facit argumentum à simili, sicuti beneficium restitutionis in integrum, & officium Iudicis, licèt sit personale, transmittitur ni-
8 hilominus ad heredes, secundùm *Barbos. in d.l. quia tale n.*2. *ff. sol. matr.* & sicuti ius petendi dotem super bonis fideicommisso subiectis, transmittitur etiam ad hæredes extraneos, secundùm *Nicol. Noal. in tract. de transmission. cas.* 22. *n.* 2. *Menoch. de presumpt. lib.* 4. *præs.* 189. *n.* 154. *Fusar. de substit. quæst.* 531. *n.* 48.
9 ità Ius dicendi de nullitate, seu rectiùs ius excipiendi, & opponendi nullitatem, debet competere creditoribus ob interesse consequendi eorum creditum.
10 Quę sanè opinio verior mihi videtur, eamque in praxi consulendo approbaui, nedùm ex adductis ad eam comprobandum, verùm etiam, quia punctuatim ità tenet *Cancer. lib.*3. *variar. resol. cap.*15. *n.*117. *Rot. Rom.* apud *Cenc. dec.* 31. *n.*9. *Io. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. clauf.*7. *glos.* 2. *par.*6. *n.*43. *& seqq.*

Hinc est, quod facilè ex aduerso adducta resoluuntur.

Primum etenim obiectum desũptum ex *tex. in d.l. pretia rerum*, quod agitur de iure quęrendo, nictu oculi dissoluitur, nam potiùs apparet, quod agitur de iure quęsito mulieri per mortem, aut per vergentiam viri ad inopiam, secundùm *Bald. Nouell. de dote par.*12. *n.*24. *&* 25. quem adducit, & approbat *Cãcer. d. n.*117.
11 super quo iure iam quęsito mulieri, competit ius eius creditoribus, imò affectum illis remanet eorum hypothecis.

Secundum obiectum, quod tunc demùm de nullitate redargui pos-
12 sint contractus initi per mulieres, si ipsę voluerint, licèt verum asseramus, attamen non per hoc prohibentur creditores per viam exceptionis opponere de tali nullitate, etiamsi mulier nihil tale declarauerit, vti probat *Gratian. d. cap.* 691. *n.* 15. idq; ratione interesse, quod habent in nullitate dicti contractus, *Rot. d. dec.* 246. *n.* 5. *par.* 1. *diuersor.* quibus cõducit doctrina *Paul. de Castr. in l. cum seruum n.* 2. *C. de seru. fugitiu.* vbi agens de iure quęrendo
13 Domino ob caducitatem, quod nõ acquiritur, nisi eo volente, & declarante, dicit de eo non posse per aliũ opponi ante declarationem Domini, deindè subdit hęc verba, *Nisi tertius qui opponeret, haberet causam*
14 *ab ipso Domino directo, aut esset illius creditor, & haberet bona obligata*, ex qua doctrina apparet etiam illo inuito, de omni iure suo opponere posse creditores, vndè multò magis
15 asserimus posse creditores opponere exceptionem illam lęsionis, & indotationis, cùm nec personalis sit, nec circa ius quęrendum versetur, ex *DD.* supra *citatis*, pręsertim ex *Cancer. d. par.*3. *cap.*15. *n.*118.
16 Et ne pro nostris aliena venditemus (id etenim nusquam in animo fuit à prima sanè die, in qua calamũ ad scripticandum arripuimus) vtq; Scriptoribus debita tribuatur laus, hanc quęstionem absolutam mihi
17 dedit egregius Iureconsultus *Dom. Petrus Franciscus de Tonduti Sanlegerius in* 2. *lib. quæstion. & resolution. ciuil. cap.*45. *ex n.*1. *ad* 7. quam *Ego* approbo, ac iuri, & ęquitati consonam censeo, & in praxi contingibilem haud ignoro.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutæ consueuerunt in recognitionem dominij directi, ad quid minimum se obligare.*
2 *Debitor Capponum, an liberetur illos præstando mortuos, vel adstrictus sit viuos præstare.*
3 D. Mercurialis Merlinus *laudatur.*

ARGVMENTVM.

Debitor Capponum, An liberetur illos præstando mortuos, vel teneatur præstare viuos? & affirmatiuè resolutam materiam insinuat *Author.*

OBSERVATIO LXXXIII.

1 ASsolent Emphyteutæ in recognitionem directi dominij, ad quid modicum Domino directo se obligare, scil. ad vnum par Chyrotegarum, siue ad duas Perdices, vel ad vnum par Capponum, sicuti de istis promissionibus, & obligationibus ex reuolutione processuum vidi nonnulla instrumenta; Incidit tamen dubium
2 an is qui tenetur ad Cappones, à nexu obligationis liberetur illos mortuos præstando, vel adstrictus sit viuos præstare? Qua in re placuit mihi opinio *Carroc. in tractat. de oblation. quæst.* 5. *n.* 11. quod viui sunt præstãdi, non autem mortui, & postmodũ
3 reperi insignem Iureconsultum *D. Mercurialem Merlinum in absoluto tract. de pignor. & hypoth. lib.* 4. *tit.* 2. *quæst.* 83. *n.* 113. qui eandem approbat sententiam.

SVMMARIVM.

1 *Exharedandi filios causa plures sunt.*
2 *Causa si adsit eandem habens rationem, potens est ad exharedandum filios, sicuti causa expressa in iure.*
3 Glosa in l. ob æs, *vers.* Alienum tantum, C. de præd. minor. *enucleatur.*
4 *Foriudicatio filij, an iustam prabeat causam patri, illum exharedandi.*
5 *Foriudicatus dicitur hostis publicus:*
6 Author *respondit licere patri exharedare filium foriudicatum.*
7 Author *pollicetur foriudicationis materiam alibi pertractare.*

ARGVMENTVM.

Exhęredandi filios facultatem iura prębuerunt patribus, iusta tamen causa intercedente, quæ sanè causę ad quatuor-

decim enunciatę fuerunt ab Imperatore, nec tamen indè euenit, vt si alię excogitentur, in quibus eadem vigeat ratio, non debeant admitti, ad quod expenditur notabilis *Glosa in l. ob æs*, verb. *Alienum tantùm*, *C. de præd. minor*. Vndè in Regno vera, & inconcussa inoleuit propositio, foriudicationem, iustam esse causam in patre, vt filium exhęredet, ea nempè ratione, quia foriudicatus hostis publicus habetur.

OBSERVATIO LXXXIV.

1 CAusæ exhæredandi filios plures designatę fuerūt ab Imperatore in §. *Causas autem Authen. Vt cum de appellat. cognosc.* & *Instit. lib. 2. tit. de exhæred. liberor.* quæ licèt ad quatuordecim præstitutæ fuerint, attamen multi existimarunt, quod vltra
2 illas si aliæ causæ incidant, quæ eandem habent rationem, etiam
3 causam iustam exhæredandi præbeant, ad *glosam* reputatam singularem in *l. ob æs*, vers. *Alienum tantum*, *C. de præd. minor. Felyn. in cap. Pastoralis n. 11. de rescrip. Ias. in Auth. non licet*, C. de liber. *præter. Gulielm. de Bened. in cap. Raynutius*, vers. *In eodem testamento lo 2. de testa. Canonistæ in cap. quintauallis de iureiur.* benè *Ferdinand. Vasq. tom. 2. de successio. creation. & progress. lib. 2. §. 20. par. 3. requisit. 29. declar. 3. n. 137. & seqq.*

Dubitatum tamen fuit in Regno, *Vtrum foriudicatio filij iustam præbeat*
4 *causam, vt à patre exhæredetur?* qua in re *Andr. de Iser. in Constit. Regn. Ob filiorum culpas*, *rubr. Vt pater foriudicati ex delicto filij non teneatur lib. 2. in princip. eius Commenti*, inquit esse iustam causam, & adducit *d. §. causas autem*, quasi quòd inter illas ibi descriptas sit annumeranda, vtpotè eandem habentem rationem, non tamen explicat *Andr.* quare foriudicatio sit iusta causa exhæredandi filium; enucleat tamen *Affl in d. Con-*
5 *stit. Ob filiorum culpas n. 2. in fin.* ibi, *Quia est hostis publicus*, sic etenim in *Constit. Pœnam eorum sub tit. de forbānit. & foriudicat.* nuncupatur, ibi, *Quoad omnia ferè pro mortuo habeatur, & hostis publicus reputetur, sic vt ab omnibus offendatur impunè*; vndè *Affl.* post *Andr. in d. Constit. Ob filiorum culpas n. 3.* dat cautelam patribus volentibus excludere Fiscum, quod filios exhæredent ex causa, quia sunt foriudicati, in quam sententiam procliuis fuit *Foller. in prax. crim.* verb. *Audiantur excusatores n. 21.* vers. *Et si pater foriudicati*; Itaq; re-
6 spondi in casu de quo fui consultus; Plura alia pleno sanè calamo, quæ exaraui ad enucleationem materiæ foriudicationis, tùm attentis omnibus Constitutionibus, ac Capitulis Regni, itidē Regijs dispunctis pragmaticis sanctionibus, ac determinationibus Supremorum Senatuum passim emanatis, habebis Lector in 2. *Practicar. Obseruat. volumine*, si manum inscribendo meam, rexerit Deus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 I*Nuentarium ab vno ex pluribus hæredibus factum, omnibus cohæredibus prodest.*
2 Tex. in l. si communem, ff. quemadmod. seruit. amitt. *expenditur.*

ARGVMENTVM.

Heredes plures si fuerint, qui Inuentarium conficere neglexerint, attamen vnus illorum, si fecerit, omnibus prodesse receptum est, ex dispositione *tex. in l. si communem, ff. quemadmod. seruit. amittan.*

OBSERVATIO LXXXV.

1 ARrisit mihi, & ità in quodā patrocinio sustinui, quod Inuentarium ab vno ex pluribus hæredibus factū, omnibus prosit, & cæteris prætermissis ad id allegaui *Bertrand. ab Argentrè* in eius doctissimis *Commentariis ad* Consuetudin. *Ducatus Britanniæ, tit. de success. & Partages art. 5. §. Heres n. 3. glos. Le commissorie,* qui ad id
2 probandum adducit *tex. in l. si communem, ff. quemadm. seruitut. amittan.*

SVMMARIVM.

1 AVthor *plura recollegit ad materiam recusationis Iudicum exornandam, in* Annotation. ad Muscatell. loc. indicato.
2 *Suspictiones contra Iudices, quibus de causis multoties non proponantur.*
3 *Aduocati Neapolitani primi ordinis, raro suspictiones proponunt, aut iis se subscribunt.*
4 *Recusationi Iudicis, An videatur quis renunciare, si coram eo compareat, etiamsi protestetur?*
5 *Protestationis materia, apud quos tractetur?*
6 Author *sustinet opinionem, quod per comparitionem coram Iudice suspecto, videtur renunciatum suspictioni propositæ.*
7 *Appellans, si comparet coram Iudice à quo, censetur renunciare appellationi.*
8 *Iudex recusatus, etsi nihil fecerit, ex sola comparitione apud ipsum censetur renunciatum recusationi.*
9 *Iudex dùm recusatur, est in suspenso eius iurisdictio.*
10 *Recusatione pendente, quicquid agat recusatus Iudex, nullum est.*
11 *Iudicis, suspensa quod sit iurisdictio, & quod illam exerceat pendente recusatione, est impossibile.*
12 *Iurisdictio, dùm exercetur, non potest dici quod sit in suspenso.*
13 Sigismundus Scaccia *laudatur.*
14 *Protestatio contraria facto, non tenet.*
15 *Facto, plusquam verbis, voluntas exprimitur.*
16 *Recusationis iudicio pendente, suspensa est recusati iurisdictio.*
17 *Recusans Iudicem, pendente iudicio recusationis, dicitur ab eius iurisdictione exemptus.*
18 Author in hoc Practicar. Obseruation. opere, *pro versantibus in foro præsertim, laborē desumpsisse fatetur.*

Peritiores Aduocati, primiq; ordinis, rarò suspictionum capita subscribunt, sicuti indicaui in *d. Annotation. ad Mascatell. par. 1. de appellat. glos. 1. Sententia pag.* 308. *col.*1. *vers. Itidem firmaui.*

Cùmq; in thesi proposita, *Vtrum*
4 *recusationi Iudicis renunciare quis videatur, si coram eo comparuit, etiamsi cum protestatione?* Sermonem habuerim cum Dominis Collegis in quodam patrocinio (intendebat etenim Cliens instare pendente adhùc recusationis instantia pro dissequestro nonnullorum mobilium, quorum iacturam metuebat) fuerunt nonnulli in ea opinione, quod licebat absque metu renunciationis instantiam proponere cum protestatione, quod nō ex hoc intendebat eius iurisdictioni se subijcere, non pauca
5 de viribus, & efficacia protestationum insinuantes, ex *l. fin. §. Item si prædixerit, ff. Naut. Campon. Stabul. l. & si quis, §. pleriq; ff. de relig. & sumptib. funer. Morot. respon.* 92.*n.*4. Est enim protestatio, declaratoria mentis, *d. l. & si quis, l. qui in aliena, §. Celsus, ff. de acquir. hæred. l. Nesennius, ff. de negot. gest. Castren. in l. fin autem, §. in repetita n.*1. *ff. de reiuen. Ann. in repetit. Consilit. Diuæ memoriæ n.* 273. *Surd. de alim. tit.* 6 *q.*8.*n.*37.& conferuat ius protestantis, *l. si debitor, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solu. l. non solum, §. morte, ff. non. oper. nunciat. Glos. in l. ex verbis, C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. eleganter,* verb. *Finita, ff. de pignorat. actio. l. libera,* iuncta *glos. C. de senten. & interloc. omn. Iudic. Zas. cons.*13.*n.*40. *lib.* 1. *Reg. Valenz. cons.* 73. *n.*25. plura per *Me in* 1. *disceptat. forens. cap.* 18. *n.*41. *& seqq.*

Ego verò, alijq; mecum contrarium sustinuimus ex peculiari pla-
6 cito, *Alex. in cons.* 12. *lib.*6. cum cumulatis per *Lancell. de attentat. post recusationem,* vers. *Secundo quando,* quam post *Abb. Alex. Curt. Cum. Ias. & Maran.* in sedibus per ipsum indicatis, approbat *Sigismun. Scacc. de appellat. lib.* 1. *cap.* 10. *sub n.* 19. vers. *Hæc conclusio*, vbi de communi, & *lib.*2. *q.*17. *limit.*2. *sub n.*14. vers. *Cōprobatur par.* 2. *cap.* 6. *n.* 28. *& seqq. Cas. de Grass. dec.* 9. *n.*8. *de reind.* secundùm quæ iudicatum per *Rot. Rom.* concordibus Dominis, recenset *Farin. dec.* 284. *n.*4. vers. *Et à recusatione par.* 3. & eandem *Rotam Romanam* apud *Sanctissimum dec.* 292. *n.* 1. vers. *Nec ex recusatione Iudicis,* qua simpliciter adducta, ei se subscribit *Dom. Reg. Ron. in prag.*9. *de suspition. Official. n.* 9. vers. *Illud tamen,* adducens pariter *Oliuer. Beltram. in addit. ad d. dec.* 292. *n.*4. vbi concordantes allegat *Rotæ Romana* determinationes, nempè *dec.* 901. *n.* 1. *in* 2. *par. diuersor.* & apud *Cardin. Seraphin. dec.* 898. *n.*7. *& dec.*532. *n.*2. *& dec.* 1057. *& dec.* 368. *coram Sanctiss.*
7 Quibus apprimè suffragari aiebam: simile de appellante, qui si comparet coram Iudice, à quo appellauit, tunc comparendo, renunciat appellationi, secundùm *Philipp. Franc. in cap. cum teneamur* 17. *sub n.*4. vers. *Vltimò tene menti,* & in *cap. solicitudinem* 54. *quæst.*6. *n.*10. *de appell. Rebuff. in tract. de appellat. art.*15. *glos.*1. *n.*7. vers. *Tacitè tom.* 3. *pag.* 517. *Gabr. commun. conclus. tit. de appellat. concl.* 2. *n.*1. *lib.*2. *Caputaq. dec.*29. *n.*1. *par.* 1. *Lancell. de attent. par.* 2. *cap.*12. *de attent. & innouat. appellat. penden. in præfat. n.* 15. *& seqq.* vers. *Primò, & ampliat.* 2. *princ. n.* 4. *&* 5. *pag.* 351. *Ruginell. de appellat. §.*9. *glos.*1. *cap.* 1. *n.* 41. vers. *Insuper Barz. dec. Bonon.* 154. plenè *Montal. de exceptio. art.*42. *n.*10. *tom.* 3. *par.*2. *pag.* 120. *Scacc. de appellat. q.*17. *limit.*2. *n.*14. vers. *Exemplifica primo, & n.* 15. vers. *Amplia primò,* vbi prædicta locum sibi vendicare tradit, etiamsi Iudex nihil fe-
8 cerit, quia satis est, quod coram eo comparuerit, vti ex *Felyn. in cap. Cum sit Romana* 5. *sub n.* 10. vers. *Tertiò* con-

considera de appellat. quem refert, & sequitur *Gabr. d. conclus. 2. ampliat. 2. n. 3.*

Quatenus verò ad protestationẽ attinet, insinuabamus neutiquam
9 illam proficere, nam dùm Iudex recusatur, in suspenso est eius iurisdictio, & persona ipsius Iudicis recusati impugnatur, adeò quod recusa-
10 tione pendente, quicquid agat, nullum est, ad *glos. in cap. Iudex*, verb. *proponatur*, ibiq; *Franc. & Gemin. de offic. delegat. in 6. Bart.* ibiq; eius *Asseclæ in l. quia poterat n. 4. ff. ad Trebell. Gaill. practicar. obseru. lib. 1. cap. 33. n. 12. Cassan. cons. 30. n. 21. Guazzin. ad defens. reor. 1. cap. 19. n. 37. & 55. Menoch. cons. 865. n. 15. Couarr. practicar. cap. 26. Azeued. in l. 1. n. 8. tit. 16. lib. 4. Recopilat. Osasc. dec. 84. n. 3. Maran. in Specul. aur. par. 4. dist. 16. n. 14. & par. 6. de appellat. n. 24. Gregor. Lopez l. 22. glos. magna tit. 4. par. 3. Mynsing. centur. 4. obseruat. 59. Mastr. dec. 151. n. 6. Giurb.* qui & alios more suo cõgerit *cons. crim. 9. n. 3. Reg. Sanfel. dec. 85. n. 4. & 5. par. 1.* vbi pulchrè distinguit, *Ego in Annotat. ad Museatell. loc. cit. col. 2.* vers. *An autem, circa finem.* Dùm igitur recusans comparet coram eo, vt procedat ad aliquem actum, qui non potest expediri, nisi virtute iurisdictionis, quæ iam est suspensa, tunc faciendo actum contrarium recusationi, videtur velle illi renunciare, nam alias videtur sibi contrarius, quòd non præsumitur, essetq; pariter admittere con-
11 trarietatẽ in eodem subiecto, quod scil. Iudicis suspensa sit iurisdictio, & quod illam exerceat, quod est im-
12 possibile, nec iurisdictio exercita potest dici, quod stet in suspenso, ita pulchrè satis *Scacc.* dignus, qui sem-
13 per extollatur in *d. q. 17. limit. 2. n. 22.* vers. *Secùs*, & *n. 42.* vers. *Secùs est si actus.*

Hisq; conducit vulgaris illa, non tamen prosternenda rationis ratio,
14 nam sicuti protestatio contraria facto non tenet *Guid. Pap. dec. 171. & seq.* Card. *Mantic. dec. 200. n. 2. Marescott. variar. lib. 2 cap. 138. n. 6. Burat. dec. 624. in fin. Bald. cons. 8. n. 2. lib. 1. Menoch. cons. 674. n. 16. & 17. Mercurial. Merlin. de pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. q. 13.* nam plus est factũ,
15 quàm verba, & voluntas magis facto, quàm verbis exprimitur *l. Paulus aliàs per procuratorem, ff. de acquir. hæred. cap. dilecti filij el 2.* vbi *glos.* & *Canonistæ* communiter *de appellat. Rot. diuers. dec. 811. n. 20.* vers. *Plus, & n. 21. par. 1. Ego in 1. disceptat. forens. cap. 26. n. 19.* & sicuti tradit eruditus *Tiraq. de retract. conuent. ad fin. sub n. 76.* vers. *Sed vt demus*, res magis, quã sermo loquitur relatus à *Scacc. d. limit. 2. n. 23.* vers. *Ratio rationis*, ità pariter, dùm quis Iudicem recusat, eiusque iurisdictionem impugnat, si coram eo comparet, & petit, quod ius dicat ad eius instantiam, suspensa illius iurisdictio (nam stante recu-
16 satione eius officium conquiescit *Milleus in repertor.* verb. *Iurisdictio, Verall. dec. 7. n. 1. par. 3. Lancell. de attentat. par. 2. cap. 6. n. 28. Reg. Valenz. cons. 43 n. 170. Mut. ad pragm. tit. 4. n. 22.* Imò recusans à recusati Iudi-
17 cis recusatione exemptus dicitur, *Paris de Sindicat. §. suspicio, n. 11. Io. Andr. in cap. cum speciali de appell, Iodoc. prax. ciuil. tit. de recusat. cap. 125. Intrigliol. sing. 79. n. 181.*) vires reassumit, & quasi è somno suscitata, efficit, vt à recusatione videatur recessum, nam protestatio est de illis, quę totum factum destruit, ex dictis per *Rot. Rom.* in casu recensito per *Mercurial. Merlin. loc. cit. lib. 5. tit. 1. q. 31. n. 20.*

Quæ cum Ego paucis vera tamen ratione, sim præfatus, iniectam libenter materiã inquisiui, quæ prudentes, & natos in foro homines, tàm frequenti casu fallere potuisset, vtq; ij erudiantur, quos tandiù fefellisset: Hæc sanè causa me impulit, vt eiusmodi excitationem foro

addi-

addictis aperirem; quibus præcipuè
18 ſolertiam meam, in hoc Practicarum Obſeruationum Opere ſum pollicitus.

OBSERVATIO LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 P*Rodigus ante omnia eſt citandus, antequam contra ipſum procedatur ad talem declarandum.*

2 *Mentecaptus non eſt citandus antequam interdicatur adminiſtratio.*

3 D. Bertrandus D'Argentrè *inſignis Iureconſultus laudatur.*

4 D. Bertrandi D' Argentrè *verba recenſentur in materia citationis prodigi.*

ARGVMENTVM.

Prodigum ante omnia eſſe citãdum, antequam cõtra ipſum procedatur ad prodigalitatẽ declarandam, quicquid ſit in mentecapto, ſecundùm doctrinam *D. Bertrandi D'Argentrè* celeberrimi Iureconſulti, cuius verba ferioſè enũciantur.

1 CAlamum aliquando in caſu currẽti arripui, & fundare nitebar Prodigũ omninò eſſe citandum, antequam cõtra ipſum procederetur ad talem declarandum, & ex conſequenti adminiſtratione ſuſpendendum bonorum ſuorum, ſicuti in *1. diſceptation forenſ. cap. 1. n. 12.* verſ. *Præterquamquod:* cuipiam obuium ſit, vbi poſt *Ang. & Imol. in l. is cui bonis, ff. de verb. oblig.* ex quo *tex.* materia parata eſt Doctoribs de prædictis diſſerendi, & diſputandi, hanc communem eſſe opinionem poſt *Cagnol. in l. furioſi n. 22. ff. de regu. iur.* indicaui, quicquid
2 aliud ſit in mentecapto, *Ruin. conſ. 99. n. 3.* verſ. *Nam furioſus vol. 4.* Et hanc eſſe communem opinionem, itaq; emanaſſe determinationem in facti contingentia, benè memorat *Franc. Viu. in Sylua commun. opinion. opin.* 655. verb. *Prodigus, & furioſus,* & in verb. *Prodigo etiam notorio,* & punctuatim *Bertaz. conſ. 222. n. 2. lib. 3. Caldas de Pereir. in celebri repetit. l. ſi curatorem habens,* verb. *Cum non abſimilis, n. 7.* verſ. *Ad huiuſmodi verò.*

Modò: cum maximæ apud *Me,* ſicuti & apud omnes, authoritatis virum de noſtra legali diſciplina apprimè meritum conſuluerim, noſtram olim comprobantem ſenten-
3 tiam, nempè *D. Bertrandum D' Argentrè* digniſſimũ in Senatu Dredonen Præſidem, in *luculentiſſimis eius commentarijs in Patr ias Britenum leges,*

ges, seu Consuetudines generales Ducatus Britanniæ, art. 492. pag. mihi 1875. n. 1. placuit, mihimetipsi Glossam struere, tantiq; viri verba punctuatim subnectere; memoria siquidem teneo, coram peritissimis Dominis duarum Aularum Sacri Regij Consilij Neapolitani, coram quibus patrocinium illud faciebam, de quo in *d. cap. 1. n. 12.* vers. *Præterquamquod:* fuisse hæsitatum, & non leuiter de illa mea assertione: Audiamus modò, si libet *Bertrand. D'Argentrè* nuper recensitum, qui pulchrè fatur, ibi, *Hic Angeli, Iasonis, Decij, falsa sententia conuincitur, qui non putant, ad declarationem prodigalitatis, necessariam esse vocationem prodigi, quia, inquiunt, prodigus impedire non possit, ne eis bonis interdicatur. Audio inquam assumptum de Prodigo, sed quominus talis pronuncietur, & iudicetur, obsistere potest, & defensiones afferre, & causas alienationum iustas, & necessarias probare, & debita, & casus; Et verò multi quotidiè probant, & absoluuntur, alioqui, nec appellationes talium essent recipiendæ; Quòd tamen illi admittunt, sicuti eùm aiunt, conuictus, & confessus non appellat, sed à sententia, qua conuictus pronunciatur, rectè appellat. Hæc tamen Doctorum est sententia d. l. is cui bonis, & Decij conf. 274. in fin.* quam vsus indubius reiecit, ex quo *Alex. Imol. Castrens. & alij d. l. is cui bonis, & Soccin. conf. 279. vol. 2.*

Vt hinc, Politioris literaturæ Vir agnoscat, ex vna (vti aiunt) fidelia, duos quandoque dealbari posse parietes, sicuti *Ego* hoc in theoremate peregi.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia an habeant restitutionem in integrum.*

2 *Forma consueta à Dom. Spectab. Præside, in casu quo conceditur Restitutio in integrum.*

3 *Ecclesiæ competit restitutio in integrum infra quatriennium.*

4 *Ciuitates, & Vniuersitatem habent restitutionem in integrum infra quatriennium.*

5 *Restitutio in integrum competit Ecclesiæ post quataiennium, si rationabilis causa subsit.*

6 *Ignorantia Ecclesiæ, operatur vt restitutio illi competat, etiam post quatriennium.*

7 *Restitutio in integrum competit Ecclesiæ ob ignorantiam, nedùm post quatriennium, verùm etiam post annos 40. 100. vel 1000.*

8 *Quatriennium non currit, nisi à die scientiæ, ad petendam restitutionem in integrum.*

9 *Quatriennium ad petendam restitutionem in integrum, quò ad sui initium est vtile, licèt postquam capit currere, est continuum.*

10 *Quatriennium ad petendam restitutionem in integrum, incipit currere, non à die quo quis sciuit sententiam latam, sed quo instrumenta sunt de nouo reperta.*

11 *Scientia in Vniuersitate, non sufficit, licèt omnes sciant, nisi scientia sit conuocata Vniuersitate.*

12 *Ecclesia ob mutationem Prælatorum habet restitutionem in integrum, etiã ob lapsum quadriennij.*

13 *Restitutio in integrum conceditur, etiã lapso quatriennio, si damnum eminentissimum, & læsio enormissima subsit.*

14 Pro-

14 *Procuratorum incuria, Eccleſijs præiudicare non poteſt.*
15 *Reſtitutio in integrum cenſetur petita, etiamſi non fuerit dictum per viam reſtitutionis in integrum quando alia via non poteſt competere.*
16 Deciſio 86. Dom.de Franch. *recenſetur.*
17 Matthias Berlichius *inſignis Iureconſultus laudatur.*
18 *Eccleſiæ priuilegia, habent locum etiam in quolibet loco pio.*
19 *Hoſpitalia potiuntur priuilegio Eccleſiarum.*

ſui initio ſit vtile, deinde continuum, & data ignorantia, nequidem ſi 40. 100. vel 1000. effluxerint anni, currere dicitur, Vel ſi alia adſit rationabilis cauſa, nempè mutatio Prælatorum, vel dãnum eminentiſſimum, ſeu enormiſſima læſio interceſſerit.

ARGVMENTVM.

Eccleſiæ, Vniuerſitates, Collegia, Montes, & his ſimilia, aduerſus res iudicatas in integrum reſtitutionem habere, ex peculiaribus Iurium diſpoſitionibus ſancitum, inſinuat *Author*, eamq; competere, ſeu petitam videri, etiamſi per viam reſtitutionis in integrum non dicatur, quãdo alia via quidpiam illis cõpetere non poſſet, receptã in Regno concluſionem eſſe, indicat; Adeòq; fauorem Eccleſiarum in cõſideratione leges habuerunt, vt quatriennium illud, intra quòd expeti debere reſtitutionem in integrum, iura ſanxerunt, minimè currere intelligatur, niſi à die ſcientiæ, ità quòd in

OBSERVATIO LXXXVIII.

HVius quæſiti operoſa eſt tractatio apud Cauſidicos, quippèque, adeò ſpiſſim contingit, & in eorum oculis ſeſe ingerit, vt vitari minimè poſſit, Et memor Ipſe ſum, quòd interpoſito decreto per Sac. Conſilium Iunctis Claſſibus in cauſa hæredum quond. Alphonſi Carrafa, contra Venerabiles Eccleſias Sanctorum Apoſtolorum, & Sãcti Pauli Clericorum Regularium, omni laude extollendorum, ob eorum eximiam doctrinam, & ingenuam probitatem, exiſtente tunc earum Aduocato V.I.D. Anello de Maſſa, apprimè docto, ac timoratæ conſcientiæ viro, fuit poſtmodum acer-
1 rimè diſputatum, an Eccleſijs prædictis competeret reſtitutio in integrum, eò quod Procurator Eccleſiarum, ſegniter ſe habuit in obtinenda decretatione in forma con-
2 ſueta à Spectab. Domino Sac. Conſilij Præſide, quod idem Magnificus cauſæ Commiſſarius verbum faceret in Sac. Conſil. ad finem viden-

di, an sit deferendum petitæ restitutioni in integrum infra quatriennium.

Mihi igitur patrocinium postmodum præstanti pro Ecclesijs, necessè fuit de pluribus certamen inire, Et Primò aiebam non esse iuridicè hæ-
3 sitandum, quin Ecclesia habeat restitutionem in integrum, eamque sibi competere infra quatriennium, ex peculiari Canonum dispositione in *cap. 1. de restit. in integr. in 6. & in clem. eod. tit. Panorm, cons. 32. n. 3,* vers. *Quia hoc falsum par. 1, Ias. in l. emphyteuticarijs 2. C. de iur. emphyt. n.49.* vers. *Et debebunt restitui, & cons. 27. n. 9.* ibi, *Sed quòd Ecclesia, lib. 1. Rom. cons. 407. n. 6.* vers. *Sed est videndum, Specul. lib. 4. par. 3. tit. de Emphyteus. §. nunc aliqua, n.17.* vers. *Dic quod, & lib. 2. par. 3. tit. de restit. in integr. §. intra quod n. 2. in med.* vers. *Ex quo patet,* benè *Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 19. art. 3. n. 21.* vers. *Amplia primò, & n. 22. & 23. Rom. sing. 272. n. 1. & seq. Balb. de præscr. par. 1. par. 5. princip. q. 2. n. 1. & seq. Bal. cons. 381. n. 3.* vers. *Et ideò succurritur, lib. 3. Dec. cons. 341. n. 15.* vers. *Et restitutio, Matthias Berlich. dec. 218. n. 1, tom. 2. & n. 2.* vers. *Quòd extenditur,*
4 inquiens præfata procedere in Ciuitatibus, & alijs Vniuersitatibus, & Communitatibus, *Glos. in l. Respublica 4. C. quib. ex caus. maior,* verb. *Potest,* vers. *Tu dic infra, Bart. ibi n. 5.* vers. *Quæro intra quantum, & in l. Rempublicam 3. C. de iur. Reipub. n. 3.* vers. *Quærit glosa Specul. lib. 2. par. 3. tit. de restit. in integr. §. intra quantum 4. n. 3.* vers. *Hoc idem, Io. Andr. sub eod. tit. §. quis autem 2. n. 20. lit. K.* verb. *Respublica sub fin.* vers. *Et mihi placet, Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 1. d. q. 19. art. 3. n. 24.* vers. *Amplia etiã, & n. 25. Maurit. in simili tractat. de restit. in integr. cap. 42. n. 2. ad fin.* vers. *Ex quibus omnibus n. 3. & seq. Nicol. Losæ. tractat. de iur. Vniuers. par. 3. cap. 18. n. 20.* vers. *Nunc videamus, & seq. Rom. sing. 272. Hartm. Pister. q. 37. n. 63. par. 1.* & ità iudicatum ex prædictis tradit *Berlich. in supremo iudicio Dresdensi anno 1628. die 5. Iulij,* quæ sententia fuit confirmata in secunda instantia *de anno 1629. die 25. Iunij d. dec. 218. n. 3. & 4.*

5 Præmissa tamen restringuntur de quatriennio, ex *tex. in d. cap. 1. de restit. in integr. in 6.* nisi rationabilis causa subsit, *Rom. cons. 123. n. 5.* vers. *Ex rationabili causa, & cons. 407. n. 6. Sforz. Odd. de restit. in integr. par. 1. q. 19. art. 5. n. 57.* vers. *Limitatur secundo, & art. 7. n. 74.*

Inuestigant DD. quænam dici queat rationabilis causa, & illam pluribus exornant.

6 Primò, si adsit ignorantia, *Bal. in l. falsa n. 3. C. si ex fals. instru. & cons. 92. n. 1.* vers. *Quia est lapsum lib. 1. Pau. de Castr. cons. 299. n. 3. vsque ad fin. lib. 1. Dec. cons. 36. n. 9.* vers. *Nec obstat si dicatur, Boer. dec. 39. n. 4.* vbi mirabilem hanc *Bald.* opinionem præconizat, *Balb. de præscr. par. 1. par 5. princip. q. 2. n. 2.* vers. *Sed est notandum, Alex cons. 150. n. 3.* vbi pulchras rationes adducit, *lib. 7.* quo ca-
7 su etiam si quadraginta, vel centum, vel mille anni essent decursi, admittuntur Ecclesiæ, Vniuersitates, aliaque loca repræsentata ad restitutionem in integrum efflagitandam, *Alex. d. cons. 150. n 5.* vers. *Nec obstat, lib. 7. Bal. in d. l. falsam 3. C. si ex fals. instru. n. 3.* vers. *Vndè si quis staret per centum annos, Dec. cons. 36. n. 9.* vers. *Et ideò si lapsus staret, Boer. d. dec. 39. n. 8.* vers. *Etiam vsq; ad centum, Cardin. Tusc. practicar. tom. 7.* verb. *Restitutio, conclus. 297. n. 12. & 13.* vers. *Extende etiam, & conclus. 298. n. 46. Alex. d. cons. 116. n. 3. lib. 5. Berlich. d. dec. 218. n. 7. cum duob. seqq.*

8 Verùm namq; est, quòd hoc quadriennium non currit, nisi à die scientiæ, *Bald. in d. l. falsam n. 3. & cons. 29. n. 1. Alex. d. cons. 150. n. 5. lib. 7. Sforz. Odd. de restit. in integr. par.*

par. 1. q. 20. art. 4. n.37. vers. *In contrarium est cõmunis*, Et quoad sui ini-
9 tium est vtile, licèt postquam cæpit currere, sit continuum, sicuti DD. modò allegati comprobant, & tenet *Couarr. in cap. possessor par. 3. §. 3. n. 3. de reg. iur. in 6.*
10 Quodq; præcipuum in materia affertur, quadriennium incipit currere, non à die, quo quis sciuit sententiam latam, sed quo instrumenta de nouo sunt reperta, *Bald. cons.* 92.
11 *n.* 1. vers. *Quia imò incipit, lib.* 1. Et respectu Vniuersitatis, aliud peculiare signant DD. quod non sufficiat scientia ipsius, licèt omnes sciant, nisi scientia sit conuocata Vniuersitate, *Cagnol. in l. 2. n.* 145. vers. *Item quando oritur, ff. de orig. iur.*

Ex quibus in facto dicebam, tempus quatriennij nõ fuisse decursum, quia Ecclesiæ nullam habuerunt scientiam per actum citationis personæ legitimæ.

12 Secunda restrictio à DD. allata, quod restitutio in integrum conceditur etiam ob lapsum quadriennij, eò tendit, si Ecclesia, vel Vniuersitas, aliaq; loca repræsentata, à die læsionis, multas nouas mutationes, Prælatorum, vel Sindicorum habuit, *Alex. cons.* 47. *n.* 7. vers. *Quia potest, lib. 5. & d. cons.* 150. *n.* 6. vers. *Si Ecclesia d. lib.* 7. *Rom. cons.* 407. *n.* 6. vers. *Secundò si multas, Crau. cons.* 642. *n.* 13. *post med.* vers. *Secundò responderi potest, Dec. cons.* 36. *n.* 9. *in med.* vers. *Quia imò*, licèt de hoc, respectu Ciuitatum, & Castrorum, etsi ordo Decurionum, & Syndicorum, seu Administratorum mutetur, subdubiùs extiterit *Natt. cons.* 425. *n.* 45. vers. *Quartò obijcitur, & n. seq. tom.* 3. sicuti obseruat *Berlich. d. dec.* 218. *n.* 15. vers. *Quod tamen*; Et hæc mutatio Superiorum etiam in facto à Nobis fuit ponderata.

13 Tertia restrictio, vt etiam lapso quadriennio, concedatur restitutio in integrum, & pro rationabili causa habeatur, ea communiter affertur, si damnum eminentissimum, & læsio enormissima subsit, secundùm *Alex. cons.* 47. *n.* 7. vers. *Vel etiam quando lib. 5. & cons.* 150. *n.* 6. vers. *Vel si damnum esset, lib.* 7. *Rom. cons.* 123. *n.* 5. vers. *Puta quia contingat, & cons.* 407. *n.* 6. vers. *Respondetur, Ias. cons.* 55. *n.* 5. vers. *Illud verum est, lib.* 1. *Couarr. lib.* 1. *variar. cap.* 3. *n.* 13. *Sforz. Odd. de restitut. in integr. par.* 1. *q.* 19. *art.* 7. *n.* 66. *& seqq. & n.* 741. *Maurit. in eod. tract. cap.* 418. *n.* 1. *& seq. per tot.* Et de hoc damno, & enormissima læsione præter ea, quæ ad iustitiam Ecclesiarum insinuandam adducebamus, quæq; latiori exarabimus calamo in 3. *disceptation. forens. vol.* sequenti anno in lucem prodituro (Deus si mihi vires tribuat) ex alio, etiam euidenter constabat, nam si denegaretur restitutio integrum, decretum suam obtinuisset exequutionem, in præiudicium, & interesse Ecclesiarum.

Quò verò ad aliud obiectum, quòd non erat petita restitutio in
14 integrum, dicebamus incuriam Procuratoris, Ecclesijs præiudicare non debere, vltrà quod sufficiens erat ad
15 petitam restitutionem in integrum obtinendam, quod fuerit instatum reparari decreto, etiamsi non fuerit dictum per viam restitutionis in integrum, nam dùm non poterant alia via obtinere Ecclesiæ, quàm per viã restitutionis in integrum, videbatur petita restitutio in integrum, ex ijs, quæ *Alex.* dicit in *rubr. C. qui admitt.*
16 quam ad hoc recenset *D. de Franch. dec.* 86. *n.* 7. vers. *Accedebat prædictis*, inquiens defensores in illa causa nõ extitisse bonos Nautas, & *Alex.* sequitur *Ias. in §. Rursus col.* 50. *Instit. de actio.* quam pariter adducit *Dom. de Franch. d. dec.* 86. *n.* 7. *in fin.* vbi testatur alia concordantia adduxisse in *dec.* 10. quam sine numero allegat, & dùm reuidere volui, nequidẽ verbum in Codice meo inueni euo-

Ooo 2 mi-

mitum à *Dom. de Franch. in d. dec.* 10.

Quibus adductis per *Me* in contradictorio, eisq; discussis per Dominos duarum Aularum, fuit iniunctum nobis, quod de iustitia Ecclesiarum verba faciamus, & pendet adhuc determinatio, *An sit deferendum petitæ restitutioni in integrum*, in limine expeditionis; Hæc tamen
17 quæ adduxi, scitè, & eruditè agit *Dom. Matthias Berlich.* præmanibus semper habendus, ob eius ingentem doctrinam, styli elegantiam, & summum ingenium, in sæpè recensita *dec.* 218. *par.* 2. cumq; ab ipso habuerim, illi tribuatur honos.

18 Hoc pro coronide superaddito, quod cum omnia supra tradita de Ecclesia, locum etiam in quolibet pio loco, de iure habeant, iuxtà ea, quæ tradit *Io. Andr. in cap.* 2. *n.* 1. *de restit. in integr. in* 6. *& cap. requisiuisti*, vers. *Secùs autem de testa. tex. in Authen. de non alien.* §. *Nos igitur*, vbi Imperator etiam ad Hospitalium bona, dictam prohibitionem extendit, & ità consuluit *Alex. cons.* 4. *n.* 4. *vol.* 3. & tenet *Rebuff. in compend. alien. rer. Ecclesiast. n.* 51. *Tiraq. de priuileg. pia caus. priuil.* 138. *Butr. in cap. nulli de reb. Eccles. non alienan.* debere procedere etiam in Montibus, Collegijs, alijsq; locis repræsentatis, sustinemus, sicuti ponderat in casu simili *Reg. Valenz. cons.* 3. *n.* 93. *par.* 1.

SVMMARIVM.

1 D*ilectio Parentum erga filios, & amor, supra omnes caput extollit.*

2 *Filij nomen à* Τυ Φιλω, *Gracè, idest ab amore dicitur deriuasse.*

3 *Filij præter seipsos, neminem alium magis diligere debent, quàm parentes.*

4 *Inops an ali debeat à patre, vel à filio diuitibus?*

5 Cynus in l. parentum num. 5. *vers.* Quartò quęro, C. de alend. liber. *subdubiùs existit in resolutione quæstionis, Vtrum Inops petere debeat alimenta à patre, vel à filio diuitibus.*

6 *Filius ob necessitatem famis, potest vendi à patre.*

7 *Pater conseruatur in filio.*

8 *Pater magis torquetur in filio, quàm in seipso.*

9 *Pater quod magis teneatur filio, quàm patri, vndè asseratur.*

10 *Doctores referuntur, qui dubitarunt super articulo an Inops debeat petere alimenta potius à patre, quàm à filio diuitibus?*

11 Anton. de Cordub. *quid senserit super articulo, An inops debeat petere prius alimenta à patre, quàm à filio diuitibus?*

12 Author *sustinet opinionem, quòd à patre sunt expetenda alimenta, non à filio.*

13 *Artifex omnis diligit opus suum.*

14 Alphonsus de Castro *obiurgatur à* Corduba.

15 *Rationes plures adducuntur, ex quibus conuincitur, quod à patre, non à filio sunt expetenda alimenta.*

16 *Bona patris dicuntur quodammodo esse filij, viuo patre, non autem è conuerso.*

17 Fi-

27 *Filius præfertur Auo in ſucceſſione patris.*

28 *Amor deſcendit, non aſcendit.*

29 Diuus Chriſoſtom. *refertur circa deſcenſum amoris in filios,non autem aſcenſum.*

ARGVMENTVM.

Jnops patrem, & filium diuites habens, à quibus alimenta petere debet à patre nè, vel à filio? Pulchra propoſitio; in cuius enucleatione *Cynus* magnus Doctor *in l. parentum n.5.* verſ. *Quæro, C.de alĕd.liber.* ad partes eã diſputans, indeterminatam relinquit, cuius hæſitatione deterriti Doctores poſt ipſum, in varias iuerunt opiniones, quibus ſummatim adductis, funditus tamen diſcuſſis eam ſuſtinet *Author* ſententiam vti veriorem, fortioribuſque argumentis, & rationibus fulcitam, qua habetur à patre, non à filio eſſe expetenda alimenta.

OBSERVATIO LXXXIX.

1 ESt Sapientum opinio, vetus, & contrita, Dilectionem Parentum erga filios, & amorem ſupra omnes humanos affectus caput extollere, Supremumq; huius Vniuerſitatis Opificem ab ipſa primi Parentis creatione eiuſmodi affectum indixiſſe, eiuſq; dulcedine animi,& mentis corporis præcordia imbuiſſe, adeò quòd naturam ipſam abſq; opificio, omnes edocere ad filios amore proſequẽdum ex eo traditum aſſentimur, quia filij nomen
2 à Tυ Φιλυ, Græcè, ideſt ab amore dictum volunt, quod omnium conſtantiſſimus amor, ſit parentum in filios,nec eſt ex parentibus,qui non agnoſcat,id quod exemplis inſinuarunt *Conſulti in l. veluti, ff. de iuſt. & iur. l. iſti quidem, ff. de eo, quod met. cauſ. l.nam etſi parentibus, ff. de inoffic. teſta. l. fin. C.de Curator. furioſi*, ſicuti
3 pariter filios præter ſeipſos, nemini alium debere magis diligere, & venerari, quàm parentes, nulliq; ex his qui in natura ſunt, filios tantùm reuerentiæ, & præſidij debere, quantum parenti nemo eſt, quem lateat, & disertè admodum ſcribit *Fortun. Garſ. in d. l. veluti n.36. & ſeq. ff. de iuſt. & iur.* cui manus dedit *Petr. Leman. in tract. de priuileg. Doctor. par. 4. q. 59.* quem laudat, ſuumque ei præbet calculum *Aſcan.Clem.de patr. poteſt.effect.17. n.34.* ea ductus ratione, quia filius à patre, recipit eſſe, *cap. Moyſes 32. q.2. cap. naſci 55. diſt. cap. mulier 56. diſt.* eiſq; inhęret *Io. Petr. Surd. in celebri tractat. de alim. tit.1. q.94. n.6. & ſeq.* & alibi paſſim *in eod. tract.*

E qua-

E quarum obligationum vicissitudine parentum erga filios, & filiorum erga parentes, mota est in-
4 dagatio inter DD. *A quonam inops ali debeat, à patre, vel à filio diuitibus?* Non aspernenda (me herclè) antinomia, nec vulgaris, queq; adeò dubia visa fuit Peritioribus, vt indeterminatam potiùs relinquere existimarint, quàm eorum sensum adaperire; Tangit etenim eam *Cyn. ad*
5 *lib.5. Codicis, tit.21. rubr.25. de alend. liber. à parent. l. parentum n. 5.* vers. *Quartò quæro*, vbi quęsitum insinuat eiusmodi, *Pone quod quis habeat patrem diuitem, & filium diuitem, & ipse est pauper, à quo debet prius petere alimenta?* Et dùm occurrere satagit quęsito (pręter morem) vacillat; siquidem ad partes arguit, nec resoluit; Nam primùm asserit esse in electione sua, à quo petere velit, adducens in argumentum *tex. in l.liberũ, ff. de fideiussor.* Postmodum incontinenti, affirmat dicendum esse, quod vterq; teneatur conferre, per *tex. in l.3. ff. de alim. legat. & in Authen. quib. mod. natural. effician. legit. §. pen.* idq; procedere autumat, quia sunt in pari gradu; Differt interim suum interponere iudicium, & asserit *Iacob. de Aren.* in hoc variare; & aliquando inclinare, quod sit onus æqualiter sustinendum, aliquando quod sit in electione petentis, *argum. d.l. liberum, & ff. de actio. & oblig. l. si is qui Sticchum, & l. si ab instituto, ff. siquis omiss. caus. testa.*

Pergens intereà *Cyn.* ad quęsitum, adhùc subdubiùs, inquit videri considerandum, quem lex prius, & fortius obligat, & iterum vtens verbo dubio, tradit; *Et videtur, quod fortiùs obligetur filius patri, quàm*
6 *pater filio*, eam insinuans rationem, *Quia ob necessitatem famis filius à patre potest vendi, vt sup. de patr. potest. l. 1. & 2.* Mox contrarium suadet, quod primò debeat respondere pater,
7 quàm filius, quia pater conseruatur in filio, & ad conseruationem sui, quis primò tenetur, itidem patrem
8 magis timere in filio, quàm in seipso, per *tex. in d.l. isti quidem in fin.* sibiq; prius quis satisfacere debet, ad *tex. in l. Præses, C. de seruit. & aqua.*

Tandem, vt è labirinto eiusmodi quæstionis se extricaret, palàm profitetur, illam videri dubiam, & si
9 quis velit dicere, quod filius primo teneatur, potest arguere sit, *Sicut pater dat esse filio, sic patronus dat esse suum liberto, & tamen alunt prius filij patrem, quàm libertus patronum.*

Hæc *Cynus*: qui magni nominis *Author* cùm existeret, ex eius dictis, certum eius opinamentum desiderandum potius, quàm diffinitum nobis reliquit; adeò quod ex eius perplexitate Doctores deterruit ad eorum sententiam significandam,
10 sicuti obseruaui apud celeberrimũ illum Iurecõsultum *Bertrand. D'Argentrè in Commentar. ad Consuetud. Britann. art.7. glos.1. n.1.* vers. *Quid si quis patrem, & filium, pag.1894.* qui quæstionem summis degustatus labijs vnico verbo se expedijt, inquiens, *Cynus tractat. l.1. C. de alen. liber. Salicet. in l. fin. C. de alend. liber. n.4.* nullam approbat, nullamq; respuit partem, Hispaniæ Consultorũ decus *Gregor. Lopez* adhùc hæsitantem agnoui.

11 Quinimò *Antonium de Cordub. in repet. l. si quis à liberis, ff. de liber. agnosc.* variãtem agnoui in eadem et quæstione, nam in *princip. oper. n. 7.* vers. *Item pater*, postquam exarauerat nonnulla, quæ *Cyn.* ponderauit in *d. l. parentum n. 4.* hæc profert verba, *Hac argumenta in causa fuere, vt in nulla sententia sit Cynus.* Deindè in eodem et *princ. n.35. & 36.* eadem producta in medium hęsitatione, affirmat sententiam *Cyni*, sequutam fuisse *Alexandrum, d. n.36. in fin.*

Quæ Nostrę erunt partes, vt tantę quęstionis veritatem posteritati commẽdemus? Plures consului Codi-

dices, multa euolui volumina, perpauca à Doctoribus dicta reperi; Placet tamen mihi illa opinio,
12 quod à patre sint expetenda alimēta, non à filio, cui copias præstat *Iacob.de Aren.in l.pen.*quę incipit,*Nō quemadmodum, ff.de liber. agnosc.Bart. ibi n.2. Alex.in l.in suis n.7.ff.de liber, & posth. Ioann. Faber in* §.*ius naturale n.* 3. *Instit. de iur. natural. Anchar. in cap.Cum haberet n.*13. *de eo qui dux. in matrim. Castill ad ll. Taur. l.* 60. verb. *Alimentos*, & verb. *In casu*, vers. *Item nota, Alber. in d. l. non quemadmodum n. fin*, vbi ex *Aristotele*,& *Commentatore* 9. *Ethic.* vbi inquit, *Omnis*
13 *artifex diligit opus suum, & etiam ipsum magis diligit, quàm diligatur ab opere, vt patet de parentibus respectu filiorum*, hanc conuallat sententiam, eamq; crebriùs receptam esse tradit *Cordub. in d. l. siquis à liberis in princ.*
14 *n.*7.*in fin.* vers. *Hac opinio*, vbi obiurgat *Alphons. de Castro*, contrariam approbantem in *lib.*2. *cap.fin. pag.*6. *de iusta hæreticor. punition.* subdens fuisse deceptum in intellectu *l.* 2. *C. de patrib. qui filios distraxer. & n.* 35. *eod. princip.* adhùc cum *Alphonso de Castro* pugnam sustinens, inquit, ipsum primę Classis Theologum immisisse falcem in messem alienam, sicuti nō benè sensisse *Fortun.Garz. in d. l. veluti n.* 36. *ff. de instit. & iur.* idemet *Corduba* fatetur *n.*36. vbi veram esse hanc sententiam tradit, quam *Cyno* adscribit, inquiens *Cynum* in hoc fuisse insectatum *Alex.* nedùm *in d. l. in suis n.* 7. *ff. de liber. agnosc.* verùm etiam in *l.* 1. *ff.solut. matr. n.* 19. *& Caccialup. in repetit. l. frater à fratre n.*107. *ff.de condict. indeb.*
15 Rationes dispungamus, quibus pręcitati DD. ad eiusmodi sententiam comprobandam deuenerunt, Et quidem plures sunt, Tùm quia pater plus diligit filium, quàm ipse pater, *d.l.isti quidem, ff.de eo quòd met. caus. & d. l. fin. C. de Curator. furiosi cum concordan.* adductis *n.* 7. Tùm
16 etiam, quia bona patris quodammodo dicuntur esse filij viuo patre, non autem è conuersò, *d.l. Nam etsi parentibus, ff. de inoffic.testa.* Ac etiam quia in patris successione, filius pręfertur Auo, *l.*1. §.1. *ff. si tabul. testa.*
17 *nulla extab. Auth. In successione, C. de suis, & legitim. Io.de Ligman.in tract. de amicitia*, §. *de subuentione paterna, & filiali n.*16. quem approbat *Cordub.loc.cit. n.*35. & *Cordub.* adducto, probat quoq; *Surd. de alim. tit.* 1. *q.* 94. *n.*8. alijsque rationibus, quę eliciuntur ex dictis per *Cyn. in d.l.parētum n.* 5.
18 Verum enim verò? descendit amor, non ascendit, sicuti ex Philosophorum effatibus tradit *Cyn. in l.* 2. *in fin.ff.de patrib.qui filios distraxer.* vbi adducit *Iacob. de Rauenn.* quem vti magnum Magistrum omnis philosophię extollit, & docet *Consult. in d.l nam etsi parentibus, ff. de inoffic. testa. d. l. scripto*, §. *fin. C. vndè liber.* itaq; patrem esse vrgendum ad alimenta pręstanda, non filium, sustinent DD. in locis à Nobis conglomeratis *n.* 10. & *Ego* magnam vim addere censeo prædictis, mellifluas verba *Diui Ioannis Chrysostom.* quem Mater Ecclesia *Os aureum*, vndique preconizat, super *Matth.*19 & sunt eiusmodi; *Quod est in herbis, aut in arboribus humor, hoc est in hominibus amor; Sicut enim herba ex humore nascuntur, & crescūt: sic homines per amorem incipiunt, & augentur. Humor quidem de radicibus descendit in herbam, de herba autem non reuertitur ad radices, sed sursum transmittitur in semen: sic & amor de parentibus ascendit in filios, de filijs autem non reuertitur ad parentes. Ideò parentes quidem diligunt, sed non sic diliguntur à filijs, quia sicut de herba non deorsum, sed sursum ad semen transmittit humorem: sic & homo non ad parentes, sed ad procreandos filios transmittit affectum.*

SVM-

SVMMARIVM.

1 Aduocationis munus in Republica conseruanda necessarium, & apud Deum meritorium.
2 Aduocati inuenti, ut ijs suffragium pareant, qui ius suum tueri, & dicere ignorant.
3 Causa bona non est semper fidendum.
4 Fortuna potius, quàm iure, ut plurimum, quæ ad Iudices perlata sunt, iudicantur.
5 Aduocatus, sicuti, & Medicus debet esse fortunatus.
6 Sententiæ assimilantur casibus fortuitis.
7 Aduocare est desiderium amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere.
8 Aduoco dicitur, quasi ad me voco.
9 Laudabile dicitur Aduocationis munus.
10 Aduocati, militare dicuntur.
11 Officiales debent se gratos exhibere in causis Aduocatorum proprijs.
12 Aduocatus an debeat in causa propria sibi patrocinium præstare, vel alium exquirere Aduocatum.
13 Aduocati debent por alios defendi in proprijs causis.
14 Medici ægrotantes, cur alios ad se Medicos vocant, in eorum curatione.
15 Ciceronis locus expenditur ad insinuandum, in causa propria, quem alium accersire debere Aduocatum.
16 Quinti Curtij locus adducitur ad probandum, quod in causa propria quis sibi Aduocatum quærat.
17 Fortunis domesticis in leuandis, minus sapiunt homines, quàm in proprijs.
18 Antonius Faber laudatur.
19 Aduocatum quisquis in causa propria quærere debet secũdũ Anton. Fabr. in loc. indicato.
20 Rarum est in foro, ut sit idoneus rei suæ quisq; defensor.
21 Bouadill. locus expenditur, quòd in causa propria quis Aduocatum quærere debeat.
22 Cicero, & Demosthenes in causis proprijs timidi facti, obmutuerunt.
23 Aduocati debent sibi ipsis patrocinari in causis proprijs.
24 Aduocatum in causa propria, debere sibi ipsi patrocinari, quæ suadeant.
25 Opinio, quod Aduocati in causa propria, aliorum patrocinium expetere debeant, crebrior est, & frequenti Doctorum calculo recepta.
26 Author distinctionis fœdere opiniones conciliat, An quis in causa propria Aduocatum quærere debeat, vel nè?
27 Scribere in causa propria debet peritus Aduocatus.
28 Causam propriam dicere in foro, Aduocatus non debet, sed alij commendare.
29 Doctores plures referuntur, qui in proprijs causis consilia ediderunt, Alios tamen causarum Patronos expetierunt ad illis in foro patrocinandum.
30 Fabritius Brancatius Aduocatus magni nominis laudatur.
31 Fabius Marchesius Aduocatorum Princeps extollitur.
32 Octauius Vitalianus Aduocatus maximus Authoris Præceptor laudatur.
33 Author patrocinium præstitit in propriis causis Collegarum non semel.

A R-

ARGVMENTVM.

Aduocati in eorũ proprijs cauſis, An debeant ſibiipſis patrocinium præſtare, vel alios cauſarum Patronos accerſire debeant? Curioſa, nec minus notatu digna quæſtio; quam ad partes tractat *Author*, pluraq; Philoſophorum, ac Conſultorum dicta, hincindè vnã, vel alteram opinionem ſuadentia, ſiue affirmatiuam, ſiue negatiuam, dùm adduxerit, licèt crebrò, ac frequentiori Authorum calculo illa ſuſtineri videatur opinio; quod debent Aduocati in propriis cauſis aliorum expetere patrocinium, *Authormet* diſtinctionis moderamine diſiniendam antinomiam cẽſuit, Vt ſi quæratur an cauſarum Patronus doctus, & eruditus debeat ſe abſtinere à conſiliis, ſeu reſponſis, vel (vti aiunt) Allegationibus edendis in cauſa propria, & hoc caſu neutiquam abſtinere debeat, imò vigilantiſſimus videri debet, ſin autem quæritur, Vtrum idemet cauſę patronus, etiamſi Orator, & facundia pręditus, debeat in foro cauſam propriam dicere, ſuique deſiderium coram Magiſtratibus exponere, & tunc omninò continere ſe debet, alijſq; Cauſarum Patronis negotium demandare, conſultius, ſibi, & ſatius eſſe, In ipſo etenim defenſionis, & perorationis cauſarum actu, animi illi motus, & perturbationes ab Authoribus excogitatę, locum ſibi vendicare queunt; ſecùs verò in reſponſis edendis, quam ad rem ſuadendam, plura afferuntur exempla: cuius quęſiti occaſione nonnulla peculiaria de laudibus Aduocatorum, eorumque muneris exercitio laudabili, atque ad Rempublicam conſeruãdam neceſſario inſinuat *Author*.

OBSERVATIO LXXXX.

1 ADuocationis munus,
quod in Republica
conseruanda necessa-
rium, & apud Deum
meritorium quãplu-
res tradiderunt, sicuti fidem præ-
stant Hostiens.in proem. summ. n.8. ad
fin. col. 8. Ias. in l. 1. n.8. ff.de iustit. &
iur. Alber.in l.per diuersas, C.mandat.
Sylua nuptial. lib. 3.n. 20. Burgoz de
Paz in proem. ll. Taur, n. 382. Parla-
dor. rer. quotidian. cap.2. n.8. Io. de
Arnon.sing 3. inquiens esse menti te-
nendum contra eos qui damnant
2 vitam Aduocatorum, & Iudicum,
eamq; ob causam adinuentum, vt ijs
suffragium paretur, qui ius suũ tue-
ri, & dicere ignorant, necessarium
namq; visum est, & vtile, vt causa-
rum Patroni consilium præberent
legitimum Clientibus, & innocen-
tiam defenderent, causas discute-
rent coram Iudice, se vel potentiæ,
vel malitiæ, vel iniquitati Aduersa-
riorum prudenter objcerent, l.quis-
quis 6. § apud Vrbem, l. nemo 8. C. de
postul. cum alijs congestis per Al-
phons.Narbon.ad ll. Regias lib.4. tit. 1,
l.20.glos.20.n.95. licèt (vt tradit Va-
ler. Max. lib.7. cap.7.in 1.exemp. In
3 hac Togata militia bona quippè semper
non est fidendum causa, vt ait Isocrates
in paragraphica oratione contra Calli-
macum, quod pleraque vsu veniant, vel
4 præter sententiam in iudicijs, & quod
fortuna potiùs, quàm iure; quæ ad Iudi-
ces perlata sunt, iudicentur, vt obseruat
Petr. Gregor. in Syntagmat. iur. par.3.
lib.49 tit.de action.n.35. vndè ex No-
stratibus Io. Vinc. Ann. in repet. Con-
stit.Constitution.Diu.mem.n.72. inquit
5 Aduocatum, sicut, & Medicum esse
debere fortunatum, quodq; senten-
6 tiæ assimilantur casibus fortuitis
edocuit Reg.de Pont.dec.Collater.Con-
sil.40. quæ est final.in fin.

7 Aduocare namq; est desiderium
amici sui in iure, apud eum, qui iu-
risdictioni præest, exponere, vel al-
terius desiderio contradicere, l. 1.§.
1. ff. de postul. cap.infamis, §.tria, & §.
fin autem 3.q. 7. Nepos à Montealbano
in tract.de exception. art. 10. n. 1. Guil-
lel.de Rouille in tractat. de iustit. & in-
iustit. lib.3. cap.5. n.3. quod explicat
Sebastian.Medic. de legib. par. 3. q.20.
n. 2. intentionem partis per proba-
tiones ostendendo, easq; iuribus de-
ductas asseuerando, ad tex.in cap. in-
ter dilectos, de fid.instrum. Aduoco ete-
8 nim dicitur, quasi ad me voco, vndè
Teren. in Phor. Sto ad forum, & ali-
quot mihi aduocabo amicos, vti aduer-
tit Io. Paul. Xammar de offic. Iudic. &
Aduoc. par. 2. q. 1. tit. qualem oporteat
esse Aduocatum n.1. & 2. quodq; lau-
9 dabile cecinit tex.in l.Laudabile, C.de
Aduoc. diuers. Iudic. l. prouidendum, C.
de postulan. cap.quia Episcopus, ibi, Lau-
dabilis artis 5. quæst. 3. ac dignita-
tem Leo, & Anthemius Cæsares cen-
suerunt Aduocationem in l. Aduo-
cati, C. de Aduoc. diuersor. Iudic. ibi,
Nec enim solùm Imperio nostro militare
credimus illos, qui gladijs, clypeis, tho-
10 racibusq; nituntur, militant namque
causarum patroni, qui gloriosæ vocis cõ-
fisi munimine, laborantium spem, vitam,
posterosq; defendunt, Glos.in cap.ex mul-
ta, §. quæsiuisti, verb. Maturitate, de
vot. Roder. Rolan. Gregor. Lopez Chas-
san. Tiraq. Parlador. Marc. Mantua,
Gabriel, Didac. Perez, Matthien. Si-
manc. Baeça, Io. Gars. & Frater Marc.
Anton. de Camos in locis seriosè ad-
ductis per erudiss. Bouadill. tom. 2.
Politic.lib.3. cap.14. tit. de la Audençia
publica en ciuil n. 61. in fin. lit. A. & B.
ibiq; n. 62. adeò Aduocatis detulit,
11 vt Magistratus monitos fecerit in
causis illorum gratos, esse debere,
his verbis, Y quando se les offrecieren
pley-

pleytos proprios, haganles toda gratifica-
cion, y buena correspondencia en caso
ygual, viendo sus causas con breuedad,
y oyendolos, y estudiandolas con ellos, de
manera, que echen de ver, que dessean
aueriguar sù iusticia, y haçerles plazer:
todo esto sin agrauio de la otra parte, ni
nota de parcialidad, ni de pusillanimi-
dad: Petr. Gregor. Syntagmat. iur. par.
3. lib. 49. tit. de action. n. 35.
12 Controuertirur (quis credat?) an
sit licitum quod, sibiipsi eiusmodi
munus præstet Aduocatus, propriã
causam agens?
Qua in re: qui negant frequẽtio-
res sunt, Antiquorũ placitis innixi.
Primò: inquiunt necessarium
esse, & expediens per alium, non per
13 seipsum, Iudici, rem, & negotium
exponere, quia facilè non est homi-
nem pluribus parhematibus, & affe-
ctibus obnoxium, in dicendo cau-
sam, vel Aduersarij potestate, vel
iam concepto terrore non conster-
nari, & voce non deficere, & mente:
vel ob iniuriam, quam sibi credat
inferri, à maledictis, & verbis con-
tumeliosis se temperare, & ira con-
citum transuersum à iustis rationi-
bus in alia inutilia non agi, vti satis
lepidè innuit *Petr. Gregor. loc. citat.*
n. 36. vers. *Et est alia causa*, quem re-
fert, & sequitur *D. Didacus de Narbo-*
na in tract. de ætate ann. 17. q. 2. n. 5.
Secundò: eorum probant sentẽ-
tiam ex Philosophię parente, *Ari-*
14 *stotel. lib. 3. Politicor. cap. 12.* ibi, *Atqui*
ægrotantes Medici, alios ad se Medicos
vocant, & Magistri Palestræ alios Ma-
gistros, quasi nequeant verum discer-
nere, qui de proprijs iudicant, & in af-
fectu consistũt, quem ad hoc expendit
Vincent. Turrett. in paralellis Ethicis, &
iuridicis extra ordinem, dissert. 7. quem
refert *Narbon. loc. cit. n. 5.*
Tertiò: extollunt relata Cicero-
nis verba à *Dion. Cassio lib. 31.* vbi re-
15 fert, quod Cicero cum Philiscus
eum exulem in Macedonia in luctu
existentem, tanquam mulierosum
obiurgaret, quodq; doctus alijs cõ-
suleret, ita respondisse fertur, *Atq;*
longè aliud est, ò Philisce, pro aliis ver-
ba facere, quàm pro se consulere: nam
quę pro aliis dicimus, ea cùm à recta, &
integra ratione proficiscantur, vtiq; vim
suam obtinent. Verùm animus, vbi quis
morbus eum occupauerit, obtunditur, ca-
ligoq; effunditur, ità vt nihil idoneum
excogitare possit. Itaq; illud dictum ve-
tus rectè dictum est: facilius esse alios
adhortari, quàm seipsum contra aduer-
sas res obfirmare, cuius memor extitit
Petr. Gregor. loc cit. n. 36. vers. *Atque*
Cicero, & Bouadill. in Politic. d. cap. 14.
n. 62. lit. C. *Narbon. loc. itidem ad-*
duct. n. 5.
Quartò: mouentur ex celebri di-
cto *Quint. Curt. lib. 7. Historiar. Ale-*
xandri Magni, ibi, *Natura mortalium*
16 *hoc nomine etiam praua dici potest, quod*
in suo quisq; negotio hebetior sit, quàm
in alieno: turbidaq; facta sint consilia
eorum, qui sibi suadent. Obstat namq;
alijs metus, aliis cupiditas: nonnunquam
naturalis eorum, quæ cogitaueris, amor,
vt refert *Bouadill. loc. cit. & Molin. de*
primog. hispan. in præfat. n. 6. qua ra-
tione pensitata obseruat ex vltimis
dispositionibus Peritissimorũ Con-
sultorum maiorem interpretandi
difficultatem oriri; imò experien-
tia compertum esse, vt ex horum
dispositionibus maiora iurgia, ma-
iores etiam lites soleant excitari, &
de Molin. meminit *Xammar de Offic.*
Iudic. & Aduoc. d. par. 2. q. 1. n. 56. benè
obseruans, quod *Bouadill. in loc. infra*
allegando eiusmodi dicterium, non
Quintiliano, sed *Ciceroni* tribuit.
17 Quintò: vim faciunt in illo Home-
rico, *Omnes in discernendis, & leuãdis*
calamitatibus Proximiorum, plus sapiũt,
quàm domesticis fortunis, sicuti pon-
derat *Narbon. d. ann. 17. q. 2. n. 5.*
vers. *Et quidem meritò.*
18 Sextò: videntur facere verba pro-
lata ab acutissimi ingenij viro *An-*
19 *ton. Fabr. in Rational. ad l. 1. §. 5. de po-*
stul. dùm inquit, *Solent homines, etiam*

prudentiores, in rebus suis agendis minus sibi imperare, quàm in tractandis alienis, quam ob causam, benè moribus constitutum est, nequis pro se ipso postulare possit, sed quantacumq; sit probitatis, & doctrinæ, Aduocatum quærere, & si non inueniat, petere cogatur, in cuius dicti augmentum, tradit *Narbon. d, ann. 17. q. 2. n. 6.* adeò præfata veritate niti, vt non solùm plus alijs, quàm nobis sapere videamur, Imò, & citiùs aliorum commodis, & vtilitatibus, quàm nostris sapimus.

20 Septimò: adducunt illud *Quintiliani lib. 4. Instit. Oratoriar. cap. 1. Rarum est in foro, vt sit idoneus rei suæ quisq; defensor*, dicente *Seneca Epistol.* 110. & ante ipsum *Minedemo Terẽtiano in Heautontimor. act. 3. Scen. 1. Ità enim comparatum hominum naturâ omnium; aliena meliùs, vt videant, & iudicent, quàm sua*, cuius meminit *Lactan. Firmian. lib. 3. diuin. Institut. cap. 4. Ioann. de Torres lib. 8. Philosoph. Moral. Principum cap. 3.* quem refert *Reg. Valenz. conf. 5. n. 91. lib. 1.*

21 Octauò: facit monitum insignis *Bouadill. in Politic. tom. 2. d. lib. 3. cap. 14. n. 62.* ibi, *Però aconsejo à los Abogados, que imitando à los Medicos, que nunca curan sus enfermedades, sino que dan el pulso, y encargan à otros la cura dellas, encommienden ellos sus pleitos à sus amigos, ò à otros Abogados, que los defiendan, porque, come dize Ciceron, aconsejando esto con otros, pareze que naturaleza en esto quedò falta, que cada qual en su proprio negocio, està mas torpe, que en el ageno.*

Nonò: rerum exempla veteribus expetita è sæculis tradunt, quod scil. *Cicero, & Demosthenes* in proprijs causis timidi facti, obmutuerint, sibiq; degeneres in orandi artificio extiterint, sicuti recenset *Petr. Crinitus lib. 18. de honesta disciplina cap. 3.*

Quod autem fas sit Aduocatis in eorum proprijs causis sibiipsis pa-
23 trocinari, ponderantur sequentia.
24 Primò: dictum *Aristotelis lib. 1. Rethoricor.* inquiens, *Sicut turpe est non posse defendere se corpore, turpius est nõ posse se defendere sermone.*

Secundò: *Terentij* dictum in *Heautontimor act. 3. Scen. 1.* ibi, *Nonnè flagitium est te aliis consilium dare, foris sapere, tibi non posse auxiliarer?*

Tertiò: affertur *Onosander lib. 1. de optimo Imperatore*, quem refert *Simãcas lib. 7. de Republ. cap. 4. n. 18.* ibi, *Quæ per se quisq; inuenerit* (inquit) *Secùm solus meditatione discurrere potest, sed nõ continuò eadem probare debet, Cogitationes enim, atq; consilia nostra, vt quibus natura afficimur, nisi fidele foris per consultationem sit adhibitum cõsilium, fallere nos facile possunt, & errorum plena sæpenumerò comperiũtur. Cõtra quæ alieno iudscio, atq; sententia comprobãtur securitatem comparãt animo, & firmitatem in rebus tuẽtur*, quibus alludit *Plinius lib. 7. Epistol. 17.* relatus à *Reg. Valenz. d. conf. 5. n. 94.* qui hanc ex prædictis approbat sententiam.

25 Cernis ex his Lector: dubiam esse resolutionem. Nec hæsitandum est primam opinionem, qua itum est, non licere causarum Patronis in proprijs causis sibiipsis patrocinari, grauioribus niti rationibus, & maiori Authorum calculo conuallari.

26 Ast Ego meam eiusmodi (fortè an accidet, ne insulsa videatur) insinuo senteutiam; Vel etenim quæritur, vtrum liceat Aduocatis in proprijs causis patrocinium sibi præbere, in consilijs, seu responsis edendis, quæ Allegationes iuris, nonnulli appelli-
27 tare consueuerunt, & firmè sustineo, nedùm licitum esse, & proficuum, verùm etiam necessarium, vt Aduocatus Peritus facti notam veridicam excerpens, super quo iuris conclusiones adaptet, suoptè calamo consulat, contrarijs ex Aduerso oppositis, & excogitatis, quæq; excogitari possent, eaq; resoluat; Indignam alias profectò segnitiem redarguere quispiã posset illius Causa-

ſarum Patroni, qui dùm alijs ſuam operam impendit, ſibimetipſi deneget.

28 Vel quæritur an ipſe cauſam ſuã perorare debeat, quantumuis facũdus, & eximius exiſtat Orator, & hoc ſanè caſu diſſuadeo, illiq; minimè proficuum cenſeo, quod cauſam ſuam ore defendat, in hoc etenim actu perturbationes animi modo exaratæ, *n.15.& ſeq.* ac alij animi affectus, impedimentum potius præſtant, quàm auxilium in eorum proprijs defendendis cauſis, idq; experientia edoctus, haud raro præordinatus ſum.

29 Exempla ad vtrumq; caſum affero, ſic *Aymon.Crau.* in cauſa eius generi ſuũ edidit erudititiſſimam reſpõſam impreſsũ poſt *1.volum.ſuorum cõſilior. Io.Vinc.Ann.* in re propria edidit allegationem 57. ſicuti & *Conſiliarius Fabius eius filius*, *Reg. Valcz.* in re propria calamum arripuit *cõſ. 5.n.92.lib.1. Conſiliar.Io.Andr.Georg.* in cauſa eius Socrus doctè allegauit, vt in eius *allegat.* 40. legitur, *Illuſt.Dux Regin. Dom.Reg.Fab. Capic. Galeot.* in cauſa propria ſcripta exquiſiuit à *Cõſiliar. Io. Andr.de Georg.* vti videre eſt in *allegat. eiuſdem* 18. 19.& 20. & ipſemet allegauit, & libellum edidit peculiarem de efficacia renunciationis mulieris dotatæ, vtrum realis, vel perſonalis fuerit, at voce defenſores alios acceſsiuit Aduocatos; *Reg. de Pont*, ſibimetipſi, ſiue eius filio præſtitit patrocinium, *cõſ.157.& 158.cõſilior. vol.2.* D. Aloſius Xuarez Locumtenens Reg. Cameræ plures ad ſemetipſum tutandum allegationes edidit, minimè aſpernendas, quas ad pennam habemus, quæ ſanè reſponſa non ideò paruifacta fuerunt, imò magis, atque magis in exiſtimatione habita.

30 Magni ille nominis inter Primarios Aduocatos Fabritius Brancatius in cauſa propria ſcripſit, onus verò cauſæ ſuſtinuit alter ille non infe-

31 rioris nominis Fabius Marcheſius Aduocatorum Princeps, *Ego ipſe* nec re, nec nomine cum tantis viris cõparandus, adhùc in propria cauſa mihimetipſi patrocinium præſtiti, & duo edidi reſponſa, quæ è prælo prodierunt in *2. diſceptat. forẽſ. cap.* 14. & 15. & tamen defenſionem fa-

32 ciebat Præceptor ille meus Aduocatus nemini ſecundus, Orator maximus, Dom. Octauius Vitalianus, ſic idemet Præceptor meus cauſam habebat propriam in Regia Camera Summariæ, quam tamen defendendam mihi demandauit, ſicuti non pauci Collegæ mei in cauſis eorum proprijs, & eorum conſanguineorum, & affinium, allegationes mihi dederunt, eiſq; *Ego* voce ipſos defendi, ſeu mauis illorum iuſſibus parui.

Et hæc diſtinctio, è mea (licèt tenui, proficiſcens Minerua animos ſedat, ac controuerſiæ radicitùs metam imponit, quam nec ab aliquo vidi tactam, aut ponderatam, plutibus euolutis membranis, ſiue papyris.

SVMMARIVM.

1 D*ictio* Et, *inter diuerſa, & ſeparata collocatur.*

2 *Dictio* Et, *cõiungit, & vtrumque concurrere requirit, &* num. 4.

3 *Dictio* Et, *vtriuſq; copulati concurſum, eodem tempore requirit.*

5 *Copulati concurſus, verè, & propriè, eodem tempore requiritur.*

6 *Alterum adesse non sufficit, vbi copulatiuè plurium concursus requiritur.*
7 D. Franciscus Merlinus Ill. March. Ramont. Sac. Conf. Præs. *extollitur.*
8 Author *fatetur plura in dies ediscere à lucubrationibus Ill. March. Ramon. Sac. Consil. Præsidis, aliosq; plures ex ijs doctos euasisse.*
9 *Conditiones copulatiuè conscriptæ, hoc præcipuum habent, vt necessariò cõcursus omnium copulatorum interuenire debeat.*
10 *Dictio* Et, *æqualiter copulat, & vtrinsque copulati concursum requirit.*
11 Authores *loquentes de vi, & efficacia dictionis* Et, *recensentur.*
12 *Dictio* Et *inter personas posita, an conuertatur in alternatiuam.*
13 Tex. in l. Testator 92. §. filium, ff. de lega. 2. *an probet, quod dictio* Et, *inter personas posita in alternatiuam commutetur.*
14 Author *enucleat* tex. in l. Testator 92. §. filium, ff. de legat. 2.
15 *Dictio* Et *inter personas posita, quomodo in alternatiuam commutatur.*
16 *Dictio copulatiua, non benè infertur, quod in alternatiuam commutatur,* ex tex. in l. Testator 92. §. filium, ff. de legat. 2.
17 *Verborum à proprietate, minimè est recedendum.*
18 *Conditione pendente, sub qua dispositio concipitur, non potest sumere effectum.*
19 *Dictionis alternatiuæ de natura est, vnam partem dispositionis sufficere, quod verificetur.*
20 *Morientium arbitria exequi, fauorabile est.*
21 *Voluntates morientium in forma specifica sunt adimplendæ.*
22 *Dominium rerum, in pendenti esse non potest.*
23 *Dominium ab vno non abscedit, nisi alteri quæratur.*
24 Tex. in l. Testator 92. §. filium, ff. de legat. 2. *procedit ex facti specie inibi proposita.*
25 Osascus, dec. 110. & Thes. dec. 189. *enucleantur.*
26 Author *scripsit pro Illustriss. Principissa Squillacis.*
27 Dom. Io. Baptista Iouinus Regius Consiliarius *laudatur.*

ARGVMENTVM.

Dictionis *Et*, præcipua virtus, & efficacia insinuatur, quæq; præsertim in eo consistit, vt copulatiua sit, & coniungat adeò copulatorum requisita, & concursum, vt omnia eodem tempore concurrere necesse sit, verè, & propriè, quandoquidem conditiones copulatiuè conscriptę, hoc sibi præcipuum habent, vt necessariò concursus omnium copulatorum interuenire debeat: Hinc; plures licèt ab allatis Authoribus restrictiones ad thesim adducantur, de illa in foro magis, ac frequẽtiùs disceptatur, num dictio *Et*, inter personas posita, copulatiuę, vim amittat, & in alternatiuam transfundatur, adeò quod eo in casu satis sit vnam ex pluribus qualitatibus conscriptis concurrere, ad hoc vt dispositio locum habeat, & verificata dicatur?

ad

ad quam restrictionem comprobandam adducitur *textus in l. Testator 92. §. filium, ff. de legat. 2. Author* tamen eam impugnat, & verum, ac genuinum sensum ad textum prędictum adaptans, minimas eiusmodi thesim ex illo deduci posse, ad oculum cōmonstrat.

OBSERVATIO LXXXXI.

Frequentissima tùm in Scholis, cùm in foro sese offert interpretatio ad nonnullos ca-
1 sus, qui ex vi, & efficacia dictionis *Et*, disputādi occurrūt, quæ in eo præcipuè consistit, vt inter diuersa, & separata collocetur, sm *Scribentes in rubr. C. de iur. & fact. ignor. & in rubr. ff. de iust. & iur.* iūcta *l. si duo, C. per quas personas nobis acquiritur, Rebuff. in l. coniunctionem 29. vers. Tertiò coniungit, ff. de verbor. sign. cap. querelam de Simon. Cardin. Paris. consl. 36. n. 14. & consl. 92. n. 3. lib. 1. Eugen. consl. 22. n. 23. lib. 1. l. si is qui ducenta, §. vtrum, ff. de reb. dub. Reg. Valenz. consl. 33. n. 164. lib. 1. & consl. 133. n. 60. lib. 2. Repeten. in rubr. C. de senten. & interl. omn. Iudic. & in rubr. de vsucap. & long. tempor. præscr. & in cap. cum olim 34. de testi. Salon in proem. ll. Taur. n. 151. Menoch. recuperand. remed. 8. n. 48. Surd. consl. 315. n. 17. Narbon. l. 26. glos. 5. n. 16. tit. 22.*
2 *lib. 4. Recopil.* vbi quod coniungit, & vtrumq; concurrere requirit, *Reinos. obser. 41. n. 12.* vbi quod inter diuer-
3 sa ponitur, & requirit eadem tempora, ac vtriusq; copulati concursum, *Rot. dec. 167. n. 11. par. 5. recentior.* vbi quod est copulatiua, & coniunctionem vnius cum altero operatur.

4 Alter effectus est, dictionis *Et*, vt æqualiter coniungat, ac vtriusque copulati concursum requirat, *Soccin. consl. 40. n. 28. lib. 4. Natt. consl. 573. n. 14. lib. 2. Menoch. consl. 943. n. 10.* de quo sunt *text. in l. si quis ità promiserit, ff. de verb. oblig. l. si hæredi plures, ff. de condit. institut. l. hæredi, §. Caio, ff. de fund. instruc. l. Titia testores, §. nihil, ff. de legat. 1. Marc. Anton. Eugen. consl. 22. n. 24. vol. 1. Rolan. à Vall. consl. 99. n. 5. vol. 4.* vndè *Reg. Valenz. consl. 57. n. 18. lib. 1.* inquit concursum duarum qualitatum debere concurrere, quando dictio *Et* apponitur inter plura requisita, ac simul verè, & propriè debere concurrere *Alex. consl. 110. n. 10.* vers. *Iis etiam consonat lib. 3.* vbi *Apostill.* in verb. *Copula*, affert plura concordantia, *Giurb. consl. crim. 77. n. 3.* imò vt dispositio locum sibi vendicet, necessum fit, quod
6 vtrumq; concurrat, nec sufficit alterum adesse, *d. l. si hæredi plures*, cum alijs congestis per *Reg. Valenz. consl.*
7 *23. n. 38. lib. 1.* cui sententiæ suum præbet calculum *Ill. Dom. & Praeceptor meus March. Ramont. Sacri Consilii Neapolitani Præses* in suis lucubrationibus typis expressis, e quibus (vti aliàs dùm causam dicerem pro Fidelissima Ciuitate Neapolis in Supremo Collaterali Consilio coram Excellentissimo nostro Regni Prorege Dom. Comite de Ognate hoc anno 1650. de Mense Aprelis insi-
8 nuaui) quamplures docti euaserūt, Egoq; ipse in dies plura ab ijs edoceor, in *1. controuers. forens. cap. 86. n. 8.* his verbis, *Quandoquidem*
9 *conditiones copulatiuè conscriptæ, hoc sibi præcipuum habent, vt necessariò inter-*

teruenire debeat concursus omnium copulatorum, ad tex. cum materia in l. si hæredi plures 12. *ff. de condit. instit. & ex defectu vnius, resultat corruptio totius actus, secundùm gloss. in* §. *Seruus autem, Instit. de legat. Ruin. consil.* 110. *n.* 3. *lib.* 4. *Imol. cons.* 1. *n.* 68. *Alex. cons.* 88. *in princ. lib.* 7. *Mendoz. de pact. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 39. quam conclusionem, plena manu exornans *Episcop. Barbos. de dictionib. vsufrequen. diction.* 110. *n.* 9. inquit, dictionem *Et*, æqualiter
10 copulare, ac requirere concursum copulatorũ, expendens, præter iura modò à Nobis adducta, *tex. in l. si mihi, & Titio, ff. de verbor. sign. & in l. reos,* §. *cum in tabulis, ff. de duob. reis,*
11 vbi adducit *Ias. Felyn. Dec. Natt. Paris. Thes. Guid. Pap. Roch de Curt. Morot. Anchar. Regien. Mandos. Plot. Menoch. Brunor. à Sol. Marc. Anton. Bard. Rot. Rom. Crau. Dionis. Paul. Cened. & Rebuff. in sedib.* per ipsum indicatis, ac plures alios effectus dictionis *Et*, adducit idemet *Dom. Barbos. loc. cit.* ad quem in facto contingentia recurrendum moneo.

12 Præcipua tamen, ac in foro insinuata fuit restrictio ad regulã, quod dictio *Et*, licèt de sui natura coniunctiua sit, & vtriusque qualitatis concursum exquirat, attamen minimè procedere nonnulli censuerunt, quando inter personas ponitur, nam eo casu, alternatiuæ vicem sustinere tradunt, quam sanè thesim deducere nituntur ex celebri *Scæuolæ*
13 *responso in l. Testator* 92. *quæ est fin. tlis* §. *filium, ff. de legat.* 2. & robur addũt ex authoritate Senatus Pedemontani, apud *Cacheran. dec.* 110. & apud *Thesaur. dec.* 189.

14 Qua in re dùm mihi in facto consulendum contigisset, funditùs, & radicitùs veritatem perquisiui, & agnoui, adeò è longè deduci eiusmodi restrictionem è *tex. prædicto in d.* §. *filium*, vt potiùs qui eam approbauerit, videatur apertè destruere sensum Scæuolæ, id quod vt pateat, sic *Ego* adstruebam.

15 Age dum: quod inter personas dictio *Et*, posita fuerit neutiquam, probatur earum propositio, ex *tex. in d.* §. *filium*, quod in alternatiuam commutetur, nisi in eo casu, de quo *tex.* verba facit, quando ob deficientiam personarum institutarum vocatur aliquis iure substitutionis ad relictum, tunc etenim licèt vocatus quis fuerit in casu quo Titius, & Sẽpronius diem obierint suum, attamen si Titius decedat, admittitur substitutus nõ ad totam portionem tangentem etiam Sempronio, sed ad eam dumtaxat, quæ Titij erat,
16 inquit ibi *Scæuola*, ideòq; non ex eo venit, quia dictio copulatiua in alternatiuam commutatur, nam si id foret, esset sanè admittendus substitutus ad totam hæreditatem, etiam pro rata portionis debitæ Sẽpronio, ex quo (iuxtà Partium placitum) dictio copulans, in alternantem transfusa, vnum alternatiuè requirit ad hoc vt verificetur, quod esset in re præsenti vt Titius, vel Sempronius decederet, & substitutus totam hæreditatem caperet, quod absonum visum fuit Consultò, & protinùs apud omnes obsoletum, sicuti consonum habitum est, vt defuncto vno ex duobus cohæredibus, non sit expectandus obitus alterius, ad hoc, vt substitutus succedat in portionem deficientis, sed statim ac, ille in fata concessit, factus fuit casus substitutionis pro illa rata deficientis, nec impediri fas erat, ex eo quod Sempronius non decessit, quin admittatur ad portionem Titij substitutus, nec *textus* disponit, quod stante obitu Titij, dictio copulatiua resoluatur in alternatiuam, ità vt admittatur etiam in portionem Sempronij, quod vtique afferendum foret, si dictio Et., dictionis, Vel, naturam assumeret, id etenim violat euidenter mentem, & verba, tàm Consulti, quàm Testatricis, à quorum proprietate recedi minimè fas

fas est, ad *tex. in l. non aliter, ff. de condit. & dem.* sicuti in casu ferè simili ponderat *Castill. Sotomayor de vsufr. lib. cap. 12 n. 42.* vers. *Id enim.*

17 Idq; procedere, Ego autumo ex regula *tex. in l. qua de tota, ff. de reiuend.* quod idem iudicatur de toto, quo ad totum, quàm de parte, quo ad partem, nam in portione tangente Titium, certum erat substitutum fuisse vocatum, sicuti etiam in portione spectante ad Sempronium, non tamen simpliciter, sed in casu quo diem suum ambo obierint, sine filijs, quò fit, vt Titio deficiente nullus sit obex quin ad illius portionem admittatur substitutus, quia nihil aliud erat expectandum, & Testatoris voluntas poterat exequutioni demandari, nullo expectato exitu mortis Sempronij, in cuius portionem non poterat substitutus admitti, nedùm quia adhùc in humanis agebat, & sic pendebat con-
18 ditio, sub qua facta erat substitutio, qua pendente dispositum non poterat sumere effectum, *l. qui haredi, §. vltim. ff. de condit. & dem. l. ei qui ità, ff. de condit. instit. l. dedi, §. vltim. ff. de condit. cau. data l. fideicommissaria 23. §. vltimo, ff. de fideicommissar. libertat. l. hac venditio 7.* vbi *Scribentes, ff. de contrah. empt.* quibus consonat *tex 58. tit. 5. par. 5.* insignis *Gregor. Lopez in l. 45. glos. 4. in med. & in l. 50. glos. 1. circa med. tit. 5. par. 6.* & est bonus *tex. in cap. verum*; vbi *glos.* verb. *conditione, cap. super eo,* & ibi etiam *glo. finalis de condit. apposit.* verùm etiam ex alio, quia erat etiam apposita alia conditio si sine liberis decesserit, & dato quod Titius cohæres absque liberis decessisset, non poterat inferri, quod Sempronius esset sine filijs pariter decessurus, vndè *Consultus in d. §. filium* decreuit esse admittendum substitutum ad portionem hæreditatis tangentis Titium, non equidem ex eo, quia dictio copulans transfunditur in alter-natiuam, quia tunc (vti prænotaui-
19 mus) cum de natura dictionis alternatiuæ sit vnam partem dispositionis verificari, cum sit disiunctiua, ex dictis per *Alciat. in l. sæpe n. 4. ff. de verbor. sign. Menoch. adipiscend. remed. 3. n. 21. Marc. Anton. Eugen. cons 65. n. 31. lib. 1.* esset pariter admittendus substitutus ad portionem tangentem Sempronio, quo nihil absurdiùs? dùm in humanis existere proponitur Sempronius, quando in fata concessit Titius. Sed ex ea inconuincibili ratione, quia respectu portionis spectantis ad Titium, iam sine filijs mortui, nihil aliud erat expectandum, & fauor dispositionis
20 fuit contemplatus, vt exequeretur, scitum est enim nihil fauorabiliùs, quàm deficientium arbitria exequi, quæ pro lege habentur, *l. 1. C. de Sacros. Eccles. l. in conditionibus, ff. de condit. & dem. Authen. de nuptijs, §. disponat collat. 4. Florian. de Sanct. Petr. in l. si quando, §. hares n. 7. ff. de legat. 1. Lambert. de iur. patron. lib. 1. par. 1.*
21 *quæst. 9. princ. n. 48.* imò in forma specifica esse adimplenda, est *tex. in l. legatum, ff. de vsufr. lega. clem. quia contingit, de religios. domib. l. qui hæredi, & l. Mauius, ff. de condit. & demonstrat. Reg. Valenz. cons. 18. n. 124. & seq. lib. 1.*

Quæ sanè interpretatio ex medulla *textus* è mea officina profecta, ex alio sustinetur, nam statim ac Testator defecit, dominium hæreditatis transiuit in vocatos, & purifica-
22 ta conditione, statim cedit dies acquisitionis dominij, quod non potest esse in pendenti, sed omninò penès vnum, vel alium, ità insinuante *tex. in l. si ex duobus, §. sed & Marcellus, ff. de in diem adiect. glos. & DD. in l. si Ego, ff. de solut. & in l. fin. ff. commun. prædior.* quando igitur defecit Titius sine liberis in casu à *Consulto* proposito in *d. §. filium*, dominium eius portionis non poterat esse in suspenso; vt expectaretur etiam

mors Sempronij,sine filijs ad hoc vt substitutus ad vtramq; portionem admitteretur: sed statim ac casus euenit purificatæ vocationis in beneficium substituti ob mortem Titij, eò ipsò effectus fuit ipse substitutus dominus illius portionis,
23 quod sanè dominium non poterat esse in pendenti (vti adnotauimus) nec poterat abscedere, nisi alteri quæreretur, ad *tex.in l.nec vtilem*,vbi *gl.ff.ex quib.caus.maior.* faciunt tradita per *Dom. de Franch. decis.* 540. *num.6.*

Quid igitur (amabò) communitatis habeat dispositio *tex. in d. §.filiū*, vt ex eo eliciatur, quod dictio *Et*, inter personas posita, conuertatur in alternatiuam? Ibi etenim admittitur substitutus ad portionem hæredis deficientis absq; liberis, quia euenerat iam casus à Testatore ordinatus, nec commune, quid habebat, cum successione alterius in humanis agentis, cuius mors necessariò expectanda erat ad hoc, vt verificaretur dispositio in beneficium substituti, quoad successionem amborum, idq; ad hoc,vt voluntas Testatoris nō redderetur elusoria, imò suam obtineret exequutionem. At quando copulatiuè disposuit quis, vtramq; copulatiuè requisiuit qualitatem in personis petētibus commodum relicti, sicuti peculiariter adnotauit *Castill. quotidianar. lib.* 5. *cap.*120.*n.*3. vers. *Sit etiam*, inquiens dictionem *Et*, positam inter diuersas personas, copulatiuam dici,easque coniungere,expendens ad hoc iura, *in l.stipulatio ista*, §. *alteri*, vers. *Eum qui*, *ff. de verbor. oblig. l.si mihi*,*& Titio eod. tit. l.si pluribus*, *ff. de legat.* 1. *l.huiusmodi*, §. *Titio*, *& Meuio eod.tit.*

Imò sicuti comprobatur, & fouetur dispositio Testatoris *in d.§.filium* admittendo substitutum ad portionem Titij deficientis sine liberis, ità è conuersò euerteretur dispositio si ad relictum admitteretur quis quando vnica tantùm qualitas verificaretur ex duabus copulatiuè appositis.

Vt hinc pateat,non esse accipiendum intellectum, quem tribuunt contrariæ Partis defensores, ad *tex. in d. §. filium*, quod dictio copulatiua posita inter personas conuerti-
24 tur in alternatiuam, sed euenit ex facti specie in *text.* proposita, quæ discriminatis, diuersisque temporibus poterat verificari,cuius contrarium secernitur in thesi proposita. Vndè ergo assumptum hoc ex Aduerso elicitum ex *d.§.filium*,effluxisse Aduersarij arbitrati sunt, prorsùs ignotum est.
25 Idq; haud prorsùs obscurè elicitur ex *Osasco d. decis.* 110. *& Thes. d. dec.*189. qui ambo loquuntur in donatione, & sic in contractibus, non autem in vltima voluntate, licèt à Nobis ponderata, minimè insinuauerint, & fuit de mente *Crauett.cōs.* 700.*& cons.*42. *Gabr.cons.*131. *col.*14. *lib.*2. *Becc. cons.*107. *n.*19. quorum memor extitit *Add.ad Thes. in d.dec.* 189. *lit.A.*
26 Hæc scripsi, & ponderaui pro Illustriss.Principissa Squillacis in causa contra ipsam mota ad instantiam nonnullarum Dominarum de familia Carrafa, quæ adhùc pendet indecisa, existente Commissario De-
27 legato per Sac.Cathol.Maiest.Dom. meo Consiliario Io.Baptista Iouino, Aduocato olim eximio, ac summæ doctrinæ viro; Responsum verò, quod in causa prædicta exaraui in 3. *Disceptat. forens. vol.* habebis Lector, vbi plures articulos enucleaui.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Vthor *ſcripſit plura de releuio* hoc eodem opere cap. 8.

2 *Maioratus erectus per Illuſtriſſ. Marchionem Villafrancha D. Garſiam de Toleto, refertur.*

3 *Releuium nullo iure fuit introductum, ſed tantùm ex conſuetudine.*

4 Iſernia *ſcripſit pauca quadam de releuio, de quo nullibi quid ſcriptum ab alijs, inſinuat.*

5 *Conſuetudo rigoroſa non debet extẽdi, neq; trahi ad ſimile.*

6 *Conſuetudo loquens in plauſtro de vino, non trahitur ad plauſtrum de oleo, cum ſit contra ius.*

7 *Releuium debetur in vno caſu ab harede, & ſucceſſore tantùm.*

8 *Releuium de iure communi non praſtatur pro obtinenda feudi inueſtitura.*

9 *Maioratui ſucceditur iure proprio, nõ hareditario.*

10 *Vocati ad maioratum, cenſentur vocati iure proprio à primo erigente, non autem hareditario.*

11 *Maioratus, iure ſanguinis, non hareditario defertur.*

12 *Iure ſanguinis non hareditario, maioratus defertur.*

13 *Primogenij ſucceſſio defertur filijs, vti filijs, non autem vti haredibus.*

14 *Primogenitus etiamſi hęres non fuerit vltimi poſſeſſoris, debet in maioratu ſuccedere.*

15 *Iure hęreditario, vel iure ſanguinis quando dicatur quis ſuccedere.*

16 *Donationes qua fiunt vni, & poſt mortem illius alijs, quando transferant dominium.*

17 *Donationes tot ſunt, quot perſonę, in maioratibus.*

18 *Vocatus ad maioratum, ſeu poſt ſubſtitutum, ſtatim purificata conditione acquirit dominium.*

19 *Maioratus defertur haredibus ſanguinis, non ijs qui ſuccedunt titulo hęreditario.*

20 *Poſſeſſio etiam tranſit in ſequentem donatarium, ſeu ſucceſſorem adueniente caſu.*

21 Tex. in l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. *quomodo amplietur per ll. Hiſpaniæ.*

22 *Maioratus erectus mediante facultate* Regia, *cenſetur ab ipſomet Rege erectus.*

23 *Regis authoritas, in maioratus erectione id efficit, vt omnibus vocatis, & comprehenſis ſine traditione acquiratur dominium.*

24 *Ius quaſitum auferri non debet.*

25 *Factum vnius, alteri praiudicare non debet.*

26 *Deciſum dici non poteſt, quod non fuit diſcuſſum.*

27 *Fieri quod debet, non autem quod ſit, eſt attendendum.*

ARGVMENTVM.

Maioratus ſucceſſor, Hiſpanorum iure attento, non hęreditario iure, ſiue vltimum poſſeſſorem repręſentans, ſed iure ſanguinis ex pacto, & vocatione primi inſtituentis, ſiue erigentis Maioratus, vti proprio nomine vocatus ad ad illius ſucceſſionem admittitur, & abſque vlla traditione, ad ipſum dominium, & poſſeſſio rerum Maioratui

submi ssarum transit, adeò quod tot sunt vocationes ad maioratum, quot sunt personæ, nec vlla qualitas hęreditaria expostulatur ad finem acquirendi dominium, & possessionem rerum maioratui obnoxiarum; Quibus indicatis, eam veriorem sustinet *Author* opinionem, quod in Regno succedens virtute Maioratus in feudis, ad releuium minimè teneatur ob mortem vltimi possessoris, eam solidam expendens rationem, quia releuiū non debetur, nisi ab hęrede, non autem ab eo, qui proprio iure in bonis succedit, pleraque alia ad exornationem pręfatę conclusionis adducens, de quibus pleno egisse calamo fatetur *hoc eod. opere cap.* 8.

OBSERVATIO LXXXXII.

1 De releuio scripsi nonnulla in 8. *cap. huius Operis*, sanè non pœnitenda, quæ iterùm vt repetamus, non fert animus, ne in illud incidamus,

Occidat miseros crambe repetita Magistros,

Accidit tamen mihi patrocinati pro Illustriss. Duce Ferrandinæ, & Montisalbani Marchione Villafranchæ D. Petro de Toleto, in Regia Camera, ex dictis per *Nos d. cap.* 8. audacter affirmare ob mortem Illustriss. Marchionis Villafranchæ, & Ducis Ferrandinæ D.Garsiæ de Toleto vltimi possessoris prædictarum Terrarum Ferrandinæ, & Montisalbani, in quibus virtute maioratus
2 erecti Regia facultate præcedente à Serenissimo Rege Philippo II. immortalis memoriæ de anno *1564.* die 7. Februarij ab Illustriss. D. Garsia de Toleto seniore, sicuti ex diplomate expedito in Ciuitate Barcinonæ, & iterùm altero expedito in Villa Matriti die 24. Decembris *1569.* vti vocatus ab ipso maioratus erectore, successit; minimè teneri ad solutionem releuij, eo pręhabito fundamento, quod est Clauis totius materiæ in casu releuij, quod
3 illud nullo Iure, Ciuili, neq; Canonico fuit introductum, neque venit ex natura feudi, neq; ex lege feudali, sed extra naturam feudi, & de rigorosa consuetudine, vndè *Isern. in cap. 1. §. Sed & res, per quos fiat inue-*
4 *stit.* scripto nobis tradidit, ipsum nullibi inuenisse quid scriptum de releuio, nisi quod ipsemet scribit in *d.*

§. *Sed*

§. *Sed & res*, & *in cap.* 1. §. *Similiter in Hostenditijs n.* 14. *de Capitulis Conrad.* subdens, ab vsu tantùm loquendi fuisse introductum, adducens *tex. in*
5 *l. labeo, ff. de suppellect. legat.* vndè dùm ex rigorosa consuetudine fuit introductum, non debet extendi, siue trahi ad simile, etiamsi esset eadem ra-
6 tio, sicuti consuetudo loquens in plaustro de vino, non trahitur ad plaustrum de oleo, cum sit contra ius, ex notatis per *glos. in l.* 1. *C. quæ sit longa consuet.* & odiosa restringuntur, expendens *Isernia tex. in l. cum quidam, ff. de liber. & posth.* Fuit
7 igitur introductum releuium, tradit *Isernia*, ibi in vno casu, scilicet in hærede, & successore, cùm succeditur in feudo, non debet modò trahi quando proprio iure quis succedit ad feudum, siue ad ipsius successionem circumscripta qualitate hereditaria, vocatur, hinc prædictis annuens *Marin. Frecc. de subfeu. lib.* 2. *in*
8 3. *author. n.* 15. tradit de iure communi non præstari releuium pro obtinenda feudi inuestitura, neque lex aliqua feudalis, aut extrauagans, imposuit hoc onus, vndè strictè esse accipiendam consuetudinem, quæ introduxit solutionem releuij sustinet, per *tex. in l. quicquid adstringendæ, ff. de verb. oblig.* quibus suppetias ferunt alia plura à Nobis insinuata *d. cap.* 8. *n.* 1. & *pluribus seqq.*

Cùm igitur ex præallegatis constat, releuium non solui, nisi ab hærede, & successore, titulo hæreditario, confirmationem recipit iustitia Marchionis Villafranchæ ad illud
9 non soluendum, quia succedit in maioratu, in quo feuda prædicta sunt compræhensa, proprio iure, peculiariq; nomine vocatus, ex prouidentia erectoris maioratus, non repræsentās in hoc personam Marchionis D. Garsiæ eius patrui vltimi possessoris, vt dicatur eius hæres, sed D. Garsiæ senioris, institutoris ipsius maioratus, à quo eius persona
10 tempore erectionis maioratus fuit contemplata, ad *itē. in l.* 3. *ff. de interd. & relega. l. si arrogator. ff. de adoptio. Bart. in l. vt iurisiurandi, §. si liberti, ff. de oper. libert.* optimus *tex. in l. pater filium* 54. *ff. ad leg. falcid. Merez de maiorat.* 4. *par. quæst.* 21. *n.* 14. vers. *Et hæc ratio*, ibi, *Quia successores in maioratibus habent ius successionis à primis fundatoribus*, adducens *tex. in l. quoties, C. de don. quæ sub mod.*

Nec est, qui iure inficiari queat,
11 Maioratum iure sanguinis, non hæreditario deferri, sicuti contraria explosa opinione tenet *Ludouic. Molin. de Hispan. primog. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 2. vers. *Contrariam autem sententiam*, & *n.* 9. vers. *Ex quibus, eod. cap.* adducens *textum in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. l. vnum ex familia, §. si de falcidia cum simil. ff. de legat.* 2. subdens nullo pacto, hæreditario
12 iure, sed tantùm iure sanguinis deferri maioratus, per *tex. in d. l.* 3. *ff. de interd. & releg.* aliosq; DD. quos ad id congerit, & pro ratione inconuincibili adducit *Molina n.* 3. vers.
14 *Quod etiam*, quia primogenij successio defertur filijs, vti filijs, non autem vti hæredibus, vndè oritur, q
14 filius primogenitus etiam si hæres non fuerit, debet in maioratu, quem pater eius possedit, succedere, per *glos. in l. si operarum iudicio, ff. de oper. libert. Bald. in cap.* 1. §. *hoc quoq; de suc. cess. feud. n.* 4. conclusionem firmans
15 tunc dici hæreditario iure, quid deferri, quando nonnisi hæredi, iureq; hæreditario competit; iure autem sanguinis illud deferri dicitur, in quo is qui hæres non est, vel etiam qui hæres est, ex sola agnatione, seu cognatione, vel speciali vocatione, non autem iure hæreditario succedere potest, ex dictis per *Bart. & Bald. in locis allegatis.*

Et *Molina* laudato, adductisque cum ipso peculiaribus Hispaniæ legibus de maioratibus loquentibus, nempè, *l.* 2. *tit.* 55. *par.* 2. ibi, *De quier*

que

que el fen oro hobieron por lignage, & *mayormente en España, l. 9. tit. 7. ead. par.* ibi, *por razon de liñage*, tenet indubitanter *Reg. Valenz. conf. 69. n. 78.*
16 *lib.* 1. in maioratibus succedi iure sanguinis, non autem hæreditario, adducens prę cęteris *Milan. decis. Sicil. 3. n. 17. lib. 1.*

Prędictisq; copias præstat auxiliares, illa, & alia adducta passim ratio in materia successionis, quod in huiusmodi donationibus, quę fiunt vni, & post mortem eius, alijs donatarijs, adueniente tempore, vel morte, pręcedentiũ, statim transire dominium, ad *tex. in l. quoties, C. de donat. quæ sub mod.* & punctuatim, quod quilibet ex vocatis ad maioratum si donatarius de per se, & tot di-
17 cantur donationes, & substitutiones, quot sunt personę vocatæ post *Iser. in cap. 1. §. præterea ducatus de prohib. feud. alienat. per Feder. n. 4.* tradit *Molin. de primog. lib. 1. cap. 1. n. 17.* vers. *Ex qua*, inquiens quemlibet successorem in maioratu, nominatim, atq; specificè vocatum censeri, ac si vnicuiq; eorum vnaquęque donatio, substitutio, legatum, seu prelegatum factum fuisset; idcircoque absq; aliqua restitutione, quilibet vocatus consequetur dominiũ
18 eodem instanti, ac momento, quo purificatur conditio, vel venit dies vocationis ex propria psona, sublato de medio præcedenti successore, non autem ex iure ab eodem transmisso, ex dictis per *Castrens. in l. si pecuniam, ff. de condic. ob caus. n. 55. & cons. 164. n. 20. cum duob. seqq. lib. 2.* & confirmat *Merez. de maior. par. 4. q. 21. n. 19. & in 1. q. d. 4. par. n. 47.* eam aliam indicans rationem, quia ma-
19 ioratus non deferuntur hæredibus, qui succedunt in hæreditate defuncti, sed successoribus sanguinis, vndè infert *Molin. d. cap. 1. n. 18.* vera hæc esse, nedùm in his, qui tempore institutionis primogenij nati sũt, sed etiam in nascituris, per *tex. in l. Diui, §. pactis, C. de natural. liber.* benè *Reg. de Pont. conf. 4. n. 8.* vbi *Molin.* duobus in locis allegat, & in Regnis Castellæ ex dispositione *l. 7. tit. 4. par. 5.* est expressè dispositum in huiusmodi donationibus successiuis, nedùm adueniente tempore, vel morte præcedentis statim transire
20 dominium, verùm etiam (quod magis est) possessionem in sequentem donatarium, seu successorem, vt patet ibi, *La possession, y señorio dello*, vbi ad hoc notat *Gregor. Lopez in glos.* verb. *Señorio*, inquiens, quod illa lex est valdè singularis, & menti tenenda, & semper allegata in Palatijs, quia per illam prouisum est de dominio, & reiuendicatione sequentibus donatarijs competere, quod nõ
21 erat expressum per *d. l. quoties, C. de donat. quæ sub mod. Suarez in l. quoniam in prioribus super l. Regal. quæst. 8. n. 6. Aluar. Valas. consult. 194. n. 20. & seq. tom. 2. Reg. Valenz. d. conf. 69. n. 70.* vers. *Quod est magis.*

Introduxit mos in Regno, quod soluatur releuium ab hærede, quomodo attentari poteſt, vt soluatur ab eo, qui iure proprio, & Rege authorante ad maioratum inuitatur? dicente *Iser. in loco memorato hoc eod. respons.* vers. *Quod autem*, quod eiusmodi consuetudo soluendi releuiũ est rigorosa, & exorbitans, ideò non extendenda, sed comprimenda, & restringenda, vt in casu suo locum sibi vendicet.

Nec aspernandum est ad iustitiã fouendam Marchionis Villafrãchę, quod maioratus institutio, siue erectio à D. Garsia seniore, fuit facta cũ authoritate Domini Regis Philippi II. qui voluit dictam fundationem habere perpetuum robur, & in perpetuum validam, nec illi vllo vnquã tempore aliquo modo contraueniẽdum esse, inspectis, & attentis seruitijs factis per ipsum Marchionem instituentem, qui tunc Prorex erat Principatus Cathaluniæ, vndè ir-

re-

reuocabilem habet firmitatem, &
22 inſtitutio ipſa, reputari debet tanquam facta ab ipſo Rege, ex dictis per *Rom.conſ.*98. quem ſequitur *Purpur.in l.more n.*67. *ff.de iuriſdict. omn. Iudic. Afflict. deciſ.*238. *n.* 6. *in fin.* & *n.*7. per *tex. in l. lege obuenire, ff. de verbor. ſignif. Ego in* 4. *diſcept. forenſ. cap.*25. *n.*6. vndè notat *Reg. Valenz. d.conſ.*69.*n.*68. quod authoritas Re-
23 gis inter alia, id efficit, vt omnibus vocatis, & in inueſtitura compræhenſis, ſine traditione acquireretur dominium, ſecundùm *Angel. in l. officium, ff.de reiuen. Iaſ.in l.quoties n.*5. *C.eod. tit. Alex. conſ.*3. *n.*8. *lib.*5. *Iaſ. in prælud. feudor. n.*72. *Dec.conſ.*689. *n.* 20. *Burgoz de Paz* plures referens *conſ.*25. *n.*689. *n.*2. *Anton. de Butr. in cap. conquæſtus n.*13. vbi *Abb.n.*10. *de reſtitut. ſpoliator. Iacobin.in l.traditionibus in fin.* vbi *Dec.n.*4. *de pact.* ſi autem vrgerentur vocati ad maioratum ad ſolutionem releuij, fruerentur diminutè bonis maioratus, & per mortem morientis', & poſſeſſoris bonorum maioratui obnoxiorum, quem non repræſentant, nec ipſius ſunt hæredes, cogerentur ſoluere releuium, quod nonniſi ab hærede, & hæreditario iure ſucceſſore debetur, ex *præcitatis*, & ſic ius à Marchione quæſitum ab ipſo initio erectionis maioratus circa ſucceſſionem, illi diminutum concedere-
24 tur, eiq; præiudicaretur, quod vtiq; fieri non debet, ſecundùm *Bald. in l. ſi conſtante n.*4. *C.de donat.ante nupt.* & *in l. ſi quis n.*1. *ff. de ſeru. exportan.* & *in Auth. ingreſſi n.*51. *C. de Sacroſ. Eccleſ. Dec. in cap. quoniam n.* 25. *de Conſtit. Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellaria de alternat. menſ. gloſ.* 56. *n.* 116. *Guttier.conſ.*21. *n.*18. *cap.ab eo de elect. lib.*6. *clem. conſtitutionem eod. tit.* & in
25 terminis, quod factum alicuius, aliquorumq; ſucceſſorum non poſſit præiudicare alteri ex vlterioribus ſucceſſoribus, reſoluit *Tiber.Decian. conſ.*66. *per tot.* maximè *n.* 87. *vol.* 3. *Tiraquell. de nobilit. cap.* 35. *n* 4. & 5. & in materia maioratus benè expendit, aliosq; plures adducit *Reg. Valenz.conſ.*69. *n.*78. verſ. *Confirmatur vlterius lib.* 1.

Nec tantillum prędictis refragatur, quod per prędeceſſores ſucceſſores in eodem maioratu, aliàs fuerit ſolutũ releuium, nam (quicquid ſit de hoc) de tàm nitida iuſtitia nõ
26 fuit diſcuſſum, ideòq; deciſum minimè dici poteſt ad celebrem doctrinam *Bald.in l. receptitia n.* 3. *C.de conſtit. pecun.* quam practicatam in Sac.Conſ. tradit *Dom. de Franch. de-*
27 *ciſ.* 367. & alibi paſſim; Nec quod fit, ſed quod fieri debet eſt attendendum, *l. nemo, C. de ſentent. & interl. omn. Iud. Cranett. conſ.*320. *n.* 5. *Feder. de Senis, conſ.* 152. *n.* 3. verſ. *Item quia per hoc, Alex.conſ.*3. *n.*5. *lib.* 5. *Rot. Rom. dec.* 252. *n.* 2. *par.*1. *in poſthum.recollect.per Farinac.*aliàs *par.* 3. *in recentior.*

Pendet quęſtio indeciſa, ſed in 3. *diſceptat. forenſ. volum.* (Deo dante) determinationem Me allaturum in ſpem venio, ſi deciſa quæſtio fuerit.

SVMMARIVM.

1 AVthor *pollicetur* in 3. diſceptation. forenſ. volum. *edere reſponſum factum pro Illuſtriſ. Duce Maqueda.*

2 Tex. in l. fin. C. de re milit. milit. *enucleatur.*

3 *Miles actu ſeruiens, præſumitur abeſſe cauſa Reipublicæ.*

4 De-

4 *Decretum Sac. Consil. Iunctis Aulis in causa Baronis Francisci Beneuento, cùm Petro Antonio Venuto, refertur.*

5 *Miles non restituitur in integrum si potuit consulere Peritiores.*

6 *Peritiores consulere quis potuisse dicitur, si in Ciuitate, Castro, vel Terra aderant litterati.*

7 *Peritus consultus tunc dicitur, si aditus fuerit Doctor, de cuius consilijs publica vox, & communis Ciuitatis opinio benè sentit.*

8 *Miles dùm est in expeditione, præsumitur non potuisse eius defensioni vacare in Iudicijs.*

9 *Ciuitas Neapolis dicitur Seminarium insignium Aduocatorum.*

10 *Milites nostri temporis minimè gaudent priuilegijs militum antiquorum temporum.*

11 *Milites nostri temporis non sunt insigniti Infulis à Romana Republica consuetis, ideò antiqui temporis militum priuilegijs non gaudent.*

12 Alexander Trentacinq. *Summa apud* Dom. Reg. Rouit. *Authoritatis Iureconsultus extollitur.*

13 *Milites ordinarij stipendiati, & non stipendiati, qualiter gaudeant priuilegijs militum, remissiuè.*

14 *Milites qui non habent stipendia à Regia Curia, nisi quando actu seruiunt in necessitatibus actu imminentibus, an gaudeant priuilegijs militum.*

15 *Restitutioni in integrum vt deferatur, satis operatur æquitas, & Iudicis arbitrium.*

16 *Læsio, si non interuenit, restitutio in integrum minimè conceditur Ecclesiæ, aut minori.*

17 *Decisio Sac. Consilij, denegans restitutionem in integrũ in causa Illustriss. Ducis Maqueda, refertur.*

ARGVMENTVM.

Militibus, qui abesse dicuntur causa Reipublicæ, dùm sunt in expeditione, passim restitutio in integrum concedi consueuit, sed tamen eiusmodi generalis propositio restrictionem recipit, quoties potuit quis consulere peritiores, tunc etenim quia ea præcipua ratione restitutio conceditur, quia præsumptio est, quod dùm quis degit in exercitu, non potuit vacare eius defensioni, ratio ipsa si deficit, & dispositum sub ea ratione deficiat, necesse est; Dicitur etenim quis potuisse consulere Peritiores quando in Ciuitate, Castro, vel Terra aderant Doctores, de quorum consilijs, publica vox, & communis Ciuitatis opinio benè sentit: Indè quæritur, An Milites nostri temporis gaudeant priuilegiis Militum antiquorum temporum, & Negatiuè quæsito occurrit *Author*, eò quod non sunt insigniti Infulis à Romana Republica consuetis, & notabilis pariter distinctio affertur de Militibus ordi-

dinarijs stipendiatis, & non stipendiatis, quomodo, & quando priuilegiis militibus elargitis potiantur, quę originalis fuit *Alexandri Trentacinq. in tractat. de substitution. par.4.cap.8.n.6.* quem Summę apud ipsum Authoritatis Iureconsultum existere, cum laude commemorat *Dom. Reg. Rou. in commentar. ad rubr. de Militib. n.6.* eiq; se subscribit. Adnotaturque ad finem, vt quis restituatur in integrum, satis operari ęquitatem, & Iudicis arbitrium in secernendo an læsio interuenerit; Scitum est enim, absq; læsione restitutionem in integrum denegari, etiam Ecclesię, ac minoribus, itaque processisse decretum interpositum per Sac. Consil. iunctis Aulis de anno 1643. in causa Baronis Francisci Beneuenti, cùm Petro Antonio Venuti, recensitum à *Dom. Consiliar. Arias de Mesa in 3. variar. resolut. lib. cap. 44. n. 24.* insinuatur; pariterque indicatur decretum interpositum per idem Sac. Consil. de anno 1649. die 18. Augusti in causa Illustrissimi Ducis Maquedę, denegans Cęsari Zattara petenti, vti militi restitutionem in integrum, aduersus sententiam Sac. Cōsil. adducitur.

OBSERVATIO LXXXXIII.

EVasis plurium exceptionum scopulis, superatisq, non paucis dilationum syrtibus, in causa illa percelebri Illustrissimi Ducis Maquedæ, Serenissimæ Hyspaniarum Reginæ domus Maioris Præfecti, introducta in Sac. Consilio, contra hæredes Cæsaris, & Iacobi Zattara super exolutione plurium pecuniarum quantitatum ex causa in actis deducta, quę determinationem habuit (*Me* patrocinãte, pro dicto Illustrissimo Duce) mediante sententia prolata, de qua certiorem faciam Lectorem in 3. *disceptation. forens. volum.* mox imprimen-
1 do, in quo per extensum responsum in illa causa editum à permultis exoptatum, exarabo, de anno 1649. fuit pro parte Cęsaris Zattara iunioris, filij, & hęredis dicti Iacobi, petita restitutio in integrum aduersus sententiam prędictam, eò tantùm innixi eius Aduocati fundamento, quia vti vnius cohortis Militum Pręfectus ipse Cæsar actu seruiebat Sac. Cathol. Maiestati in Statu Mediolani, adducentes *textum in l. fin. C. de restit. milit.* vbi videtur dispositum, quod tempus absentiæ, & occupationis Reipublicę causa, prodest ad restitutionem in integrum
2 obtinendam, & innuit *Imperator Iustinian.* ibi, *Ea tantummodò tempora, quæ in eadem expeditione percurrunt, tàm in exceptionibus declinandis, quàm in petendis in integrum restitutionibus*

tis opitulari, *illis temporibus*, vbi *glos.* in verb. *Exceptionibus*, & in verb. *In integrum*, inquit, *Putà si restituatur nè obijciatur sibi præscriptio temporalis, quæ cucurrit eo in militia existente*, *& ad legatum annuum, vt ff. eod. l. Iulianus §. fin. & seq.*

3 Et pro ratione adducebant, quia actu seruiens in bello præsumitur abesse causa Reipublicæ.

4 Rerum item iudicatarum extollebant authoritatem ex determinatione habita in Sac. Consil. iunctis Aulis in causa Baronis Francisci de Beneuēto cùm Petro Antonio Venuti, de Mense Martij 1643. cuius memor fuit doctus Consiliarius *D. Ferdinandus Arias de Mesa* omnium virtutum cumulo exornatus, *variar. resol. lib. 3. cap. 44. n. 24.*

Ego verò Illustris. Ducis partes sustinens, aiebam minimè partis petitioni esse annuendū ex infrascriptis.

5 Primò, quia *tex. in d. l. fin. C. de restit. milit.* locum sibi minimè vindicat, quando miles, qui succubuit poterat consulere peritiores per *tex.* expressum *in l. si Auiam, C. de ingen. manum.* sicuti tradit *Sforz. Odd.* (ad quem semper in materia recurrere consueuimus) in celebri *tractat. de restit. in integr. q. 10. art. 7. n. 58. &*

6 *art. 8. & 9.* inquiens eos, qui sunt in Castro, Ciuitate, & Terra, in qua adest copia peritorum, potuisse cōsulere peritiores, ideò illis denegatur restitutio in integrum.

Quę sanè opinio, Antesignanum habet Pręceptorem communem *Bartol. in l. in bonorum n. 63.* vers. *Et Ego, ff. de bonor. possess.* inquiens peritos eos esse, qui causas omnes etiam

7 meri, & mixti Imperij actualiter dicunt, & defendunt, & clarius *n. 71.* tradit tunc dici peritiorem consultum, si bonum aliquem Doctorem consuluit, de cuius responsis publica vox, & communis Ciuitatis opinio, benè sentit, & Ciuitas commu-

8 niter confidit, quo casu satisfecisse legi dicitur, Nam pręsumptio est secunùm *Odd. loc. citat.* quod miles ob armorum strepitum, & dùm est in expeditione, non potest eius defensioni vacare, vndè dùm consuluit peritiores, non est locus restitutioni in integrum, & ad id comprobandum cum laude commemorat idem *Sforz. d. tractat. art. 11. Doctores Perusinos*, eius conciues, *Ioannem Paulum Lancellottum*, *Cornelium Benincasium*, *Marcum Antonium Eugenium*, *Tobiam Nonium*, aliosq; nonnullos, à quibus consilium expeti poterat in Ciuitate Perusina, subdens in ea aeris temperie non minus nasci, quàm creari Iurisconsultos, super quo figebam *Ego pedes*, nam Causarum

9 Patronos consulere potuit Cęsar Zattara in hac florentissima Ciuitate Neapolis, antiquum Seminarium insignium Aduòcatorum.

10 Dicebam insuper Milites nostri temporis minimè gaudere ad pręsens priuilegijs antiquorum temporum, sicuti communi ferè calculo tradunt *DD. in l. Centurio, ff. de vulg. & pup. Ias. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. Franc. Aretin. consi. 12. Petrin. Bellus. de re militar. Gregor. Lopez in l. 23. glos. 1. tit. 21. Didac. Perez in l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordinam. Auendaño in dictionar.* verb. *Cauallero, Capol. de Imperat. eligen.* vbi ponit 47. priuilegia, *Boer. in Consuet. Bituricen. tit. de iur. & Stat. personar. Marc. Mantua de priuileg. milit.* ponens 50. priuile-

11 gia, qui omnes eam adducunt rationem, quia non sunt insigniti Insulis à Romana Republica consuetis, benè eruditus, ac doctus *Bobadill. in Politic. lib. 4. cap. 1. n. 14.*

12 Faciebatque pręd ictis, distinctio tradita ab *Alexandro Trentacinq.* (sūmę apud *Reg. Rou. Authoritatis Iureconsultum*, prout ipsemet fatetur in *commentar. ad rubr. de militib. n. 6.) in tract. de subst. par. 4. cap. 8. n. 6.* vbi concludit, quod Milites ordinarij

sti-

13 ſtipendiati à Regia Curia, etiamſi poſiti ſint in pręſidijs arcium, vel Ciuitatum, gaudent omnibus priuilegijs, militibus conceſſis; Milites verò, qui non ſunt ordinarij ſtipendiati, ſed ſolùm quando actu ſeruiunt in occurrentibus neceſſitatibus, licèt intereà ſint in exercitio armorum, non tamen gaudent priuilegijs militum, quod eſt ſummè notandum, inquit, reſpectu militũ no-
14 uę militię, de quibus loquitur *prag. 2. de militib.* qui non habent ſtipendia à Regia Curia, niſi quando actu ſeruiunt in neceſſitatibus Regno imminentibus, vt in §. *à los Soldados n.6. in prag. 2. infra eod.* quę omnia in caſu ꝓpoſito in facto verificabãtur.

Quatenus verò ſpectabat ad exẽplum rei iudicatę allatum à *Conſiliar. Arias de Meſa. d.lib. 3. variar. cap. 44. n. 24.* inſinuabam *Ego* noſtram ſuſtinere aleam; pugnare pro Nobis, nõ oppugnare cõtra Nos, nam quicquid ſit in pũcto iuris an ſit cõcedẽda reſtitutio in integrũ eiuſmodi militibus, attamen fatetur ipſemet *D.*
15 *Arias* multum facere in hoc ęquitatẽ, & Iudicis arbitrium; vndè concludit determinationem proceſſiſſe, ex quo Domini Iudicantes olfecerunt iniuſtitiam decretorum, & ſic retorquebam *Ego* in fauorem Illuſtriſs. Ducis, ex hoc tantùm capite eſſe denegandam reſtitutionem in integrum, ex quo in nihilo Pars per ſententiam fuit læſa, & ſcitum eſt ad reſtitutionem in integrum concedendam, nedùm perſonam petentem contemplari, ſed etiam lęſionem eſſe attendendam, ſine qua, nec
16 etiam Eccleſia, aut minor reſtituitur, vti nouiſſimè, alijs poſthabitis tenuit *Rot.* apud *Canaler. dec. 194. n. 2. & 3. Io. Petr. Fontanell. dec. 595. n. 9.* vbi aduertit, quod reſtitutio non poteſt plus tribuere, quàm læſio abſtulit per *tex. in l. fin. ff. de minor. & in l. Sed etſi per procuratorem, ff. ex quib. cauſ. maior.*

17 Quare Sac. Conſilium die 18. Auguſti 1649. cum interuentu Illuſtr. Dom. mei Marchion. Ramon. illius Præſidis, & votãtibus Dominis Cõſiliarijs Carolo Brãcatio (qui & cauſæ Relator) Marco Antonio Cioffi, Ill. Duce Canzani Donato Coppula, vti adiũcto (nam abfuit Dom. Io. Baptiſta Amendola alter Adiunctus) Dom. Stephano del Carrillo, & Aloyſio Capacio, decretum interpoſuit, *Non eſſe locum petitæ reſtitutioni in integrum*, penès Magnificum Secretar. Sac. Conſil.

SVMMARIVM.

1 Dom. Vincentius de Franchis Sac. Conſil. Præſes, *extollitur.*
2 *Expedire conſultantes per regulas generales, eſt officium Procuratorum, eorumq; Doctorum, quos vulgus poſitiuos appellat.*
3 *Dictum Doctoris etiam ſine lege, quãdo non habet contradictorem, habet vim legis.*
4 *Deciſiones, quæ ſunt in terminis, ſunt ſecuriores.*
5 *Deciſionem in terminis reperire in actu practico, peritiſſimi Doctoris eſt.*
6 Author, *qua ductus ratione magnam librorum ſuppellectilem comparauit.*
7 *Vendens herbam pro pabulo animalium, preferetur quibuſcumq; emptoris creditoribus etiam anterioribus.*
8 *Alimentorum fauor prelationem inducit.*

ARGVMENTVM.

Vendens herbam pro pabulo animalium, prefertur creditoribus emptoris quibuscũq; etiam anterioribus, fauore alimentorum, cuius quæsiti occasione indicat *Author* ex *Præsid. de Franch.* aliisque Doctoribus non languidæ fidei, quod in actu practico inuigilandum est pro decisione in terminis, ea namq; ad finem obtinendi securior existimatur, atque peritissimum illum Doctorem indicat, qui eam inuenit, Expedire namq; consultantes per regulas generales, officium est Procuratorum, eorumq; Doctorum, quos vulgus positiuos appellat; Vndè dignè ad eiusmodi munus explendum, necessarium putat *Author*, magnam librorum habere suppellectilem, quo sanè impulsu motus fuit, plurimas in hoc expensas erogare.

OBSERVATIO LXXXXIV.

MEmoria teneo celebre
1 illud effatum celeberrimi illius viri omni æuo extollendi *Dom. Vincentij de Franchis*, Sacri Consilij Neapolitani Præsidis in *dec.363. n.3. in fin. & n. seq.* quòd
2 expedire consultantes per regulas generales, est officium Procuratorum, eorumq; *Doctorum*, quos vulgus positiuos appellat, quodq; deci-
3 sio Doctoris etiam sine lege, quando non habet contradictorem, habet vim legis, secundùm *Ias. in l. pen. col. pen. C. de pact. Borgnin. Caualcan. dec. 28. n. 16.* vers. *Et quando, & dec. 44. Rot. Lucens. dec. 98. n. 27.* vers. *Et ne positiuorum*, & tradit *Ias. & Paul. de*
4 *Castr. in l. non est minus in fin. C. de procur.* Decisiones namq; quæ sunt in terminis, sunt securiores, & ibi cessant omnia argumenta, secundùm *Albert. Brun. de statut. excluden. feminas ar. 6. q. 2.* vndè *Ang. cons. 14. n. 2.* in ea prorupit verba, quod *allegare regulas generales, vbi est decisio in*
5 *terminis, est pauperis Doctoris, & ideò in actu practico laborandum est, vt inueniamus decisionem in terminis, quia talem inuenire, est doctissimi Doctoris*, eiq; se subscribit *Felyn. in cap. cum ordinem de rescript.* pleraq; alia congerit *VVessembec. cons. 19. n. 63.* vers. *Quia in practica.*

6 Hæc sanè ratio: hic herclè stimulus, impulerunt Me, vt magnam librorum suppellectilem ex omnibus mundi partibus (quãtum valui) mihi pararem, tùm ob muneris mei expletionem in causis patrocinandis, quæ non rarę, aut modici momen-

ti

ti extiterunt, & hodie creuerunt, dùm frequentiori Clientum detineor calculo (Dei ſuffragante præſidio) tùm etiam, quia animo pararam meo, ſcribendi Prouinciam aſſumere, poſteriſque talentuli mei copiam facere.

Hinc ad quæſitum, allegaui in Collegio doctrinam punctualem, & in terminis (vti aiunt) terminantibus *Borgnini Caualcan. in dec.* 44. vbi
7 affirmatiuam ſuſtinet ſententiam, quod vendens herbam pro pabulo animalium, præfertur creditoribus quibuſcumque etiam anterioribus emptoris, eam adducens rationem,
8 quia fauor alimentorum id efficit, per *tex. in l. huius, ff. qui potior. in pignor. hab. Anton. de Fan. de pignor. in* 7. *par.* 3. *memb. n.* 14. *& ſeq. & in* 2. *par.* 4. *memb. n.* 133. *& n.* 114. *Sebaſtian. Monticul. in* §. *Item ſeruiana n.* 43. *Inſtit. de actio. Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed.* 11. *n.* 8. *Plot. in l. ſi quando n.* 874. verſ. *Tertio quero in fin. C. Vndè vi*, itaq; reſpondiſſe tradit *Borgnin.* de anno 1571. idq; vti notabile menti tenendum inſinuat, allegãs pro coronide *Rebuff. in Conſtitutiones Gallicas tom.* 1. *art.* 4. *gloſ.* 2. *n.* 31. *& ſeq. pag.* 220. Et mecum concurrentes habui Dominos Collegas, qui vnà mecũ non dubitabãt apud alios Authores facilè de materia fuiſſe tractatum, Mihi tamen arriſit punctualem eiuſmodi doctrinam probati Doctoris allegare, nè in hac re nimius viderer.

SVMMARIVM.

1 I*Nuentarij exceptionem opponens, an teneatur illud exhibere, vel ſufficiat indicare Notarium.*
2 Authori *nunquam arriſit dicterium vulgatum, quod ſufficit indicare Notarium penès quem exiſtit inuentarium, non autem teneatur quis exhibere.*
3 *Veritas ſemper inſectanda.*
4 *Scandalum potiùs permitti debet, quã quod veritas occultetur.*
5 Author *paratum ſe exhibet rectiùs ſentientium placita inſectari.*
6 Cęſar. Vrſill. *quid dixerit* ad dec. 177. Affl. in fin.
7 Io. Bernardinus Muſcatellus *ſectatur* Vrſilli. ad dec. 177. in fin.
8 *Inuentarium opponens, intendit ſe iuuare beneficio*, l. fin. §. Etſi præfatam, C. de iur. deliber.
9 Authores *recenſentur, qui ſcripſerunt tractatus de inuentario.*
10 *Allegare aliud eſt, quàm producere.*
11 *Producere idem eſt ac exhibere, ideſt credendi, & legendi facultatem in actis prabere.*
12 *Producere teſtes idem eſt quàm apud acta ponere.*
13 *Iudex non poteſt quicquam decernere in beneficium opponentis inuẽtarium, niſi producatur.*
14 *Inuentarium eſt quid facti, quod non præſumitur.*
15 *Facti quæ ſunt, non præſumuntur.*
16 *Iudex tenetur iudicare ſecundùm allegata, & probata.*
17 *Inſtrumentum non productum, non probat.*
18 *Iudex non poteſt iudicare ex inſtrumento non producto.*
19 *Inuentarij productio debet eſſe verbalis, non realis.*

20 *Al-*

20 *Allegatum non probare, & nihil allegare, paria sunt.*
21 *Reus in exceptione, est Actor.*
22 *Actoris partes obtinet reus, quia probare debet exceptionem.*
23 *Instrumentum debet à quocumq; edi, si ex instrumento agere vult, & vincere.*
24 *Inuentarium est quadam qualitas excogitata ab Imperatore.*
25 *Defunctus sine harede si decedat, afficitur iniuria.*
26 *Fundans se in filiatione, legitimitate, & atate, siue agat, siue conueniatur, debet probare.*
27 *Qualitas quando est fundamentum excipientis, debet de illa prius constare.*
28 *Esse, & non apparere, vel non esse, idem sunt.*
29 Cæsar Vrsill. ad dec. 177. Affl. ad fin. *enucleatur.*
30 *Actor dùm ad iudicium prouocat pupillum, debet cum tutore, vti persona legitima processum instruere.*
31 *Tutor impetitus ad exhibendum sollemnia quare non teneatur.*
32 *Arma non sunt sumenda de domo Rei.*
33 *Edere nemo tenetur Aduersario.*
34 *Fisci fauore tenetur quis edere.*
35 Cæsar Vrsillus *non benè accipitur* ad fin. dec. Affl. 177.
36 *Vulgi error omninò venit corrigendus.*
37 *Sententia, qua melioribus fulcitur rationibus, sectanda est.*
38 *Mirandum quare non sit, si diuersa in vno, eodemq; facto resolutiones descendunt.*
39 *Mutatio minima facti, totum quandoque ius mutare solet.*
40 Author *adnotauit plures decisiones Sac. Consil. emanatas contra decisiones* Afflict. & Dom. de Franchis.

ARGVMENTVM.

Pragmaticorum dicteria, quæ vulgi rumor, aliquando, accepit, nullo iuris fundamento formari, non semel accidit, idcircò explodenda monet *Author*, sicuti illud vulgatum, ac in ore Practicorum frequentatum effatum, quod scil. *Opponens inuentarium, minimè ad illud exhibendum teneatur, sed satis sit si indicauerit Notarium, penès quem existere dignoscitur,* improbatum à iure insinuatur, quicquid nonnulli sub auspicijs *Cæsaris Vrsilli in Annotationibus ad dec. Affl. 177. ad fin.* de hoc ratiocinatum existimauerunt, *Author* etenim enucleato vero, & germano sensu *Cæsaris Vrsilli loco indicato*, ex pluribus commonstrat totum contrarium in iure fore approbatum, nempè quod excipiens de inuentario, illud producere, non allegare debeat, eoq; non producto, in nihilo excipienti posse suffragari, hinc de vi, & efficacia verbi *Producere* non-

nonnulla adducuntur, quæq; constituta sit differentia inter verbum *Allegare*, & *Producere*, nonnullisq; allatis argumentis, dispunctisq; rationibus, esse insectandum in casu suo *Vrsillum*, verùm ex eo Theorema illud minimè depromi, aut deduci posse, quod allegans inuentarium minimè ad illud exhibendū vrgeri possit, sed dumtaxat si indicet, satiùs sit, sustinet *Author*, qui passim receptam illam propositionem adducit, qua cautum reperitur, neminem cogi ad edendum actori, nisi in Fisci priuilegium in causa ciuili, ac pleraque alia de casuum diuersitate, & determinationum difformitate ab eisdem Senatibus non semel proueniente adnotantur.

OBSERVATIO LXXXXV.

AB illo sanè die, quo forensi versari cepi in puluere, ac Supremorum Regni Tribunalium insectari subsellia, passim
1 omnium oribus receptum vidi, à Pragmaticis, quòd opponens exceptionem inuentarij, vrgeri non possit, ad illud, eiusq; sollemnia producendum, sed indicando dumtaxar Notarium penès quem existere insinuatur, fecerit exceptioni satis, & secundum eiusmodi enunciatum non semel iudicatum agnoui: Ingenuè profiteor, mihi tale theorema
2 pacato nunquam insedisse animo, vtpotè à iure non admissum, neque approbatum, Idcircò non abs re facturum censui de eo verba facere,
3 veritatem sectatus, cuius proditor nemo esse debet, imò super omnia diligenda, vndè *Angelic. in 4. sententiar. q. 3. 21. ar. 9.* docet potiùs scā-
4 dalum permitti, quàm quod veritas occultetur, ideò iniquum fore veritatem occultare, probat *tex. in cap. 1. de crim. fals.* nullius in verba iuratus, nec Clientum præcibus addictus, aut vlla spe præmij sollicitatus, domesticos inter parietes elaboraui, vt mihimetipsi hæsitationem diù habitam super eiusmodi dicterio, nitidam traderem, vtq; ansam ijs qui post Me venerint, tribuam rectiùs agendi, & scribendi, quinimò obiurgandi. Paratum etenim semper quispiam Me habebit rectiùs sententium placita insectari, si rectiùs agant, & insinuent meliora, à meisq; elongari erratibus, ac ab anniculo edoceri.

Qui

Qui tale fouent dicterium, Ante-
signanum in Regno constituũt, *Cæ-
sarem Vrsillum* insignem herclè *Ad-
ditionatorem ad decisiones Afflicti*, ac
sub eius clypeo militare se iactant,
qui in *Annotation. ad dec. Affl.* 177. *in
fin.* hæc ipsissima protulit verba, *Se-
6 cunda practica est, quod quando est con-
uentus pupillus, & petitur à tutore de
sollemnibus doceri, quod satis sit ipsi tu-
tori dicere, vbi sunt sollemnia, vel pote-
statem scribendi facere per dictam do-
ctrinam Alber. & Ang. in d. §. potesta-
tem, vbi hoc etiam notat Magnific. D.
Nicolaus Maiorana Dominus, & Præ-
ceptor meus.* Hæc *Vrsillus*, quo simpli-
7 citer relato, è sese adiungit Com-
militonem *Io. Bernardin. Muscatell. in
3. par. 1. par. Prax. ciuil. Sac. Consil. glos.
comparentis n. 21. circa med.* ibi, *Imò
hoc casu tutori impetito, vt sollemnia
exhibeat, dicere sufficiet, in qua banca,
& penès quem Notarium sollemnia re-
periantur confecta, vt ait Vrsill. practi-
cari in Sacro Consilio super decis. Affl.*
177. Hæc *Muscatellus*.

Perscrutemur modò, an *Vrsill.* le-
gem adeò generalem dixerit, vt in
casu proposito vires obtineat?

Et verè eo adduci non possum,
vt mihiipsi, vel alijs persuadeam,
quod opposita exceptione inuenta-
rij, excipiens non ad aliud tenea-
tur, nisi ad indicandum Notarium,
vel Actuarium penès quem existit
cum sollemnibus, repugnant etenim
quamplura euidenter.

Primò: quia opponens de inuen-
9 tario vult eo se iuuare, ac priuilegijs
illis, & p̄rogatiuis potiri, quę quaq;
Imperator manu Imperiali concessit
ijs qui inuentarium confecerint se-
cundùm formam ab eo præscriptã
*in l. fin. §. Etsi præfatam, C. de iur. deli-
beran.* quam inibi *Repeten.* omnes
exornarunt, alijq; de legali nostra
philosophia apprimè emeriti, tra-
ctatus ediderunt peculiares, sicuti
*Angel. de Vbald. Ioannes Corasius Pha-
nut. de Phanueijs, Sebastian. Monticula,
Franciscus Porcellinus, Guid. Pap. Rol.
à Vall. Bald. de Perus.* alijq; sparsim.
10 Dùm igitur allegat tãtùm inuenta-
riũ illud non producit, quia aliud est
allegare, aliud producere, *l. 1. §. eden-
da sunt omnia. ff. de eden. l. produci, ff.
de testib. l. non ex omnibus, ff. de arbitr.*
Producere namq; importat exhibe-
11 re, idest, videndi, & legendi facul-
tatem in actis præbere, *l. 3. §. ait Præ-
tor, ff. de liber. exhib. & in cap. imputa-
ri de fid. instrum. Rebuff. in l. natura ca-
uillationis* 177. *in fin. ff. de verbor. si-
12 gnif.* Vndè producere testes, idest
apud acta ponere, *Bud. in l. 2. ff. de
orig. iur. Rebuff. in d. l. natura col. vltim.
in princ.*

13 Secundò: ex sola allegatione in-
uentarij Iudex nõ potest quicquam
14 decernere in beneficium opponen-
tis, quia inuentarium est facti, quod
15 non præsumitur, *l. in bello, §. facta,
ff. de captiu. & postlim. reuers. l. actor, C.
de probat. l. quicumq; §. 1. ff. de publi-
cian.* Carau. *super rit.* 188. *n.* 9. *cap. 2.
de constit. in 6. l. sciendum, ff. de ver-
bor. oblig.* vbi *Ias. n. 12. in fin. l. 1. C. de
contrah. & committ. stipul. l. 1. & 2. C.
de vsur. Rebuff. in repetitio. l. Diuus n.
24. ff. ad Senatusconsul. Syllanian. Abb.
in cap. in præsentia n. 2. de probat. Bal.
in l. generaliter n. 17. C. de non numer.
pecun.* Reg. *Valenz. cons. 3. n. 40. lib. 1.*
& Iudex tenetur ius dicere secun-
16 dùm allegata, & probata, *l. illicitas,
§. Veritas, ff. de offic. Præsid.* vbi notant
omnes *Barbat. Felyn. & alij in cap. Pa-
storalis, §. quia verò de offic. delega.
Couarr. lib. 1. variar. cap. 1. n. 6. Me-
noch. cons. 92. n.* 80. quibus facit *Reg.
17 Valenz. cons. 178. n. 29. &* 30. ibi, *Cum
non produxerit tale instrumentum non
præsumitur, quia instrumentum nõ pro-
ductum non probat, nec Iudex potest iu-
18 dicare ex instrumento non producto, l.
Iudices,* & ibi *Bald. C. de fid. instr.* ibiq;
recenset alios, nõ autem secundùm
19 asserta per partes. Vltra quod hu-
iusmodi inuentarij productio, debet
esse realis, non verbalis, secundùm

Aymon. de antiquit. tempor. par. 1. §. quaeritur etiam in hac materia n.7. vſq; ad 10. poſt *Rom. conſ.76. col.fin.* verſ. *Preterea non obſtat, Aſin. in prax. iudiciar. §. 22. cap. 5. n.3.* Rot.Gen. apud *Cartar. dec. 31. n.3.* verſ. *Contrarium tamen verius*, poſt *Bal. conſ. 110. ad fin.lib.1.* vbi quod in iſta verbali productione, non poteſt dici quod ſit facta aliqua productio, neque oſtenſio iurium ex inuentario proficiſcentium, cum illa ſolùm dicantur allegata, quæ allegatio non iuuat
20 vti modò diximus, & paria ſunt nihil allegare, ac allegatum non probare *Rol.à Vall. conſ. 35. n. 10. & 36. Coler. de proceſſ.exequut.par. 1. cap.10. n.156.* itaque in ſua facti ſpecie reſpondit *Stephan. Gratian. diſceptation. forenſ. cap. 981. n. 24. ad 27.* quibus conducunt, quæ tradit in materia *Dom.Thor. vot.deciſiu. 39. n.13.*

Tertiò: Opponens de inuentario, licèt ſit Reus, tamen in exceptione
21 eſt Actor, *l. 1. ff. de except.* ibi, *Agere enim videtur is qui exceptione vtitur, nam Reus in exceptione, Actor eſt*, ibiq; *Gloſ.* in verb. *Agere*, inquit, *Et ideò Actoris partes obtinet*, quia debet pro-
22 *bare exceptionem*, adnotaui cum *Bart. Egomet in 1. diſceptat. forenſ. cap. 30. n.39.* & modò addo *Rot. Rom.* apud *Sanctiſſ. dec. 201. n.3. dec.278. n.6. & dec.279. n.2. Fontanell. dec.401. n.20. & ſeqq. tom.2.* vndè tenetur fundare ſuam intentionem in exceptione, ſicuti Actor in actione qui tenetur edere omnia, ſuper quibus ſuum facit fundamentum, ad *tex.* cum materia in *l. 1. ff. de eden. Dom. Muſcatell. in prax. Sac. Conſ. lib. 1. par. 3.* gloſ. *Mentionatorum per tot.* vbi noſtræ *Annotationes*, poſt *Maran. in Speeul. aureo, par.6.* verſ. *Actorum editio per tot. Magon. dec. Floren. 5. vbi Additio Timei lit. B.* optimè *Anton. Fab. in Codice eius nominis, tit. de eden. defin.16. n.7.*
22 inquiens inſtrumentum debere à quocumque edi, ſi ex inſtrumento agere vult, & vincere, & facit *Franc. Marc. dec. 18. n. 1. tom. 2.* Dùm igitur allegat inuentarium, & non producit, neceſsè eſt quod ſuccumbat, & interim Actor vigore eius documenti habebit fundatam intentionem ad obtinendum contra excipientem de inuentario, allegantem tantùm, & non producentem, quo ex capite dicendum eſt neceſſario fore inuentarium per allegantem producendum, ni ſuccumbere properet.

24 Quartò: inuentarium eſt quædã qualitas, quæ fuit ab Imperiali conſtitutione excogitata ad hoc, vt hæredes feſtinent ad exequendas morientium voluntates, nè inteſtatus quis decederet, ſicuti ex *d.l.fin. C.de iur.deliber.* elicitur manifeſtè, nam
25 ſumma ex non aditione hæreditatis iniuria afficitur defunctus; dùm ſine hærede decedit. At qui ſe fundat in inuentario debet de eo docere, & producere, ad hoc vt Iudex ex eo
26 motum animi ſui deducat, ſicuti dicimus in eo qui ſe fundat, in filiatione, legitimitate, & ætate, ſiue agat, ſiue conueniatur, debet illam probare, non allegare ex ijs quæ tradit *Natt. conſ.421. col.1. vol.2. Gargiar. patrocin.18. n.7. Alciat. de præſum. in reg. 2. præſ. 27. n.3. & 4. Bart. in l. item ſi ſuſpectus, ff. de procurat. Petr. Foller. in Cõſtit. Regn. de Magiſtro Iuſtitiario n. 13. Maran. conſ.9. n.5. Caph. cõſ.327. n.6. & ſeq. lib.3. cõſ.399. n.8. cõſ.325. n.55. cõſ.520. n.21. & ſeqq. gloſ. in cap. ſi fortè de elect. in 6. Beuinten. dec. Rot. Bonon.18. n.3.* dicens, quod quotieſ-
27 cumque aliqua qualitas eſt fundamentum excipientis, debet de illa prius conſtare, ex notatis in *l. ſi quæramus, ff. de teſta. gloſ. in l.2. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* pulchrè *Reg. Valenz. cõſ.92. n.145. & ſeq. lib.1.* Hinc poterit Actor hoc in caſu opponere excipienti de inuentario, quod de illo non apparet, nec conſtat, ſicuti in ſimili dixit *Bald. in l. ad probationem n. 1. C. de probat. Molin. de primogen.*

Hispan. lib. 1. cap. 4. n. 5. Oldrad. cons. 21. Aymon cõs. 171. n. 16. Soccin. cõs. 116. n. 6. lib. 3. Socc. iun. cõs. 78. n. 4. lib. 3. Grat. respõs. 19. ex n. 18. lib. 2. & facit in simili *tex. in l. quoties, ff. de hered. instit,* ibi, *Nec eum quem voluit, quia scriptus nõ est,* & vti benè ad propositum obseruat *Dom. Cõsiliar. Theod.* Præceptor meus, cui plurimũ me debere profiteor, *alleg. 56. n. 18.*

28 idem est non esse, vel esse, & non apparere, ad *tex. in l. cum res, §. itaque, ff. de legat. 1. l. duo sunt Titij, ff. de testam. tutel.* & sufficit dicere secundùm *Dom. Theod.* ibi, *Hoc non est in processu.*

29 Hinc facilè descendimus ad placitum *Vrsilli in d. dec. 177. ad fin.* qui adducto *Ang. & Alber. in l. 2.* quæ incipit *Pretor ait*, qui dant intellectũ ad *glos. in §. Potestatem*, verb. *Deteriorem*, vers. *Ergo debet*, inquit practicam esse, quod quando est conuentus pupillus, & petitur à tutore de sollemnibus doceri, quòd satis sit ipsi tutori dicere vbi sunt sollemnia, vel potestatem scribendi facere.

Id etenim *Vrsilli* effatum procedere affirmamus, quia Actor dùm
30 ad iudicium prouocat pupillum, debet venire instructus ad iudicium, & cum persona legitima, idest tutore processum instruere, nec tutor im-
31 petitus ad exhibendum sollemnia teneri debet, ea nempè solidissima ratione, quia lex, quæ tota in æquitate fundata est, censuit esse nimis
32 graue, sumere probationes, & arma de domo Rei, *l. de minore, § tormẽta, ff. de quæstio.* ibi, *Nec debet initium probationum, de domo Rei, Actor sumere*, vndè nemo tenetur edere Aduersario, ad *tex. in l. 1. & l. fin. C. de eden. l. nimis graue*, ibi, *Nimis graue est, quod petitis vrgeri partẽ aduersam ad exhibitionem eorum, per quos sibi negotium fiat. Vndè intelligitis, quod intẽtionis vestræ proprias afferre debetis probationes, nõ aduersus se ab Aduersarijs adduci*, imò valdè inhumanum, subdit benè doctus *Matthias Berlich. practic. cab. cõclusio. cõcl. 45. n. 1. C. de testib. Thesaur. for. Ecclesiastic. cap. 38. n. 23. Macerat. lib. 1. resol. vltim. cas. 75. Cost. de remed. subsidiar. cap. 14. sub n. 5. Neuiz. cõs. 5. n. 3. Randen. dec. 17. n. 14. Nauarr. de cẽs. cõs. 3. n. 3. lib. 3. Menoch. cons. 405. n. 10. vol. 5.*

34 Nisi fauore Fisci, cui tenetur in causa ciuili quis edere, *l. 2. §. Diuus Adrianus, ff. de iur. fisc. DD. in cap. 1. de probat. l 1. & l. fin. C. de edend.* vbi *Rip. n. 11. Gilken n. 8. Alciat. n. 19. Purpur. n. 18. Curt. iun. n. 27. Bologn. n. 48. Cagnol. n. 65. Gram. cõs. crim. 9. Berod. cap. 1. n. 65. de probat. Gayll. practicar. obseruat. cap. 106. n. 11. lib. 1. Boss. de fisc. n. 10. & seq. Peregr. de iur. fisc. lib. 7. tit. 3. n. 11. Card. Tusc. practicar. cõclus. concl. 43. lit. E. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 499. n. 68. & cõs. 405. n. 7. vol. 5. Pacian. de probat. cap. 63. n. 46. Gayll. lib. 1. obseruat. 106. n. 11. Mynsing. in cap. 1. de probat. n. 12. Rutg. Rulan. de commissio. par. 2. lib. 5 cap. 19 n. 7. & seq. Berlich. loc. citat. n. 31.* & *per tot.* vbi plures casus de exhibitione, & editione congerit vsui forensi accomodatissimos, *D. Gabriel de Pareja in prax. edend. rubr. de vniuers. instrum. edition. tit. 5. resol. 3. n. 42. lib. 1. Episcop. Barbos. in collectan. ad tex. in l. 2. C. de eden. n. 4. Giurb. dec. 94. n. 4. in 1. respon.*

35 Sed mirum est, quomodo ex *Vrsilli* enunciato, depromi possit, quod opponens de inuentario, non teneatur illud producere, sed satis sit si indicet, toto etenim Cælo vnum ab alio distat theoremate, sicuti ex ijs, quæ modò ponderauimus, & adduximus, haud obscurè cuipiam patefit; & in spem ducor huius meæ animaduersionis non esse pænitendum Lectorem; sed omninò vulgi errorem corrigendum.

36 Tritum enim est illud, quod iustius, æquiusq; sit illi assentire iuris sententiæ, siue regula sit, siue excep-
37 tionis vicem sustineat, quæ rationi-

bus

bus abundat melioribus, quanquam Imperator ſit in contraria ſentẽtia, ex *tex. in l. Aemilius, ff. de minor. Ang. cõſ. 110. Anton. Quect. cõſ. 45. in fin. Bal. in l. adem, C. locat. Affl. dec.* 80. *n.* 6. & caſuum diuerſitatem diuerſo ſanè ſpiritu eſſe diiudicandam, *l. inter ſtipulãtem*, *S. Sacram, ff. de verbor. oblig. Alex. cõſ.* 46. *n.* 6. *vol.* 2. *Rolan. à Vall. cõſ.* 25. *n.* 32. *vol.* 4. *Caph. cõſ.* 259. *n.* 56. *vol.* 2. Ideòq; non ſemper mirandum (prout multi perperam fa-
38 ciunt, rerum corticem tantùm attendentes) ſi diuerſas in vno, eodẽque facto, in vno, eodemq; Senatu, videas reſolutiones, quia minima
39 mutatio facti, totum, quandoque ius mutare ſolet, perpulchra ſanè obſeruatione digna refert inſignis Iureconſultus *Dom. Io. Bapt. Larr. dec. Granaten.* 47. *n.* 52. vbi de hac varietate, & diuerſitate opinionum in vno, eodemq; facto, & in eodem Senatu quandoq; neceſſaria pluribus agit, benè *Fõtanell. dec.* 401. *n.* 28.
40 *Egoipſe in* 1. *diſceptatio. forẽſ. cap.* 27. *n.* 94. vbi contra deciſiones *Affl.* plures alias eiuſdem Sacri Conſilij determinationes factas adnotaui, & in 2. *diſceptat. cap.* 5. *n.* 122. vbi pariter obſeruaui multas iudicaturas contra deciſiones *Dom. de Franch. Theſ. dec.* 78. *n.* 7. verſ. *Nec mirum*, vbi de hoc mirandum non eſſe affirmat.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrationis materia, quibus in locis tractetur.*
2 Authores, *qui de ſequeſtro egerunt, enanciantur.*
3 *Cautio eſt medicina ſequeſtri.*
4 *Sequeſtrum reſoluitur ob cautionem preſtitam de fructibus exhibendis, & non barattandis.*
5 *Sequeſtrum, quo caſu etiam preſtita cautione non reſoluitur.*
6 *Ius declaratum per ſententiam, efficit, vt ſequeſtrum non tollatur etiam preſtita cautione.*

ARGVMENTVM.

Sequeſtrationis materia, quibus in locis tractetur, quiq; Doctores, peculiares ediderint tractatus, inſinuat *Author* remiſſiuè, eiuſq; indagationis intuitu theorema illud paſſim receptum in foro, quod cautio facit ceſſare ſequeſtrũ, quo caſu locum ſibi non vẽdicet, diſpungit; Idq; protinùs eſſe, quando ſequeſtrum fit in executionem rei iudicatę, tunc etenim quia declaratum eſt ius per ſententiam,

 cau-

cautionem minimè efficere,
vt sequestrum resoluatur, si-
ue tollatur, haud obscurè
nonnullis adductis common-
strat *Author*.

OBSERVATIO LXXXXVI.

1 SEquestrationis mate-
riam in sedibus pro-
prijs pertractarunt
DD. nempè in *clem.*
vnic. de sequestr. possess.
& fruct. l. vnic. C. de prohib. sequestr.
pecun. & in l. Imperatores, ff. de appellat.
peculiaresque tractatus ediderunt
2 *Iacob. de Arena, Angelus de Perus. Frãc.*
Curtius senior, Matth. Berlich. practi-
cab. cõelus. cõcl. 73. lib. 1. tit. de sequestra-
tio. per tot. Matth. Coler. de process. exe-
cut. par. 2. cap. 3. Ioan. Gadd. de sequestr.
Practic. Papien. in form. sequest. vel sa-
ximen. vbi *Masuer. in addit. Mynsing.*
centur. 2. obseru. 11. dixi Ego nonnulla
in *1. disceptat. forens. cap. 42 n. 1. cum*
quatuor seqq. & in Annot. ad Muscatell.
glos. fin. 1. par. eius *prax.* & iterùm
hoc eod. oper. obseru. vbi *Guid. Pap.*
DD. Rogẽtes Rouit. Fab. Cappe. Galeot.
& Sãfelie. allegaui in pulchris, fre-
quentatisq; casibus, quos inibi cu-
riosus Lector inuenire poterit, ne
actum, iterum agere videamur; Vnũ
tamen in materia vti singulare, de
quo ibi non meminimus, adnotare
3 hic non piget, quod licèt receptum
sit theorema cautionem esse medi-
cinam sequestri, *l. Senatus in fin. ff. de*
offic. Præsid. l. si fideiussor, §. fin. ff. qui
satisd. cogan. quia cautio subrogatur
loco sequestri, *Cæsar de Graff. dec. 3.*
n. 5. de fideiussor. Bernar. Diaz in regu.
685. *Sequestrum euitatur Azeued. in l.*
1. n. 4. & 5. tit. 12. lib. 4. Recopilat. Hie-
ron. Gonzal. super regu. 8. Cãcellar. §. 7.
proem. n. 96. & in *cap. fin. de sequestr.*
possess. & fruct. docuit *Abb. DD. in d. l.*
Imperatores, Curt. sen. in tract. de se-
questr. in 3. fallen. Ideòq; præstita sa-
4 tisdatione de fructibus exhibendis,
& non barattandis in casu victoriæ,
resoluatur sequestrum, attamen
non procedit in casu, quo sequestrũ
prædictum fit in executionem sen-
tentiæ, seu rei iudicatæ, tunc ete-
nim, siue sit soluendo debitor, siue
non, siue immineat timor dilapida-
tionis, siue non, semper firmum re-
manet, & non resoluitur per satis-
5 dationem, quia tunc fideiussio non
est medicina sequestri, ità punctua-
tim tradit *Curt. sen. in d. tract. de se-*
questr. in 1. fallen. & q. 14. 2. col. Pur-
pur. cons. 20. n. 5. vol. 1. Stephan. Au-
frer. in addit. ad Cappell. *Tholos. decis.*
477. post *Bart. in d. l. Imperatores*, si-
cuti refert *Borgnin.* Canalcan. *dec.* Fi-
uiz. 23. *n.* 18. vers. *Benè verum*, & re-
ctiùs *dec. 1. n. 39. in 2. casu*, inquiens
6 ius fuisse jam per sententiam, vel
executionem declaratum, ad notata
per *Bart. Alex. & Ias. in l. neq; impube-*
res, §. fin. ff. de in ius vocan. Rom. sing.
142. Roder. Suarez, tit. de los emplazi-
mẽtos, §. vlterius, nota istum textum,
n. 8. pag. 756. & §. Sed attende n. 6. car.
797. Audiui proprijs auribus de hoc
fuisse discussũ corã vno ex Dñis Cõ-
siliar. & sub inuolucro verborũ Par-
tes nihil adduxisse, vndè volui Ego il-
licò rem certã habere, & nõ sine de-
lectu, posteris insinuare; facilè ete-
nim est, vt primò sanè obtutu quis-
piam dixerit contrarium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellatio à Iudice non est permissa, quoties is veluti bonus vir arbitratur.*
2 *Iudex succedit loco arbitratoris.*
3 *Appellatio non datur ab arbitratore.*
4 *Iure quod non est permissum, censeri debet prohibitum.*
5 *Appellationes sunt fauorabiles.*
6 Didacus Couarruuias, *quaestionem vndiq; certis comprobatam fundamentis, insinuans, affertur.*
7 *Sacrum Consilium potest cogere partes ad compromittendum.*
8 Author *veriorem sustinet opinionem, quod appellari non possit à sententia Iudicis reductis laudum, seu sententiam ad arbitrium boni viri.*

ARGVMENTVM.

Appellari an possit à sententia Iudicis educentis laudum, seu sentntiam ad arbitrium boni vir, controuersa est quaestio Negat tamen *Bartolus*, qum *Author* insectatur, quiquid alii *Baldo* applaudente in contrarium scripserint, eiusq; quesiti occasione hai ita, insinuat *Author* quęstum facere in praxi, qui traditum est Sacrum Consilium Neapolitanum, Summum Iustitię Prętorium in Regno, posse cogere partes ad compromittendum, de quo vulgata, sed insignis extat decisio apud *Grammaticum 9*. quam alii non pauci collaudarunt.

OBSERVATIO LXXXXVIII.

PAuca ad eiusmodi rem dignoscendam, afferre enitar, haud ignarus, quod latiori calamo insinuare potuerim, non enim adeò concorditer DD. eam amplexati sunt, vt extrà omnem dubitationem indicauerint, vt non abs re, benè doctus *Gayllus* suam praestiterit fidem in 1.*practicar.obseruat.volum.obser*.149. *n*.4. quod mirificè variant DD. inter se; Negat siquidem *Bart.in l*.1. *n*.18.*ff.de legat*.2. dùm tradit

Primò: non esse permissam appel-
1 lationem à Iudice, quoties is veluti bonus vir arbitratur, deducta ad ipsum, vt bonum virum, quaestione.

Secundò: quia hoc, iure non reperitur cautum.

2 Tertiò: quia Iudex succedit loco arbitratoris, *l. si societatem* 76. §. *fin. ff. pro soc. l.pen. ff. iudic. solu.* igitur & eiusdem naturam, & conditionem habere debet, *l.si eum*, §.*qui iniuria-*
3 *rum, ff.siquis cautio.* Ab arbitratore autem non appellatur; Affirmāt alij inuerso fanè *Bartol.*argumento, nam
4 dùm id iure non est prohibitum, ergo censeri debet permissum, *l. nam quod*

quod liquidè §.fin.ff.de pen.legat. quod
5 tantò magis in appellationibus dicendum, quia fauorabiles sunt, *l. 1. ff. de appellat.* & regulariter censentur permissæ, *l. & in maioribus, C. de appellat.* plura adducit *Fachin. controuersiar.6. cap.96.*

6 *Didacus* tamen *Couarruuias*, magnus ille, re, & nomine Consultus, in *lib.2.variar.resol.cap.12.n.3.* quæstionem ad partes agens, ac argumēta pro vtraq; coaceruans *n. 5. vers. Tandem*, inquit pares esse in hac quæstione vtriusq; partis defensores, quodq; vtraque opinio communis censeatur, verùm ipse contra *Bartolum* veriorem sentit, licèt Authorum numero præponderet, ac *Baldum* insectatur volentem, quod liceat appellare, ibiq; plura adducit; penès ipsum reuidenda.

Notandum est eiusmodi quæstionem à *Me* propositam, quia in praxi frequentissima esse poterit, præsertim in Regno in Supremis Tribunalibus, in quibus versamur, sciunt etenim Regnicolæ Sacrum Regium
7 Consilium, Summum Iustitiæ Prætorium ex eius præheminentia in causis difficillimis posse cogere partes ad compromittendum. Indè deducta fuit quæstio tempore *Thomæ Grammatici* Regij Cōsiliarij, an eiusmodi laudum habeat exequutionē paratam, sicuti sententiæ ipsius Sac. Consilij, & tamen determinatum extitit, quod sic, teste *Gram. dec.9. Dom.Reg.Rou.dec.96. n.19.* licèt afferat hodie ex nouissimis ordinationibus hodie fuisse prohibitum, sed scimus in causa successionis Comitis Roccæ Aspidis, prætendentibus ad illam Illustr. Comite Conuersani, & Principe Rocchæ, fuisse factum de omnibus compromissum in personam Excellentissimi Comitis Montis Regij tunc Regni Proregis, qui secùm adhibitis duobus Magistratibus, rem concordia, terminauit, & cum *Gram.* concordat *Reg. de Pont. de potest.Proreg.tit.1. n.6.* Et ideò attenta etiam sententia Sac. Consil. in casu *Gram.* veriorem existimo opinionem Bartoli, quod *Appellari non possit à sententia Iudicis reducentis laudum, seu sententiam ad arbitrium boni viri*; alioquin compromissum à Iudice ordinatum ad dirimendū iurgium, parum, aut nihil proficeret; Cogitent Peritiores.

SVMMARIVM.

1 *Librorum multitudo quare refrenanda?*

2 Author *tenuit opinionem, quod Agens remed.* l. Diffamari, C. de ingen. & manum. *dicatur Actor, nō Reus.*

3 Afflictus dec. 268. *tenet opinionem, quod Agens remed.* l. Diffamari, C. de ingen. & manum. *dicatur Actor, non Reus.*

4 Afflictus *in decisionibus, Principem locum tenet.*

5 Antoninus Thesaurus *extollit* Afflictum *in decisionibus.*

6 *Agens remedio* l. Diffamari, C. de ingen. & manum. *inspecta primordiali, & originaria causa, citur* Reus, *non Actor.*

7 *Determinationes plures recensentur, quibus fuit statutum Agentem remed.* l. 2. C. de ingen. & manum. *dici Reum, non Actorem.*

8 Io.Petr.Fontanell. dec.328. *absolutam tradit quæstionem, quod Agens remed.* l. Diffamari. C. de ingen. & manum. *dicitur Reus, non Actor.*

9 *Senatus Cathaloniæ passim obseruauit Agentem remed.* l. Diffamari, C. de ingen.

ingen. & manum. *dicitur Reus, non Actor.*

10 Author *insinuat se alibi ex professo tractaturum quaestionem Vtrum Agens remed.* l. Diffamari, C. de ingen. & manum. *dicatur Actor, vel Reus?*

ARGVMENTVM.

Agens remedio *l. Diffamari, C. de ingen. manum.* Vtrum dicatur Actor, vel Reus? famigerata est quaestio, ac celebris indagatio, quae peracti saeculi tempestate determinationem habuit à Sacro Regio Consilio Neapolitano; quod dicatur Actor, nō Reus, vti apud *Mattheum Afflictum decis.* 268. cui tùm ex rationibus per ipsum adductis, cùm etiã eius Authoritate pensitata, quamplures Doctores inhaeserunt; (Tanta etenim est *Afflicti* Authoritas, vt primas in decisionibus obtinere, cũ laude insinuauit *Antoninus Thesaur. in praefation. ad Senatus Pedemontani decisiones n. 6.*) Postmodum verò recesserunt plures Senatus, ac pleraq; Europae Praetoria ab eiusmodi sententia, & alteram agnouerunt partem veriorem, efficacioribusq; comprobatam rationibus, nempè quod potiùs dicatur Reus, quàm Actor, inspecta primordiali causa, ac originaria natura actus, secũdùm quam, alia quamplura Praetoria iudicasse, dispunctis rationibus *Afflicti*, indicat *Author*, qui neutram applaudens sententiam, alibi se materiam peracturum pollicetur; vt hinc lepidè dixerit quisquiam, optandum esse, vt faciendi libros, esset aliquando finis.

OBSERVATIO LXXXXVIII.

1 Optandum sanè esset, vt tandem aliquis faciẽdi libros esset finis, nè eorũ multitudo mentes legentium distrahat, & à receptis conclusionibus, quas longi temporis interstitio noctes ducendo insomnes, & dies sollicitos, Studiosi in qualibet scientia hauserint, variare, vel inuiti cogantur, dùm alias, atque alias, recentes Scriptores inuestigauerint rationes, praesertim in legali nostra Philosophia; Mens mea non vacillabat, Animus pacatus aderat, Ingenium non obtutum habebam, vt in consulendo, imò & in iudicando (si contingeret) firmè sensum adaperirem,
2 quod Agens remedio *l. Diffamari, C. de*

3 *de ingen. manum.* dicatur, Actor, non Reus? sic etenim edoctus ab *Affl.* in celeberrima *dec.268.n.3.* in Aduersarijs meis adnotaueram, nedùm iuribus, & rationibus ab ipso adductis, verùm etiam eiusdem *Afflicti* nomine, ac existimatione pensitata, de quo *Antonin. Thes. in præfat. ad decision. Senatus Pedemontan.* omnibus ijs qui decisiones Senatuum totius Orbis congesserunt, enumeratis *n. 6.* hæc protulit verba, *Horum Nos vestigia sequuti, sat egimus istas ità contexere, vt prodesse sine fastidio Lectoribus possent, neq; Rotæ Romanæ breuitatem sequuti, quæ obscuritatem parit, neque Boerij* (doctissimi quidem viri) *dicacitatem, quæ confusionem producit, sed*
4 *aliorum, præsertim Afflicti, qui in decisionibus meo iudicio, primas obtinet, & quandoq; breuitate, quandoq; prolixitate vsus est, prout res ipsa exposcebat.*
5 Hanc de *Afflicto* scripsit laudem *Thesaurus*, & in casu *d. l. Diffamari*, lætabar nimis, quod iuxtà *Afflicti* placitum, quem doctissimum præconizat *Io. Petr. Fontanell. dec. 328. n.6.& n.11.* vers. *Tantam, par. 2.* tradit ex sola doctrina *Matthei de Afflicto in d. dec. 268.* de mense Aprelis 1544. in causa vertente in Senatu Cathalun. inter Ioannem Moles, & Manuelem Cerdà Canonicum Dertusæ fuit determinatum; vndè *Ego in Annotat. ad Muscatell. in prax. Sac. Cons. par.1.glos. Reus, pag.20.col.2.* vers. *Ad quæstionem verò, Afflicti* sententiam approbaui, eiq; meum præbui calculum, eò libentiùs, quia agnoui ab ipso non dissentijsse *Dom. de Franch. in dec. 385.* sicuti obseruat *Dom. Muscatell. ibi n.12. & 13. & in Addit. sua lit. D.* vers. *Opiniones, Reg. de Pont. dec. Collater. Consil. 31. Prosper Carau. super rit. 190. in 3. notab. vsque ad fin.* vbi cum *Afflicto* residet, aliosq; nonnullos.

Ijs tamen delineatis, ex assidua reuolutione librorum obseruaui, cōtrariam à quamplurimis insectatam fuisse sententiā, nempè quod Agens remed. *d. l. Diffamari*, inspecta pri-
6 mordiali, & originaria causa, qua ad Iudicium prouocat, dicitur Reus, non Actor; ità *Capic. dec. 18.* quem
7 non allegauit *Carau. loc. cit. Osasc. dec. 151. Dom. Garf. Mastrill. dec. 14. n. 19. & per tot. & dec. 239. n. 14. Gost. de remed. subsidiar. remed. 50. per tot. Boer. dec. 255. n. 7. Couarr. variar. lib. 1. cap. 18. Guttier. cons. 51. n. 16. Ioseph Ludou. dec. Lucens. 32. n. 6. & 9. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 85. n. 9. Vrsill. ad Affl. d. dec. 268. in fin. Gayll. lib. 1. obseru. 9.* vers. *Attamen communis opinio, Marta vot. 95.* vbi ità seruari tradit in Senatu Pisano, *Mynsing. obseru. 85. centur. 5.* alijque adducti per *Dom. de Franch. dec. 657. n. 4.* vers. *Contrarium verò, Io. Ang. Pisanell. in addit. ad Affl. d. dec. 168. Aloys. de Leo in repet. d. l. Diffamari,* vbi decisionem enarrat, *Consiliar. Fab. Ann. cons. 58. ex n. 1. cum seqq.* quamplurimi congesti à doctissimo, Illustr. Marchion. Torell. præcipuo Domino meo, & Præceptore *Reg. Capyc. Latr. dec. 89. n. 5. & duob. seqq.* vbi ità determinatum per Sac. Consil. enarrar die 27. Octobris 1632. nullo præponderante lapillo in causa Lucæ Antonij Ferrari, cùm Venerab. Monasterio Diuæ Mariæ de Pace Fratrum Beati Ioannis de Deo, & consimilem adducit decisionem eiusdem Sac. Consilij, *Dom. Reg. Sanfel.* omni memorandus æuo, ob eius eximiam doctrinam, & integritatem in *dec. 168.* de anno 1622. die 19. Octobris, in causa D. Lucretiæ de Toraldo, cùm D. Antonio Monaco Sacerdote Canonico.

Et reperi postmodum celebrem, ac elaboratam quæstionem apud
8 *Fontanell. d. dec. 328.* vbi ad partes rem trutinans, tandem *n. 12.* vers. *Sed quicumq;*, antiquatam insinuans *Afflicti decisionem 268.* inquit, omnes, & quoscumque, qui post ipsum ad eiusmodi quæsiti indagationem de-

ūenerunt, contrariam sectatos fuisse sententiam, addens prædictis modo exaratis *Oliban. in vsatic. Alium namq; cap. 15. ex n. 23. & de actio. par. 2. lib. 1. cap. 33.* & ibi *Additio Montaner, Ronchegall. de duob. reis in rubr. ex n. 21. cum plurib. seqq. Anton. Gabr. comm. opin. tit. de actio. cōclus. 6. Alex. Trētacinq. variar. resol. lib. 1. tit. de diffam. resol. vnic. n. 6. Episcop. Barbos. in Collectan. ad Decretal. in cap. intelleximus n. 20. ad ind.* & doctum *Dom. Io. Bapt. Thor. in 1. par. Compend. deciss. Neapol.* verb. *Clericus, siue Prælatus diffamans pag. 97.* ibiq; *Fontanell.* omnibus adductis per *Affl. in d. dec. 268.* occurrens, in Collegam suum adscito *Mario Giurb. in dec. 25. ex n. 10. Octau. Glorot. consi. 13. ex n. 8.* scripto tradit *n. 19.* vers. *Hæc secunda opinio,*
9 contra *Afflictum* passim obseruasse Senatum, peculiares quasdam insinuans determinationes de anno 1587. in facto contentionis ortæ inter Archiepiscopum Tarraconæ, & Sindicum Villæ de Cambis, & de anno 1623. die 30. Ianuarij in causa Abbatis de Amer, contra Ioannem Iutge Boscha.

Ecce quæ prædixeram? Ecce dissentio opinionum, & diuersitas determinationum, quò fert hominum placita? Vix ducitur animus ad assentiendum contra *Afflictum*, quem omnium primum à prima sanè fori salutatione, non sine profectu, & delectu lectitaui, Attamen tot instructæ contra ipsum acies, tot responsa illi Senatuum Aduersantia, vacillantem Me reddunt in casu currenti; ideò materiam altius exordiendam assumam, alibi ex professo
10 tractaturus, Interim fruere Lector his laboribus.

SVMMARIVM.

1 *Dos si fuerit semel constituta, an iteratò sit illi assignanda?*
2 Author *in lucem edit libellum conceptum de mādato Excellētiss. Regni Proregis.*
3 Author, *qua de causa typis exprimit libellum conceptum de ordine Excellentissimi Proregis.*
4 *Aduocati Neapolitani, in magna existimatione fuerunt habiti ab Excellentissimo Regni Prorege.*
5 Author *scripto tradit ab experto innumeras recepisse gratias ab Excellentiss. Comite de Ognate.*
6 Authores *affirmātes dotem semel deperditam, esse iterum constituendam, recensentur.*
7 *Obligatio dotandi, eatenus durat, quatenus durat causa finalis inductiua ipsius obligationis.*
8 *Doctores negātes semel cōstitutam dotem deperditam, nō esse iterum cōstituendam, ennunciantur.*
9 *Lex loquens de dote, intelligitur de vnica dote tantùm.*
10 *Dos semel deperdita, an sit iterum cōstituenda necnè, distinctionis fadere conciliatur.*
11 *Matrimonium non debet impediri.*
12 *Dotes nō sunt constituendæ in pecunia, sed in alia re, quæ de facili perire nō potest.*
13 *Libellus editus ab* Authore *de ordinatione Excellentissimi Comitis de Ognate Regni Proregis,* affertur.

Ttt AR-

ARGVMENTVM.

Dos semel à patre filię constituta, si amittatur, an sit iterū assignanda, non parum fuit apud Iuris Interpretes disputatum, eaq; controuersia, Affirmantium, & Negantium diuisos habet Commilitones; Eò tamen itum est, vt distinctionis moderamen adhibeatur ad illam determinandam, quod si casu, ac nulla mulieris dotatę culpa intercesserit, sit iterum illi dos constituenda; obligatio etenim, & causa finalis, seu pręcisa, quę induxit dotationem, non videtur extincta; secus verò si mulieris culpa intercesserit, nam tunc minimè iterum esse dotem constituendam affirmarunt, eique se subscribit *Author*.

OBSERVATIO LXXXXIX.

1 *DOS semel filiæ constituta, eaq; deperdita, an iteratò sit illi assignanda?* disputationem habuerunt Interpretes, pluribusque in sedibus altiusculè excitarunt, Alij affirmatiuam, Alij negatiuam insectantes opinionem, quam *Ego* in casu non leuis ponderis, & momenti mihi cum pluribus *Dominis Collegis* commisso speciali diplomate ab Excellentissimo Regni Prorege Comite de Ognate circa dotem assignandam Arcę Militari pro subsidio Regni, ac Fidelissimæ Ciuitatis Neapolis, quæ ex pluribus passis ærumnis deperdita insinuabatur, adhùc disputandam assū-
2 psi, in peculiari libello, vulgari concepto idiomate, cum allegationibus iuris in margine appositis, qui sanè à Me omnium primò elaboratus, ac Excellentissimo Proregi traditus, ansam dedit nonnullis ex Collegis materiam altiùs exordiri, plurium tamen dierum spatio, dùm mihi satis fuerit duorum dierum interstitium ad illum (qualiscumq; ille fuerit) elaborandum, & quoniam non pauci à Me illum expetierunt, nec valui tunc omnibus satisfacere, vo-
3 lui pro coronide huiuscè Operis pręlo tradere in *seq. Obseru.* vt exindè, nedùm labor ille minimè in tenebris delitescat, sed etiam agnoscat
4 Lector, quanti facit Excellentissimus Comes de Ognate, Causarum Patronos, quibusuè eos honorantijs prosequatur, ac in prætio habeat, si-
5 cuti *Ego* sum expertus, scriptoq; testari non est dedignatus, sicuti ex diplomate constat, quod typis tradere

dere curabo (Deo suffragante) in 3. disceptation. vol. fortèan erit, vt si legentibus non applauserit labor noster, tamen curiositati eorum, qui illum non semel expetierunt, erit à Me factum satis.

6 Affirmatiuam igitur sententiam Bartolo Duce in l. si cum dotem, §. si post solutum, ff. solut. matr. tenuerunt Coras. in l. qui liberos n. 94. ff. de rit. nuptiar. Tiraq. in l. Boues, §. hoc sermone limit. 9. ff. de verbor. sign. & in l. si unquam, verb. Susceperit liberos, sub n. 175. C. de reuoc. donat. Rip. in l. 2. §. 1. n. 7. ff. sol. matr. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius, vers. Dotem quam ei dederat, n. 20. de testa. vbi dicit esse menti tenendum, Alex. in l. si cum dotem, §. 1. ff. solut. matr. Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 182. n. 57. vbi de communi, Cran. cons. 2. pro genero sub n. 4. in fin. Escobar. de ratiocin. administrat. comput. 18. n. 6. Afflict. dec. 247. n. 1. post glos. in l. si pro parte, ff. de inremuners. Surd. de alim. tit. 7. q. 5. n. 5. & q. 15. n. 11. Osasc. dec. 167. n. 4. Mangil. de euict. q. 74. n. 5. vers. Sed contrarium, Ias. in §. fuerat, Instit. de actio. in 21. quæst. Soccin. cons. 291. sub n. 6. vers. Sed huic considerationi lib. 2. Campeg. de dot. 21. q. 5. par. principalis, Albert. Brun. in tractat. Stantib. Mascul. q. 57. quem allegat Petr. de Gregor. de dote, q. 10. lit. B. vers. Contrarium, & ibi in addit. communem esse opinionem testatur Dom. Gars. Mastrill. qui expendit Menoch. de arbitrar. Iudic. cas. 182. n. 57.

7 Rationem præcitati DD. adducunt, quia obligatio dotandi, durat eatenus, quatenus remanet causa finalis inductiua ipsius obligationis, seu ipsa necessitas, nam tunc ipsa mulier debet redotari per eum, qui tenebatur ad dotandum ex legis dispositione, quæ aliàs dicitur necessitas præcisa, Cran. d. cons. 2. pro Genero sub n. 4. in fin. Osasc. d. dec. 167. n. 4. Mangil. de euict. d. q. 74 n. 8.

8 Negatiuam tamen sententiam ponit in indiuiduo Bald. qui & illam sectatur in l. fin. 2. col. vers. Sed nūquid, C. de dot. promiss. vbi concludit non teneri, quem ad iterum redotandum, etiamsi mulier dotem casu fortuito perdiderit, quia sufficit semel tantùm fuisse dotatam, quodq;
9 dispositio legis loquentis de dote, intelligitur de vnica dote tantùm, Felyn. in cap. fin. 2. col. & plurib. seqq. de tregu. & pac. quem adducit ad pūctum quæstionis nostræ Petr. de Gregor. in tractat. de Dote de parag. q. 10. n. 1. & esse de hoc textum in Auth. Quod Locum, C. de collat. vbi Castren. n. 4. Ias. n. 7. & in l. si socius pro filia, §. cæterum, ff. pro soc. vbi Bart. n. 2. Castr. n. 6. Alex. n. 6. Socc. n. 15. Aretin. n. 12. vbi de communi, Cordub. in l. si quis à liberis, §. idem Iudex n. 22. Menoch. lib. 4. præsum. 192. n. 11. & de arbitrar. cas. 182. n. 57. Cancer. lib. 1. variar. cap. 3. de legitima n. 30. vers. Pro his facit vbi in fin. addit Gregor. Lopez, par. 6. tit. 15. l. 3. q. 1. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 16. n. 23. vbi optima Additio, Giurb. dec. 5. n. 10. & in Commentar. ad Statut. Messan. cap. 2. inquiens esse communem opinionem, Merez de maiorat. par. 4. q. 28. n. 24. vbi remissiuè loquitur, alijq; quamplures qui de ea egerunt.

Dubia equidem altercatio, quæ pares habet Authores, nec disparibus fulcitur rationibus, ad quam dirimendam existimarunt communi ferè sensu nonnulli, eam distin-
10 ctionis fœdere esse conciliandam, Vt si culpa intercesserit mulieris, ea non admittatur ad iterum dotem deperditam consequendam, & hoc sensu accipiendam esse dispositionem textus in Auth. Quod locum, ibi, Nisi filiæ possit imputari, C. de collation. quam sectati fuerunt DD. adducti à Giurb. d. dec. 5. n. 10. vers. Tertiò filia; Sin autem culpa ex parte mulieris minimè intercesserit, & tunc sit illi denuò dos assignanda, nam cum illi nihil possit imputari, non

est priuanda eius dote, maximè dis-(soluto matrimonio quando illo constante non esset redotanda) cum aliàs non possit mulier ità faciliter nubere, atq; ità matrimonium im-
11 pediretur, quod admittendum non est, prout adnotauit *Molin. de primog. Hispan. d. lib. 2. cap. 16. n. 23. 24. & 26.* vers. *Sed contrariam*, vbi *Additio* benè distinguit post *Bart. in d. l. si cum dotem*, §. *si post solutum sub n. 2.* vers. *Puto sic dicendum, ff. sol. matr. Peregr. de fideicom. art. 42. n. 11.* alijque congesti per *Mangil. de euictio. d. q. 74. n.* 11. & 12. vbi dat caute-
12 lam ad omnem remouendum scrupulum, quod puellis dotandis, seu maritandis non detur pecunia, seu alia res, quæ de facili perire possit, sed constituatur super redditibus bonorum, seu super bonis, in quibus minus ista iactura possit accidere, innixus obseruationi traditæ à *Molin. d. cap. 16. n. 28.* Omnibus autem ijs, quæ in contrarium adduci possunt, occurrit benè idemet *Mangil. d. q. 74. n. 13.* vers. *Non obstant in contrarium*, quæ non transcribo, dùm ad illum Lector benè poterit recurrere; Quæ satis sint ad eiusmodi cōtingibilem casum enucleandum.

13 Tenor libelli editi ab *Authore* in casu sibi commisso per Excellentissimum Dominum Regni Proregem Comitem de Ognate, de quo memoriam habuit *Author in praeceden. Obseruat. n. 2.* hic est propemodum, qui sequitur.

DI-

DISCORSO

Del Dottor Franceſco Maria Prato, con il ſuo Voto, in eſecutione dell'Ordine dell'Eccell. Sig. Conte d'Ognate, e Villamediana, Vicerè del Regno vigilantiſsimo, intorno li ponti infraſcritti.

Ponti ſopra li quali diſegna Sua Eccellenza di fare il Decreto per ſtabilire per cinque anni la Dote, che è preciſamente neceſſaria per il ſoſtegno di queſto Regno, che ſempre ſi è regolata per vn millione, e mezzo.

APplicare à queſto effetto la terza parte delli 42. carlini à fuoco, che appartengono alli Napolitani, perche per queſta conſideratione l'alzorno dalli 15. carlini à che erano ridotti, inſino alli detti carlini 42.

Che queſto s' intenda durare per il detto tempo, ò meno ſe queſta Fedeliſſima Città trouarà arbitrio, ò eſpediente, che ſuppliſca altretanta quantità, con modo più ſuaue, ò più grato ad eſſi, perche ſempre che ſi farà detto ſupplemento, ceſſarà il peſo del detto terzo, eſſendo che S. E. lo fà per nō poterne di meno, benche deſideri ſgrauare tutta queſta Fedeliſſima Città, e Nobiltà, per conoſcere quanto han patito, e quanto ſiano meriteuoli; e perciò dal canto ſuo ſempre procurarà di ſeruirli, e cooperarà, affinche ottenghino dalla Maeſtà del Rè Noſtro Signore tutte quelle gratie, e fauori, che poſſino deſiderare.

Che delli Fiſcali de Regnicoli, e Foraſtieri s' applichi la metà alla Caſſa Militare.

E perche quelli che han comprato detti fiſcali cento per cento poſſono pretēdere d'eſſere differētiati da quelli, che han comprato con alaggi, queſto Ponto ſi rimetterà alla Giuſtitia, acciò che ſe per eſſa ſi ſententiarà à fauore di detti compratori ſenza alaggio, ſe li dia ſodisfazione di quello, che douerāno hauere per detta ſentenza, cercando il Fiſco arbitrio per quella quātità.

Et affinche queſte coſe non cauſino incommodità all' eſattione di quello, che reſta all' intereſſati, ſe li dia à loro medeſimi la commiſſione d' eſiggere, pigliando à ſuo carrico la ſodisfazione del detto terzo, ò metà applicata à detta Dote, acciòche pagādo eſſi alla Caſſa Militare quello li tocca, godino la reſtante parte, e l'imborſino, e gouernino il tutto nell' iſteſſo modo, che ſi è fatto per l'adietro.

Che fatto il bilancio di quello che importa queſto, e tutti gli altri effetti, che ſōn reſtati alla Regia Corte, quello che mancherà per la detta Dote neceſſaria, ſe li applichi dell' altri Arrendamenti, che ſono rimaſti in eſſere.

Che alli Aſſignatarij dell' Arrendamenti, che ſono reſtati in piedi, ſe li dia ſodisfazione della metà di quello, che importaua il loro credito, poiche con queſto imborſeranno aſſai più di quello, che ſoleuano imborſare prima delli romori ſeguiti.

Che

Che alli Assignatarij della Corte sopra le nuoue impositioni date in solutum,e gabelle leuate,s'aggiusti arbitrio per darli sodisfazione sicura,nella forma seguente.

Che da Mercanti, e persone prattiche,sentẽdo insieme essi medesimi Assignatarij,si facci vn computo, e bilancio di quanto importarãno tutti li capitali di queste persone, regolandosi conforme valeua nel Mese di Giugno dell' anno 1647. che è prima delli romori seguiti, e leuare dette gabelle.

Che da Mercanti, e persone prattiche,sentendo insieme essi medesimi Assignatari,si facci vn computo, e bilancio di quãto importaranno tutti li capitali di queste persone, regolandosi conforme valeua nel mese di Giugno dell'ann. de1647.che è prima delli romori seguiti, e di leuare dette gabelle.

Che di questo principale se li dia sodisfazione nel più breue tempo che sarà possibile, e che frà tanto per l'interessi se li paghino alla ragione di cinque per cento l' anno, & affinche imborsino detti interessi con ogni commodità, si deputi vno d'essi medesimi, il quale esigga,e gouerni quell hazienda, & arbitrio, che si applicherà à quest' effetto, e che la tal persona si debba mutare, e rimouere sempre che li detti Assignatarij lo pretenderanno.

In questa conformità dissegna S. E. di fare il detto decreto, ma perche desidera tanto di dar gusto, e far piacere à questa Fedelissima Città, & à tutta la Nobiltà;se ad essa,ò à qualcheduno occorresse altro partito con che si possa disponere, e supplicare al necessario con maggior gusto della Nobiltà,e tutti l'interessati, e con mezzi più suaui, S.E. l'abbracciarà con gran volontà, e per poterlo fare desidera di sentirli,ma se non trouandosi,questa Fedelissima Città desiderasse la sospẽsione di questo decreto per tre,ò quattro mesi per potersi scriuere In Spagna, S.E. sospẽderà il decreto per il detto tempo, ma nel mentre non si potranno dare dispacci, nè meno spedire altri ordini ad alcuno, per potere imborsare, perche essendo il publico quello che deue essere antiposto,non è giusto,che paia si trascuri,e che restando *ciascheduno* cõ quella commodità, che può hauere, si differisca il risoluere quello che sarà necessario per l'interesse commune, e che da questo ne possi risultare in tutto il Regno mormoratione, e forsi sconsolatione,persuadẽdosi che si habbino da mettere altre impositioni, essendo che tutti ben conoscono, che forzosamente si hà da situare la Doto necessaria per il sostegno del Regno.

Con che S.E. hà disegnato à ciascheduno tutta la sodistazione più possibile, restando à carico di questa Fedelissima Città (la quale resta intieramente sgrauata) il considerare arbitrij commodi, e proportionati alla sodisfazione de creditori, e consignatarij di essa Fedelissima Città.

Viglietto di Sua Eccellenza

Al Dotor Francisco Maria Prato, que Dios guarde.

EL *Conde mi Señor, me ha mandado remita a V.S. los puntos estampados, que van incluσsos, para que, considerando a quello, que le pareziere pueda sèr de mayor espediente, y seruizio desta Fidelissima* Ciudad, *y Reyno, se junte el miercoles 29. deste, en Santo Domingo con los demas Abogados, que estan eligidos para conferir la materia, y pueda dar su Voto, en conformedad de lo que* S. E. *comunicò à* V. S. *a quien guarde Dios muchos años. Palacio a 26. de Iulio 1648.*

Don Antonio de Cabrera.

In-

Inſtrue me Domine in viam veritatis.

ANcorche (Signori miei) non ſia fauore per grãde che ſi rapreſenti al mondo, del quale non ſiano meriteuoli i virtuoſi *A* ad ogni modo non ſi può ſenza macchia d' ingratitudine, laſciare di dar gratie all' Eccellenza del Signor Conte d' Ognate noſtro Vicerè, e del Regno, Principe coſſi amatore del giuſto, & affettionato al publico bene, eletto dalla Maeſtà di Dio prima, e poi da quella del Rè noſtro Signore, che Dio la guardi (primo Monarca del Mondo) il quale frà tanti titoli di che riſplende, di neſſuno altro fà pompa maggiore, che di defenſore della Cattolica Fede) al ſolleuamento, e riſtoro delle turbolenze ſeguite in queſta Città Fideliſſima, e Regno, Perſonaggio di tanto valore, intendimento, e ſapere, che hauendo poſto fine, tanto alle guerre ciuili, quanto alle ſtraniere, delle quali il Regno è ſtato per alcun tẽpo trauagliato, hà riuolto tutto il ſuo principal penſiero à prouedere al ſtabilimento della quiete commune, & all' eſterminio dell' abuſi, e diſordini, che l' infelicità delle commotioni plebiculari hà introdotto, e che viene anco nelle ſue operationi ſecondato da i proſperi ſucceſſi, e fortunati euenti, il quale hauendo appreſſo di ſe tanti Cõſegli ſupremi, maggiori, e minori, doue riſiedono perſone eſpertiſsime p ogni affare, di vita integra, di bontà conoſciuta, e di dottrina eſemplare, paſſate più volte per i manegi grandi del Regno, habbia voluto hoggi ne i Ponti propoſti auualerſi del giuditio delle Signorie V. V. fondato ſopra la loro fedeltà, bontà, dottrina, & eloquenza, certo de incontrarſi nel zelo, che ciaſcheduno tiene al ſeruitio del Rè, & al bene del ſtato publico, richiedendo il loro parere, e conſeglio, di modo che

A *Nihil tàm excelſum, quod non mereantur virtutes. Tacit.*

B *Res Sanctiſſima ciuilis ſapientia, ſed quę pratio nummario, non eſt aſtimanda, nec dehoneſtanda. Vulp. l. 1. ff. de extraord. cognit.*

C *Dua ſcientia difficillima: Iuriſprudentia, & eloquentia. Liu.*

D *Eleganti oratione capiuntur auditores, ornata enim oratio, vel lapidem mouere poſſet, Epict. Arria. lib. 3. cap. 23.*

E *Nihil non aggreſſuri ſunt homines, ſi magnis conatibus, magna pramia proponantur. Liu.*

F *cap. ſcitote 6. q. 11. & cap. 1. & 2. q. 3. Iſer. in proem. Conſtit. Regn. col. 3. n. 6. ibi, Item liberi Reges, & exempti ab Imperio, vt Rex Sicilia, qui habet à Romana Eccleſia ſunt Monarcha in Regnis ſuis, & in rubr. qua ſint regal. n. 2. Reg. de Pont. lect. feud. 6. n. 30. tit. de his qui feud. dar. poſſ. Frecc. de ſubfeud. lib. 1. n. 35. pag. 10. vbi pulchrè Affl. dec. 120. n. 6. gloſ. celebris in l. iubemus la 1. verb. Caleſte, C. de Sacroſ. Eccleſ. Maran. de ordin. iudicior. 3. par. n. 15. Anton. Cardoſ. in ſumm. ſeu prax. Iudic. & Aduocat. verb. Rex, S. 1.*

G *l. item ſi verberatum 15. S. item ſi fortè, ff. de reiuend. Nicol. Faſtas, tract. de aſtim. 4. par. cap. 4. n. 45. & cap. 6. n. 7. Reg. Valenz. d. conſ. 99. n. 31. verſ. Et pradicta, Reg. Sanfelic. diſceptation. de donatiu. poſt 1. par. deciſ. n. 16. in fin. ibi. Noſtrum anferri*

ferri potest necessitatis, & publica vtilitatis causa, l.venditor, §.si constat, ff.comm. prædior. l.Lucius, ff.de euict. Rebuff.ad Cõstitutiones Regias tit.de rescissien.contract, art. vnic. glo.1. Monter. dec. Aragon. 50. n.2.10.& 11. Cancer. variar.resol. lib.3. cap. 3. de priuileg. num. 92. & 93. Ioan. Bapt.Larr.alleg.fisc.3.n.9.vers.Quo casu.

H *L.disputare C.de crimin. sacrileg.Reg. Rou. cons.79. n.55.Io.Bapt.Larr. allegat. fiscal.60.n.1.par.1.*

I *Clem. 1. de probat. cum traditis per Oldrad.cons.258.Alex.cons.216.à n.1. lib. 2. Cauall.commun.contra comm.q.578.n.26. Iust. Lypsius lib.4. ciuil.doctr. cap.11. Lal. Zeceh.lib.2.de Princip.cap.2.n.5. Reg.Valenz.cons.99.in proprijs terminis edito,n.1. vol.1.Io.Bapt.Larr.alleg.fiscal.par.1.alleg. 3.n.8.in fin.& alleg.60.n.2.post Gabr.Mascard.& Farin.punctuatim in casu publicæ necessitatis. Reg. Rouit. in consultat. vnic. post 1.volum.consilior.n.1.2.& 3.*

K *L.vectigalia, ff.de publican.& vectigal. l. 1. C. vectigalia noua institui non posse, Diuus Thom. lib.3. de regim. Princip. cap. tributum 23.q.8.Afft.in tit.quæ sint regal. in vsib. feudor.verb. Vectigalia n.2.& 7. P. Molin. de iustit. tom. 3. disp. 667. n.1. Reg.Valenz.d.cons.99.n.2. vbi alios aggregat. Io. Bapt. Larr. d. alleg.3.n.10. vers. Idq; inquiens bonum esse publicum pro pace Ciuium, vel pro euitando scandalo, & pro aliqua eiusmodi euidenti vtilitate.*

L *Glos.in l.neminem, verb. Parangarijs, C. de Sacros.Eccles.Diu.Thomas opusc.22.Luc. de Penn.in l.originarios in fin. n. 3. C.de agricol. & censit.lib.11.Ibi, Bona Prouincialium Principis sunt ad necessitatem, & vsum Principis, omnia quæ Prouincialium sunt, de iure exponuntur; Prouincia tota quasi arca Principis est, quam quisquis exhaurit, grauissimè delinquit in Principem, cuius extenuat facultates, nam Prouinciales, quasi quidam superficiarij sunt, & quoties necessitas exigit, rerum suarum non tàm, Domini sunt, quàm Custodes. Si verò*

di Auocati de' particolari, possiamo gloriarci esser diuenuti hoggi Auocat del publico per commissione del Sig' Vicerè; il tutto per la stima che fà della nostra professione, la quale benche per altro sia stata in sommo pregio, e stima ne' secoli caduti, e stimata per cosa venerabile *B* conforme anco ne' tempi presenti, tenendomo ferma opinione, che nell'anni futuri, debba riceuere incremento maggiore, principalmente in questa Città, doue stà situato il Teatro commune (per dir così) delle nostre fattioni, doue le Signorie V.V. vanno lodate dell' acquisto hanno fatto delle due più difficili sciēze, che siano al mondo, le leggi, e l'eloquenza. *C* ad ogni maniera non habbiamo memoria, nè traditione alcuna da nostri maggiori (se la mia memoria non fallisce) e ne anco à tempi nostri, mi souuiene esser stato pratticato, che da altri Signori Vicerè, sia fatto simile honore alla nostra professione, che però è il mio parere, sottomesso però à quello delle Signorie V.V. che (circoscritto quello che ne segua del congresso hodierno circa i Ponti proposti) si deputino alcuni di loro medesimi, ò pure tutti insieme vniti, raprefentando il ceto della nostra professione diano le douute gratie al Signor Vicerè de' riceuuti honori, e pregarla insieme, che continui di honorarci per l' auuenire, significando la nostra prontezza in riceuere i suoi commandamenti, possendo facilmente inchinare l' animo ad esserne ricordeuole, anco per la violenza, che portarà seco il discorso *D* acciò vedendosi fauoriti di simili honori, tengano obligo di far apparire la stima del fauore in offerirsi senza risparmio di fatica alcuna nelle cose publiche, & in tutto quello le sarà imposto quasi per titolo di ricompensa sperandone ogni ogni giorno via più gratie maggiori *E*.

E discorrendo hora sopra i Ponti proposti da Sua Eccellenza circa il milione, e mezo, da applicarsi per la Dote del Regno, sono due i Ponti consi-

de-

derabili. L'vno della poteſtà, e neceſsità vnite inſieme, e l'altro del compatimento dell' aſſignatarij de' Fiſcali attenta la perdita de' loro beni.

Per lo che tocca al primo: pochi ſono che non ſappiano la ſuprema poteſtà del Rè noſtro Signore in queſto ſuo Regno *F*, dal che ne ſegue, che può à ſua volontà diſponere di quanto in eſſo tengono i ſuoi Vaſſalli, concorrēdo però la neceſſità per ſoſtentamento del Regno, e concorrendono le cōditioni, & cauſe, che dalle leggi e Dottori sù queſta materia s' apportano, *G* per lo che imprudente ſarebbe colui, il quale ſi pigliaſſe pēſiero di metter la bocca nella poteſtà del Principe, nel caſo ſudetto, *H* e coſſi tutto quello che il Rè vuole, può mandarlo in eſecutione con la ſua autorità, onde vſa della ſua grādezza il Signor Vicerè in voler ſentire il parere di altri.

La neceſſità dunque vrgente di queſti tempi, ſia la ſferza, & il ſtimolo à ricordarci quāto habbia alcuno di Noi, in particolare, oltre del generale patito per le commotioni plebiculari, le quali biſognando eſterminare, e fermare, con ſtabilire la pace, e la quiete per ſempre in queſta Città, e Regno, fà ad vn certo modo violenza à ſuperiori di ricorrere all' agiuto, e ſuſsidio de i beni de' particolari per far la dote neceſſaria per il mantenimēto del Regno, eſſendo eſauſto l' Erario fiſcale, nel che non habbiamo noi di eſſere troppo curioſi, eſſendo ſufficiente il crederlo per quello ne dice il Principe, al ſentimento di alcuni Dottori, & Intendenti, *I* il quale può anco à tempo di neceſſità per cauſa del bene publico, & per ſodiſfare alle obligationi di conſeruare la quiete fra Vaſſalli, e fuggire l'inuaſione de i nemici dal Regno, non ſolo accreſcere i tributi antichi, ma anco imporne di nuouo. *K* In maniera che non è mancato de' Dottori, il quale habbia aſſerito, che nei tempi di neceſſità può il Principe affirmare, che tutto quello poſſedono i

neceſſitatis nō incumbit articulus, ſua ſunt Prouincialium bona, quibus nec ipſe Princeps licenter abutitur; Hac Luc. de Penn. qui plura alia effundit in l. vnic. C. de ſuperind. Reg. Valenz. *n.6. verſ. Hinc dixit d. conſ. 99. Reg. Sanfel. in d. diſcept. vnic. de donatiu. n. 18.*

M *L. de pupillo, §. ſiquis riuos, vbi gloſ. verb. ſecuritatis, ff. de nou. oper. nunc. l. præcipimus, C. de appellat. Cacher. dec. Pedem. 17. n. 5. & alludit Tacit. Annal. cap. 20. Neq; quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs, neq; ſtipendia ſine tributo haberi queunt.*

N *Alber. in rubr. de vſur. verſ. Quendam, quem refert, & ſequitur Iaſ. in l. Cunctos Populos 12. col. C. de ſumm. Trinit. & Fid. Cathol. Praeſ. de Franch. dec. 311. n. 10. in fin. Frant. Lucan. de collect. n. 5. Guliel. de Cun. in l. neminem, C. de Sacroſ. Eccleſ. Valenz. d. conſ. 99. n. 17.*

O *Auendañ. c. 14. Prætor. n. 1. & 6. verſ. 3. par. 2. Simanc. de Republ. cap. 24. n. 3. & is Cauall. d. q. 578. n. 13. & ſeqq. Addit. ad Guid. Pap. dec. 424.*

P *Principis ſalus ibi eſt, vbi multa conſilia vt habetur Eccleſiaſt. c. 32. ibi. Fili mi ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pænitebit, & Prouerb. cap. 8. Ego ſapientia habito in Conſilio, & eruditis interſum cogitationibus, & iterum cap. 12. Via ſtulti recta in oculis eius, qui autem ſapiens eſt audit cōſilia, & cap. 23. Inter ſuperbos iurgia ſunt, qui autem agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientia, & Thob cap. 4. Conſilium ſemper à ſapiēte perquirito, & eſt tex. in l. placet, vbi Bal. & Iaſ. in 1. lectur. C. de ſacroſ. Eccleſ. Auiles in proem. cap. Prætor, verb. Acordado n. 1. & ſeq.*

Q *Salus Populi ſuprema lex eſt: Cicer. lib. 3. de legib.*

R *Diuus Thom. lib. 3. de regimin. Princip. cap. 11. Simanc. lib. 9. de Republ. cap. 24. n. 15. Oſaſc. dec. 17. n. 15.*

S *Io.Baptista Larr.d.alleg.3.n.25. motus ex tex.quem omninò videndum monet in cap.1.de offic.legà.cum alijs per ipsum allegatis.*

T *Iustus Lipsius lib.4.ciuil.doctrin.cap.11 ibi, Danda erit opera, vt omnes intelligant si salui esse velint, necessitati esse parendũ.*

V *Molin.Iesuita de Tribut. disput. 667. pleno calamo,Reg.Rou.d.consult.n.12.vers. Deniq; Reg.Sanfel.loc.allegat.n.1.*

X *Præter allegatos, Reg. Sanfel. in d. discept.vnic.de Donatiu. post 1.par. decis.n. 4. Luc. de Penn. in l.fin. n.99. C.de locat. prædior.ciuil.lib.11.eam iustam causam arbitratus,quam Princeps iustam iudicat,Vrsill.ad Affl.decis.24.n.12. vers. Limita, Petr.Fernand. Nauarrett. in lib.conseruacion de Monarquias discurs. politic.19. qui rationibus,authoritatibus, & exemplis suadet, eiusq; dicta per extensum Typis dari curauit Reg.Sanfel. loc.iam allegat.n.9.*

Y *Guid.Pap.singul.13.ibi,Et hoc credo verum, si Imperator, vel Rex habeat patrimonium sufficiens, vel alias facultates,de quibus possit sumptus facere in præmissis, aliàs enim posset ratione sua inopiæ; tunc enim subditi tenentur eum adiuuare, Iser. in cap.1. n.27. de Capitan. qui cur. vend. Cyn. in d. l.neminem Ann.alleg.69. n.23. Reg.de Pont.dec.Collater.3.n.13.& ex tex. in Auth.Vt iudic.sine quoq; suffrag. §.oportet,vers. Aliud,collat.2. tradidit Greg.Lopez in l.8.tit.20.par.2.glos.2. Reg.Valenz. cons.99.n. 20. vbi nonnullos alios associat.*

Z *Tex.est celeber in l.cum quidam 17.ibi, Præsidem Prouinciæ adi, qui stipulationẽ, de cuius iniquitate cõquestus es, ad modum iustæ exactionis rediget,l.pen.in fin.C.com. diuid. l. etsi contra, ff.de vulgar. l.eos,& l. de his, C.de vsur. Thes.dec.226. n.1.& 2. vbi singularem, & mirabilem facultatem iudicibus concessam aperit. Io. Bapt. Larr. fusissimè alleg. 31. n. 32. vers. Et quoties, & alleg. 32. n. 5. quem omninò consulen-*

sudditi, sia suo L fondata questa massima nella sola raggione, & attentione del bene publico, & vniuersale, il quale deue preferirsi alla commodità de i priuati, M quale raggione hà tãto preualsuta,che posto il caso di non potersi conseruare il bene publico, senza seruirsi il Principe de' beni de' sudditi, e de' loro denari, può, e deue il Principe come defensore della Republica, auualersi di quelli douunq; più pronti li potrà ritrouare, come se fossero cose proprie,essendo forzoso al Vassallo di accommodare il Principe,mentre può essere astretto, N e possendo pigliarselo di propria autorità,al parere di alcuni,e con il concorso delle conditioni, e cause necessarie, O riluce maggiormẽte la grandezza del Signor Vicerè, il quale vuole intendere il voto delle Signorie V. V. sopra li Ponti proposti, e fare il tutto cõ consiglio d'huomini intendenti, sapendo molto bene l'euẽto delle cose prospero, precedendo le cõsulte, e quanto i Prencipi ne vengono perciò lodati, e come da ciò si gouernino bene l'interessi del publico. P

E già che in caso così graue, & di consideratione, nel quale và congionto, e quasi inseparabile l'interesse del Rè nostro Signore,e del publico,il quale consiste nel stabilimento della pace vniuersale, e quiete di tutto il Regno, hò da dare il mio voto (cosi comandandolo espressamente il Signor Vicerè, per molto che l'hauessi supplicato à dispensarmene) hauendo il timor di Dio auanti gl' occhi, il stimolo della mia conscienza in ogni tempo,& il douuto conto da darne à Dio,se per altri rispetti,che della verità dessi il mio parere, massime al conspetto d' vn Prencipe,il quale ricerca la sincerità dell'opinioni.

Presupponendo per cosa indubitabile la potestà del Principe, come di sopra, & anco l' inescusabile necessità della salute del Regno, la quale è la principal lege, che permette ogni cosa Q & porta conseguenza di permettere,

re, che il Principe s' auuaglia delle facoltà de' sudditi, acciò fortisca il fine della conseruatione del bene publico R per euitare il danno del Regno S (il che deuono intendere i sudditi, acciò conoscano, che in questi casi il tutto si procura per loro beneficio T non per altro interesse, ò auidità d' arricchire l' Erario Regio, il che è stato sempre lontano dalla mente del nostro Rè, il quale cossi liberalmente hà speso tutto il suo per desesa della Fede Cattolica, e per il mantenimento della pace, e quiete de' suoi Vassalli.) V

Stimo dunque douersi supplicare primieramente Sua Eccellenza sia seruita per la grandezza del suo animo, e per consolatione di tanti Vassalli, li quali non hanno risparmiato la propria vita, & il sangue in seruitio di Sua Maestà, con perdita di tutti loro beni, nelle presenti solleuationi, che prima d'ogni altra cosa si faccia vedere quello tiene hoggi di certo la Cassa Militare, acciò si dia chiarezza al publico, & all' huomini manco intendenti della necessità imminente (ancorche per me basti, & per le Signorie VV. ancora per quanto hò sentito discorrere) l'assertiua sola della necesità per bocca del Principe, conforme stà chiarita per dispositione di raggione, X tanto più, che non mancano Dottori graui, li quali concludono douere il Principe (supposta la necesità, della quale si tratta) prima di auualersi dell' hauere de' sudditi, douer mettere la mano al sborso del suo patrimonio. Y

Secondariamente, deue supplicarsi S. E. che per quello si vedrà mancare nella Cascia Militare, acciò si dia il supplemento, ò pure (non ritrouandosi cosa alcuna) il stabilimento della dote accennata, prima di trattare di altro, si faccia il conto di quello importano l'alagi delle compre fatte sopra i Fiscali, & Arrendamēti, acciò restando quello che si è effettiuamente pagato da i compratori, il di più resti à beneficio della Dote sudetta, consolando in ciò dum Ego monui in 1. disceptation. forens. cap. 25. n. 7. in fin.

Aa *L. quod semel, ff. de decret. ab ordin. facien. cap. in nostra de iniur. Alciat. consil. 165. n. 5. lib. 6. Ferdinan. Loaz. in Allegation. pro Marchione de los Velez dubit. 1. in respons. ad 5. & 6. fundamentum oppidi n. 22. & seqq. Io. Anton. de Nigr. ad capitul. Regn. Cum nihil, tit. de Portulan. n. 18. & ad capitul. Exercere n. 23. de compositione. & commutat. panar. Ludou. Mexia ad pragm. Tolet. concl. 6. n. 86. circa med. vbi casus determinatos enarrat. Larr. alleg. 3. n. 27.*

Bb *L. 2. in argumentum, ff. ad l. Rhod. de iact. Capyc. in inuestit. feudal. tit. de Collectis, vers. Temporibus pag. 117. Reg. de Pont. consil. 15. n. 4. tom. 2. l. 2. & 3. C. quemadmod. ciuil. muner. indicun. lib. 10. l. qui grauatos, l. fin. C. de censib. & censitor. lib. 11. Menoch. de præsum. 10. lib. 2.*

Cc *Ias. in l. quominus n. 5. ff. de flumin. Menoch. consil. 157. n. 48. consil. 147. n. 26. vol. 2. & consil. 103. n. 26. vol. 1. Emanuel Cost. in l. Gallus, §. & quid si tantum pag. 74. ff. de liber. & posth. par. 1. Capic. dec. 6. n. 6. Gayll. practicar. obseruat. lib. 1. obser. 56. per tot. Merez de maiorat. par. 4. q. 1. limit. 5. ex n. 6. cum seq. Episcop. Segouiens. lib. 3. variar. cap. 6. n. 6. Orosc. in l. quod Principi n. 17. ff. de constit. Princip. Vasq. controuers. Illustr. cap. 5. n. 1. lib. 1. Cauall. commun. contra comm. 4. par. q. 906. per tot. l. 31. tit. 18. partit. 3. vbi Gregor. Lopez, verb. à otro, & l. 2. tit. 1. par. 2. Marchio Belmont. Reg. Tap. in rubr. de constit. princip. cap. 1. n. 59. Larr. alleg. 3. n. 29.*

Dd *Andr. Barba. consil. 46. n. 16. lib. 4. Authen. Vt Iudic. sine quoque suffrag. §. considerauimus, & §. cogitatio, ibi, Et imperiū, & fiscus abundabit, vtens subiectis locupletibus, Frecc. de authorit. Baron. auth. 8. Reg. de Pont. dec. Collater. 34. n. 33. in fin. Reg. Valenz. consil. 99. n. 49. Marc. Anton. Surgen. de Neapol. Illustrat. cap. 21. n. 41. lib. 1 Iudex Magn. Cur. Capibl. prag. 2. de Baron n. 47. quibus alludit dictum illud egregium*

Constantij Clori, qui admonentibus amicis, quod in augendo fisco diligentior videretur, respondit; publicas opes rectiùs à priuatis haberi, quàm intra vnum claustrum reseruari, nonnulla Ego attuli in 1. *discept, cap.* 11. *n.* 10.

Ee *Iura sunt aperta in l. vnic. §. pro secundo; ibi, qui oneri non subijcitur, commodis nullis adficiendus l. id quod post emptionem ff. de peric. & cōmmod. reinend. l. igitur, §. vlt. ff. pro soc. l.* 2. *C. de alluuion. l. agri, ff. de vsufr. ibiq; Repetent. communiter.*

Ff *Affirmatiuè Bar. in l. si cum dotem, §. si post solutum, ff. sol. matr. quādo sine dolo, vel culpa amissio dotis contigerit, per tex. in Auth. Qui locum*, C. *de collat. de communi* Corras. *in l. qui liberos n.* 94. *ff. de rit. nupt.* Tiraq. *in repet. l. Boues, §. hoc sermone, limit.* 9. *ff. de verbor. signif. & in l. si nunquā, verb. Susceperit liberos sub n.* 175. *C. de reuocan. donat. Rip. in l.* 2. *§.* 1. *n.* 7. *ff. solut. matr.* Boer. *dec.* 131. *n.* 3. *Iaf. in §. fuerat in* 21. *q. Instit. de actio. Affl. in Constitut. Fratribus in* 2. *col. vers.* 3. *Crau. cons.* 2. *pro Genero sub n.* 4. *in fin. Escobar de ratiocin. administrat. comput.* 18. *n.* 6. *Affl. dec.* 247. *n.* 1. *post glos. in l. si pro parte, ff. de in rem. vers. Surd. de alim. tit.* 7. *q.* 5. *n.* 5. *& q.* 15. *n.* 11. *Osasc. dec.* 167. *n.* 4. *Io. Anton. Mangil. de euict. q.* 74. *per tot. Negat tamen manifestè Bal. in l. fin. in* 2. *col. vers. Sed numquid, C. de dot. promiss. vbi concludit non deberi, etiamsi casu fortuito eam mulier perdiderit, quia sufficit semel tantùm fuisse dotatam, quodq; dispositio legis sequentis de dote, intelligitur de vnica dote tantùm, remissiuè Petr. de Gregor. tit. de dot. q.* 10. *vbi Garf. Mastrill. in addit. lit. B. Menoch. de arbitrar. Iudic. lib.* 2. *centur.* 2. *cas.* 182. *n.* 55. *Cardin. Tusc. practicar. conclusion. iuris conclus.* 781. *verb. Dotare an teneatur pater pluries filiam per tot. Guliel. de Bened. in repet. cap. Raynutius, in verb. dotem, quam dederat n.* 19. *Horat. Viscon. conclusion. iur. verb. Dos debita circa fin. Cancer. lib.* 1. *variar. resol. cap.* 3. *tit. de legitim. sub n.* 30. *Molin. de iur. primogenior. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 23. *Cordub. in l. siquis à li-*

il publico, il quale tiene opinione, che da questo solamente possa restare stabilita, e constituita la dote, quale si dimanda, ò pure che manchi molto poco, e come che il negotio è di celere espeditione, apparendo li alagi euidentemente, ò dalli contratti, nelli quali se ne fà espressa mentione, ò da i libri del Real patrimonio, ò pure dalle attestationi di persone prattiche, le quali diranno distintamente per ciascheduno tempo del valore, e prezzo di tale negotiatione, il che è anco conforme alla raggione, che quelli, li quali hanno fatto guadagni cossì esorbitanti, cō la contrattatione col patrimonio Reale, sentano questo incommodo, e non quelli, li quali hanno comprato cento per cento, douendono ridursi all' equità compensatiua del loro sborso, Z essendo vero, che ne' tempi correnti viene dispensato il Principe per causa del publico bene nell'alteratione de' contratti. Aa Tanto più, che può il Principe ordinare la refettione à quelli, delli beni di quali si vuole auualere ne' casi di necessità dall' altri sudditi, li quali non tengono beni sopra di che si possa prontaneamente auualere, Bb e con questo conto dell'alagi, restaria consolato il publico.

Terzo, si supplichi S. E. nel caso predetto (quando però non possa scusarsi di auualersi de' beni delli particolari) che ciò non sia per strada di prendersi iure dominij, ò appropriarsi l' effetti ne i Ponti descritti, ma per modo prouisionale di souuentione esigersi qualche parte dell' intrate di quelli, come più pronta, acciò si veda, che la necessità, quale hoggi è imminēte, constringe Sua Maestà ad auualersi della robbo de Vassalli, Cc & in progresso di tēpo (stabilite maggiormente le cose, e ritrouati altri espedienti per seruitio di S. M. e del publico) siano per cessare, & ogn' vno concepisca speranza, che non viene totalmente da hoggi à perdere il suo, ma che si attendono altri espedienti, e modi per ritornarlo

pron-

prontamente, ogni volta, che si soccorre alle necessità dell'Erario del Rè, dall'abondanza del quale depende la salute del publico, e la quiete del Regno, complendo à Sua Maestà (che Dio guardi) che i Vassalli siano commodi, *Dd* possendo ciò hauer loco in più maniere, cioè dal ritorno dell'alagi, quali sono di grandissimo sollieuo per la cōmune, e ferma opinione, che si tiene da molti (per non dire da tutti) & anco dal procurare con geometrica proportione rispetto all'hauere di ciascheduno si contribuisca a i pesi regolarmente, e non si portino da pochi *Ee* con hauersi consideratione à i beni, quali sogliono ricadere all'Erario fiscale alle giornate di non piccolo momento nel Regno; nè in ciò si deuia dall'intentione data da S. E. mentre resta seruita di dar tēpo di alcuni mesi in caso si volesse accudire à Sua Maestà, nel qual termine ponno esser determinate le ragioni de i compratori con alagi, e sperarsi l'altri espedienti. E s'incontra anco cō la naturalezza della dote, la quale essendo vna volta persa, è stato difficultato se sia obligato il primo dotante constituirla di nuouo, *Ff* essendo vero, che nel caso pendente da determinarsi non si neghino l'alimenti nella causa da dichiararsi *Gg* restandono da questa speranza non poco consolati i Popoli, concorrendo anco la dispositione di ragione, che cessando la causa per la quale si piglia vna cosa, deue quella restituirsi. *Hh*

Quarto; si hà da supplicare Sua Eccellenza (quando si douerà fare retentione dell'effetti enunciati nelli Ponti da essa proposti) non essere raggioneuole, che i Regnicoli debbano essere trattati diuersamente da i Napolitani, attento che tutti sono membri di vn'istesso Capo, & anco perche quelli patiscono, & hanno patito maggiori incommodi, oltre che li pesi per il passato l'hanno sostenuto più essi, e maggiormente perche i Regnicoli pagano i Fiscali, e non i Napolitani, e nelli do-

liberis, §. idem Iudex n.22. Giurb. decis. Sicil. 5.n.10.vers. Tertiò filia.

Gg *Ea ratione, quia qui dotem dare tenetur alere cogitur, & è contra, est enim de vno ad aliud licitum argumentum, sicuti arguit Euerar. in loc. à dote ad alimēta, vbi glos. allegat. tex. in l. ob as, C. de præd. minor. Surd. de alim. tit. 1. q. 102. n. 5. Coler. de alim. lib. 2. cap. 10. per tot. Giurb. dec. 5. n. 12. In subsidium tamen, quo casu taxatiuè tantùm deberi, probat Gratian. disceptat. 60. n. 20. Cost. remed. subsidiar. 106. n. 1.*

Hh *Innoc. in c. quia pleriq; de immunit. eccles. latè Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum n. 43. nam causa redacta ad non causam, habetur ac si à principio sine causa fuisset facta concessio, & res ablata, Iser. in rubr. quæ sint regal. n. 2. & in c. 1. §. similiter in 2. addit. Reg. de Pont. in terminis, Lection. feudal. 8. n. 25. in 2. q.*

Ii *Cap. qui sentit de regu. iur. in 6. l. secundum naturam 10. ff. de reg. iur. iuncta doctrina, non esse ferendum, qui vult commodum, & onus non sentit, l. fin. §. Sed cum in secunda, C. de furt. cap. generali, §. illo vos de elect. in 6. cap. cum non deceat de elect. eod. lib. hac etenim æqualitas seruari debet, iuxtà ea, quæ habētur in l. fin. C. de fructib. & litium expens. plenè Neuiz. cons. 29 Cardin. Tusc. concl. 144. lit. O. & concl. 374. lit. V. Castill. Sotomayor lib. 2. controuers. cap. 5. n. 37. Larr. d. alleg. 3. n. 8. circa med.*

Kk *Ad tex. in l. minimè, & l. de quibus, ff. de legib.*

Ll *Aristot. lib. 8. Ethicor. c. 8. ibi, Rex perindè se ad suos habere subditos debet, vt Pastor ad oues, Pater ad filios, Reg. Valenz. d. cons. 89. n. 49. vers. Et ratio est.*

Mm *Ad tex. in c. intellecto de iureiur. vbi Canonistæ communiter cap. grandi de supplen. negligen. prælator. Camill. de Curt. in diuersor. iuris. feudal. pag. mihi 6. n. 8. & seqq. innumeris penè adductis, tùm in repetitionibus, cùm in consilijs.*

natiui fatti ne' tempi passati, hanno sofferto maggiori incommodi, e con raggione pretendono nell' honori, e disgrauij essere trattati egualmente con quelli, mentre ne i tributi, & impositioni hanno sempre sostenuto la maggior parte, e con non minore fedeltà di quello habbiano fatto i Napolitani, essendo di giusto, che alla proportione de' pesi, corrisponda anco l' allegerimento. *Ii*

Quinto; che dando loco all' esattione, l'euidente necessità del Regno (ne' casi però di sopra raggionati, e considerati) si serua S.E. comādare si osserui in quella il modo dell'esattione, in maniera che si è sempre osseruata insin hogi, cioè che ciascheduno esiga quello l' aspetta, con l' autorità concessali per il passato, trouādosi anco secondato dalla dispositione di ragione. KK

Per vltimo si ricordi à S.E. si moua à pietà, e con l'affetto di Padre, e di Pastore si degni *Ll* considerare quante case de' Nobili, e di Popolari, quali hanno vissuto nobilmente, restano impoueriti, & impossibilitati à viuere, succedēdo perdita dell'effetti predetti, e come il tutto di solleuamento lo sperano dalla pietà, e zelo di vn Principe cossi giusto, e zelante del publico.

Non hò giudicato necessario di entrare nella propositione toccata da molti delle Signorie *VV.* circa la nullità dell' alienatione de' fiscali fatta da Sua Maestà, e la reuocatione di quella *M m* se sia permessa detta reuocatione senza restitutione di prezzo, con la distintione sopra di ciò fatta da Dottori de i beni pertinentino alla Corona Reale, *Nn* ò pure se resti precisamente il Principe obligato all' osseruanza de' contratti, massime di quelli, che tengono l' origine, & introduttione dalla ragione delle genti, frà quali è il contratto di compra, e vendita *Oo* e se reuocandoli ex causa, resti disobligato dalla restitutione di quello hà riceuuto in virtù del contratto *Pp* si perche non vedo l'habbia Sua Eccellenza coman-

Nn *Reg. de Pont. lectio feudal.* 8. *n.* 15. *ibi, Demania* Regis *sunt panes ciuiles, de quibus loquitur. tex. in l. fin.* §. *præterea,* C. *de iur. dot. glos. in cap. sciendum de feud. cognit. dicuntur propriè annonæ ciuiles in l. iubemus nulli,* C. *de sacros.* Eccles. *suntque quædam præstationes pro uiuere Regis, & manutentione* Regni *introductæ, quod latiùs declarat* Zas. *de fen.* 4. *par. facit tex. in l. benè à* Zenone, C. *de quatrien. præsc. qui loquitur de panibus ciuilibus, ubi glos. exponit, ideēst præbendas, seu redditus, subdens notabiliter, Et hi panes, cæteraq; demania sūt inalienabilia : quia cum sint deputata pro uiuere, & statu* Regum, *illa demum alienādo oporteret posteà grauare subditos, inquiens coronidis instar in fin. Nō possunt diminui, quia inducta pro Republica tuēda Ioan. Bapt. Larr. alleg. fiscal.* 17. *sub n.* 27. *par.* 1. *Ego in* 2. *discept. cap.* 18. *n.* 79.

Oo L. 1. §. *si conuenerit, ff. deposit. l.* Princeps, *ff. de legib. DD. communiter in cap.* 1. *de probat. & in cap.* 1. *de natur. succession. feud.* Castill. *Sotomayor. de tert. debit. cap.* 18. *n* 6. *D. Augustin. Barbos. Axiomat.* 16. *n.* 2. *cum seqq. D. Franc. de Amaya, tit. de annon. & tribut. in repet. l. fin. n.* 3. *& in* 1. *lib. obseruat. cap.* 1. *n.* 91. *& seqq. Cabed. dec.* 75. *par.* 2. *Giurb. cōs.* 94. *n.* 6. *vbi notat verba tex. in l.* 1. C. *ne fisc. rem quam vēdid. ibi grauissimum verecundia mea duxit, vt cuius rei pretium semel fiscus acceperit, eius cōtrouersiam referat, Dom. Pres. S. C. Merlin. contro. forens. cap.* 53. *n.* 7. *quamplura adduxi* Egomet *in* 2. *discept. nuperrimè edito c.* 25. *ex n.* 48. *vers. Quintum, quæ consulenda rogo: foreè an eueniet, vt non inscitè elaborata videantur.*

Pp *Reg.* Rou. *in terminis cons.* 79. *n.* 53. *vers. Item, & quatenus lib.* 1. *post Felyn. in cap. quæ in Ecclesiarum n.* 28. *vers. Prima declaratio cum alys DD. concordantibus inibi conglomeratis.*

mandato nelli Ponti propoſti, sì anco perche mi pare non ſe debbia hoggi entrare alla diſcuſſione della materia, mentre ſpero ſi compiacerà il Signor Vicerè abbracciare i remedij prouiſionali nelli caſi diſcorſi di ſopra (ſucceſsiuamente però, & con le moderationi accennate) poiche rrattare della reuocatione dell' alienatione fatta da Sua Maeſtà, mediante la perſona del Signor Vicerè de fiſcali, richiede giudicio, douendono per ogni ragione diuina, & humana eſſerno inteſi li compratori, molti de' quali pretendono, che le compre non l'hanno eſſi procurate, ma ſono ſtati comandati eſpreſſamente à farle per particolare ordinatione de' Signori Vicerè, e benche per via più toſto di preghiera, che di comando, tuttauia ſanno le Signorie VV. quanta forza tengono le richieſte de i Prencipi fatte à Vaſſalli, *Qq* & altri potranno hauere altre ragioni per loro difeſa, & non intenderli, ſarebbe coſa inſolita, e mai pratticata da' Miniſtri di Sua Maeſtà anco Supremi. *Rr*

Qq *Eſt rogare Ducum ſpecies violenta iubendi tex. notabilis in l.* 1. §. *perſuadere, ibi perſuadere, eſt pluſquam compelli, atq; cogi ſibi parere, ff. de ſeru. corrup. quem extollit, & exornat Reg. Tap. dec. Senat. Ital.* 16. *n.* 13. *& ſeqq. cuius memor Ego fui in* 1. *diſcept. cap.* 21. *n.* 1.

Rr *Citatio eſt fundamentum Iudicij Maran. in Specul. aur. par.* 6. 1. *memb. Affl. in Conſtit. Citat. Grauat ad Veſtr. lib.* 5. *cap.* 13. *n.* 7. *Suarez de Paz in ſua prax. notab.* 1. *Praeſ. noſter dec.* 245. *n.* 3. *dec.* 462. *& dec.* 523. *Reg. Valenz. conſ.* 6. *n.* 6. *Ego ipſe in* 1. *diſcept. cap.* 42. *n.* 16. *in* 3. *reſponſion.*

Su-

SVperueniat postmodum alia ordinatio Excellentissimi Domini Proregis, per quam certiores Nos fecit, iniunxitq; Nobis, vt vnius tantùm articuli veritatem, de iure quispiam assumeret consulendam, *Num Principi Supremo liceat Vassallorum bona capere tempore necessitatis pro subueniendis Regni necessitatibus, ad eius tuitionem?* & meum reddidi consilium, eiusmodi.

Que-

QVesto è stato il mio parere, obediendo l'ordini di Sua Eccellenza in esecutione del primo Viglietto, adesso essendo sopravenuto l'altro Viglietto de Agosto, nel quale si ordina, che ciascheduno restringa il suo voto nel solo articolo se il Principe può auualersi delli fiscali de' particolari, per diritto di ragione, incontro in alcuni scogli, de' qual il Primo, che mi fà auanti è l'assunto commune, che il Principe nõ può recedere dall' osseruanza delli cõtratti. *A* Onde ne anco per lege generale può reuocare il cõtratto fatto per esso, *B* ancorche si dica che sia in sua potestà per beneficio del publico auualersi della robba di altri. *C* Il secondo scoglio è, che il contratto del Principe hà forza di lege, *D* e recedendo lui medesimo dalli contratti per esso fatti, saria di male esempio al publico, & non trouaria chi volesse più contrattare con esso, anzi saria di peggiore conditione delli sudditi, *E* il che viene à verificarsi nel caso presente, mentre li fiscali sono stati alienati da Sua Maestà, mediantino le persone de' Signori Vicerè, li quali hanno cõtrattato con potestà valida, & comãdati legitimi del Rè nostro Signore, quali contratti essendono de iure gentium, nõ può toglierli il Principe. *F*

Però considerate attentamente le raggioni sudette, e quelche dalle più recondite autorità dell' allegati Dottori ne resulta, la base del negotio tutto consiste in discernere, che le dottrine, & autorità ponderate, & reportate da me, procedono generalmente, & in casi li quali non hanno inspettione particolare, conforme è il negotio del quale si tratta, mẽtre si suppone l'euidente, & imminente necessità, per sussidio non tanto del patrimonio reale, ma del Regno tutto, & di tutti i Vassalli, essendo questa causa cossì giusta, che si presume dalla legge. *G* Che però tirano consequenza i Dottori, che nel caso sudetto essendo l'vtilità pu-

A *Plura per Addent. ad Molin. de primog. lib. 4. cap. 3. n. 7. tex. est insignis, licèt vulgatus in l. digna vox, ibi mutua fidei vindices, C. de legi. l. 1. vbi Bald. & communiter repetent. ff. de pact. idem Bal. in l. fin. C. de transact. & in l. si aquam, C. de seruit. Canonist. passim in cap. 1. de constit. & de communi opinione fidem facit Butr. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. vbi Panorm. col. pen. Bal. in cap. 2. col. fin. de non. form. fidel. adeò quod Dec. cons. 528. & cons. 600. non dubitauerit affirmare Principem tàm efficaciter ex contractu, eius obseruantia adstrictum teneri, vt nequidem de potestate absoluta eiusmodi contractum violare possit, aut ab eo recedere, & de communi testatur, Osuuald. Illiger. ad Donnell. lib. 12. commentar. cap. 23. lit. Q. Ferdinand. Vasq. controuers. Illustr. lib. 1. cap. 3. in præfat. n. 1. & 2. vers. Manetq; Princeps, vbi innumeros penè recenset Io. Bapt. Larr. cum laudans alleg. 3. fiscal. n. 1. Dom. meus Sac. Consil. Præs. Merl. controuers. forens. centur. 1. cap. 2. n. 30. Ego post alios in 2. disceptation. forens. cap. 25. n. 54. & seqq.*

B *Bart. in l. omnes n. 2. C. si contra ius, vel vtilit. publ. Felyn. in cap. quoniam n. 3. de constit. Anton. de Butr. cons. 59. n. 1. & 2. Mandell. Albens. cons. 185. n. 18. vsque ad 21. Syluan. cons. 66. n. 23. & 24. Cardin. Tusc. practicar. cõclusion. iur. concl. 868. n. 8. Larr. d. alleg. 3. n. 4. vers. Vnde, Petra de potest. Princip. cap. 32. n. 145. vers. Ad duodecimum.*

C *Donnell. lib. 1. commentar. iur. c. 7. Grau. cons. 933. n. 9. vol. 5. Dec. cons. 291. & seq. Afflì. in prælud. ad constit. Regn. q. 4. n. 7. & dec. 321. n. 7. Mastrill. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 355. & seq. Reg. de Pont. cons. 31. n. 6. lib. 2. Capibl. de Baron. prag. 8. par. 1. n. 254. Rodulfin. de summ. Princip. potest. cap. 5. n. 165. vers. Contrarium, & n. seq. Petra d. tractat. de potest. Princip. cap. 32. n. 145. ea sanè ratione, quia dùm Princeps aufert dominium subdito, non venit contra fidem suam, vel promissa, sicuti quando reuocat suum contractum, diminuta etenim fuerunt inuenta de iure gentium secundario,*

rio, sed fidem seruare, est de iure gentium primario, ità Bart. in l. si id quod, ff. de condict. indeb. aliq; adducti per Larr. d. alleg. 3. n. 4. & 5. Ego ipse in 2. disceptat. forens. cap. 27. n. 51. pluribus congestis.

D *L. 1. ff. de constitut. Princip. §. Sed quod Principi, Institut. de iur. naturali, l. Cæsar, ff. de publican. & vectigal. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. & ex Bart. Ias. Ruin. Gayll. Aluar. Osual. & alijs aduertit Larr. loc. iam proximè allegat. n. 7. vers. Et iuuat Vasq. controuers. Illust. lib. 1. cap. 3. n. 5. vers. Illud autem, ubi præceteris allegatis textum uti notabilem insinuat in l. donationes, quas ibi, utpotè Imperialibus contractibus legis uicem obtinentibus, C. de donat. int. uir. & uxor. & facit Bart. aliique in d. l. donationes, & in l. sicut in princ. ff. quod cuiusq; Vniuers. nomin.*

E *Petr. Gregor. Sygmat. iur. lib. 7. Ias. in l. 5. in princ. n. 12. & 13. ff. de condict. cauda Pau. Christin. dec. Belgic. 9. n. 8. in fin. Gayll. lib. 2. practicar. obseru. cap. 55. n. 7. Reg. Valenz. cons. 2. n. 51. & seq. ubi post Imol. in cap. 1. vers. Nota quod ex contractu de pro-ba. tradit teneri Principem ad obseruantiam cōtractus, nedùm naturaliter, sed etiam ciuiliter Mastr. de Magistrat. lib. 3. cap. 4. n. 333. uers. Et licèt eumq; sectatur Castill. Sotomayor de tertijs debitis cap. 18. n. 115. propriamet Mastrill. uerba mutuatus, Iul. Cæsar Caluin. in tract. de equit. lib. 2. cap. 128. n. 175. quorum Ego cum alijs nō insciìtè adductis, memor fui in d. cap. 25. n. 58. & seqq.*

blica, può il Principe recedere dalli contratti, e togliere le ragioni acquistate al terzo, anco se li contratti siano giurati. H Nel che non cade dubio alcuno, che stante la mutatione de' tēpi, e delle cose, sia lecito al Prencipe auualersi del socorso de' beni di particolari, I Onde sono di voto, e parere, che instantino, e durantino le presenti necessità si possa auualere Sua Maestà delli terzi de' fiscali, cioè la rata di essi, egualādo però li Napolitani con i Regnicoli, per quello si è da me ponderato nella quarta consideratione posta di sopra, non essendoci però altro denaro nell' Erario fiscale, e con obligo ancora di rifare la rata à quelli che tēgono fiscali, dalli primi denari, che potrà hauere l'Erario Regio, tanto dall'alagi, & altri effetti di sopra considerati, come anco da ogni altro effetto, che soprauenisse, essendo di giustitia, che li pesi siano egualmente ripartiti frà i sudditi, K e che questo sussidio se intenda per viam prouisionis, rimettendomi nel di più al parere de' meglio intendenti, & alla integrità, prudenza, bontà, e sapere di S.E. à comandamenti del quale sottometto il tutto.

F *Pau. de Castr. in l. digna uox n. 6. C. de legi. ubi ante ipsum Bal. & alii relati à Suarez, alleg. 9. n. 5. Cabed. dec. 75. par. 2. Villar. in Sylu. respōsor. respōs. 8. & ex n. 5. cū seq. Giurb. cons. 94. n. 6. Castill. loc. iam antè allegat. & in lib. 5. quotidianar. cōtrouers. cap. 89. n. 91. pulchrè post alios D. Franc. de Amaya sub tit. de annon. & tribut. lib. 10. in repet. l. fin. n. 3. ubi expēdit P. Vasq. in Diu. Thom. 1. 2. q. 94. & dixisse aliàs recēset in 1. lib. obseru. cap. 1. n. 91. & seq. indicaui Ego in d. cap. 25. n. 74. uers. Debent etenim, cum duob. seqq.*

G *Glos. in l. relegati, ff. de pæn. Falin. in cap. quæ in Ecclesiarum n. 66. de cōstit. Couarr. in 4. par. 2. par. cap. 6. §. 9. n. 10. Menoch. de præsum. lib. 2. cap. 50. ubi alios recenses Larr. alleg. fiscal. 3. n. 8.*

H *Tex. in cap. quæ in Ecclesiarum de constit. Aret. in cap. Nouit de iudic. ubi Falyn. & Dec. Affl. dec. 361. à n. 6. ad 11. ubi tàm in priuilegio cōcesso nō subditis, quàm subditis, Matthæi. lib. 5. tit. 10. lib. 6. glos. 1. n. 6. in 2. cōcl. Affl. in cap. 1. §. Similiter ex n. 25. cum seq. de Capitan. qui Cur. uēd. Azeued. lib. 5. tit. 10. lib. 3. postquam ex n. 2. ad 10. probauit Principem nō posse reuocare priuilegium, nec cōtractum, maximè iuratum, restingit tamen iusta existēte causa post Ias. Cephal. Molin. & alios Mandell. Alben. cons. 185. n. 17. ibi.*

Sed

Sed opus est; quod huiusmodi iusta causa concernat fauorem publicum, qui fauor si euidẽs, & probabilis, putà pro pace Ciuium, vel pro euitãdo scãdalo, & pro aliqua huiusmodi euidẽti vtilitate Larr. alleg. fiscal. 3. n. 10. vers. Idq; Reg. de Pont. respõs. fiscal. 23. n. 62. & 63. post plenissimè tradita per doctissimum Dom. Reg. Tap. in l. fin. cap. 9. par. 2. n. 41. & seq. de constit. Princip. Reg. Valenz. cons. 99. n. 33. cum seqq.

I *Ex Consultis, & Theologicis fundat Menoch. cons. 350. n. 27. lib. 4. inter quos allegat Diuum Antonin. par. 2. tit. 10. cap. 1. de mendac. §. 4. Reg. Galeot. d. respons. fiscal. 23. n. 70. & seq. Vasq. controuers. Illustr. lib. 1. cap. 6. n. 7. vers. Deniq; & n. 8. vers. Et quod talis.*

K *Vltra adductos, benè, & notabiliter Ferdin. Vasq. cõtrouers. Illustr. lib. 1. cap. 3. n. 8. per hæc verba, Quod obtinet generaliter ità tamen vt Princeps ille, postea si idoneos reditus à Regno habebat, reddat integram pecuniam cum moderatis vsuris, quod si minus idoneos, aut nullos habeat, idem fiat ex Ciuium collatione, detracta ea particula, quæ ad Ciuem mutuãtem habita bonorum suorum ratione spectabat, tanquam ad vnum è populo, vt suprà edocemur, & ità sæpissimè obseruatum fuit Hispaniæ cum bellis sæuientibus Hispalensibus Ciuibus, & alijs aurum, & argentum ab Indorum Regionibus exportatum, ac relatum mutuò publicè acciperetur.*

Et ex his sisto calamum, & impleo Centuriam harum Practicarum Obseruationum, summo sanè labore à Me elaboratarum, Ad laudem Sanctissimæ, & Indiuiduæ Trinitatis, ac Deiparæ Virginis, & Sanctorum Francisci de Assisio, & Diui Nicolai Barensis Miræ olim Antistitis meorum laborum, & Operum Protectorum, præmissa semper, ac in qualibet syllaba, & periodo Operis, protestatione, quod in omnibus me submissum volo iudicio Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ, à cuius ordinationibus animæ forum tangentibus neutiquam recedere intelligo.

F I N I S.